Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

KW
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

23062

ANTONII MATTHÆI

A. F. A. N.

COMMENTARIUS

AD

INSTITUTIONES

SS. PRINCIPIS JUSTINIANI.

IN QUO

Illuſtratur etiam Ius hodiernum quo utimur.



Koninklijke Bibliotheek te 's Hage

TRAJECTI ad RHENUM,

Apud PETRUM ELZEVIRIUM.

cIↄ Iↄ CLXXII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

NOBILISSIMO, ILLUSTRI,

ET

AMPLISSIMO VIRO

D. D. JOANNI STRICK,

OB SUMMAS ANIMI DOTES IN ORDINEM SENATORIUM ULTRAJECTI ADSCRIPTO, ET PROPTER PRÆCLARA IN REMPUBLICAM MERITA DELEGATO AD ORDINUM FOEDERATORUM CONSILIUM, QUOD EST HAGÆ COMITIS, AFFINI HONORANDO.

QUicunque conſideraverit, vir Spectatiſſime, Romam olim feraciſſimam tot illuſtrium ingeniorum, virtutum, & artium paulo attentius, non mirabitur eam à ſcriptoribus claſſicis tot eximiis omnino inſignitam elogiis; non mirabitur dici eam mundi miraculum, mundi compendium, mundi ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

put, Urbem venerabilem, Urbem æternam, Reginam nationum omnium, populorum, & gentium; non mirabitur, qui conſideraverit ejus copias & opes, quod eſt apud Poëtam:

Terrarum dea, gentiumque Roma,
Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.

Item:

Omnia Romanæ cedant miracula terræ,
Natura hic poſuit, quicquid ubique fuit.

Ea ſiquidem fuit magnitudo imperii, ut inter magnitudines, quas Deus Opt. Max. creavit ab orbe condito, eminentiſſimum exiſtimaverint omnes Romanorum imperium. Sive enim propius ejus fines inſpicias, Occaſum & Orientem potentiæ terminos ſibi fecit Romanorum fortitudo heroica. Sive opes conſideres, reperies immenſas cum privatas, tum publicas. Quod enim privatas attinet, quis eſt, qui non ſtupeat viginti millia ſervorum unius hominis ſubjecta dominio, ipſaſque montium radices à Lucullo ſuffoſſas, jactiſque molibus hortos & ædificia in ipſo mari extructa? Quis eſt, qui non hæreat attonitus ad divitias Craſſi & C. Antonii, quorum alter ſeſtertium bis millies dominus, ſive quinque millionum, negavit divitem, qui non ſuis impenſis poſſet exhibere univerſum exercitum, alter Ciceronis in conſulatu collega Cephaloniam inſulam velut proprium patrimonium univerſam obtinuit? Quis eſt, qui non ſumme miretur regium luxum & incredibilem magnificentiam Q. Metelli, & Oratoris Hortenſii, quorum alter conſpectus eſt poſt terga trahere familiarium agmina tanquam prædatorios globos terram croco adſpergens, quacunque incederet, alter autem præſtantiſſimo, vino agros & arbores irrigaſſe refertur. De publicis opibus parum dicam ſi dixero ſolam Galliam & Ægyptum ad xxx. aut circiter pependiſſe mil-

liones. Omitto enim, quid totus reliquus terrarum orbis pependerit. Omitto ſumtus incredibiles factos in 44. legiones, quas ad ſummovendos ab imperio barbaros per univerſum orbem terrarum collocaverat Auguſtus, nam in ſingulas legiones quotannis erant eroganda ducenta ſeptuaginta duo coronatorum aureorum millia, ſic ut annua ſtipendia militum, ni fallor, exceſſerint centies & vicies centena coronatorum aureorum millia. Omitto frumentum annuum urbi illatum ad ſexcenties centena millia modiorum, quo gratis diviſo ſumtus annuus factus eſt ad trecenties HS. id eſt, ſeptuaginta quinquaginta millia ducatorum. Omitto memorabilem Heliogabali luxuriam, pecuniam incredibilem in ludos erogatam, ſubſtructiones inſanas, & navales in flumine, quod vino erat plenum, Circenſes exhibitos. Illud autem, quod unicum & præ cæteris validiſſimum Romanorum magnitudinis argumentum exiſtimo, non poſſum omittere, quod Romani Remp. non ſolum florentem, magnificentiſſime trophæis erectis, verum etiam legibus per univerſum orbem terrarum reddiderunt illuſtrem. Parum enim erat validiſſima regna in deditionem redigere, & ſplendore triumphorum graſſari ad gloriam. Parum erat immenſas exaggerare divitias, niſi iis legibus decoraſſent Rempubl. quibus laudandis defeſſa ſunt etiam celeberrima quælibet doctiſſimorum ingenia, quæ propter incredibilem æquitatem excellentiam, utilitatem, & amplitudinem tantum ceterarum omnium gentium inſtitutis præcellunt,

Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Ex quibus hodieque quam fuerint ſubtiliſſima Romanorum ingenia, quam obtinuerint ingens & immenſum imperium, & in jure condendo quam excelluerint inſigni & admirabili ſapientia, quivis poteſt cognoſcere. Quapropter execrabile Macrini conſilium, qui ſtatuerat illas omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

omnes in flammas conjicere. Omni laude vero digniſſima Iuſtiniani diligentia, qua & Cæſarum decreta tranſmiſit ad poſteros, & ex veterum commentariis extruxit eminentiſſimum illud templum juſtitiæ, cujus ſplendorem admirantur etiam Turcæ, & exterarum gentium potentiſſimi Principes. Fuit utique admirabilis Iuſtiniani induſtria ſimul bellicoſiſſimi & doctiſſimi Principis, quod citra calumniam nemo negabit, quicunque cogitaverit intervalla bellorum pacis & literarum ſtudiis tam eleganter diſpuncta, ut quicquid fuerit in eo criminis, occultatum ſit claritate & magnitudine rerum tam egregie geſtarum. Primum enim coërcuit feliciſſimis præliis barbarorum ferociam, & aut ita ſubegit, ut vix extiterint ferociſſimæ gentes, aut ita compeſcuit, ut multum gaviſæ ſint Romanorum victoriis. Deinde leges ſacratiſſimas per ſe ipſe compoſuit, non eas duntaxat, quas inſeruit Codici, quarum ipſum auctorem eſſe teſtatur Procopius in *Arcan. Hiſt.* verum etiam Novellas. Certe illam quam inſtante Saba Paleſtinorum legato tulit contra Samaritas, cujus in *Nov.* 129. fit mentio, ſub horam diei tertiam condebat cum Triboniano in aula nuncupata Magnaura, ut ex Cyrillo ad Procopium notavit Alemannus. Qui audire præterea eum contra hæreticos diſputantem deſiderat, & ſedentem inter epiſcopos, modo hæreticos, modo Catholicos admonentem officii, qui diſputantem cum Philoſophis eum cupit cognoſcere, adeat Agapetum eccleſiæ Byzantinæ tum temporis Diaconum in quadam Parœneſi, unde quædam exſcripſit doctiſſimus. Alemannus in *not. ad Procop. Arcan. hiſt.* Architecturam ſane peritiſſime calluit. Formas ædificiorum & ichnographias ipſe concepit. Ipſe delineavit ſciagraphias auguſtiſſimi templi, cui S. Sophiæ fuit nomen impoſitum. Modum ædium Heræanis, & urbis Daræ, propugnaculi adverſus Perſas validiſſimi, ipſe

præ-

præſcripſit. Tam excellens ejus emicuit ingenium & eruditio, ut jure merito eum dixerit rex Gotthorum Theodahatus ſapientiſſimum Principem. Sive enim oculos ad Pandectas adjicias, ſive Codicem ſpectes & Impp. reſcripta, quid dicam de iis aliud, quam quod dixit olim Cicero de XII. tabulis: Libri ſunt præſtantiſſimi, & ob utilitatem cognitione digniſſimi. Sive Inſtitutiones contempleris exactius, præclariſſimum & eruditiſſimum Cujacii judicio libellum reperies, conditũ ordine & arte tanta, quantam vix ullus hodie nobis conficere poteſt, aut poterit unquam; in quo definitionum & diviſionum elegentiſſimarum plena omnia, juris veteris à jure novo ſeparatio perſpicua, veteris ſermone puriſſimo veterum, novi ſermone Triboniani recenti. Adeo ut ex libris juris civilis, quibus ſolis jam utimur, libello Inſtitutionum neque comptior, neque facilior ullus ſit. Quod ipſum cum perpenderent doctiſſimi quilibet, certatim incubuerunt ad eum excolendum, etiam illi omnes, qui erant maximi nominis. Nam præter Accurſium, quem Latinis Græciſque interpretibus omnibus Cujacius facile præferendum exiſtimat, præter Cujacium, quo doctiorem, acutiorem, aut judicii ſincerioris juriſconſultum nulla vidit ætas, ut ſcribit Caſaubonus ad *Lamprid. in not. ad vit. Alex.* qui æquavit non modo veteres, verum etiam ſuperavit, ut teſtatur Mornac. *ad l. 2. § antiquæ C. de vet. jur. enucl.* præter Hotomannum literatiſſimum hominem in eundem & commentatus eſt præſtantiſſimus Azo, quem vas electionis ob dexteritatem & acumen ingenii Baldus nominavit, qui cum Bononiæ, ubi tum temporis decem millia ſtudioſorum erant, jus interpretaretur, tanto concurſu memoratur auditus, ut deſerta propemodum deſpicerentur auditoria cæterorum. Ipſe quoque Baldus, cujus fama fuit tam læta, tam illuſtris, & hilaris, ut vulgo exiſtimatum ſit neminem ſciviſſe, quod

is

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

is ignoraſſet, ad eum explicandum omnem ſuam operam & diligentiam contulit. Et jam omnino infinitus eſt commentantium numerus, quod centies jam factum eſt, idem tamen facientium, & dum iterum agunt, quod egerunt jam alii, prorſus nihil agentium. Cui enim bono, dicet aliquis Caſſius? Præſertim cum Vinnius excuſſerit tam accurate, quod ſuperiores omiſerant, ut poſt eum ſcribere videatur ſtultiſſimum. Sed quos oppreſſit inſanabilis ſcribendi cacoëthes, non movet hæc ratio. Me autem quod attinet, ſatis diu deterruit cogitantem tot volumina, quibus vix poſſit addi, quod notatu ſit dignum. Metus tamen ignaviæ tandem rupit & ſuſtulit conſtans illud quod ceperam tacendi propoſitum. Rationem enim otii, quo feriis fruor, cum reddendam exiſtimarem, cœpi primum ſubjicere, quæ eram meditatus, examini publico in Illuſtri hac Academia. Sed univerſum id negotium cum ſatis lente procederet, quicquid pridem notaveram, ne blattis & tineis inſerviret in poſterum, eo quidem animo publicare conſtitui, ut ſi ſcripta probarentur lectoribus candidis, reliqua quoque omnia, quæ notavi, emitterem; ſin haberentur contemtui, reliqua illa omnia in flammas conjicerem. Nihil enim pejus quam quorundam αὐθάδεια, qui faſtu ingenti ſua ſola mirantur, & extollunt in cœlum, ſua ſine rivali etiam plane depereunt, ſecuri quid alii aut dicant, aut ſentiant. Præſtat meo judicio nihil ſcribere, quam ita, ut id ipſum quod ſcripſeris vivus adhuc videas in latrinam deferri, aut omnino in vicum vendentem thus & odores,

Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

Sed dicant hæc alii. Tibi interim, vir Ampliſſime, hoc quicquid jam eſt ſum auſus inſcribere. Nam & tu, ut auderem aliquid, fuiſti auctor præcipuus, & ſic excellis in literis, ut in conſeſſu judicantium te jam olim & venerentur, & omnes ſuſpiciant, cujus ſingularem in judicando in-

induſtriam, juſtitiam, continentiam, & incredibilem prudentiam & admirantur, qui norunt, & qui fortaſſis non norunt, fama tamen paſſim ſuffragante pronuntiant. Tibi ergo jure merito quod edo inſcribitur, nec viſus ſum poſſe feliciori auſpicio, quam ſub tuo nomine, qualecunque quod eſt hoc, in vulgus emittere, ut quodcunque vel operæ, vel operis ipſius dignitati defuerit, tuæ auctoritatis id suppleatur præſidio. Scio hoc tuis meritis prorſus impar ἀντίδωρον, ſed æſtima quæſo id ex affectu offerentis, & ut affinitatis, ſic obſervantiæ fœdere me, qui præclariſſimas tuas animi dotes veneratur æternum, tibi habe devinctum. Vale vir nobiliſſime. Deus te diu ſoſpitem ſervet Reipublicæ. Ultraject. Kal. Novemb. Anno 1671.

Tuæ Nobil. & Ampl.

Devotiſſimus

ANTONIUS MATTHÆUS.

LECTORI BENEVOLO.

AD Inſtitutiones poſt tot alios ſcripſi ; nec me deterruerunt tot virorum inſignium, quorum fama perennis erit, monumenta clariſſima. Ut redderem rationem otii, ſatisfacerem ſtudioſis, & ne obirem inglorius, conatus ſum ſcribere, ni fallor, non idem, aut non idem omnino, quod ſcripſerunt jam alii. Puto ; quædam hic aliis indicta reperies, cum & omnem antiquitatem diligenter excuſſerim, & multa notaverim, quibus poteſt illuſtrari jus hodiernum quo utimur. Sententias latas in Supremo hujus Provinciæ reviſionis judicio, & earundem rationes, quæ in Archivis ſunt Ordinum, nequis de fide dubitet, omnes ſimul & inſpexi & legi, Viri Illuſtris in eo uſus beneficio. Pronuntiatas à Curia & Senatu hujus Provinciæ mecum communicavit Ioannes Strick, vir eruditione & humanitate conſpicuus, Ampliſſimus & graviſſimus hujus urbis Senator, qui ob animi dotes & rerum agendarum non vulgarem peritiam, ut conſilio Ordinum Belgii, quod eſt Hagæ Comitis, adſcriberetur, emeruit. Veteris Advocati ſunt quædam collectanea, quibus olim etiam uſus Everardus van der Schuer, multi nominis Advocatus, & laudatus à doctiſſimo & Ampliſſimo Rodenburch tr. de jur. qu.or. e ſtatut. div. tit. 2. cap.4. n.3. Quæ autem allegavi ex antiquiſſimis monumentis de alluvione ſuppeditavit Vir inſignis in Gelria. Potuiſſem, omiſſis, quæ ſunt dicta ſexcenties, ſeligere ea omnia, quæ erant rariora, & meo quidem judicio obſervatu digniſſima. Ita libri apparuiſſet etiam titulus ſplendidior, vulgo & imperitis etiam forte gratioſior, verum cum præter alios & ſtudioſis vellem conſulere, non mutavi conſilium. Bene utrum an male, tuum erit judicium. Vale mi Lector. Quæſo judica candide, & fave, ſi merear.

AD

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

AD

VIRUM CLARISSIMUM

D. ANTONIUM MATTHÆUM

COLLEGAM HONORANDUM

Cum elaboratum, omnibuſque numeris abſolutum juris commentarium bono publico in lucem ederet.

OS ſapiens Themidis, Tuba juris & Vmbo, Vir ingens,
  Quo Duce lex ſalva eſt & cadit omne nefas;
Quam ſtupeo veneror que tui monumenta laboris,
  Quæ tibi, victuro poſt tua fata, ſtruis!
His ipſis præluſit amor tot jura ſciendi;
  O amor! ô toties calcar honoris amor!
Sedulitas equus ille fuit, quo veſpere ſero,
  Mane, die toto currere ad alta ſoles.
Deſidiæ impatiens frænique repagula rumpis,
  Et penetras, doctos quò ſuus ardor agit.
Jam juveni quantum diſtent noſtratia priſcis,
  Mox ubi non diſtent, diſcere cura fuit.
Sic populos juriſque modos rituſque pererras;
  Libera mens, magnus quà patet orbis, abit.
Interea nunc Roma vetus, nunc Græcia mores,
  Nunc Batavus pandit Gallus Iberque ſuos.
Occurrit tibi Turca ferox, occurrit & Indus,
  Ipſe ſedes, chartas dextera tuta terit.
Tranquilluſque lates, & quæ latuêre, latere
  Non ſinis, hic claro jam manifeſta die.
Felix qui mediis nunquam mercaris in undis,
  Dum ſua *mercantes* pacta, ſed æqua doces.
Qui liber (non ſervus) agis, monſtraſque Quiritum,
  Imperia in *ſervos* imperioſa nimis.
Mitior ipſe Parens non ſtas pro jure, quod olim
  Patribus in natos Roma ſevera dedit.

** 2 Te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Te nuptis præferre facem, præferre maritis,
  Et ſua *Conjugio* condere fulcra juvat.
Quid ploret *Pupillus*? opem, MATTHÆE, tuliſti,
  Ut vigilet *tutor* dum vigil ipſe jubes.
Quidve diu dubitem, Pecoris Melibæus an Ægon
  Sit *Dominus*? tua quo jure ſit illa domus?
Flumina, ripa, viæ, volucres, mare, littora, piſces
  Quatenus, & quo ſint ſingula noſtra modo?
Omne perit dubium tua non peritura legenti,
  Quæ puro eloquii flumine ſponte fluunt.
O Apis Aſtræx, quàm tu per amœna roſeta,
  Per thyma, per legum lilia mille volas!
Ipſe ſuos aperit *Cæſar* tibi legifer hortos,
  Unde tua exſucto melle loquela pluit;
Melle, quod illa Cohors, quæ pendet ab ore loquentis,
  Quæ venit ad Cathedram ſedula manè, bibit.
Hunc petitis fruſtrà, vicina ô Oppida, vobis,
  Quo mea nunc plaudit Patria Cive ſibi.
Aut ego quid jus ſit, facundia neſcio quid ſit,
  Aut viget in tanto Suada Themiſque viro.

L. vande POLL. *JC. & Profeſſor.*

A U-

ANTONII MATTHÆI
ANT. FIL. ANT. NEP.
PROLEGOMENA
AD
INSTITUTIONES
SS. PRINCIPIS JUSTINIANI.

CAPUT PRIMUM.

1. *Libri juris civilis.*
2. *Eorum auctoritas.*
3. *Vtrum rectius Inſtitutiones an Inſtituta dicantur.*
4. *Auctor Inſtitutionum.*
5. *Cui & quando Juſtinianus ſucceſſerit.*
6. *Quid ſit indictio.*
7. *Juſtiniani parentes & ubi is natus ſit.*
8. *Quam habuerit conjugem.*
9. *Ipſius habitus corporis.*
10. *Juſtiniani agnomina.*
11. *Quid Imperator ſignificet.*
12. *Nomen Imperatoris fuit Principi proprium.*
13. *Raro exercituum duci conceſſum.*
14. *Refellitur Lipſius.*
15. *Vnum & idem ſunt Imperator & Princeps.*
16. *Quid diadema.*
17. *Quæ veſtis Imperatorum.*
18. *Palmata, Purpura &c.*
19. *Primus quis coronam impoſuerit capiti.*
20. *Notatur Valeſius.*
21. *Objectio ſolvitur.*
22. *Quid corona.*
23. *Quid calyptra.*
24. *Ρῆγες.*
25. *Triplex coronatio.*

IUri operam daturus ante omnia noſſe debet, qui ſint libri 1.
juris civilis, ut proinde ſciat, unde jus omne petendum. Libri ſeu volumina ſunt quatuor, inſtitutiones, pandectæ, codex, & novellæ. Ordinem in componendis & evulgandis

his

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

his præclariſſimis monumentis Juſtinianus glorioſiſſimus Princeps ſecutus eſt talem. Anno imperii ſui II. Chriſti DXXIX. quo, ut conſtat ex Faſtis Onuphrii Panuinii conſul fuit ſine collega Cœcina Maurus Decius Baſilius junior, qui in Faſtis Siculis, & in ſubſcriptione *l. un. C. de Juſtin. Cod. fac.* ſimpliciter Decius dicitur, Codicem, quem appellamus Juſtinianeum, emiſit in lucem, *l. un. C. de nov. Cod. fac. l. un. C. de Juſtin. Cod. conf. §. 2. proœm. Inſtit.* cui non ſolum leges à ſe compoſitas & promulgatas inſeruit, non ſolum omnia aut ſaltem pleraque reſcripta principum, quæ extabant tum temporis in tribus Codicibus Gregoriano, Hermogeniano, & Theodoſiano, verum etiam ea, quæ ediderant Imperatores Theodoſium ſequentes, *l. un. §. 2. C. de Iuſt. Cod. conf.* Codex Gregorianus continebat omnia reſcripta principum ab Imp. Adriano uſque ad Imp. Claudium. Hermogenianus omnia reſcripta principum ab Imp. Claudio uſque ad Imperatorem Conſtantinum. Theodoſianus omnia reſcripta principum ab Imperatore Conſtantino uſque ad Imperatorem Martianum, vel quod tantundem eſt, incluſive uſque ad Imp. Theodoſium. Gregorianus & Hermogenianus nomen erant ſortiti ab ipſorum auctoribus Juriſconſultis. Theodoſianus ab Imp. Theodoſio Secundo. Cujac. *parat. Cod. pr.* Iſidor. v. *Orig. cap. 1. Leges novæ à Conſtantino Cæſare cœperunt, & reliquis ſuccedentibus, erantque permixtæ & inordinatæ. Poſtea Theodoſius minor eas, ad ſimilitudinem Gregoriani & Hermogeniani Codice facto conſtitutionum, a Conſtantini temporibus ſub proprio cujuſque Imperatoris titulo diſpoſuit, quem à ſuo nomine Theodoſianum vocavit.* Edito Codice Juſtinianus anno ſequente, qui fuit ipſius imperii tertius, componendis Pandectis incumbere cœpit, *l. 1. §. 2. & ſeqq. & §. ult. in fin. C. de vet. jur. enucl.* quibus abſolutis intra triennium, *l. 2. §. 13. C. eod.* Triboniano, Theophilo, & Dorotheo Viris Illuſtribus dedit negotium, ut ipſius auſpiciis præclariſſimum illum Inſtitutionum libellum conficerent, *l. un. §. 11. C. eod. §. 3. & §. 6. proœm. Inſt.* eumque confectum Anno Domini DXXXIII. quo ſine collega fuit tertium conſul, XI. Kal. Decembr. emiſit in lucem paulo ante Pandectas, quæ jam ante compoſitæ prodiere demum ejuſdem anni XVI. Kal. Januarias, *§. ult. proœm. Inſt. l. 2. §. ult. in fin. l. 3. §. ult. in fin. C. de vet. jur. enucl.* Anno vertente DXXXIV. ſublato priori Codice, qui idcirco etiam periit injuria temporum, edidit Codicem repetitæ prælectionis, quo utimur hodie. Repetitæ prælectionis, quia ut dicit in *l. un. §. 3. C. de emend. Cod.* veteres ſecundas editiones repetitas prælectiones appellare ſolebant.

No-

Novellas autem promulgavit noviſſimas omnium, ideoque libris prio- 2.
ribus derogare Novellas dubitari non poteſt. *Αἱ γὰρ μεταγενέστεραι διατάξεις ἰσχυρότεραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσι*, ut habetur in *l. 4. ff. de conſt. princ.* Codicem etiam derogare Pandectis, majorem habere vim & auctoritatem, quam habent Inſtitutiones, cum poſterior ſit tempore, controverti non debet. Major eſt difficultas circa Pandectas & Inſtitutiones: Plerique enim putant Inſtitutiones derogare Pandectis, eo quod vim conſtitutionum imperialium obtinere dicantur in *l.2.§.11.l.3.§.11.C. de vet. jud. enucl. §. 3. & 6. proœm. hiſt.* Verum cum idem de Pandectis dicatur in *d. l. 2. §. ne autem incognitum*; dicendum exiſtimo pro re nata interdum Inſtitutiones derogare Pandectis, quia parem habent vim & auctoritatem reſcriptis Imperatorum, quæ habentur in Codice, *d. §. 6. proœm. Inſt.* præſertim ſi ſit Imperatoris manifeſta voluntas, ut eſt in §. 34. *Inſt. de rer. div.* qui idcirco etiam corrigit *l.23.§.3.ff. de rei vind.* interdum Pandectas velut authenticum, ex quo deſcriptæ ſunt Inſtitutiones, *§.6. proœm. Inſt. l.1.& ſeqq. ff. de acq. rer. dom. junct. cum §.11.& ſeqq. Inſt. de rer. div.* iiſdem derogare velut exemplo, quod eſt inde deſumtum. Quapropter etiam *§. 25. Inſt. de R.D.* explicationem & interpretationem recipere debet ex *l.7.§.7. verſ. videntur ff. de acq. rer. dom.*

Cæterum quas Inſtitutiones Latini appellant, Theophilus & Græci 3.
& Imperator etiam in *l. 3. §. 11. C. de vet. jur. enucl.* perperam, ni fallor, Inſtituta dixerunt. Inſtitutiones enim ſunt præcepta, quibus homines docentur & inſtituuntur: Inſtituta vero ſunt boni mores à conſilio & ratione profecti. Mynſ. *in proœm. Inſt. n.* 16. Val. Max. *lib. 2. cap. 2. Sed ut à luxu perditis moribus ad ſeveriſſima majorum inſtituta tranſgrediar.* Ibid. *Nec ignoro quid patriæ venerationi debeatur: verum publica inſtituta privata pietate potiora judico.*

Auctor Inſtitutionum eſt ſacratiſſimus Imp. Juſtinianus, qui eas, ut 4.
dixi, per Tribonianum, Theophilum, & Dorotheum confecit, *d. §.3.* videtur enim feciſſe, qui fecit per alium, præſertim cum Imperator juris vim & auctoritatem iis ſolus conceſſerit, *d. §. 6. proœm. Inſt.* ſolus enim eam concedere poterat, *l. ult. in fin. C. de ll. l.2.§.21. in fin. C. de vet. jur. enucl.*

Conſecutus eſt Juſtinianus Juſtino extincto Romanorum imperium 5.
Anno Domini DXXVIII. Urbis conditæ 1280. ut apparet ex Faſtis, ſi conjungantur cum ſubſcriptione *l. un. C. de Juſt. Cod. conf. l. un. C. de nov. Cod. fac.* Dixi, Juſtino extincto, quia cum ipſe in *Nov. 47. c. 1. §. 1.* imperii ſui annum undecimum affirmet incidere in annum ſecundum poſt con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

conſulatum Beliſarii viri clariſſimi, fuerit autem Beliſarius conſul, ut ex Faſtis colligitur, anno Juſtiniani Imp. octavo, ex quo nimirum ſolus occupavit imperium, neceſſario ſequitur, ut annos numeraverit à Calendis Aprilibus Conſulatus Mavortii incidentis in annum octavum Imperatoris Juſtini, qui ægrotans tum temporis Juſtinianum ſororis ſuæ filium Cæſarem renunciavit & imperii conſortem συναινέσει πάσης τῆς συγκλήτου βουλῆς, univerſo Senatu comprobante, ut dicit Cyrillus Scythopolitanus. Euagrius *lib.4. c.9.* Τούτῳ τῷ Ἰουστίνῳ ὄγδοον ἔτος τῆς βασιλείας ἄγοντι ἐννέα τε μῆνας πρὸς τρισὶν ἡμέραις Ἰουστινιανὸς ἀδελφιδοῦς συμβασιλεύει ἀναρρηθεὶς τῇ πρώτῃ τοῦ ξανθικοῦ, *Cum Juſtinus octo annos, menſes novem, & dies tres regnaſſet, Juſtinianum ſororis ſuæ filium ſibi in ſocietatem gerendi imperii adſcivit, qui Cæſar fuit declaratus prima die menſis Xanthici, id eſt, Aprilis.* Theophanes: Τῷ δ' ἀπριλίῳ μηνὶ πρώτῃ τῆς αὐτῆς πέμπτης ἰνδικτιῶνος τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα ἀσθενήσας ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος προεχειρίσατο ἔτι ζῶν εἰς βασιλέα Ἰουστινιανὸν τὸν ἴδιον ἀνεψιὸν, καὶ ἔστεψεν αὐτὸν, καὶ συνεβασίλευσεν αὐτῷ μῆνας τέσσαρας, *Die prima menſis Aprilis, Indictione quinta, die feſto Paſchæ Imperator Juſtinus ægrotans, adhuc vivens ad imperium promovit Juſtinianum ſororis ſuæ filium eumque coronavit, & ſimul imperarunt menſes quatuor.* Patebunt hæc clarius ex ſerie Conſulum.

Fl. Mavortius ſine collega

Moritur hoc anno Imp. Juſtinus μηνὶ λόῳ, κατὰ ῥωμαίους αὐγούστου πρώτῃ ἡμέρᾳ κατὰ ὥραν τρίτην τῆς πέμπτης ἐπινεμήσεως. Τελευτᾷ δὲ ἐτῶν ἑβδομήκοντα ἑπτὰ, *menſe Loo, id eſt Auguſti die primo, ſub horam diei tertiam Indictione quinta.* Ita Chronicon Alexandrinum.

Imp. Cæſar Flavius Anicius Juſtinianus Aug. ſine collega
Cæcina Maurus Decius Baſilius junior. ſine collega.
Poſtumius Lampadius Flavius Oreſtes
Poſt conſulatum Lampadii & Oreſtis
II. Poſt conſulatum Lampadii & Oreſtis
Imp. Cæſar Flavius Anicius Juſtinianus Aug. III. ſine collega
Imp. Cæſar Flavius Anicius Juſtinianus Aug. IIII. Decius Theodorus Paulinus
Fl. Beliſarius v. c.
Poſt conſulatum Fl. Beliſarii v. c.
II. Poſt conſulatum Fl. Beliſarii v. c.

6. Nequis autem ignoret quid dicatur indictio. Nonnunquam vectigal, tribu-

tributum aut ſtipendium denotat præter canonem imperatum à principe, & quotannis ſolvendum pro rata prædiorum, *l.* 3. *C. de annon. & trib.* Caſſiod. 5. *var.* 31. Canon ſeu Canonici tituli ut in *l.* 36. *C. Th. de annon. & trib.* erant præſtationes ſolemnes & antiquæ, unde etiam ſimpliciter dicebantur ſolemnia, *l.* 1. *ff. de mun. & hon.* Ammian. Marcell. *l.* 17. *Gratandum eſſe, ſi provincialis hinc inde vaſtatus ſaltem ſolemnia præbeat, nedum incrementa.* Caſſiod. 4. *var.* 36. *Providentiſſimi principis eſt graviter imminutis relinquere tributariam functionem, ut redivivis ſtudiis ad implenda ſolennia recreentur, qui preſſi damnorum acerbitate defecerant.* Cum autem cenſus & æſtimatio prædiorum ageretur anno unoquoque decimo quinto, Conſtantino II. & Licinio II. Coſſ. memoratur inventum, ut indictio prima primus annus diceretur poſt cenſum peractum, tum ſecunda, tertia, quarta, quinta, & ſic deinceps uſque ad annum decimum quintum, qui decima quinta dicebatur indictio, *Nov.* 47. *c.* 1. §. 1. Eo enim, ut dixi, cenſum renovabant, ut teſtantur Cujac. *ad tit. C. de indict.* Onuphr. Panuinius *in Faſt.* Pancirol. 2. *lect.* 242. Ab indicendo indictio, non ut dicit Cedrenus, à victoria, quam Auguſtus eſt conſecutus ad Actium, *tom.* 1. *hiſt. in vit. Theod.* Ἐν τούτοις ἥτε τῶν Ὀλυμπιάδων ἀπέσβη πανήγυρις, ἥτις κατὰ τετραετῆ χρόνον ἐπετελεῖτο. ἤρξατο δὲ ἡ τοιαύτη πανήγυρις, ὅτε Μανασσῆς τῶν Ἰουδαίων ἐβασίλευσε, καὶ ἐφυλάττετο ἕως τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου. καὶ ἤρξαντο ἀριθμεῖσθαι αἱ ἴνδικτοι, ἀρξάμεναι ἀπὸ Αὐγούστου καίσαρος ἐν ἔτει ιέ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. καλεῖται δὲ ἰνδικτιὼν τουτέστιν Ἰνακτιὼν, ἡ περὶ τοῦ Ἀκτίου νίκη. Ἄκτιον δὲ ἐστιν ἀκροτήριον Νικοπόλεως τῆς Ἠπείρου, *Tum Olympiorum deſiit feſtivitas quarti cujuſque anni exitu ſolita celebrari, inſtituta eo tempore, quo Manaſſes Judæorum rex fuit, & uſque ad imperium Theodoſii perducta, cœperuntque numerari indictiones, quarum principium in* XV. *annum imperii Auguſti. Nomen habet Indictio ab Actiaca victoria, & eſt Actium promontorium Nicopolis, urbis in Epiro ſitæ.* Vide Ioſ. Scal. *ad Euſeb. n. MM.* CXXXIV. Incipiebat indictio menſe Septembri, *l. ult. C. de annon. & trib.* Ambroſius *lib.* 10. *epiſt.* 83. *Octavus menſis eſt September ſecundum conſuetudinem noſtram: indictio enim Septembri menſe incipit.* Mornac. *ad tit. C. de nov. Cod. fac.* §. *diebus.* Tributum autem, quod imperabatur, tribus penſionibus erat ſolvendum Kalendis Januariis, Kalendis Majis, & ad finem indictionis, ut Anaſtaſius conſtituit, *d. l. ult.*

Sed revertamur, ad eum, de quo dicere cœpimus, Juſtinianum glorio- 7.

rioſiſſimum Principem, qui magnificentiſſimis per totum terrarum orbem trophæis erectis annos triginta novem obtinuit Romanorum imperium. Joannes Epiphanienſis Scholaſticus, quem citat Alemannus ad Procop. ἀνέκδοτ. Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἐννέα καὶ τριάκοντα τοῖς πᾶσιν ἔτεσι ῥωμαίων ἄρξας ἐτελεύτα τὸν βίον. *Juſtinianus Imperator novem & triginta integros annos cum Romanorum imperium tenuiſſet, vita functus eſt.* Natus eſt Tauriſii urbe Illyrici, obſcuris majoribus, patre Sabbatio, cui apud Illyrios fuit nomen Iſtokus, matre Vigilantia ſorore Imperatoris Juſtini. Procop. 4. *de ædif.* Ἐν Δαρδάνοις τοῖς εὐρωπαίοις, οἳ δὴ μετὰ τοὺς ἐπιδαμνίων ὅρους ᾤκηνται, τοῦ φρουρίου ἄγχιστα, ὅπερ Βεδεριάνα ἐπικαλεῖται, χωρίον Ταυρήσιον ὄνομα ἦν, ἔνθεν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς τῆς οἰκουμένης ὥρμηται, *Apud Dardanos Europæos, qui poſt Epidamniorum terminos habitant, ad præſidium quod Bederiana vocatur, oppidum eſt Tauriſium nomine, hinc Iuſtinianus princeps orbis terrarum ortus eſt.* Patrem adoptivum & avunculum habuit Juſtinum Imperatorem, quem idcirco ſimpliciter patrem appellat §. 4. *Inſt. Q. non eſt perm. fac. teſt.* & *nov.* 40. *in præf.* eumque εὐσεβείᾳ καὶ σωφροσύνῃ, *pietate & ſapientia* ſuperaſſe contendit τοὺς πώποτε βεβασιλευκότας ἅπαντας, *quotquot unquam imperarunt, ead. nov. in præf.*

8. Adſcivit conjugem vivo adhuc & ſpirante Juſtino mulierem ſcenicam, cui nomen Theodora, formoſiſſimam non minus quam famoſiſſimam meretricem, ut ſcribit Procopius in *Arcan. Hiſt.* cujus ardentiſſime à Juſtiniano expetitum conjugium coëgit Juſtinum, ut in gratiam nepotis ſublato jure veteri, quod exſtat in *l.* 44. *ff. de rit. nupt. l.* 7. *C. de inceſt. nupt. l.* 1. *C. de natur. lib.* viris illuſtribus cum muliere ſcenica matrimonium contrahendi poteſtatem permitteret, *l.* 23. *C. de nupt.* Quæ cum ſcripta ſit ad Demoſthenem Præfectum prætorio, evidentiſſime illud ipſum evincit eam eſſe Juſtini, non Juſtiniani, ut oſtendit inſcriptio. Docet enim Alemannus in *not. ad Procop. Arc. Hiſt.* imperante Juſtino evectum eſſe Demoſthenem ad Præfecturam prætorii, quod & omnium optime probat inſcriptio *l.* 8. *C. Qui teſt. fac. poſſ. junct. cum* §. 4. *Inſt. eod.* Procop. in *Arcan. Hiſt. p.* 45. Ὁ ἠλιθιάζων τε, καὶ κομιδῆ ἐσχατογέρων γενόμενος, πρὸς τῶν ἀρχομένων γέλωτα ὦφλεν, ὀλιγωρίᾳ τε πολλῇ ἐς αὐτὸν ἐχόμενοι ἅπαντες, ἅτε τῶν πρασσομένων οὐ ξυνιέντος, ὑπερεώρων. Ἰουστινιανὸν δὲ ξὺν δέει πολλῷ ἐθεράπευον. κυκῶν γὰρ ἀεὶ καὶ ξυνταράσσων ἀνεσόβει ἐφεξῆς ἅπαντας. τότε δὴ τὴν ἐγγύην πρὸς τὴν Θεοδώραν ἐνεχείρει ποιεῖν: ἀδύνατον δὲ ὂν ἄνδρα ἐς ἀξίωμα βουλῆς ἥκον-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

τα ἑτέρᾳ γυναικὶ ξυνοικίζεσθαι, νόμοις ἄνωθεν τοῖς παλαιοτάτοις ἀποῤ-
ῥηθὲν, λύσαι τε τοὺς νόμους τὸν βασιλέα νόμῳ ἑτέρῳ ἠνάγκασε, καὶ τοεν-
θένδε ἅτε γαμετῇ τῇ Θεοδώρᾳ ξυνῴκησε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι βάσιμον
κατεστήσατο τὴν πρὸς ἑταίρας ἐγγύην. *Iuſtinus ſumma ſenectute confe-
ctus, pene ſenſus expers, rebuſque agendis ineptus deridiculo jam ſub-
ditis erat atque deſpectui: Iuſtiniano vero diſſoluta licentia reliquos nullo
diſcrimine cohibenti pavidis omnes ſtudiis obſequebantur. Tum is cum
Theodora moliri nuptias aggreditur; nam cum viris Senatoriis, quod priſca
lege cautum eſt, uxorem ducere meretricem non liceat, ille Principem adi-
git ad legem nova conſtitutione evertendam, & exinde Theodoræ matrimo-
nio jungitur, aditu reliquis ad meretricia connubia patefacto.* Ideoque
pro *Iuſtinianus* in *d. l.* 23. reponendum *Iuſtinus* mirabitur nemo, quicun-
que cogitaverit, quod obſervavit idem Alemannus vir eminentiſſimæ
eruditionis in inſcriptionibus ſæpe peccatum, dum quatuor illis literis
JUST. quibus nomen ſcribebat Imperator Juſtinus, Juſtinianum ſignifi-
cari exiſtimarunt librarii veteres & nonnulli etiam Interpretes propter
ignorantiam hiſtoriæ veteris. Ita perperam in *l.* 2. *&* 8. *C. de advocat.* 2.
in fin. Iuſtiniano & Opilione Conſſ. Scribendum, *Iuſtino*, cujus in conſula-
tu collega fuit Opilio, & quo imperante Theodorus & Archelaus, ad quos
ſcriptæ ſunt illæ leges, adminiſtrarunt Præfecturam prætorii. Pulchritudi-
nem Theodoræ Procopius indicat 1. *de ædific.* cum ejus ſtatuam deſcribit
à Byzantiis erectam, Η μὲν εἰκὼν εὐπρόσωπος, ἀλλὰ τῆς βασιλίδος
τῷ κάλλει ἐλάσσων, ἐπεὶ αὐτῆς τὴν εὐπρέπειαν, λόγῳ τε φράσαι, καὶ
ἰνδάλματι ἀπομιμεῖσθαι ἀνθρώπῳ γε ὄντι παντάπασιν ἀδύνατον. *Præ-
ſtantis quidem figuræ imago eſt, ſed à pulchritudine Auguſtæ longe ab-
eſt, cum ejus formæ præſtantiam humanum non poſſit artificium vel
ſermone declarare, vel exprimere ſimulacro.* Concors ejus cum Iuſti-
niano conjugium ſignificat idem in Arcan. Hiſt. Ουδὲ τι ἀλλήλοιν χωρὶς
ἐς τὴν δίαιταν ἐπραξάτην. χρόνον μὲν γὰρ πολὺν ἔδοξαν ἅπασι ταῖς γνώ-
μαις ἀεὶ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι καταντικρὺ ἀλλήλοιν ἰέναι. ὕστερον μὲν τοι
ἐξεπίτηδες αὐτοῖν ξυμπεπλάσθαι ἡ δόκησις αὕτη ἐγνώσθη, ὡς μὴ ξυμ-
φρονήσαντας τοὺς κατηκόους σφίσιν ἐπαναστῆναι. *In re gerenda nihil non
illis in communi eſt actum, licet diu multumque omnibus opinionem fece-
rint, quaſi in diverſas irent ſententias & contraria ſtudia: nam deprehen-
ſum eſt tandem ex induſtria hanc illos ſpeciem ſimulationis induiſſe, ne ſub-
diti communicatis conſiliis ſeditioſe in ipſos inſurgerent.* Juſtinianus etiam
in rebus graviſſimis conſiliorum participem habuiſſe ſe Theodoram ali-

quando

quando fatetur. Ita in *Nov.* 8. *cap.* 1. Ταῦτα ἅπαντα καθ' ἑαυτοὺς βουλευσάμενοι, κἀνταῦθα κοινωνὸν τοῦ βουλεύματος παραλαβόντες τὴν ἐκ θεοῦ δεδομένην ἡμῖν εὐσεβεστάτην σύνοικον. *Hæc omnia apud nos cogitantes, & hic quoque participem conſilii ſumentes eam, quæ nobis à Deo data eſt reverendiſſimam conjugem.* Quapropter etiam in ejus verba jurare juſſit magiſtratus & Præſides *ead. nov.* 8. *in fin.*

9. Cæterum fuiſſe Juſtinianum habitu quodam corporis egregio præditum docet idem Procopius. Chronicon Alexandrinum. Ἦν δὲ ἡ ἰδέα Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως κωνωειδής, εὔστηθος, λευκὸς ὀλιγόθριξ, ἀναφαλὰς, στρογγυλόψ, εὔμορφος, ἀνθηρόπροσωπος, ὑπογελῶν, μιξοπόλιος τὴν κάραν, τὸ γένειον κείρων ὡς οἱ Ῥωμαῖοι, εὔρινος, ὑπόλευκος. *Fuit Juſtinianus rotunda facie, pectoroſus, candidus, raro capillo, recalvaſter, rotundis oculis, formoſus, florido aſpectu, ſubridens, ſubcanus, mento raſus ritu Romanorum, naſo juſto, ſubalbus.* Ejus imaginem notis ad Procop. inſeruit Alemannus ſecundo & vigeſimo imperii ejus anno muſivo, ut dicit, opere expreſſam Ravennæ. Eſt autem hujuſmodi



Exhibuit idem etiam uxoris ejus effigiem Ravennæ ſimiliter cum adhuc

viveret, ut ibi dicit, expreſſam. Non erit abs re, ut & hic apponatur;



Notandum vero quod Auctor illius Chronici dicit, *ritu Romanorum.* Romani enim tondere barbam rebus ſecundis, rebus adverſis ſolebant ſubmittere, *l.* 15. §. 27. *ff. de inj.* Sueton. *in Iul. cap.* 76. Liv. 6. *c.* 16. *Conjecto in carcerem Manlio, ſatis conſtat magnam partem plebis veſtem mutaſſe, multos mortales capillum ac barbam promiſiſſe, obverſatamque veſtibulo carceris mœſtam turbam.* Idem 27. *c.* 23. *M. Livius erat multis ante annis ex conſulatu populi judicio damnatus, quam ignominiam adeo ægre tulerat, ut & rus migraret: & per multos annos & urbe & omni cœtu careret hominum. octavo ferme poſt damnationem anno M. Claudius Marcellus & M. Valerius Lævinus conſules reduxerunt eum in urbem: ſed erat veſte obſoleta capilloque & barba promiſſis: præferens in vultu habituque inſignem memoriam ignominiæ acceptæ. Cenſores eum tonderi, & ſquallorem deponere, & in ſenatum venire, fungique aliis publicis muneribus coëgerunt.* Diodor. Sic. *in excerpt. Valeſii*: Ὅτι περὶ τῆς τοῦ Μετέλλου φυγῆς ἐπ᾽ ἔτη δύω γενομένων λόγων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ὁ υἱὸς αὐτοῦ κόμην ὑποτρέφων καὶ πώγωνα, καὶ πιναρὰν ἔχων ἐσθῆτα περιῄει κατὰ τὴν ἀγορὰν, δεό-

μῆνος τῶν πολιτῶν. *Cum de reſtituendo Q. Metello in omnibus concionibus per integrum biennium ſermo aſſiduo fieret, ejus filius Q. Metellus barba & capillo ſubmiſſo ſordidatus, veſte ſqualida forum circuibat, cives obteſtans.* Solebant alioquin omnes Impp. poſterioribus ſeculis radere mentum, & tondere capillos. Cedren. de Heraclio: Ὁπηνίκα δὲ πρὸς τὸ τῆς βασιλείας ἦλθεν ἀξίωμα, εὐθέως ἐκείρατο τὴν κόμην, καὶ τὸ γένειον τῷ βασιλικῷ σχήματι, *Imp. factus comam totondit, ac mentum raſit, qui eſt Imperatorum habitus.*

10 Scribebat nomen Juſtinianus non ſine faſtu ingenti, quemadmodum ſequitur: Imperator Cæſar Flavius Anicius Iuſtinianus Alemannicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor ac Triumphator ſemper Auguſtus.

11 Imperator. Salutabat olim ſtante Republica Imperatorem exercitus, qui cæſis hoſtibus præclare rem geſſerat. Cic. 2. *Fam. epiſt.* 10. *Interea cum meis copiis omnibus vexavi Amanienſes, hoſtes ſempiternos, multi occiſi, capti: reliqui diſſipati, caſtella munita improviſo adventu capta & incenſa. Ita victoria juſta imperator appellatus apud Iſſum abduxi exercitum ad infeſtiſſimam Ciliciæ partem.* Varro 4. *de ling. Lat. In re militari Prætor dictus, qui præiret exercitui. Imperator ab imperio populi, qui eos qui id attentaſſent, oppreſſit hoſtes.* Tacit. de Auguſto *annal.* 1. *Nomen imperatoris ſemel atque vicies partum.* Ideoque non, ut hic perperam notavit Eguinarius Baro, omnes, qui exercitui cum imperio præerant, imperatoris conſecuti ſunt nomen, ſed qui vel mille ſexcentos, vel, ut alii, decem hoſtium millia cecidiſſent in acie. Diodor. Sic. *lib.* 36. *in fin. Mos erat Romanis, ſi ductor exercitus prælio cum ipſis adverſus hoſtes conſerto mille ſexcentos occidiſſet, Imperatorem renunciare ipſum, quem Græci βασιλέα nominant.* Appian. Alexand. 2. *de bell. civil. c.* 223. Καὶ ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἐν ὅπλοις ἔτι οὔσης αὐτοκράτωρ ὑπέστη προσαγορευθῆναι. ἔστι δ' ἡ τιμὴ τοῖς στρατηγοῖς τόδε τὸ προσαγόρευμα παρὰ τῶν στρατῶν, καθάπερ αὐτοῖς ἐπιμαρτυρούντων ἀξίως σφῶν αὐτοκράτορας εἶναι, καὶ τήνδε τὴν τιμὴν οἱ στρατηγοὶ πάλαι μὲν ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις ἔργοις προσίεντο, νῦν δ' ὅρον εἶναι τῇδε τῇ εὐφημίᾳ πυνθάνομαι τὸ μυρίους πεσεῖν. *Ab exercitu etiam tum armato imperatorem ſe conſalutari paſſus eſt. Id honoris olim ducibus conferebatur à ſuis militibus tanquam virtutis teſtimonium, quem illi poſt quodvis præclarum belli facinus admittebant: noſtra autem ætate, ut audio, nemini contingit hujuſmodi acclamatio, niſi cæſis hoſtium decem millibus.* Quare vitio datum eſt Licinio Craſſo,

cum

cum ad bellum Parthis inferendum profectus in Orientem, nullo prælio commiſſo, aliquot tantum oppidis Meſopotamiæ redactis in poteſtatem ſalutari ſe paſſus eſt imperatorem, ut ſcribit Plutarchus in ejus *vit. n.* 31. Καὶ πόλεις πολλὰς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ κατέσχεν ἑκουσίως προσθεμένας, ἐν μιᾷ δ' ἧς Ἀπολλώνιός τις ἐτυράννει, στρατιωτῶν ἑκατὸν ἀναιρεθέντων, ἐπαγαγὼν τὴν δύναμιν αὐτοῖς, καὶ κρατήσας διήρπασε τὰ χρήματα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀπέδοτο. Ζηνοδοτίαν ἐκάλουν τὴν πόλιν οἱ Ἕλληνες. ἐπὶ ταύτης ἁλούσης δεξάμενος αὐτοκράτωρ ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἀναγορευθῆναι, πολλὴν ὦφλεν αἰσχύνην, καὶ ταπεινὸς ἐφάνη, καὶ περὶ τὰ μείζονα δύσελπις, οὕτω πλεονέκτημα μικρὸν ἠγαπηκώς. *Multaſque Meſopotamiæ urbes in deditionem accepit, Zenodotiam quam Apollonius tyrannide obtinebat, ob interfectos ibi centum milites Romanos iratus admoto exercitu cepit, diripuit, & homines divendidit. Ea de re imperatorem ſe ab exercitu ſalutari paſſus magnum ſibi dedecus paravit, qui tam levi re geſta contentus eſſet, abjectumque animum, & ſpes de majoribus rebus exiguas ſe habere oſtenderet.* Si quis jam roget, cur ergo Gallogræciæ rex Dejotarus etiam ante rem in Meſopotamia geſtam Licinium Craſſum imperatorem ſalutaverit apud eundem Plutarch. *ibid. n.* 31. Εὑρὼν δὲ τὸν βασιλέα Δηϊόταρον πάνυ μὲν ὄντα γηραιὸν, ἤδη κτίζοντα δὲ νέαν πόλιν, ἐπέσκωψεν εἰπὼν, Ὦ βασιλεῦ, δωδεκάτης ὥρας οἰκοδομεῖν ἄρχῃ; γελάσας δ' ὁ Γαλάτης. Ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς, εἶπεν, ὦ αὐτοκράτορ, ὡς ὁρῶ, πρωῒ λίαν ἐπὶ Πάρθους ἐλαύνεις, *Cum regem Dejotarum admodum grandi natu novam urbem condere videret, ſubſannavit, duodecima eum hora ædificare dicens. Cui Galata ſubridens: & vero imperator, inquit, ne tu quidem ſatis mane, ut video, adverſus Parthos proficiſceris.* Cur prælio victus à Cæſare Scipio dicatur imperator à Val. Maxim. 3. *cap.* 2. *n.* 13. *Cum animadvertiſſet navem, qua vehebatur, ab hoſtibus captam, gladio præcordia ſua tranſverberavit: ac deinde proſtratus in puppi, quærentibus Cæſarianis militibus, ubinam eſſet imperator, reſpondit: Imperator bene ſe habet.* Dicendum exiſtimo, eum, qui exercitui cum imperio præerat, appellatum quidem imperatorem à ſingulis (quo ſenſu id quod dictum eſt ab Eguinario Barone, quem ſecutus eſt Vinnius ad *Proœm. Inſt.* laudandum exiſtimo) non aliter autem ab univerſo exercitu, quam ſi prælio fuſis & devictis hoſtium fortiſſimis copiis populi Romani auxiſſet imperium. Dico, *auxiſſet*, nam nec ob urbes receptas, quæ ad hoſtem defecerant, impetratum triumphum, nec ob rem bello civili præclariſſime geſtam Imperatorem conclamatum accepimus.

Valer. Max. 2. *cap.* 8. *Cautum erat, ut pro aucto imperio, non pro recuperatis, quæ populi Romani fuiſſent, triumphus decerneretur.* Ibid. *Verum quamvis quis præclaras res, maximeque utiles Reip. civili bello geſſiſſet, Imperator tamen eo nomine appellatus non eſt, nec ullæ ſupplicationes decretæ ſunt, neque aut ovans, aut curru triumphavit.* Erat hoſtis judicandus à ſenatu exercitus, ut dici poſſet imperator, qui illum ipſum exercitum prælio ſuperaverat. Cicer. *Philipp.* XIV. *Quamobrem aut ſupplicatio ob remp. pulcherrime geſtam veſtris imperatoribus publice deneganda eſt, quod præter Gabinium contigit nemini: aut ſupplicatione decernenda hoſtes eos, de quibus decernitis, judicetis neceſſe eſt. Quod ergo ille re, id ego etiam verbo, cum imperatores eos appello, hoc ipſo nomine & eos qui jam devicti ſunt, & eos, qui ſuperſunt, hoſtes judico, cum victores appello imperatores. Quomodo enim potius Panſam appellem? etſi habet honoris ampliſſimi nomen. quo Hirtium? eſt ille quidem conſul, ſed alterum nomen beneficii eſt populi Rom. alterum virtutis atque victoriæ.* Quod dico tamen, id obtinuit regulariter tantum. Interdum enim & ambitu Ducum & militari licentia ob rem geſtam egregie bello civili etiam Imperatores ſunt ſalutati ab exercitu, cæſo licet hoſtium longe minore numero, ut oſtendit exemplum, quod Plutarchus ſuppeditat *in vit. Craſſ. cap.* 31. Cæſar *lib.* 3. *de bell. civ. Duobus his unius diei præliis Cæſar deſideravit milites* DCCCCLX. *&c. Pompejus eo prælio Imperator eſt appellatus. hoc nomen obtinuit, atque ita ſe poſtea ſalutari paſſus eſt.* Dion. Caſſ. de Antonio, qui Catilinam oppreſſerat *lib.* 47. Αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῇ νίκῃ καίτοι τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πεφονευμένων ἐλάττονος παρὰ τὸ νενομισμένον ὄντος, ἐπεκλήθη, *Ipſe hujus victoriæ cauſa imperator, quanquam cæſorum numerus conſtituto longe minor eſſet, appellatus eſt.*

12 Cæterum cum armis invaſiſſent Rempubl. Cæſares vindicarunt ſibi proprium nomen Imperatoris. Sueton. *in Julio c.* 76. *Non honores modo nimios recepit, ut continuum conſulatum, perpetuam dictaturam, præfecturamque morum, inſuper prænomen imperatoris, cognomen patris patriæ,* &c. Appian. Alexand. *in præf. cap.* 5. Καὶ ἔστιν ἤδε ἡ ἀρχὴ ὑφ' ἑνὶ ἄρχοντι. οὓς βασιλέας μὲν οὐ λέγουσιν, ὡς ἐγὼ νομίζω, τὸν ὅρκον αἰδούμενοι τὸν πάλαι. αὐτοκράτορας δ' ὀνομάζουσιν, ὃ καὶ τῶν προσκαίρων στρατηγῶν ὄνομα ἦν, εἰσὶ δ' ἔργα τὰ πάντα βασιλεῖς. *Et ſic in hodiernum uni parent omnia: quem non regem dicunt, propter religionem opinor, jurisjurandi veteris, ſed Imperatorem nominant: quæ appellatio communis eſt eorum etiam, qui ad certum tempus præſunt exercitibus:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

tibus: ſed revera omnino reges ſunt. Dion. Caſſius *lib.* 52. *in fin.* Ταῦτα
τε καὶ ὁ Καῖσαρ ἔπραξεν ἐν τῷ ἔτει ἐκείνῳ, ἐν ᾧ τὸ πέμπτον ὑπάτευ-
σε, καὶ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἐπίκλησιν ἐπέθετο. λέγω δὲ οὐ τὴν ἐπὶ
ταῖς νίκαις κατὰ τὸ ἀρχαῖον διδομένην τισὶν, ἐκείνην γὰρ πολλάκις μὲν
καὶ πρότερον, πολλάκις δὲ καὶ ὕστερον ἀπ' αὐτῶν ἔργων ἔλαβεν, ὥστε καὶ
ἐν εἴκοσιν ὄνομα αὐτοκράτορος σχεῖν, ἀλλὰ τὴν ἑτέραν τὴν τὸ κράτος
διασημαίνουσαν, ὥσπερ τῷ πατρὶ αὐτοῦ τῷ Καίσαρι, καὶ τοῖς παισὶ τοῖς
τε ἐκγόνοις ἐψήφιστο, *Hæc ſunt quæ Cæſar egit eo anno, quo conſul quin-
tum fuit, quo etiam nomen Imperatoris accepit, non quale propter victo-
riam tribui more vetuſto ſolebat, id enim ſæpius & antea, & poſtmodo ex
ipſis actionibus reportavit, vicies quidem imperator dictus, ſed quo ſumma
imperii demonſtraretur, quod patri quoque ejus Julio & ejus filiis fuerat
decretum.* Idem *lib.* 53. Xiphil. è *Dion. lib.* 43. Ἐψηφίσθη δὲ αὐτῷ δημο-
σίᾳ καὶ τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα, οὐχ ὥσπερ τοῖς τινὰ μάχην με-
γάλην νικήσασιν, οὐδ' ὥσπερ τοῖς αὐτοτελῆ τινὰ ἐξουσίαν λαβοῦσιν, ἀλλὰ
καθάπαξ τοῦτο δὴ τὸ καὶ νῦν τοῖς τὸ κράτος ἀεὶ ἔχουσι διδόμενον, καὶ
πρῶτος αὐτοκράτωρ οὗτος ἀνηγορεύθη, *Decretum publice fuit, ut Cæ-
ſar Imperator nominaretur, non quemadmodum Imperatores dicuntur
ii, qui ex magno prælio victoriam reportarunt, aut qui in magna poten-
tia ſunt, ſed quomodo ii, qui quod ſummum imperium habent, idcirco
noſtris temporibus Imperatores appellantur; qua ratione Cæſar primus
omnium dictus eſt Imperator.*

Raro tum id exercituum duci conceſſum eſt. Tac. *annal.* 3. *in fin. Ti-* 13
*berius pro confecto bello interpretatus, id quoque Blœſo tribuit, ut impera-
tor à legionibus ſalutaretur: priſco erga duces honore, qui bene geſta Rep.
gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur, erantque plures ſi-
mul Imperatores, nec ſuper cæterorum æqualitatem. conceſſit quibuſdam
& Auguſtus id vocabulum, ac tunc Tiberius Blæſo.* Vellejus *lib.* 2. *cap.*
125. *Adjutore in eo negotio uſus Junio Blæſo, viro neſcias utiliore in
caſtris, an meliore in toga, qui poſt paucos annos proconſul in Africa, or-
namenta triumphalia, cum appellatione Imperatoria meruit.* Blœſum 14
hunc fuiſſe poſtremum, cui id honoris eſt conceſſum, exiſtimat Lipſi-
us *in not. ad Tacit.* ideoque legendum: *ac tunc Tiberius Blæſo poſtremum.
Obiere eo anno* &c. Sed evertit illam ipſam ſententiam Appianus Alexan-
drinus, qui loco jam allegato id ſua ætate nondum in deſuetudinem
abiiſſe ſignificat. Vixit autem Appianus ætate Trajani, Hadriani, & An-
tonini Pii Impp. ut conſtat ex Voſſio *de Hiſtor. Græc. lib.* 2. *cap.* 13. Ever-

tit

tit etiam Sueton. *in Tit. cap.* v. *Ad perdomandam Judæam relictus noviſſima Hieroſolymorum oppugnatione* XII. *propugnatores totidem ſagittarum confecit ictibus: cepitque eam natali filiæ ſuæ, tanto militum gaudio ac favore, ut in gratulatione Imperatorem eum conſalutaverint.* An evertat etiam in Panegyrico Plinius, admodum dubito: *Invidioſuſne erat aut tibi tertius conſulatus, aut Principi primus? nam ſecundum Imperator quidem, ſub Imperatore tamen iniſti.* Videtur enim ſimpliciter denotare Provinciæ vel exercitus Prætorem aut Præſidem; Trajanus autem, cui dixit Panegyricum Plinius, inivit iterum Conſulatum, cum præſideret Germaniæ. Dion. *lib.* 68. Quod autem in numero cæſorum hoſtium Diodorus & Appianus diſſenſerint ſupra, non eſt tam mirabile: fieri enim facillime potuit, ut aliud obtinuerit ætate Diodori, qui ſub Julio Cæſare ſe vixiſſe teſtatur, aliud Appiani.

15 Cæterum primi, qui occupaverunt Romanorum imperium, non ſolum Imperatores, ſed & Principes dicti. Tacit. *annal.* 1. *pr. Lepidi atque Antonii arma in Auguſtum ceſſere, qui cuncta diſcordiis civilibus feſſa nomine principis ſub imperium accepit.* Ibid. *Non aliud diſcordantis patriæ remedium fuiſſe, quam ut ab uno regeretur. Non regno tamen, neque dictatura, ſed Principis nomine conſtitutam Rempublicam.* Quorum exemplum cum ſequerentur & cæteri, *l.* 16. §. 1. *ff. de h.q.ut ind.* Juſtinianus etiam in fronte librorum, quos in omnem poſteritatis tranſmiſit memoriam, dixit ſe principem & ſacratiſſimum Principem. Ἀυτοκράτορα Græci; Recentiores etiam & poſterioris ætatis, cum jam Regum inſtar Imperatores diadema ſumpſiſſent, βασιλέα dixerunt.

16 Erat autem diadema faſcia candida, quæ caput cingebat. *Pannum* appellat Valer. Max. *lib.* 1. *cap.* 2. Ῥάκος Plutarch. *in Lucull. n.* 36. Vittam Silius Italic. *lib.* 16.

regnique inſigne vetuſti
Geſtat læva decus, cinguntur tempora vitta
Albenti.

Unde jam intellectu cuivis facillimum, quod ſcribit Appian. *in Syriac. cap.* 89. vulnerato Lyſimacho Ἀλέξανδρον ἀπορίᾳ τελαμῶνος τῷ διαδήματι αὐτοῦ τὸ τραῦμα περιδῆσαι, καὶ ἐμπλησθῆναι μὲν αἵματος τὸ διάδημα, *Alexandrum inopia faſciæ vulnus ejus obligaſſe diademate, diadema vero ſanguine fuiſſe repletum.* Primus eam in occipitio nodo conſtrictam Aurelianus apud Romanos capiti circumligatam impoſuit.

Au-

Aurelius Victor *in Aurel. Iſte primus apud Romanos diadema capiti innexuit: gemmiſque & aurata omni veſte, quod adhuc fere incognitum Romanis moribus videbatur, uſus eſt.* Nimirum is publice primus ſic prodiit. Lamprid. *in Heliogab. Voluit uti & diademate gemmato, quia pulchrior fieret, & magis ad vultum fœminarum aptus, quo & uſus eſt domi.*

Miranti autem primum hunc amictum veſtimentis auratis, & quam 17 igitur veſtem velut inſigne imperatorium ſuperiores habuerint Principes interroganti reſpondebit Eutropius *lib.* 9. *Diocletianus adorari ſe juſſit, cum ante eum cuncti ſalutarentur, ornamenta gemmarum veſtibus calceamentiſque indidit. Nam prius imperii inſigne in chlamyde purpurea tantum erat: reliqua communia.* Idem reſpondebit etiam *tom.* 2. *annal.* Zonaras: Οὐκέτι προσαγορεύεσθαι παρὰ τῆς γερουσίας ἠνείχετο, ἀλλὰ προσκυνεῖσθαι ἐθέσπισε. καὶ τὰς ἐσθῆτας αὐτοῦ καὶ τὰ ὑποδήματα χρυσῷ καὶ λίθοις καὶ μαργάροις ἐκόσμησε, καὶ πλείονα πολυτέλειαν τοῖς βασιλικοῖς παρασήμοις ἐπέθετο. οἱ πρώην γὰρ βασιλεῖς κατὰ τοὺς ὑπάτους τετίμηντο, καὶ τῆς βασιλείας παράσημον μόνον εἶχον πορφυροῦν περιβόλαιον, *Non jam amplius à ſenatu ſalutari ſuſtinuit, ſed adorari ſe juſſit, veſteſque & calceamenta auro & lapillis & margaritis ornavit: ac regiis inſignibus plus magnificentiæ addidit. Nam ſuperiores Principes inſtar Conſulum obſervabantur, & imperii inſigne purpuream tantum chlamydem habebant.* Chlamydem illam purpuream appellat trabeam Servius ad *Virgil.* 7. *Æneid. Romanorum Imperatorum inſigne fuit ſella curulis & trabea: nam diadema, ut aliarum gentium, Reges non habebant.* Ἀλουργίδα Pæanius, qui Græce vertit Eutropium, Eutropius *ibid.* ſimpliciter purpuram. *Huic ſucceſſit Tetricus Senator, qui Aquitaniam honore Præſidis adminiſtrans, abſens à militibus Imperator electus eſt, & apud Burdegalam purpuram ſumpſit.* Capitolinus *in Gordian.* palmatam. *Palmatam tunicam & togam pictam primus Romanorum ſuam propriam habuit, cum antea hanc Imperatores de Capitolio vel de palatio acciperent.* Corippus chlamyden ſecutus Eutropium *lib.* 2. *de laud. Juſt.*

Baltheus effulgens lumbos præcinxit heriles,
Subſtrictoque ſinu veſtis divina pependit.
Poplite fuſa tenus pretioſo candida limbo
Cæſareos humeros ardenti murice texit
Circumfuſa chlamys.

Pretioſo candida limbo. Trabeam enim albo mixtam fuiſſe togam pur-

purpuream ſignificat Servius ad illud *Virgilii* 7. *Æneid.*

Ipſe Quirinali trabea cinctuque Gabino.

Auro circumtextam oſtendit Auſonius *orat. ad Gratian. in fin. Supremus ille imperii & conſiliorum tuorum Deus conſcius, & arbiter & auctor indulſit, ut ſellam curulem, cujus ſedem frequenter ornabis, ut prætextam meam purpuræ tuæ luce fucatam, ut trabeam non magis auro ſuo, quam munere tuo ſplendidam, quæ ab Illyrico ſermonis dignitas honeſtavit, apud Gallias illuſtriora præſtares.* Scio apud veteres togam & chlamydem, palmatam & trabeam fuiſſe diſtincta. Palmatam enim fuiſſe tunicam, trabeam vero togam ex Capitolino & Servio ſupra ſatis apparet; ſed translato jam Conſtantinopolim Romanorum imperio diſcrimen illud in deſuctudinem abiiſſe videtur. Cum enim prætextam à trabea diſtinguat Auſonius, puto eum per trabeam intellexiſſe palmatam. Quod perpendenti quæ in eadem oratione ſuperius retulit patebit apertius: *Palmatæ veſtis meæ ornamenta diſponis, feliciter & bono omine. Namque iſte habitus ut in pace conſulis eſt, ſic in victoria triumphantis. Parum eſt, ſi qualis ad me trabea mittatur, interroges, te coram promi jubes. Nec ſatis habes, ut largitionum magiſtri ex more fungantur: eligis ipſe de multis: & quum elegeris, munera tua verborum honore proſequeris. Palmatam inquis tibi miſi, in qua Divus Conſtantinus parens noſter intextus eſt.*

18 Palmatam autem olim fuiſſe veſtem triumphantium confirmat Polybius *lib. 6. Accipiunt veſtes, ſiquidem Conſul vel Prætor fuerit,* περιπορφύρους *i. e. prætextas, ſi cenſor, purpureas, ſi triumphalis, deauratas.* Eaque triumphaſſe poſt ſubactam Macedoniam Æmilium Paulum ſcribit Plutarch. *in ejus vit. c.* 58. Non ſolum autem magiſtratus ætate Tiberii, verum etiam plerique Romanorum purpura veſtiti prodierunt in publicum. Xiphil. in Tiber. Καὶ ἐπειδήγε πολλοὶ ἐσθῆτι ἁλουργῷ, καίπερ ἀπαγορευθὲν πρότερον ἐχρῶντο, διεμέμψατο μὲν οὐδένα, οὐδὲ ἐζημίωσεν οὐδένα, *Cumque plerique purpureis togis uterentur, quod ante vetitum erat, neminem nec reprehendit, nec mulctavit Tiberius.* Vetuerat Auguſtus. Dion Caſſ. *lib.* 49. Τοὺς Ουτικησίους πολίτας ἐποίησατο, τὴν τε ἐσθῆτα τὴν ἁλουργῆ μηδένα ἄλλον, ἔξω τῶν βουλευτῶν τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὄντων, ἐνδύεσθαι ἐκέλευσεν. ἤδη γὰρ τινὲς καὶ τῶν τυχόντων αὐτῇ ἐχρῶντο. *Uticenſibus civitatem dedit, edixitque ne quiſquam, niſi ſenator qui cum magiſtratu eſſet, purpuram geſtaret, quam jam vulgo ſumi videbat.* Sanctionem Auguſti revocaſſe videntur Imperatores, cum jam invexiſſent conſuetudinem regiam non ſolum diadamate,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

mate, verum etiam aurea corona impoſita capiti.

Primus eam quis ſumpſerit, ut opinor, incertum eſt. Conſtantinum 19
interim veriſimiliter conjicere liceat; ejus enim coronam, quæ ſupra my-
ſticam menſam pendebat, cum Andronicum populus dejeciſſet imperio,
Iſaacio Angelo ſcribit impoſitam Nicetas Choniates *lib.2.de imp. Andron.
Comn. in fin.* Cedrenus, Φασὶ δὲ αὐτὸν πρῶτον τῶν βασιλέων πάντων
διαδήματι χρήσασθαι, καὶ μαργαρίταις καὶ ἄλλοις λίθοις περιεργότερον
κοσμηθῆναι, *Ajunt eum primum uſum eſſe diademate margaritis &
lapillis ambitioſe diſtincto.* Ubi niſi per diadema coronam intelligas, Au-
relium Victorem, qui primum Aurelianum ſumpſiſſe dicit diadema, fru-
ſtra cum Cedreno in concordiam rediges. Conjecturam enim Valeſii, 20
qui ad Amm. Marcell. *lib.22.pr.* diebus feſtis duntaxat Aurelianum cin-
xiſſe diademate caput exiſtimat, impune licet contemnere, cum eam non-
dum probaverit. Nequis autem temere ne dicam inepte coronam & dia-
dema me miretur confundere, auctorem citabo Pontificem Maximum in
*c. Conſtantinus diſt. 96. Decrevimus itaque & hoc, ut ipſe & ſucceſſores
ejus diademate, videlicet corona, quam ex capite noſtro illi conceſſimus, ex
auro puriſſimo, & gemmis pretioſis uti debeant, & in capite ad laudem
Dei pro honore B. Petri geſtare.* Sed ſiquis illud capitulum ſpurium & ab
impudentiſſimo Paparum patrono dicat eſſe confictum, producam in
medium auctorem omni exceptione majorem Ammian. Marcellinum,
qui aureum torquem, quem Julianus cum invaſiſſet imperium circum-
dedit capiti, appellat diadema *lib.20. Hiſque geſtis haud minore quam an-
tea cura conſtrictus, futuraque celeri providens corde nec diadema geſtavit,
nec procedere auſus eſt uſquam.* Coronam vero *lib. 21. pr. Quinquenna-
lia Auguſtus jam edidit: & ambitioſo diademate utebatur lapidum fulgore
diſtincto, cum inter exordia principatus aſſumpta vili corona circumda-
tus erat Xyſtarchæ ſimilis purpurato.* Ubi ſiquis etiam per illud diade-
ma coronam intelligat, non opinor erraverit; Si enim fuiſſe faſciam ve-
lis defendere, cur eam Juliano favore militum ad imperium evecto
reperiri potuiſſe Ammianus negaverit *d. lib. 20.* divinare non poſſum,
præſertim cum ad obliganda vulnera militum paratas in exercitu ſemper
fuiſſe faſcias videatur credibile. Utique ſi diadema ſemper ſignificat fa-
ſciam, cur ergo Procopius tiaras, quibus Perſici proceres procede-
bant conſpicui, appellat diademata 4. *Gotth.* Εἵποντο δὲ αὐτῷ καὶ δύο
τῶν ἐν Πέρσαις λογιμωτάτων, οἳ δὴ καὶ διαδήματα ἐπὶ τῶν κεφαλῶν
χρυσᾶ ἐφόρουν, *Sequebantur autem eum duo apud Perſas clariſſimi, qui*

diade-

diademata aurea capite geſtabant. Cur aureum capitis arietini figmentum, quo optimatibus Rex Perſarum præcelluit, idem Ammianus diadema vocavit, *lib.* 19. *pr. Inſidens autem equo, ante alios celſior, ipſe præibat agminibus cunctis, aureum capitis arietini figmentum interſtinctum lapillis pro diademate geſtans.* Sane non faſciam, ſed coronam ab exercitu, qui Julianum coëgit ad invadendum imperium, tam anxie quæſitam evidentiſſime docet nos Socrates *Hiſt. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 1. ὡς δὲ στέφανος βασιλικὸς οὐ παρῆν, εἷς τῶν δορυφόρων ὃν εἶχε περιτραχήλιον ἑαυτοῦ στρεπτὸν λαβὼν περιτέθεικε, *Quum autem corona imperialis deeſſet, unus haſtatorum torquem, quem habebat in collo, ſumens Juliani capiti circumpoſuit.* Sed & ipſe Julianus id non obſcure ſignificat ad S. P. Q. Athen. Καὶ οὔτε τὴν πρόσρησιν, οὔτε τὸν στέφανον προσιέμην, *Ac neque appellationem ipſam, neque coronam admiſi.* Valentinianum etiam & ejus filium Gratianum, cum ſuſcepiſſent imperium, corona redimitos velut rem jam uſitatam teſtatur Ammianus *lib.* 26. *pr. Progreſſus Valentinianus in campum, permiſſuſque tribunal aſcendere celſius ſtructum, comitiorum ſpecie & voluntate præſentium ſecundiſſima, ut vir ſerius rector pronuntiatur imperii. Mox principali habitu circumdatus & corona, Auguſtuſque nuncupatus.* Idem *lib.* 27. *Quo viſo majore fiducia Valentinianus exultans, corona indumentiſque ſupremæ fortunæ ornatum filium oſculatus, jamque fulgore conſpicuum*, &c. Ante Conſtantinum autem cum nemo Imperatorum eam, niſi fallor, aſſumpſerit, conjecturam meam
21 idoneis argumentis confirmaſſe jam videor. Sed ſiquis rogaverit, cur ergo in nummis anteriorum etiam Imperatorum imagines ſint corona conſpicuæ, dicendum exiſtimo, videri coronatas, non ut Imperatorum, ſed quia poſt mortem referebantur in Deos. Ruben. *diſſert. de Gemm. Tiber.* Conſtat alioquin, quod coronis etiam uſi ſunt primi Imperatores, non ut Imperatores, ſed ut quilibet alius, qui bene geſta republica glorioſe triumphans erat urbem invectus. Ludis enim, qui triumphaverant, utebantur corona, quæ à tergo triumphantium ſuſtineri ſolebat, ut teſtis eſt Plinius lib. 33. cap. 1. *Vulgoque ſic triumphabant, & cum corona ex auro Hetruſca ſuſtineretur a tergo, annulus tamen in digito ferreus erat, æque triumphantis, ac ſervi fortaſſe coronam ſuſtinentis, ſic triumphavit de Jugurtha C. Marius.* Vellej. *lib.*2. *T. Ampius & T. Labienus tribuni pl. legem tulerunt, ut ludis Circenſibus corona aurea, & omni cultu triumphantium uteretur, ſcenicis autem prætexta, coronaque aurea.* Dio. Caſſ. *lib.* 44. *Lupercalibus cum pro roſtris aurea in ſella conſediſſet, regia veſte, au-*

reaque


reaque corona exornatus. Idem *lib.* 48. *Agrippam, aurea corona roſtrata donavit: quod neque ante neque poſt eum contigit ulli: eſtque deinde ſenatuſconſulto ſtatutum, ut quoties aliquis triumphans coronam lauream ferret, ipſe navali hac uteretur.* Cæterum corona, nihil erat aliud, quam 22
circulus aureus, inſtar ejus quem deſcribit Virgil. 12. Æneid. duodecim radios emittere ſolitus.

Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis ſex radii fulgentia cingunt,
Solis avi ſpecimen

Poſteriores autem Imperatores Orientis ſumpſerunt *calyptram* ἀντὶ τοῦ διαδήματος, pileum, ut deſcribit eam Nicephorus Gregoras, *c. de Irene Imperatoris altera uxore, & lib. 7. de Michaëlis Imp. & Turcarum pugn. in Cherſoneſo,* ex panno, cui intertextum erat aurum & purpura, ita confectum, ut inſtar pyramidis in acumen exſurgeret. Πυραμίδα dicit Georgius Logothetes in Chronic. Καὶ τὰ μὲν ἐρυθρὰ πέδιλα ἀπεβάλλετο καὶ τὴν περιμάργαρον πυραμίδα, εἰς ἣν καὶ λίθος ὑπερκάθηται κόκκινος, ἃ βασιλικὰ σύμβολα. *Depoſuit talaria rubra una cum pyramide margaritis diſtincta, in cujus ſummitate lapis refulgebat purpureus, quæ ſunt Impp. inſignia.* Τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λίθον Joh. Cantacuzen. l. 1. c. v. & λίθῳ κεκοσμημένον πῖλον *l.* 4. *c.* 37. & πίλον etiam ſimpliciter 2. *hiſt. cap.* 14. Calyptra vero, quod omnino notandum 23
hic, non erat corona, ſed pileus Imperatorum, quo vulgo utebantur vel domi vel alibi. Coronam enim non aliter ſolebant aſſumere, quam vel feſtis ſolennibus, vel cum triumphantes reverterentur à præliis. Michaël Glycas *part. 4. annal. p. 311. edit. Reg.* Καὶ διὰ τῶν μεγάλων πυλῶν χρυσῷ στεφάνῳ λόφον ἐφύπερθεν ἔχοντι ἐθριάμβευσεν ἐστεφανωμένος, *Aureaque corona redimitus, quæ criſtam & apicem ſupra habebat, per portas magnas ingreſſus triumphum egit.* Codin. *de offic. Conſtant. cap.* 17. *in fin.* Δεῖ δὲ γινώσκειν καὶ τοῦτο, ὅτι ὁπηνίκα φορεῖ τὸ ἑαυτοῦ στέμμα ὁ βασιλεὺς ἢ ἐν προβλήσει πατριάρχου, ἢ καθ' οἵαν δὴ τινὰ χρείαν ἄλλην, συνήθειά ἐστι παρίστασθαι τούτῳ τέσσαρας ἀπὸ τῶν ἐντιμοτέρων ἀρχόντων τῆς πολιτείας ἀνὰ δύο ἐξ ἑκατέρου μέρους, *Et id quoque cognoſci oportet, cum Imperator geſtat coronam ſuam, ſive in creatione Patriarchæ, ſive Deſpotæ, ſive ob aliam quamcunque neceſſitatem, moris eſſe ut adſint ei quatuor ex honoratiſſimis imperii Principum, duo utrimque.* Inſtar pyramidis, quemadmodum dixi, exſurgebat calyptra. Corona vero hemiſphæri erat inſtar undique clauſi & concavi. Anna Commena 3. *hiſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Τὸ μὲν βασιλικὸν διάδημα καθάπερ ἡμισφαίριον ἄγυρον τὴν κεφαλὴν διαδεῖ πανταχόθεν, μαργάροις κοσμούμενον, τοῖς μὲν ἐγκειμένοις, τοῖς δὲ καὶ ἐξηρτημένοις. ἑκατέρωθεν γὰρ τῶν κροτάφων ὁρμαθοί τινες ἀπαιωροῦνται διὰ μαργάρων καὶ λίθων καὶ τὰς παρειὰς ἐπιξέουσι. καὶ ἐστὶ τοῦτο ἐξῃρημένον τι σχῆμα τοῖς βασιλεῦσι στολῆς, *Imperatorium diadema plane inſtar hemiſphæri undique concavi ac clauſi omni æque ex parte caput amplectebatur, margaritis partim ſubſidentibus & quaſi operi intextis, partim extantibus ac foras pendulis ſpecioſiſſime ornatum. Nam utrimque ad tempora ex margaritis ac gemmis pluribus compacta monilia pendebant, verberabantque genas, atque id eximium & proprium inſigne Imperatoriæ poteſtatis erat.* Nec ſemper tamen, cum dies eſſet ſolennis, Imp. hac corona ſolebat eſſe conſpicuus. Habebat adhuc alia quædam capitis tegmina, vel diademata potius, quibus uti ſolebat. Codin. *de offic. Conſtant. cap.6. n.36.* Ἐπὶ δὲ κεφαλῆς φορέματα διάφορα, ποτὲ δὲ τὸ ὀνομαζόμενον τροπαιουχίαν, ποτὲ δὲ Ἰουστινιάνειον, ἐν ἄλλοις δὲ ὑπέρτερον, *In capite diverſa habet geſtamina, interdum id, quod vocatur Tropæuchia, aliquando Juſtinianeum, aliquando adhuc excellentius.* Juſtinianei effigiem expreſſit Alemannus ad *Procop. in not.* Eſt autem hujuſmodi.



Sed & illud notandum calyptra non ſolum uſos Impp. Orientis, ſed & aulicos proceres, præſertim ſi eſſent provectiori ætate. Niceph. Gregoras XI. *hiſt. in fin.* Περὶ γε μὲν τῆς ἐπὶ κεφαλῆς καλύπτρας ἐπὶ τῶν προτέρων βασιλέων ἔθος, τοὺς μὲν χρόνῳ προβεβηκότας ἐν τοῖς βασιλείοις χρῆσθαι καλύπτραις πυραμίδος μὲν ἐχούσαις σχῆμα. Ὅσοι δὲ ἐν ἡλικίᾳ, τούτους δέ πάντας καθάπαξ ἀκάλυπτον ἔχειν τὴν κεφαλὴν, *De capitis porro tegumento apud ſuperiores Impp. moris erat, ut ætate provectiores aulici proceres pileis turbinatis uterentur; adoleſcentes vero omnes nudis eſſent capitibus.* Lapis ille purpureus, uniones & margaritæ βασιλικὰ erant σύμβολα, quæ diſtinguebant Imp. à cæteris, ut recte Cuperus

etiam,,

etiam, cujus obſervationes non ita diu prodierunt, 3. *obſ. cap.* 8. Nec ſolus Imp. prodibat coronatus diebus illis ſolennibus, verum etiam Deſpotæ, Sebaſtocratores, Cæſares, & Panyperſebaſti. Cod. *lib. de offic. Conſtant.* Cæſar Bryenn. 4. *hiſt.* 3. *in fin.* Sed eorum corona, ſive ςέμμα, vel ςέφανος, ut Græci ſolent dicere, ſupra non erat clauſa, ſed aperta quadamtenus. Anna Comn. *ibid.* 3. *hiſt.* Καὶ ςέμμασιν ἐν ταῖς πανδήμοις ἡμέραις αὐτὸς ςεφανοῦσθαι προσέταττε, τόν τε Σεβαςοκράτορα καὶ τὸν καίσαρα, κατὰ πολὺ διαφέρουσι τῇ πολυτελείᾳ τοῦ διαδήματος, ᾧ αὐτὸς ἐςεφάνωτο, &c. *Coronis etiam ornari paſſus eſt diebus ſolennibus Sebaſtocratorem & Cæſarem, ſed magnificentia multum differentibus ab ea corona, qua ipſe utebatur &c.* & paulo poſt: Οἱ δὲ τῶν Σεβαςοκρατόρων καὶ τῶν καισάρων ςέφανοι, σποραδὴν ἐςὶν ὅπου τῶν μαργάρων καὶ λίθων μετέχοντες ἄνδω τοῦ ἐπισφαιρώματος. *At Sebaſtocratorum & Cæſarum coronæ cinctum habebant ſolum ſparſione margaritarum per intervalla diſtinctum ſine ullo imminentis ſuperne cavitatis orbe.* Calyptra vero ἀπὸ τοῦ καλύπτειν, quia caput tegebat. Vulgo alioquin ut ab aulicis cæteris poſſent diſtingui Deſpotæ, Cæſares, & Sebaſtocratores habebant σκιάδιον, pileum, qui circa frontem, ni fallor, habebat quoddam cingulum, ut opinor, hujuſmodi:



Ejuſmodi enim pileorum effigies paſſim per hiſtoriam Byzantinam occurrunt in nonnullis iconibus exhibentibus quædam acta Florentini Concilii. Id vero cingulum cum umbram efficeret, idcirco & pileum dixerunt σκιάδιον. Erat autem is ὁλομάργαρος, *totus ex margaritis*, ut affirmat Codinus *de offic. conſt.* περὶ τῶν περικαλυμμάτων τῆς κεφαλῆς &c. Regulariter ſaltem. Sed ut tandem revertar eo, unde digreſſus ſum, illud etiam minimè 24
prætereundum exiſtimo, Principes exterarum gentium labefactato Romanorum imperio ῥῆγας ſalutatos, non autem βασιλέας, ut loquens de Theodorico rege Gotthorum, qui Romam & univerſam propemodum ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

obtinebat Italiam, nos docet Procopius 1. Gotth. καὶ βασιλέως μὲν τοῦ Ῥωμαίων οὔτε τοῦ σχήματος, οὔτε τοῦ ὀνόματος ἐπιβατεῦσαι ἠξίωσεν. ἀλλὰ ῥὴξ καλούμενος διεβίω. οὕτω γὰρ σφῶν τοὺς ἡγεμόνας οἱ βάρβαροι καλεῖν νενομίκασι, *Romanorum Imperatoris neque habitum neque nomen uſurpare contendit. Sed Rex appellatus tranſegit ætatem. Sic enim barbari Principes ſuos appellare ſolebant.* Conſtantin. Manaſſes de Carolo Magno:

Ἦν δὲ τῶν Φράγγων φύλαρχος ὁ Κάρουλος ἐκεῖνος,
Ῥῆγας τοὺς σφῶν κατάρχοντας οἴδασι Φράγγοι λέγειν.

De Gotthis id nemini mirum videbitur, quorum reges olim judices quam reges appellari malebant, ut de Athanarico teſtatur Themiſtius in orat. x. ad Valentem, quam ei poſt pacem cum Gotthis initam dixit: οὕτω γοῦν τὴν μὲν τοῦ βασιλέως ἐπωνυμίαν ἀπαξιοῖ, τὴν τοῦ δικαστοῦ δὲ ἀγαπᾷ. ὡς ἐκεῖνο μὲν δυνάμεως πρόσρημα, τὸ δὲ σοφίας. *Idcirco enim Regis appellationem repudiat, uſurpat judicis, tanquam hæc quidem potentiæ, illa vero ſapientiæ propria ſit.* Ammian. Marcell. *lib.* 27. *Poſtque leviora certamina Athanaricum ea tempeſtate judicem potentiſſimum, auſum reſiſtere cum manu, quam ſibi crediderit abundare, extremorum metu coëgit in fugam.*

25 A Græcis autem ad Francos & à Francis ad Germanos tranſlato in Occidente Romanorum imperio cum triplicem coronam Imperatores cœpiſſent ſuſcipere, auream Romæ, Aquiſgrani argenteam, prope Mediolanum Modoëtiæ ferream *vetuſtiſſimi operis*, ut dicit Jovius *hiſt. lib.* 27. quæſitum & diſputatum inter Juris interpretes, num Imperatoris illi nomen conveniat, cui nondum triplex illa coronatio ſolenniter contigit. Aretino id negare non fuit religio, ut ille teſtatur, qui Joh. Fabri commentarium ad *Inſtit.* notis auctiorem emiſit in lucem. Ego cauſam negandi non poſſum animadvertere, niſi Carolum V. invictiſſimum Principem, qui decennio ante coronam argenteam Aquiſgrani ſuſceperat, quam auream Romæ & Modoëtiæ ferream imponeret capiti, toto illo decennio ſatis abſurde Imperatorem fuiſſe negaveris.

C A-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

CAPUT SECUNDUM.

1. *Inter Imperatorem & Cæſarem quæ differentia?*
2. *Quis Nobiliſſimus.*
3. *Notatur Pancirolus.*
4. *Quis Syncellus.*
5. *Sebaſtocrator, Panyperſebaſtus.*
6. *Auguſtiſſimus.*
7. *Deſpota.*
8. *Notatur Accurſius.*
9. *Nomen gentilitium Claudii Principis, qui Gallieno ſucceſſit.*
10. *Vnde Iuſtinianus dictus ſit Flavius*
11. *Notatur in tranſitu Trebellius Pollio.*
12. *Notatur Caſaubonus.*
13. *De Romanorum nominibus.*
14. *Notatur Gothofredus.*
15. *Peregrini an uſi ſint Romanorum nominibus.*
16. *Germani veteres uno tantum ſunt uſi & ſimplici nomine.*
17. *Juſtiniani agnomina.*
18. *An Juſtinianus etiam Julianum ſe dixerit.*
19. *Cur Juſtinianus ſe ſacratiſſimum dixerit.*
20. *Quibus uſi ſint titulis reges Perſarum.*
21. *Cur fratres Solis & Lunæ ſe appellaverint.*
22. *Cur impoſuerint capiti caput arietis.*

CÆSAR. Qui Imperator, idem Cæſar. Primus Hadrianus diſcrimine facto deſignatum imperatoriæ majeſtatis heredem Cæſarem nuncupavit Cejonium Commodum. Spartian. *in Æl. Ver. Cejonius Commodus, qui & Ælius Verus appellatus eſt, quem ſibi Adrianus ævo ingraveſcente morbis triſtioribus preſſus, peragrato jam orbe terrarum adoptavit, nihil habet in ſua vita memorabile, niſi quod tantum Cæſar eſt appellatus: non teſtamento, ut antea ſolebat, neque eo modo, quo Trajanus eſt adoptatus: ſed eo prope genere, quo noſtris temporibus à veſtra clementia Maximianus atque Conſtantius Cæſares dicti ſunt; quaſi quidam principum filii viri, & deſignati auguſtæ majeſtatis heredes.* Non eſt igitur veriſimile, quod Aurelius Victor diſcrimen illud à Trajano inventum exiſtimat: *Morbo*, inquit, *periit adſcito prius ad imperium Hadriano. Abhinc diviſa nomina Cæſarum atque Auguſti: inductumque in remp. uti duo ſeu plures ſummæ potentiæ diſſimiles, cognomento ac poteſtate diſpari ſint.* Nec adoptatum, nec à Trajano, ſed artibus Plotinæ, Trajano jam mortuo, evectum ad imperium fidem evidentiſſime Dio Caſſius facit *lib.* 69. *pr.* Ἀδριανὸς δὲ ὑπὸ μὲν Τραϊανοῦ οὐκ ἐσεποιήθει, οὐ μέντοι οὐτ' ἄλλό τι ἐξαίρετον παρ' αὐτοῦ ἔλαβεν, *Hadrianus a Trajano adoptatus non eſt, neque aliud quidquam præcipuum ab eo* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ab eo obtinuit, &c. Imperatorem dicebant Auguſtum. Cæſarem non Auguſti, ſed Nobiliſſimi titulum conſecutum oſtendit inſcriptio *l.2.C.de fer. Imperatores Conſtantinus & Maximianus AA. Severus & Maximinus Nobb. CC.* id eſt, Nobiliſſimi Cæſares. Ita quem Honorium Cæſarem Faſti appellant, puerum nobilem vocat inſcriptio *l.14.C.de relig. & ſumpt.* Lex. *ult. C. de privil. eor. q. in ſacr. pal. mil. Honorio NB.* id eſt, Nobiliſſimo, *& Evodio Coſſ.* Faſti Siculi. Ονωρίου καίσαρος καὶ Ευοδίου.

2. Omnem igitur Cæſarem recte Nobiliſſimum, ſed non omnem Nobiliſſimum recte Cæſarem dixeris. S. Nicephorus, *in fin. hiſt.* Τῶν υἱῶν αὐτοῦ τοὺς μὲν δύο Χριστοφόρον καὶ Νικηφόρον καίσαρας ἔστεψε, Νικήταν δὲ Νοβελίσιμον, *Duos è liberis ſuis Chriſtophorum & Nicephorum Cæſares, Nicetam vero Nobiliſſimum creat.* Olympiodorus apud Photium: Οὗτος δύο παῖδας ἔσχε Κώνσταντα καὶ Ιουλιανόν. ὧν τὸν μὲν Κώνσταντα καίσαρα χειροτονεῖ, εἶτα ὕστερον κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας καὶ τὸν Ιουλιανὸν νωβελίσιμον, *Huic duo filii erant Conſtans & Julianus. Illum Cæſarem conſtituit; Julianum deinde eo ipſo tempore creat Nobiliſſimum.* Idem apud eundem *p.* 191. *Valentinianus ſuperſtite etiamnum Honorio, Nobiliſſimus dictus, impellente fratrem Placidia* Ibid. *p.* 198. *Ad Theſſalonicam Helicon officiorum magiſter à Theodoſio miſſus Valentinianum in illa ipſa urbe Cæſaris veſte induit.* Cæſar erat candidatus majeſtatis imperatoriæ, Nobiliſſimus autem dignitatis Cæſareę, ut recte notatum à doctiſſimo Goar *ad Ce-*
3. *dren. p.*468. & 750. Veriſimile quidem à Conſtantino excogitatum hunc Nobiliſſimi titulum. Primus enim Cæſaris & Nobiliſſimi dignitatem, ut opinor, diſtinxit *lib.* 2. *hiſt.* συνῆρχον δὲ αὐτοῖς τρόπον τινὰ, Δαλμάτιος καίσαρ ὑπὸ Κωνσταντίνου κατασταθεὶς, ἔτι δὲ καὶ Κωνστάντιος ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ, καὶ Αναβαλλιανὸς ἐσθῆτι χρώμενοι κοκκοβαφεῖ καὶ περιχρύσῳ, τῆς δὲ λεγομένου νωβελισσίμου παρ' αὐτοῦ Κωνσταντίνου τυχόντες ἀξίας, αἰδοῖ τῆς συγγενείας, *Erant & imperii quodammodo participes, Dalmatius à Conſtantino Cæſar dictus, & Conſtantius Conſtantini frater, & Anaballianus, qui purpurea & aureis ornata limbis veſte utebantur, dignitatem nobiliſſimatus, ut vocant, ab ipſo Conſtantino propter agnationis reverentiam conſequuti.* Sed quod ait Pancirolus 1. *var. lect.* 2. *lib.* 2. *hiſt.* ſcribere Zoſimùm, à Conſtantino excogitatum hunc titulum, lege lata, ut ſupra præfectos prætorii ſederent, memoria lapſo & alio properanti condonandum exiſtimo. Non de Nobiliſſimis, ſed de Patriciis Zoſimus illud ipſum ibidem his verbis aſſeruit: Ἔπειτα καὶ Δαλματίῳ τῷ καίσαρι ῥάπτει τὴν ὁμοίαν ἐπιβουλὴν, συναναιρεθῆναι τούτῳ καὶ Οπτά-

τον

τον παρασκευάσας, ὃς παρὰ Κωνσταντίνου τῆς ἀξίας τετυχήκει τοῦ πατρικίου, πρώτου ταύτην ἐπινοήσαντος τὴν τιμὴν, καὶ προκαθῆσθαι τοὺς ταύτης ἠξιωμένους τῶν τῆς αὐλῆς ὑπάρχων νομοθετήσαντος, *Deinde Dalmatio Cæſari ſimiles inſidias ſtruit, Optato quoque cum hoc interfici juſſo, qui patricii dignitatem adeptus à Conſtantino fuerat. Eum honoris titulum primus Conſtantinus excogitaverat, lataque lege ſanxerat, ut qui hunc conſequuti fuiſſent, ſupra ipſos præfectos prætorii ſederent.* Cæterum cum pari poteſtate collegam vellet adſciſcere Valentinianus, fratrem & filium pronuntiavit Auguſtos. Ammian. Marcell. *lib.* 27. *In hoc tamen negotio Valentinianus morem inſtitutum antiquitus ſupergreſſus, non Cæſares, ſed Auguſtos germanum nuncupavit & filium, benivole ſatis. Nec enim quiſquam antehac aſcivit ſibi pari poteſtate collegam, præter Principem Marcum, qui Verum adoptivum fratrem abſque deminutione aliqua majeſtatis Imperatoriæ ſocium fecit.* Ut autem Cæſar erat velut 4.
heres deſignatus majeſtatis Auguſtæ, ita Syncellus erat Conſtantinopoli velut deſignatus Patriarchæ ſucceſſor. Cedren. *tom.* 2. *hiſt. cap.* 363. Ανεπλήρωσε δ' αὐτοῦ τὴν πρὸς τὸν βασιλέα πρεσβείαν ὁ λεγόμενος παρ' αὐτοῖς Σέριφος. δύναται δὲ τοῦτο τὸ ὄνομα πρὸς τὸν παρ' αὐτοῖς χαλυφᾶν, ὅπερ ὁ παρ' ἡμῖν σύγκελλος πρὸς τὸν πατριάρχην πάλαι ἐδύνατο. ἐκείνου γὰρ ἀποθανόντος, αὐτὸς εὐθὺς εἰς τὸν τούτου θρόνον ἐγκαθίδρυται, *Legatus Sultani fuit ad Imperatorem is, quem ipſi Seriphum vocant, cujus ea eſt ad ipſorum Chalipham ratio, quæ antiquitus Syncelli ad patriarcham; huic enim mortuo ille ſtatim ſuccedebat.* Poſterioribus 5.
ſeculis plures creati ſunt & Auguſti & Cæſares, ſed iis ſuperiores erant Sebaſtocratores & Panyperſebaſti, ut ſecundi à Principe. Locus inſignis eſt apud Annam Comnen. 3. *hiſt.* Ἐπεὶ δὲ τὸν Μελισσηνὸν Νικηφόρον τῆς τοῦ Καίσαρος κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν ἔδει ἀξίας μετειληχέναι, καὶ τὸν Ισαάκιον δὲ πρῶτον τῶν ἀδελφῶν κατὰ χρόνον ὄντα μείζονι ἐχρῆν τιμηθῆναι ἀξιώματι. ἕτερον δὲ ἀξίωμα πλὴν τοῦ Καίσαρος οὐκ ἦν, νέον ὀνοματοποιήσας ὁ βασιλεὺς Αλέξιος ἀπό τε τοῦ Σεβαστοῦ καὶ τοῦ Αυτοκράτορος σύνθετον ὄνομα τὸ τοῦ Σεβαστοκράτορος τἀδελφῷ ἐφηρμόσατο, οἱονεὶ δεύτερον βασιλέα πεποιηκὼς, τὸν Καίσαρα τούτου ὑποβιβάσας, καὶ τρίτον ἐν ταῖς εὐφημίαις ἀριθμησάμενος μετὰ τὴν τοῦ Αυτοκράτορος εὐφημίαν, *Quoniam vero Meliſſeno Nicephoro Cæſaris dignitas ex pacto debebatur & Iſaacium natu majorem fratrem inſigniori aliquo decorari honoris titulo par erat: alius autem præterquam Cæſaris non erat, excogitavit novum Imperator, & mixtis Sebaſti & Autocratoris nominibus titulum con-*

ſlavit Sebaſtocratoris, quaſi diceres Secundi Imperatoris, cui Cæſaris gradum ſubjunxit, & juſſit Cæſarem tertio demum loco in acclamationibus appellari. Ibid. Τούτων δὲ τῶν ἀξιωμάτων τὴν καινοτομίαν ὁ ἐμὸς πατὴρ προσεξεύρατο. τὰ μὲν συνθεὶς, καθάπερ ἄνωθεν εἴρηται, τοῖς δὲ καὶ παραχρησάμενος. τὸ μὲν γὰρ Πανυπερσέβαστος καὶ Σεβαστοκράτωρ ἢ ὅσα τοιαῦτα συντέθεικε, τῇδε τοῦ Σεβαστοῦ ἀξίᾳ παραχρησάμενος φαίνεται. Σεβαστοὶ γὰρ οἱ βασιλεῖς ἀνέκαθεν ἐπιθετικῶς ὠνομάζοντο, καὶ ἦν ἐξαιρέτως ζόντως εἰς βασιλέας λεγόμενον τὸ τοῦ Σεβαστοῦ ὄνομα. αὐτὸς δὲ εἰς τὸ κοινότερον πρῶτον κατήνεγκε τὴν τοιαύτην ἀξίαν, *Has dignitates & earum nomina primus excogitavit pater meus, partim eas componens ex prius diſtinctis, uti diximus, partim prius notas in novos detorquens uſus. Etenim Panyperſebaſtus & Sebaſtocrator compoſita ſunt: Sebaſti vero ſive Auguſti nominis notio immutata eſt ab Alexio. Imperantium enim id olim quaſi cognomen erat. Alexius autem communem pluribus ſummo Principi propius admotis eam appellationem nova inventa dignitate fecit.* Recte autem hanc inventionem adſcribit Alexio. Cum enim Imperator eſſet Botaniates Nicephorus, Sebaſtocratores & Panyperſebaſti adhuc erant incogniti; Botaniati autem ſucceſſit Alexius. Solus Cæſar erat ſecundus à Principe, cum Botaniates obtineret imperium. Sic enim Botaniates apud Cæſarem Bryennium 4. *hiſt. cap.* 3. eum qui rebellaverat, Nicephorum Bryennium per legatos alloquitur: Καὶ νῦν μὲν τὴν μετὰ βασιλείαν δευτέραν τιμὴν λάμβανε, φημὶ δὴ τὴν τοῦ Καίσαρος. Sed Auguſtos quod attinet primus illam dignitatem non invenit Alexius. Nam & ipſum Alexium & ejus fratrem Iſacium Botaniates Nicephorus Σεβαστοὺς & Auguſtos jam ante creaverat, ut ſcribit idem Bryennius 4. *hiſt. cap.* 28. & 29. Nec id ipſum negavit etiam Anna Comnen. 1. *hiſt.* cum dicit patrem Alexium Σεβαστὸν dictum à Principe, ἐκ μέσης συγκλήτου, *in medio Senatu.* Quare ne dicamus eam ſibi contrariam, dicendum quod Alexius εἰς τὸ κοινότερον κατήνεγκε τὴν τοιαύτην ἀξίαν, *magis*
6. *frequentem & uſitatam effecerit.* Fit apud eandem & Auguſtiſſimi mentio 6. *hiſt.* σεβαστοτάτου. Sed, ni fallor, is idem qui πανυπερσέβαστος. Non hæc tam nota, niſi eruditioribus, dicit recte Mor-
7. nacius *ad l.* 15. C. *de pact.* Deſpotam quod attinet, cujus etiam Græci poſterioris ætatis meminerunt ſæpiſſime, videtur Sebaſtocratori propemodum ſimilis. Cantacuzen. 3. *hiſt. cap.* 70. *in fin.* Πεπυσμένος δὲ αὐτὸν καὶ παρὰ βασιλίδος δεσπότην γεγονέναι, τὴν σεβαστοκράτορος αὐτὸς παρείχετο ἀξίαν, *Audienſque ab imperatrice*

renuntiatum deſpotam, Sebaſtocratoris honore dignitatem ejus cumula-
vit. Idem 3. *hiſt. cap.* 71. *pr.* Τὴν ἐκ βασιλίδος περιελόμενος ἀξίαν,
καὶ δεσπότην ἑαυτὸν προσαγορεύσας, *Dignitatem, qua ab imperatrice
inſignitus fuerat, potiorem ducens, & deſpotam ſe nominans.* Erat ſane ſi-
milis utriuſque veſtitus, & idem etiam diadema, ut eſt apud Codin. *lib. de
offic. Conſt.* In eo erat differentia. Pallium, quod Sebaſtocrator habebat
coccineum, erat ſine laciniis, ἄνευ ῥιζῶν, cum laciniis autem, quod ha-
bebat Deſpota, ſicut pallium Principis. Leve diſcrimen, & ſiquod aliud
forte fuit in caligis, quas Deſpota coccineas, Sebaſtocrator autem habebat
cœruleas. Videtur tamen propterea Sebaſtocratori Deſpotam prætu-
liſſe Codinus. Gradus enim dignitatum ſic ibidem enumerat:

Δεσπότης, Σεβαστοκράτωρ, Καῖσαρ, πρωτοσεβαστός;

Protoſebaſtus erat primus inter Auguſtos.

FLAVIUS. Deridendum ſe propinat Accurſius, cum propter 8.
omnis antiquitatis inſcitiam à Flaviis populis devictis Flavium Juſtinia-
num appellatum exiſtimat. Videtur hæc fuiſſe ratio, cur vir incompara-
bilis Jac. Cujacius ſemijuriſconſultum appellet Accurſium *lib.* 4. *obſ. cap.* 3.
quem alibi nihilominus Latinis Græciſque interpretibus omnibus præſe-
rendum exiſtimaverat, *lib.* 3. *obſ. cap.* 11. Nec αὐτὸν κέκρουκε τὸν βατῆ-
ρα τῆς θύρας, ſed omnino ineptit Ioh. Faber *h. ad proœm. Inſt.*
dum à colore, quod fuerit flavus aut rufus ad inſtar Davidis 1 Sam. 17.
Flavium nuncupatum perſuadere contendit. Rectius Ferretus & Hoto-
mannus nomen eſſe Veſpaſiani gentilitium ſcribunt. Sueton. *in Veſpaſ.
Rebellione trium principum, & cæde incertum diu & quaſi vagum impe-
rium, ſuſcepit firmavitque tandem gens Flavia.* Ex qua tamen gente nec 9.
Claudium Imperatorem qui Gallieno ſucceſſit, nec Juſtinianum affirma-
bit oriundum, quiſquis animadverterit Claudio non eſſe gentilitium Fla-
vium nomen, ſed nomen Aurelium. Faſti Capitolini.

M. Aurelius Flavius Claudius XXXIV. pop. R. Imp.

Imp. Cæſar M. Aurelius Claudius Aug. II. Ovinius Paternus.

Flavius cognomen, Claudius agnomen eſt: nec enim ſemper à gentibus
devictis fuit olim Romanis agnomen impoſitum, interdum aliunde, ut
apud Livium *lib.* 40. *cap.* 35. *Conſules creavit A. Poſtumium Albinum
Luſcum* &c. Poſtumius nomen eſt, Albinus cognomen, Luſcus agno-
men. Apud eundem *lib.* 41. *cap.* 14. Cn. Cornelius Scipio Hiſpalus.
Cornelius nomen eſt, Scipio cognomen, Hiſpalus agnomen. Item apud
eundem *eod. lib.* 41. *cap.* 21. T. Veturius Gracchus Sempronianus. Ve-
tu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

10 turius nomen eſt, Gracchus cognomen, Sempronianus agnomen. Juſtiniani cum prænomen ſit Flavius, nomen autem Anicius, ut apparet ex Faſtis, neceſſario ſequitur quod ex Flavia gente non traxit originem. Referrem ad Aniciam antiquiſſimam & nobilitate præſtantiſſimam gentem, niſi eum nullis omnino inſignem natalibus memoraret Procopius, oriundum ex Thracia, tam obſcuris parentibus, ut in omni hiſtoria ignorentur majores. Patrem nulla dignitate conſpicuum habuiſſe Sabbatium, avunculum vero ruſticum ſcribit idem Procopius in *Arc. Hiſt*. Memoratu dignum eſt, quod ibidem commemorat: Λέοντος ἐν Βυζαντίῳ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχοντος γεωργοὶ νεανίαι τρεῖς, Ἰλλύριοι γένος, Ζιμαρχός τε καὶ Διτύβιστος, καὶ Ἰουστῖνος, ὁ ἐκ Βεδεριανῆς, πράγμασιν ἐνδελεχέστατα τῆς ἀπὸ τῆς πενίας οἴκοι μαχόμενοι, τούτων τε ἀπαλλαξείοντες, ἐπὶ τῷ στρατεύεσθαι ὥρμησαν, καὶ πεζῇ βαδίζοντες ἐς Βυζάντιον ἤεσαν, σισύρας ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοὶ φέροντες, ἐν αἷς δὴ ἄλλο οὐδὲν, ὅτι μὴ πυροὺς ἄρτους, οἴκοθεν ἐμβεβλημένοι ἀφίκοντο. ταχθέντας τε ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς καταλόγοις, βασιλεὺς αὐτοὺς ἐς τοῦ παλατίου τὴν φυλακὴν ἐπελέξατο. κάλλιστοι γὰρ ἅπαντες τὰ σώματα ἤεσαν. χρόνῳ δὲ ὕστερον Ἀναστασίῳ τὴν βασιλείαν παραλαβόντι &c. *Byzantii Leo ſummam habebat imperii, cum tres in Illyrico nati, exercendis agris aſſueti adoleſcentes Zimarchus, Ditybiſtus, & Juſtinus, cujus Bederiana patria fuit, ſummæ, qua domi premebantur, egeſtatis vitandæ cauſa, militiam ſequuntur, pedibuſque Byzantium veniunt, rejectis poſt terga ſagis, in quibus præter ſecundarios panes, nihil eis, quod reconderent, ex re domeſtica fuit. Numeris militaribus inſcripti ab Imperatore, utpote egregia corporis forma conſpicui, ad Regiæ cuſtodiam ſeliguntur. Imperio deinde potitus Anaſtaſius*, &c. Interim tamen appellari Juſtinianus Anicius voluit eadem ratione, qua Julium nomen aſcivit Philippus, Conſtantinus Valerium, Aurelianus Domitium. Sic enim in Faſtis: Imp. Cæſar M. Julius Philippus Aug. Imp. Cæſar L. Domitius Aurelianus Aug. Imp. Cæſar Fl. Valerius Conſtantinus Aug. Non traxit originem ex gente Julia Philippus, nec Aurelianus ex gente Domitia, nec Conſtantinus ex gente Valeria. Si enim revera fuerit ex gente Valeria, cur Julium nomen aſſumpſit ejus filius Imp. Conſtantius? Faſti: Imp. Cæſar Flavius Julius Conſtantius Aug. Solebant ad libidinem ſæpiſſime Principes hoc aut illud cognomen aut nomen adſciſcere. Lamprid. *in Ant. Diadum. Jam Caracallum Baſſianum ſatis conſtat vel ſomnii cauſa, quod Severus viderat, quum ſibi Antonium ſucceſſorem prædictum ſenſiſſet, anno demum*

XIII.

XIII. *Antoninum dixiſſe, quando ei etiam imperatoriam dicitur addidiſſe poteſtatem. Getam vero, quem multi Antoninum negant dictum, eadem ratione, qua Baſſianum appellatum ſatis conſtat, ut patri Severo ſuccederet, quod minime factum eſt. Poſt hoc ipſe Diadumenus ut commendaretur exercitui, ſenatui populoque Romano, cum eſſet ingens deſiderium Baſſiani Caracallæ Antoninum appellatum ſatis conſtat.* Ita Juſtiniano etiam prænomen Flavium aſſumere placuit, nec ullus Imperator, qui ſucceſſit Conſtantino, cui Magno cognomen eſt, invenitur in Faſtis, cui non prænomen illud Flavium adſciſcere placuit, tam illuſtre, tam inclytum, ut idem illud Authari Rex Longobardorum uſurpare non dubitaverit. Warnefrid. *lib.* 3. *cap.* 16. *Longobardi, cum per annos decem ſub poteſtate ducum fuiſſent, tandem communi conſilio Authari Clephonis filium ſupra memorati principis regem ſibi ſtatuerunt. Quem etiam ob dignitatem Flavium appellaverunt, quo prænomine omnes, qui poſtea fuerunt, Longobardorum reges feliciter uſi ſunt.* Sigeb. *in Chron. ad Annum* 586. *Longobardi Authari regem ſibi ſtatuerunt, cumque ob dignitatem Flavium appellaverunt, à quo omnes Longobardorum reges Flavii ſunt appellati.* Sicut Arſacides reges Parthorum, Pharaones & Prolemæi reges Ægypti, Cæſares & Auguſti Romanorum Imperatores. Quæ cum ita ſe habeant, cur Aurelium Claudium Trebellius Pollio gentes Flavias propagaſſe tradiderit, divinare non poſſum. Sic II enim dicit: *Ille veluti futurorum memor, gentes Flavias, quæ Veſpaſiani & Titi, nolo autem dicere Domitiani, fuerant, propagavit.* Si gens à gente diſtinguitur nomine, nomen autem Aurelio non Flavio fuerit, ſequitur quod gentem, ex qua non duxit originem, propagare non potuit *arg. l.* 54. *ff. de R. I.* Nec etiam propagavit, ut apparet ex Faſtis & ex ipſo Trebellio. Si enim propagaverit, cur ergo Conſtantius, cujus intuitu illa dixit Trebellius, nomen habet Valerium? Imo quod ſi conceſſeris referendum ad Flavios, an inde jam ſequitur gentem illam antiquiſſimam propagatam ad Cæſarem & Imp. Conſtantium origine Dardanum, ut ſcribit idem Trebellius: *Claudius,* inquit, *Quintillus, & Criſpus fratres fuerunt. Criſpi filia Claudia: ex ea & Eutropio nobiliſſimo gentis Dardanæ viro Conſtantius Cæſar eſt genitus.* Filia gentem illam propagare non potuit, fuit enim familiæ ſuæ caput & finis, *l.* 195. *in fin. ff. de V. S.* Cajus *l.* 196. *ff. eod. Fæminarum liberos in familia earum non eſſe palam eſt: quia qui naſcuntur, patris non matris familiam ſequun-*

ſequuntur. A. Gell. 13. *noct. Attic.* 11. *Labeo Antiſtius libro ad edictum quarto, Soror, inquit, appellata eſt, quod quaſi ſeorſum naſcitur, ſeparaturque ab ea domo, in qua nata eſt, & in aliam familiam transgreditur.* Familia matris non vocatur familia, ut dicunt Judæi. Conſummatum & extinctum ejus genus exiſtimant, qui filiabus relictis nullam maſculam prolem ſuſcepit aut ſuſtulit, ut obſervat Caſaubonus *ad ann. Ba-*
12 *ron.* 1. *exercit.* 2. Quæ ſi idem ille vir literatiſſimus examinaſſet attentius Conſtantium Cæſarem & omnem ejus ſtirpem ex Flaviis gentibus, quas Veſpaſianus & Titus in ſenatum allegerant, non finxiſſet oriundum *in not. ad Trebell.*

13 ALEMANNICUS, GOTTICUS, &c. Tria regulariter, aliquando etiam Romani habebant quatuor nomina: prænomen (πρότερον τῶν ὀνομάτων appellat Appianus 2. *de bell. civil. cap.* 245.) nomen, cognomen, & agnomen, §. 29. *Inſt. de legat. l.* 4. *C. de teſtam.* Prænomine plures inter ſe fratres, ut P. Cornelius Scipio, L. Cornelius Scipio, Nomine plures inter ſe gentes, ut C. Julius Cæſar, M. Livius Salinator, C. Claudius Nero, L. Cornelius Sulla, Cn. Domitius Ænobarbus, Cognomine plures inter ſe familiæ, quæ erant in eadem gente ſolebant diſtingui, ut L. Licinius Lucullus, M. Licinius Craſſus. Nomen eſt Licinius, Lucullus autem, & Craſſus duas in eadem gente Licinia familias faciunt, ut quatuor in gente Fabia fecerunt familias Vibulanus, Maximus, Ambuſtus, & Pictor. Liv. 2. *cap.* 48. *Tum Fabia gens ſenatum adit: conſul pro gente loquitur*, & cap. 49. *Sex & trecenti milites omnes patricii, omnes unius gentis.* Sic P. Cornelius Lentulus, L. Cornelius Cinna, P. Cornelius Scipio, Cn. Cornelius Dolabella. Una eademque gens eſt Cornelia, plures autem familiæ. Cic. *in Topic. Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum nemo ſervitutem ſervivit, neque capite deminutus eſt.* Agnomen à populo, quem erectis trophæis ſubactum devicerant, ſolebant aſſumere, ut P. Cornelius Scipio Africanus, L. Cornelius Scipio Aſiaticus, Cn. Cornelius Scipio Hiſpalus, Q. Cæcilius Metellus Macedonicus, quorum primus Carthaginem terrorem Romanorum devictam oppreſſerat, alter autem Antiochum, & una cum Antiocho bellicoſiſſimum ducem Annibalem ingentibus præliis fuſum profligaverat, tertius Hiſpaniam in populi Romani deditionem redegerat, quartus Macedoniam, quam vir ultimæ ſortis Andriſcus invaſerat, redactam in ordinem ſervitute multaverat. Diod. Sic. *in excerpt. Valeſii lib.*35. Ὅτι Νασίκας ὁ ὕπατος ὑπῆρχεν

ἀνὴρ

ἀνὴρ κατ᾽ ἀρετὴν ἀξιόλογος, καὶ κατὰ τὴν εὐγένειαν θαυμαζόμενος.
ἐξ ἐκείνου γὰρ ἦν τοῦ γένους, ἐξ οὗ τοὺς Ἀφρικανοὺς, καὶ τοὺς Ἀσιαγενεῖς, καὶ
τοὺς Ισπάνους ὀνομάζεσθαι συμβέβηκεν. ὧν ὁ μὲν τὴν Λιβύην, ὁ δὲ τὴν
Ἀσίαν, ὁ δὲ τὴν Ισπανίαν καταστρεψάμενος, ἔτυχε τῆς ἀπὸ τῶν πρά-
ξεων φερωνύμου προσηγορίας, *P. Scipio Naſica Conſul vir fuit & virtu-*
te & generis ſplendore eminentiſſimus: quippe ex ea familia erat oriundus,
ex qua Africani & Aſiatici & Hiſpali prodierunt: quorum hic ſubacta
Africa, ille Aſia, tertius Hiſpania domita cognomen ex rebus geſtis invenit.
Interdum duplex habebant agnomen, ut C. Julius Cæſar Octavianus
Auguſtus, P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus: Africanus ab
oppreſſa Carthagine, Æmilianus ab Æmilia gente ex qua in Corneliam
per adoptionem tranſierat. Xiphil. *è Dion. lib.* 46. Εἰσποιηθεὶς δὲ ἐς
τὸ τοῦ Καίσαρος γένος ἐξ ἐκείνου καὶ Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ Ὀκταουϊανὸς
ἐπεκλήθη. νενόμισται γὰρ, ἄν τις εἰσποιηθῇ, τὴν μὲν ἄλλην αὐτοῦ πρόσρη-
σιν ἀπὸ τοῦ ποιησαμένου λαμβάνειν, ἓν δέ τι τῶν προτέρων ὀνομάτων
σχηματισθὲν πως τηρεῖν, *Adoptatus in familiam Cæſaris ex eo Cajus*
Julius Cæſar Octavianus dictus eſt; nam hæc eſt eorum, qui adoptan-
tur conſuetudo, ut adoptantium quidem nomen accipiant, priſtinum vero
aliqua ratione formatum ac paulo mutatum ſervent. Interdum agnomen
appellabant cognomen. Liv. *epit.* LV. *P. Cornelio Naſica, cui cogno-*
men Serapioni fuit ab irridente Curatio tribuno plebis impoſitum. Ex qua
intelligimus etiam aliunde quam à gente devicta, quod jam ante notavi,
agnomen impoſitum. Nec mirum eſt cognomen & agnomen quando-
que confundi à ſcriptoribus claſſicis: cum enim unum aut duo tantum
eſſent nomina pleriſque Romanorum vetuſtiſſimo tempore, nec diverſas
ejuſdem gentis familias cognomen diſtingueret, illud ipſum, quod à caſu
impoſitum proprie loquendo appellatur agnomen, appellabant cogno-
men, ut C. Marcius, cum cepiſſet Coriolos, dictus eſt C. Marcius Co-
riolanus, L. Mummius cum evertiſſet Corinthum, L. Mummius Achai-
cus. Appian. Alex. *præfat. cap.* 9. Καὶ τὰ ὀνόματα Ῥωμαίων πάλαι
μὲν ἦν ἕν, ὥσπερ ἀνθρώποις ἅπασιν ἑκάστῳ. μετὰ δὲ ἐγένοντο δύο, καὶ
οὐ πολὺς χρόνος, ἐξ οὗ καὶ τρίτον ἤρξαντό τισιν ἐς ἐπίγνωσιν ἐκ πάθους
ἢ ἀρετῆς προστίθεσθαι, καθὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων τισὶν ἐπὶ τὰ ὀνόματα ἦσαν
ἐπικλήσεις, *Nomen cuique Romanorum erat unum, ut cæteris omnibus,*
poſt acceſſit alterum; nec ita dudum tertium cœptum eſt addi quibuſdam,
quo magis agnoſcerentur ex aliqua parte corporis aut virtute animi: quem-
admodum & Græci aliquot nominibus adjuncta habebant cognomina.

Plu-

Plutarch. *in Coriol. cap.* 14. Ἐκ τούτου τρίτον ἔσχεν ὄνομα τὸ Κοριολάνον. ᾧ καὶ μάλιστα δῆλον ἐστιν, ὅτι τῶν ὀνομάτων ἴδιον ἦν ὁ Γάϊος, τὸ δὲ δεύτερον, οἰκίας ἢ γένους κοινὸν, ὁ Μάρκιος. τῷ δὲ τρίτῳ ὕστερον ἐχρήσατο πράξεώς τινος, ἢ τύχης, ἢ ἰδέας, ἢ ἀρετῆς ἐπιθέτῳ, *Ab eo tempore tertium nomen Coriolani obtinuit. Conſtat enim alterum nomen ipſi fuiſſe proprium Cajo, alterum vero Marcio commune genti vel univerſæ familiæ. Tertium poſtea conſecutus eſt demum, quod vel propter rem geſtam, vel eventum, aut formam, virtutem aut fortitudinem ſolebat imponi.* Idem *in Mar. pr.* Γαΐου Μαρίου τρίτον οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν ὄνομα, καθάπερ οὐδὲ Κοΐντου Σερτωρίου τοῦ κατασχόντος Ἰβηρίαν, οὐδὲ Λευκίου Μομμίου τοῦ Κόρινθον ἑλόντος. ὁ γὰρ Ἀχαϊκὸς τούτῳ γε τῆς πράξεως ἐπώνυμον γέγονεν, ὡς ὁ Ἀφρικανὸς Σκιπίωνι, καὶ ὁ Μακεδονικὸς Μετέλλῳ, *Caji Marii tertium nomen non extat, ſicut neque Quinti Sertorii, ejus qui Hiſpaniam obtinuit, neque L. Mummii, à quo Corinthus deleta eſt. Quod enim hic Achaicus dicitur, id a re geſta cognomen ei factum eſt, ſicut Africani Scipioni, Macedonici Metello.* Ita P. Valerio, cum ejectis Tarquiniis tuliſſet leges aliquot gratiſſimas populo, cognomen eſſe factum Publicolæ legimus. *Liv. lib. 2. cap.* 8. Plutarch. in ejus vit. pr. Τοιούτῳ δὲ γενομένῳ τῷ Σόλωνι τὸν Ποπλικόλαν παραβάλλομεν. ὃ τοῦτο μὲν ὕστερον ὁ Ῥωμαίων δῆμος ἐξεῦρεν ἐπὶ τιμῇ τοὔνομα, πρὸ τούτου δὲ Πόπλιος Οὐαλέριος ἐκαλεῖτο, *Cum hoc Solone Poplicolam comparabimus: cui quidem cognomen illud honoris ergo populus Romanus excogitavit, cum ante P. Valerius vocaretur.* Nemo miretur etiam cognomen & nomen interdum confundi. Liv. *lib.* 1. *cap.* 2. *Manſit Silviis poſtea omnibus cognomen.* Cognomen pro nomine; gentem enim ſignificat. *Ibid. Numitori, qui ſtirpis maximus erat, regnum vetuſtum Silviæ gentis legat.* Nemo, inquam, miretur hoc, cum interdum uſurpetur etiam pro gente familia. Vellej. *lib.* 2. *cap.* 35. *M. Cato princeps familiæ Porciæ.* Liv. *lib.* 24. *cap.* 22. *in fin. M. Popillius rogatione Marcia bis apud C. Licinium cauſam dixit: tertio prætor gratia conſulis abſentis & Popilliæ familiæ precibus victus.* Val. Max. 3. *cap.* 2. *Felicior progenie ſua ſuperior Cato, à quo Porciæ familiæ principia manarunt.* Nec ſemper etiam cognomen plures in eadem gente diſtinguebat familias. Aliquando pluribus ex eadem familia diverſum etiam indidere cognomen. Plutarch. *in Syll. pr.* Λεύκιος δὲ Κορνήλιος Σύλλας γένει μὲν ἦν ἐκ πατρικίων, οὓς εὐπατρίδας ἄν τις εἴποι. τῶν δὲ προγόνων αὐτοῦ λέγουσι Ῥουφῖνον ὑπατεῦσαι, *Lucius Cornelius Sylla patricio genere editus eſt. Ex majoribus ejus*

Ru-

Rufinus conſulatum geſſit. Dionyſ. Halicarn *lib.* 11. *pr.* Ἀνίσαται λεύκιος οὐαλέριος ἐπωνυμίαν ποτῖτος. ἀνὴρ μεγαλόφρων ἐπὶ τοῖς προγόνοις. πατὴρ μὲν γὰρ αὐτῷ οὐαλέριος ἦν, ὁ τὸν Σαβῖνον Ερδώνιον ἐκπολιορκήσας κατέχοντα τὸ Καπιτώλιον, καὶ τὸ μὲν φρούριον ἀνακτησάμενος, αὐτὸς δ' ἐκ τῆς μάχης ἀποθανών. πάππος δὲ πρὸς πατρὸς ποπλικόλας ὁ τοὺς βασιλεῖς ἐκβαλὼν, καὶ τὴν ἀριστοκρατίαν καταστησάμενος, *Surrexit L. Valerius cognomine Potitus, vir ob majores magnifice de ſe ſentiens. Pater enim ejus erat Valerius ille, qui Herdonium Sabinum expugnaverat, à quo Capitolium occupatum fuerat, & qui arcem quidem recuperarat, ſed ipſe in eo prælio obierat. Avus vero paternus erat Publicola, qui reges expulerat, &c.* Sueton. *in Tib. cap.* 3. *Ex hac ſtirpe Tiberius Cæſar genus trahit, & quidem utrumque: paternum à Tiberio Nerone, maternum ab Appio Pulchro, qui ambo Appii Cæci filii fuerunt.* Quod tempore principum fecerunt frequentius. Tacit. *annal.* 16. *Mella quibus Gallio & Seneca parentibus natus petitione honorum abſtinuerat.* Idem 1. *Hiſt. Urbi Flavium Sabinum præfecere, judicium Neronis ſecuti, ſub quo eandem curam obtinuerat, pleriſque Veſpaſianum fratrem in eo reſpicientibus.* Ibid. *in fin. Profectus Otho, quietem urbis, curaſque imperii, Salvio Titiano fratri permiſit.* Nec tantum prænomine, verum etiam cognomine plures inter ſe fratres cœperunt diſtingui. Alteri paternum, alteri cognomen impoſuere maternum. Ita Flavius Sabinus apud Sueton. *Veſpaſ. cap.* 1. diem obiiſſe dicitur ſuperſtitibus uxore Veſpaſia Polla, & duobus ex ea liberis: quorum major Sabinus ad præfecturam urbis, minor Veſpaſianus ad principatum uſque proceſſit. Ita Tiberium Neronem uxorem habuiſſe conſtat Liviam Druſillam, & ex ea filios Tiberium Neronem, qui Auguſto ſucceſſit, avi paterni, & Claudium Druſum avi materni cognomine celebres. Suet. *in Tib. cap.* 4. *in fin. Nec multo poſt diem obiit utroque liberorum ſuperſtite, Tiberio Druſoque Neronibus.* Cognomen alteri Druſo, alteri Neroni, Druſo autem Neroni, Neroni Tiberio prænomen indiderat. Uterque Claudius ex gente Claudia trahebat originem. Idem *in Claud. pr. Patrem Claudii Cæſaris Druſum, olim Decimum, mox Neronem prænomine, Livia cum Auguſto gravida nupſiſſet, &c.* Interdum etiam utrique fratrum idem erat prænomen, diverſum vero cognomen, alterum paternum, alterum maternum, ut Titus Flavius Veſpaſianus, Titus Flavius Domitianus, à Domitilla, quam Veſpaſianus uxorem habuerat. Nec mirum eſt interdum etiam Neronem fuiſſe prænomen, ut dixi. Fuit Herennius interdum prænomen

men ut Herennius Pontius apud Livium *lib.* IX. interdum nomen ut M. Herennius, qui conſul occurrit in faſtis ad annum U. C. 660. interdum cognomen, ut Q. Bæbius Herennius apud Liv. *lib.* 22. *cap.* 34.

14 Quamvis autem, ut dixi, hæc ita ſe habeant, omnino tamen perperam ex *l. ult. ff. de inſt. act.* Gothofredus *in not.* probare contendit ſuiſſe veteres nonnunquam, ut ipſe dicit, quadrinomios, ne Latine quidem locutus dum exſcribit Accurſium; nam Lucius Titius, cujus menſam exercebat Octavius Terminalis, non, ut ille putabat, dictus erat Lucius Titius Octavius Felix, ſed ſimpliciter tantum Octavius Felix, ut recte notavit vir eruditiſſimus Guido Pancirolus 2. *var. lect. cap.* 35. Lucius Titius, Cajus Sejus, velut propria nomina pro quolibet alio exempli gratia ſæpe poni conſueverant, uti in ea lege alterum pro Octavio Felice, alterum vero pro Domitio Felice poſuerat Scævola. Plutarch. *probl. Rom.* 30. *Jureconſulti Cajum Sejum, Lucium Titium nomen ei de quo agitur imponere ſolent.* Quemadmodum Cajam etiam pro quacunque muliere poſuiſſe juriſconſultos teſtis eſt Cicero *in orat. pro Muræn. Quia*, inquit, *in alicujus libris exempli cauſa id nomen invenerant, putarunt omnes mulieres, quæ coemtionem facerent, Cajas vocari.* Locus eſt notabilis adverſus Plutarchum, qui adverſus Poſidonium negat ullum prænomen impoſitum fœminis in *vit. Mar. pr.* ut opinor, oblitus Accam Larentiam, Cajam Cęciliam, Cajam Tarratiam, Tertiam Æmiliam, Quartam Hoſtiliam, quarum Gellius 6. *cap.* 7. Livius 40. *cap.* 37. & Valer. Maxim. 6. *cap.* 7. *pr.* meminerunt habuiſſe prænomina. Feſtus. *Prænominibus fœminas eſſe appellatas teſtimonio ſunt Cæcilia & Tarratia, quæ ambæ Cajæ ſolitæ ſunt appellari, pari modo Lucia & Titia.* Julius Paris *in epit. Val. Max. de prænom. in fin. Antiquarum mulierum in uſu frequenti prænomina fuerunt, Rutilla, Cæſella, Rodocella, Mutrulla, Burra à colore dicta. Iſta prænomina à viris tracta ſunt, Caja, Lucia, Publia, Numeria. Cæterum Caja*
15 *uſu ſuper omnia celebrata eſt.* Vigl. *pr. Inſt. de exher. lib.* Sed notandum pręterea peregrinos nec uſos eſſe Romanorum prænomine, nec aſſumpſiſſe Romanorum gentilitium nomen, niſi cum eſſent in civitatem allecti. Cicer. 13. *epiſt.* 36. *Cum Demetrio Mega mihi vetuſtum hoſpitium eſt, familiaritas autem tanta, quanta cum Siculo nullo. Ei Dolabella, rogatu meo, civitatem à Cæſare impetravit : qua in re ego interfui. itaque nunc P. Cornelius vocatur.* Guil. Forner. 3. *ſelect.* 13. Radulph. Forner. 5. *rer. quot.* 17. Ant. Auguſt. 3. *emend.* 8. Perſ. *Sat.* 5.

——— *hic Dama eſt, non treſſis agaſo*

Vappa,

Vappa, & lippus, & in tenui farragine mendax,
Verterit hunc dominus, momento temporis exit
Marcus Dama.

Germani vero veteres & noſtri majores uno tantum ſunt uſi & ſimplici nomine, ut apertiſſime patet ex antiquis monumentis. 16

Anno 861.

Copia der Stiftung zum Wiſenſtaig.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit omnibus notum, tam præſentibus quam & futuris &c. Et ut hæc traditio firma & ſtabilis permaneat omni tempore, cum ſtipulatione ſubnixa roboratur. Sign. Salomon Epiſcopus, ſub cujus præſentia hæc acta ſunt, & Fridepert Presbyter, Undolff Diaconus, Eberhart Diaconus, Tutamman Abbas, Herimar Presbyter, Adalnot Presbyter, Impert. Presbyter, Meginhart Presbyter, Giſalhart Presbyter, Hamadeo Presbyter, Gerhart Presbyter, Goſsbert Presbyter, Erhart Presbyter, Otherich Presbyter, Heripert Diaconus, Walpert, Wigbert, Pernheri, Trugheri, Heriwart, Adalmunt, Wiſerich. Et iſti ſunt teſtes Laici, qui hanc traditionem viderunt & audierunt: Sign. ego RUDOLFUS, *qui hanc traditionem cum manu Erichi filii mei feci & firmari rogavi: Sign.* ERICH, *Rudolff junior, Wald, Conzo, Hunzo, Hunolff, Udelger, Reginhart, Ratpert, Pernger, Germunt, Erimpert, Goſshelm, Eigant, Amalpert, Iſanpert, Sigerich, Raholff, Rantwig, Perethram, Deotpert, Amalhart. Item Perethram, Adal, Oto, Jacob, Salaho, Willihart, Reginhart, Wigirich, Pebo, Adalwalt, Rudger, Wiſerich, Meginheri, Swidger, Swanager, Giſelpert, Perahtram, Egilpert, Hartman, Lantpert. Iidem ipſi viderunt veſtituram ſupradicti monaſterii.*

Anno 1011.

Donatio GEROLDI *in* UITENHEIM.

Geroldus & uxor ejus IDIBURCA *tradiderunt propietatem ſuam, quæ eſt ad* UITENHEIM, *&* HEDENESHEIM, *in manum* GRIMOLDI, SIGEWINI, DRUANTI, *&* BERWARDI, *&c. Iſti ſunt, qui juraverunt in illorum præſentia: Erkanbalt, Ardolt, Adalhart, Nidbrath, Rutfole, Rihram, Egisheri, Folcrat, Meginhart, Folcholt, Tancrath, Irminolf. Iſti ſunt teſtes: Gerolt, Gerhart, Rihger, Adalger, Ato, Waldrich, Adalrich, Luitbrath, Warger, Gerbrath, Adalbrath, Sigewin, Hartnit, Meginbrath, Dietbrat. &c.*

Extant apud Freherum in *Orig. Palat.*

Porro Juſtinianus à devictis toto terrarum orbe ferociſſimis gentibus non 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

non ſolum Alemannicum, Gothicum, Germanicum, Alanicum, Francicum, Africanum, Vandalicum adſcivit agnomina, verum etiam Gepidicum, Longobardicum, Zanicum, Anticum. Agathias *lib.* I. *hiſt.* Οὕτω δὲ ἐνεργὲς τὸ βούλευμα ἐποιεῖτο, καὶ τὴν παρασκευὴν ἐμβριθεστάτην, ὡς καὶ πρεσβεύεσθαι πρός τε Γήπεδας καὶ Λαγγοβάρδους, καὶ ἄλλα ἄττα πρόσοικα ἔθνη, ἐφ᾽ ᾧ καὶ οἵδε ξυλλάβοιντο τοῦ πολέμου. οὐ γὰρ ᾤετο ἀνεκτὸν εἶναι, ὅτι δὴ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἐν τοῖς προγράμμασι τοῖς βασιλείοις Φραγγικός τε καὶ Ἀλαμανικὸς, ἔτι δὲ Γηπεδικός τε καὶ Λαγγοβαρδικὸς, καὶ ἑτέροις τοιοῖσδε ὀνόμασιν ἀνεκηρύττετο, ὡς δὴ τούτων τῶν ἐθνῶν δεδουλωμένων, *Conſilium illud tam gnaviter re ipſa tantoque apparatu eſt perſecutus, ut etiam ad Gipedas, & Longobardos, aliaſque nonnullas finitimas gentes legationem inſtituerit, ut & hi in ſocietatem belli venirent. Neque enim tolerandum eſſe cenſebat, quod Imperator Juſtinianus in Edictis Imperatoriis Francici & Alemannici, nec non Gipedici & Langobardici alioſque hujuſcemodi titulos ſibi vindicaret, perinde ac ſi omnes has gentes ſervitute multaſſet.* Zani gens erat incolens τὰ πρὸς νότον ἄνεμον τοῦ Εὐξείνου πόντου, ὑπὸ Τραπεζοῦντα τὴν πόλιν, *loca Auſtralia ad Pontum Euxinum circa urbem Trapezuntem*, qua per ducem Theodorum ſubacta Juſtinianum appellaſſe ſe Zanicum idem Agathias *hiſt. lib.* v. *pr.* non obſcure ſignificat: βασιλέα δὲ Ἰουστινιανὸν, ὥσπερ τι οἶμαι τῶν μεγίστων ἔργων, μάλα ἤρεσε τὸ γεγενημένον. τοιγάρτοι ἔν τινι τῶν οἰκείων νόμων, οὓς δὴ νεαροὺς ἐπονομάζομεν, τὰς ἄλλας ἀπαριθμούμενος νίκας, καὶ τοῦδε τοῦ ἔθνους ἐν τοῖς μάλιστα ἐπεμνήσθη, *Juſtiniano vero Imperatori factum hoc tanquam ex maximis rebus geſtis valde placuit. Quo circa etiam in quadam ſuarum conſtitutionum, quas Novellas appellamus, hujus etiam gentis inter primas meminit.* Antę erant populi Sclavorum vicini habitantes circa Danubium, quibus Iſtrum tranſeuntibus σχεδόν τι ἀνὰ πᾶν ἔτος *propemodum quotannis*, & incurſantibus Thraciam, Juſtinianus per ducem Chilbudium devictis & rejectis ultra Danubium dixit ſe Anticum, *prooem. Inſt.* Procop. III. *Gotth. in fin.* Quod idcirco notandum ne quis alios ſecutus pro Anticus Atticus ſcri-

18 bendum exiſtimet. Alciat. 5. *parer.* 3. Videtur autem fidem & veritatem excedere, quod doctiſſimus Alemannus in *not. ad Procop. Arcan. Hiſt.* Juſtinianum etiam Julianum ſe appellaſſe contendit ab occiſo unà cum centum Samaritarum tumultuantium millibus tyranno Juliano. Agnomen non à tyranno ſed à gente devicta ſolebat imponi, ideoque cum Edictum ſeptimum ſic olim inciperet: Imp. Cæſ. Flav. Juſtinianus Alemann.

mann. Gotth. Franc. Germ. Ant. Alan. Vand. Afr. Pius, Felix, Victor, Triumphator ſemper Auguſtus, Julianus, recte delevit illud vocabulum *Julianus* Henricus Agylæus edictorum interpres. Fluctuat etiam ibidem Alemannus, dum ingenioſius ad Præfectum prætorio Julianum miſſum illud edictum, & idcirco *Juliano* non autem *Julianus* legendum exiſtimat. Apud nos hodie qui rerum potiuntur potentiſſimi Principes unico tantum nomine quod baptizatis imponitur in edictis præmiſſo ſuperbiunt titulis regnorum omnium in quæ exercent imperium. Gloriantur etiam Chriſtianiſſimi titulo reges Galliarum, nomen enim Catholici reges Hiſpaniarum velut hereditarium ſibi proprium vindicant, quo Pontifex Maximus Ferdinandum donaverat, cum deleret in Bætica univerſam omni cum ſtirpe Maurorum progeniem. Utrumque ſimul uſurpaverat olim Conſtantinus Auguſtus Porphyrogennetes, is qui in unum corpus redegit omnem hiſtoriam, cujus hodie quædam tantum excerpta ſuperſunt. Sic enim in procœmio, quod Excerptis præfixum eſt. Ὁ τῆς πορφύρας ἀπόγονος Κωνσταντῖνος ὁ ὀρθοδοξότατος καὶ χριστιανικώτατος τῶν πώποτε βεβασιλευκότων. Primus alioquin Gratianum, Valentinianum, & Theodoſium Impp. Beatiſſimos & Chriſtianiſſimos ſalutavit Ambroſius 5. *epiſt.* 26. 29. & 30.

Juſtinianus etiam velut accepta poteſtate tribunitia ſe ſacratiſſimum 19
dixit, cum ſacroſanctos & inviolabiles fuiſſe Principes & idcirco etiam tribunitiam poteſtatem aſſumere ſolitos teſtetur Dio Caſſius *lib.* 53. Meretur adſcribi hic locus memorabilis: ἥ τε ἐξουσία ἡ δημαρχικὴ καλουμένη, ἣν οἱ πάνυ ποτὲ ἀνθήσαντες ἔσχον, δίδωσι σφίσι τά τε ἐπιγιγνόμενα ὑφ᾽ ἑτέρου τινὸς, ἂν μὴ συνεπαινῶσι, παύειν, καὶ μὴ καθυβρίζεσθαι. κἂν ἄρα τι καὶ τὸ βραχύτατον μὴ ὅτι ἔργῳ ἀλλὰ καὶ λόγῳ ἀδικεῖσθαι δόξωσι, καὶ ἄκριτον τὸν ποιήσαντα αὐτὸ, ὡς καὶ ἐναγῆ, ἀπολλύναι. δημαρχεῖν μὲν γὰρ ἅτε καὶ ἐς τοὺς εὐπατρίδας πάντως τελοῦντες οὐχ ὅσιον νομίζουσιν εἶναι. τὴν δὲ τὴν δύναμιν τὴν τῶν δημάρχων πᾶσαν ὅση περ μάλιστα ἐγένετο, προστίθενται, καὶ δι αὐτῆς καὶ ἡ ἐξαρίθμησις τῶν ἐτῶν τῆς ἀρχῆς αὐτῶν, ὡς καὶ κατ᾽ ἔτος αὐτὴν μετὰ τῶν ἀεὶ δημαρχούντων λαμβανόντων προβαίνει, *Ac tribunitia quidem poteſtas quam præclariſſimus quiſque imperator olim habuit, effecit, ut intercedere iis, quæ ab aliis contra ipſorum placitum moventur, poſſint, ac inviolabiles ſint, ita ut ſi vel minimo non dicam facto, ſed verbo ſe ab aliquo læſos eſſe exiſtiment, eum indicta cauſa, tanquam qui ſe piaculo obſtrinxerit, necare queant. Gerere quidem tribunatum plebis nefas ducunt imperatores,*

ratores, quum utique ipſi patricii ſint; omnem vero tribunitiam poteſtatem, quanta unquam maxima fuit accipiunt: & juxta eandem imperii quoque ſui numerant annos, quaſi ſi quotannis & ipſi cum tribunis plebis eam acciperent. Sueton. *in Tit. cap. 6. Triumphavit cum patre, cenſuramque geſſit una. Eidem collega & in tribunitia poteſtate, & in ſeptem conſulatibus fuit.* Quod autem ex tribunatu numeraverint etiam annos imperii patet evidentiſſime ex edicto Imp. Galerii Valerii Maximiani Aug. quod extat apud Euſeb. *lib.* 8. *hiſt. Eccleſ.* 17. Αὐτοκράτωρ καῖσαρ γαλέριος οὐαλέριος μαξιμιανός, ἀνίκητος, σεβαστὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος &c. Brevitatis ſtudio Latina tantum apponam: Imperator Cæſar Galerius Valerius Maximianus, Invictus, Auguſtus, Pontifex Maximus, Germanicus Maximus, Ægyptiacus Maximus, Thebaicus Maximus, Sarmaticus Maximus quintum, Perſicus Maximus, iterum Carpicus Maximus, ſextum Armeniacus Maximus, Medicus Maximus, Adiabenicus Maximus, Tribunitiæ poteſtatis XX. i. e. vicies, Imperator XIX. Conſul. VIII. Pater patriæ, Proconſul. Patet hinc etiam veriſſimum eſſe, quod Lipſius notavit ad Tacit. *annal.* 3. *in fin.* nomen Imperatoris ſolere præponi cum ſignificat principem, cum vero victorem idem illud ſubjungi, ut Imp. Cæſar Auguſtus, & M. Tullius Cicero Imp. Patet etiam tribunos nondum deſiiſſe creari ſciſſo nondum & tranſlato in Orientem Romanorum imperio; fit enim adhuc mentio Domitii Flori tribuni plebis imperante Macrino apud Dion. Caſſ. *lib.* 78. Eorum creatio cum tota paulatim abiiſſet in deſuetudinem, deſierunt quidem Principes deſignare tempus imperii ex tribunitia poteſtate, quam ſolebant accipere, ſed manſit nihilominus eorum veluti tribunorum olim ſacroſancta majeſtas.

20 Reges autem Perſarum uno quidem & ſimplici nomine, magnificentiſſimis vero titulis uti fuiſſe ſolitos probant Saporis & Choſrois epiſtolæ. Saporis ſic incipit apud Ammian. Marcell. *lib.* 27. *Rex regum Sapor particeps ſyderum, frater Solis & Lunæ, Conſtantio Cæſari fratri meo ſalutem plurimam dico.* Ita vero Choſrois apud Theophylact. 4. *hiſt cap.* 8. Χοσρόης βασιλεύς βασιλέων, δυναστευόντων δεσπότης. κύριος ἐθνῶν. εἰρηνάρχης. τοῖς ἀνθρώποις σωτήριος. ἐν θεοῖς μὲν ἄνθρωπος ἀγαθὸς καὶ αἰώνιος, ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις θεὸς ἐπιφανέστατος. ὑπερένδοξος νικητὴς. ἡλίῳ συνανατέλλων, καὶ τῇ νυκτὶ χαριζόμενος ὄμματα. ἐκ προγόνων ἐπίσημος. βασιλεύς μισοπόλεμος. χαριστικὸς. ὁ τοὺς ἄσωνας μισθούμενος, καὶ τὴν βασιλείαν πέρσαις διαφυλάττων βαράμ στρατηγῷ περσῶν, &c. *Choſroes rex regum. Dominantium dominus. Gentium dominus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

minus. Princeps pacis, hominum ſalus. Inter Deos quidem homo bonus & æternus. Inter homines autem Deus illuſtriſſimus. Victor longe glorioſiſſimus. Cum ſole exoriens & nocti lumina largiens. A majoribus illuſtris. Rex belli oſor. Bene merens de omnibus. Aſonas mercede conducens & regnum Perſis cuſtodiens, Varamo Perſarum duci. Eodem pene faſtu parentum memoria Turcarum Imp. Regi Poloniæ bellum indixit hujuſmodi ad eum miſſis omni vanitate pleniſſimis literis : *Nomine Dei qui eſt in cœlis nos Soloma Hometh, Deus in terris, clementiſſimus, invictus, potentiſſimus, Imperator Babiloniæ, Judææ, Arabiæ, Mediæ, Rex regum ab ortu ad occaſum, Dominus omnium Deorum in terris, Rex Hieroſolymorum, Dominus fluminum, Dominus littorum totius orbis terrarum, Defenſor ſepulchri non ſolum quod eſt Meccæ, ſanctiſſimi Mahomethis, verum etiam quod eſt Hieroſolymis Chriſti crucifixi, Regi Poloniæ ſalutem imperatoriam*, &c. Cur autem Reges Perſarum fratres Solis & Lunæ ſe appella- 21
verint, refert Ammian. *lib.* 23. loquens de Arſace, qui pulſis Antiocho & Seleuco Callinico primus Perſiam in libertatem aſſeruit : *Certatimque ſummatum & vulgi ſententiis concinentibus, aſtris (ut ipſi exiſtimant) ritus ſui conſecratione permixtus eſt omnium primus. Unde ad id tempus reges ejuſdem gentis prætumidi appellari ſe patiuntur Solis fratres & Lunæ.*
Quæ fuit etiam ratio, cur iidem illi reges impoſuerint capiti caput arietis : 22
Lunam enim, quam nonnullos etiam Aſtarten, Aſtharot, & Uraniam Venerem appellaſſe probavit doctiſſimus Faber 3. *Semeſt. cap.* 1. ejuſmodi diademate caput cinxiſſe ſuperſtitioſa exiſtimavit antiquitas. Euſeb. *lib.* 1. εὐαγγελικῆς προπαρασκ. Η δὲ Αςάρτη ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παράσημον κεφαλὴν ταύρου, *Aſtarte vero proprio capiti impoſuit inſigne regium caput arietis.* Cæterum licet incredibili quadam fortitudine ducum Juſtinianus tot erexerit trophæa, jure tamen agnomina populorum & gentium , quæ ſubactæ tot præliis in ditionem ejus conceſſerant, ſibi impoſuit: ejus enim auſpiciis fregit Beliſarius formidabilem Vandalorum & Gothorum potentiam, repreſſit Chilbudius Alemannorum, Sclavorum & Antarum ferociam, coëgit Narſes in ordinem immanem illam graſſandi per Italiam Francorum cupidinem. Sic ejus etiam auſpiciis cum præclariſſimum & eruditiſſimum libellum edidiſſent Tribonianus, Theophilus, & Dorotheus, Viri, ut ipſe dicit Juſtinianus, Illuſtres, ſe ejus auctorem, cui vim & auctoritatem & robur accommodaverat §. 6. *prooem. Inſt.* conſtantér aſſeruit.

C A-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

CAPUT TERTIUM.

1. *Quis Magiſter officiorum.*
2. *Quot militum ordines, qui cuſtodiebant palatium.*
3. *Cur Juſtinianus iis qui crediderunt ad militiam emendam privilegium ſimul & hypothecam conceſſerit.*
4. *Quinam Silentiarii.*
5. *Silentiarii & cubicularii differunt.*
6. *Agentes in rebus.*
7. Μαγιστριάνος.
8. *Actionarii.*
9. *Protectores.*
10. *Quinam Candidati.*
11. *Pancirolus refellitur.*
12. *Quinam Decani.*
13. *Quinam Curſores.*
14. *Solebat Principi olim ignis præferri.*
15. *De ſcholis fabricenſium.*
16. *Nulli olim licuit accingere gladium.*
17. *Sed ſecus eſt hodie.*

NEquis autem ignoret, quinam illi fuerint, quibus Juſtinianus componendarum Inſtitutionum demandavit provinciam, videamus quid Juſtinianus de iis ipſe tradiderit, §. 3. procem. Inſt. *Cumque hoc Deo propitio peractum eſt, Triboniano Viro Magnifico, Magiſtro & Exquæſtore ſacri palatii noſtri, & Exconſule, nec non Theophilo & Dorotheo Viris illuſtribus & Anteceſſoribus &c.*

1. MAGISTRO. Magiſtrum officiorum, ni fallor, intelligit, quem ἡγούμενον τῶν βασιλείων, *aulæ præfectum*, Theodoritus vocat *lib.* 5. *cap.* 20. μάγιστρον τῶν ὀφφικίων, *ducem ordinum palatinorum*, ἡγεμόνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων Zoſim *lib.* 2. *Hiſt.* ἡγεμόνα τῶν περὶ βασιλέα καταλόγων, τῶν κατὰ τὴν αὐλὴν ταγμάτων ἡγούμενον, & ſimpliciter μάγιστρον *in excerpt.* Menander. Summam ejus dignitatem deſcribit & *Priſcus in excerpt.* ut ſequitur: Καὶ ἐπὶ βασιλέα φέρει τὴν βουλὴν, ὃς Μαρτιάλιον τὴν τοῦ μαγίστρου διέποντα ἀρχὴν προσμεταπεμψάμενος, ἔλεγε τὰς πρὸς τὸν βάρβαρον συνθήκας. ἀνάγκη δὲ ἐθαῤῥεῖτο τῆς ἀρχῆς. πασῶν γὰρ τῶν βασιλέως βουλῶν ὁ μάγιστρος κοινωνός. διὰ δὴ τῶν τε ἀγγελιαφόρων καὶ ἑρμηνέων καὶ στρατιωτῶν ἀμφὶ τὴν βασιλείαν φυλακὴν ὑπ' αὐτὸν ταττομένων, *Ad Imperatorem conſilium initum detulit, qui Martialium magiſtri officiorum munere fungentem, ad ſe venire juſſum docuit, conventionem cum barbaro factam: id enim illi credi, & committi jure magiſtratus, quem gerebat, neceſſe fuit. Nam omnium Imperatoris conſiliorum magiſter eſt particeps, ſub cujus cura ſunt Tabellarii, interpretes, & milites, qui Palatii cuſtodiæ deputati ſunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Erant autem illi milites relati in ordines. Ordines erant undecim, qui in 2.
jure frequentius Scholæ dicuntur, *l. ult. C. de locat. t. tit. C. de privil. Schol.* & ad diſcrimen aliarum, exceptorum, aut fabricenſium etiam Scholæ palatinæ, aliquando etiam palatium per metonymiam, ut apud Ammian. *lib.* 14. *Inde aliis ſuper alias urgentibus literis exire, & decem vehiculis publicis, ut præceptum eſt, uſus, relicto palatio omni, præter paucos thori miniſtros & menſæ, quos advexerat ſecum, ſqualore concretus celerare gradum compellebatur.* Caſſiod. 6. *var.* 6. *Ad ipſum nimirum palatii pertinet diſciplina: ipſe inſolentium ſcholarum mores procelloſos moderationis ſuæ terminis proſpere diſſerenat. Tam multi ordines ſine confuſione componuntur.* Scholis enim adſcripti cuſtodiebant palatium, juxta quod habitabant, ut notavit Valeſius ad eundem Ammian. *lib.* 14. Dicebantur ſcholares, & ut cæteri milites merebant ſtipendium, *d. l. ult. C. de domeſt. & prot. l.* 3. *C. de magiſt. off.* Octo recenſentur in Notitia imperii:

Scutariorum Prima
Scutariorum Secunda
Gentilium Seniorum
Scutariorum Sagittariorum
Scutariorum Clibanariorum
Armaturarum juniorum
Gentilium juniorum
Agentium in rebus.

Præter has unam fuiſſe Silentiariorum *l.* 4. *C. de ſilent.* duas autem protectorum & domeſticorum equitum non obſcure ſignificant *l.* 4. *C. de ſilent. l.* 2. *& ult. C. de domeſt. & prot.* Procopius ἐν ἀνεκδότοις: εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι τῶν ἐν παλατίῳ πολλοὶ ἀξιώτεροι, ἐπεὶ καὶ πλείω τὸ δημόσιον αὐτοῖς χορηγεῖν εἴωθεν, ἅτε καὶ μείζω κατατιθεῖσι ὑπὲρ τῆς στρατείας ὀνόματος τὰ τιμήματα. οἱ δὴ δομεστικοί τε καὶ προτέκτορες ἐπικαλοῦνται, ἀνέκαθεν ἀμελέτητοι εἰσὶ πολεμίων ἔργων. Τάξεως γὰρ καὶ προσώπου ἕνεκα μόνον ἐν παλατίῳ εἰώθασι καταλέγεσθαι. *Sunt in aula Imperatoria dignioris plane ordinis milites alii, quibus quo majore pretio militiæ nomina ſibi comparant, eo major ab ærario publico ſolvitur penſio. Domeſtici & Protectores vocantur bellicæ omnino virtutis expertes; nam ordine tantum ac dignitate in palatio cenſentur.* Singulis Comes vir ſpectabilis præerat, *l.* 1. *C. de priv. ſchol. t. tit. C. de com. & trib. ſchol.* Duæ erant inermes ſilentiariorum & agentium in rebus, novem armatæ, dicit Panciról.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

cirol. *ad Notit. imp. cap.* 63. Milites olim erant bellicoſiſſimi. Primus Zeno ignavos & rerum militarium imperitos adſcivit. Procopius *ibid.* Στρατιῶται οὐχ ἧσσους ἢ πεντακόσιοι καὶ τρισχίλιοι τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ φυλακῇ τοῦ παλατίου κατέστησαν, οὕσπερ σχολαρίους καλοῦσιν. καὶ αὐτοῖς συντάξεις ἀνέκαθεν πλείους ἢ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὸ δημόσιον ἀεὶ χορηγεῖν εἴωθε. τούτους οἱ πρότερον μὲν ἀριστίνδην ἀπολέξαντες ἐξ Ἀρμενίων ἐς ταύτην δὴ τὴν τιμὴν ἦγον; ἐξ οὗ δὲ Ζήνων τὴν βασιλείαν παρέλαβε, πᾶσιν ἐξουσία ἐγένετο καὶ ἀνάνδροις καὶ ἀπολέμοις, τούτου δὴ τοῦ ὀνόματος ἐπιβατεύειν, *Aula Imperatoria trium millium ac quingentorum militum, quos vocant Scholares, olim præſidio tenebatur, his ab ærario majora quam reliquis omnibus erant ab antiquo decreta ſalaria, nec niſi Armeniorum ſelectiſſimi quilibet ad eam dignitatem fuerunt evecti. Poſtquam vero Zeno eſt adeptus imperium, inerti & imbelli cuique nomen id ſibi adſciſcere licuit.* Juſtinianus non rudes ſolum rerum militarium in ordines retulit, verum etiam ingenti pecunia palatinam illam militiam cuilibet vendidit. Procop. *ibid.* Ἡνίκα τοίνυν Ἰουστῖνος τὴν βασιλείαν παρέλαβεν, Ἰουστινιανὸς πολλοὺς εἰς τὴν τιμὴν κατεστήσατο ταύτην, χρήματα μεγάλα προσβαλλόμενος. ἐπεὶ δὲ τούτοις τοῖς καταλόγοις οὐδένα ἐνδεῖν τὸ λοιπὸν ᾔσθετο, ἑτέρους αὐτοῖς ἐς δισχιλίους ἐντέθεικεν, οὕσπερ ὑπεραριθμους ἐκάλουν, *Juſtino autem Principe complures magno ære ad eam dignitatem Juſtinianus promovit, poſt ubi nullum deficere albo nomen animadvertit, alios ferme bis mille addidit, eoſque ſupernumerarios appellavit.* Agathias 5. *hiſt.* Λοιπὸν ἐς ἐμπορείαν μετέστη τὸ χρῆμα, ὡς μηκέτι ἄλλως ἐν τοῖσδε τοῖς στρατεύμασι καταλέγεσθαι τοὺς βουλομένους, πλὴν ἂν χρυσίου τι μέτρον καταθεῖεν. τοῦτο δὲ ἀποτίσαντες, εὐθὺς ἐγχαράττονται ἀνεξετάστως, καὶ τῇ ἄλλῃ δυνάμει ἐναριθμοῦνται, εἰ καὶ παντάπασι πολεμικῶν ἔργων ἀνεπιστήμονες τύχοιεν ὄντες. οὕτω τε τῆς κρίσεως ἠμελημένης, εἰκότως ἄρα ἥκιστα διαπονεῖσθαι καταναγκάζονται, ὡς δὴ ὤνιον ἑλόντες τὸ γέρας, καὶ πλείστου ὅσου πριάμενοι τὴν ἀργίαν, *Deinceps in nundinationem res abiit, ut non amplius in has legiones accenſerentur qui vellent, niſi certam aliquam pecuniæ ſummam dediſſent, qua perſoluta ſtatim citra ullam inquiſitionem inſcribebantur, reliquoque exercitui accenſebantur, etiamſi plane operum bellicorum eſſent imperiti, atque ita delectu neglecto, merito utique ad militiæ labores non adigebantur, quippe qui venalem eum honorem eſſent adepti, ignaviamque magno emiſſent.*

3· Unde non mirum, quod Juſtinianus, ut emptores alliceret, iis qui crediderunt ad militiam emendam, ejuſmodi privilegium & hypothecam conceſſerit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ceſſerit, qua cæteris omnibus creditoribus præferuntur expreſſam aut taci-
tam anteriorem hypothecam habentibus, quinetiam fœminis ſoluto ma-
trimonio dotem repetentibus *Nov.97. cap.4.*

Silentiarii licet inermes palatinorum ordinum erant honoratiſſimi, 4.
quos recenſet inter clariſſimos *l. 5. C. de ſilent. & dec.* inter ſpectabiles
l. 30. C. de inoff. teſt. ἐπιστάτας τῆς ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς, *præfectos*
ſilentii, quod præſtandum eſt Imperatoribus, nuncupavit Agathias.
Iis enim, qui præſtolabantur in exterioribus cubiculis audientiam Princi-
pis, imperabant ſilentium, & illud ipſum cubiculum, in quo excuba-
bant ante Principis oſtium, ex quo in ejus intimum conclave patebat in-
troitus, appellabatur Silentium. Cyrillus Scythopolitanus: εἰς τὸ λεγόμενον
Σιλεντιαρίκιον φθάσαντας οἱ ἐπὶ τῶν θυρῶν Σιλεντιάριοι ἔνδον εἰσεδέ-
ξαντο. *Cum ad locum perveniſſent, cui nomen Silentio, à Silentiariis oſtio*
præpoſitis introducti ſunt. Joan. Lydus in excerpt. περὶ ἀρχῶν πολιτι-
κῶν: Ἐδόκει μὲν μηκέτι ἐπὶ ἀγορᾶς, ἀλλ᾽ ἐν τῷ παλατίῳ τὴν βουλὴν
συνάγεσθαι. τὴν δὲ τοιαύτην σύνοδον Κομβέντον ἔθος Ῥωμαίοις καλεῖν,
ἀντὶ τοῦ συνέλευσιν. σιγῆς δὲ τοῖς πολλοῖς βουλευομένοις δεῖ. διὰ τοῦτο ἐκ
τῆς περὶ τὴν σιγὴν σπουδῆς (σιλέντιον δ᾽ αὐτὴν πατρίως καλοῦσι) σι-
λεντιαρίους ἐκεῖνοι ὀνομάζειν αὐτούς, *Placuit Senatum non amplius in*
foro, ſed in Palatio cogere. Hujuſmodi autem cœtum Romani conventum
appellare ſolent. Ubi autem multi ſimul conſulunt, taciturnitate opus eſt,
eamque ob cauſam à ſtudio taciturnitatis, quam patria voce ſilentium vo-
cant, Silentiarios eos appellandos cenſuerunt. Nec erant hi tamen cubicu- 5.
larii Principum. Diverſi enim extant in Codice tituli *de cubiculariis lib.*
12. tit. 5. & *ſilentiariis lib. 12. tit. 16.* Cubicularii erant omnes eunu-
chi, qui Principis ſomno adhibebant ſilentia, ut eſt apud Claudian.
1. in Eutrop.

Præfecti ſed adhuc gemmis, veſtique dabantur
Cuſtodes, ſacroque adhibere ſilentia ſomno.
Militia eunuchi nunquam tranſgreſſa cubile.

Ambroſ. 5. *epiſt. Gallicanus præpoſitus cubiculi eunuchus regius.* Socrates
6. *hiſt.* Εὐτρόπιος γὰρ εὐνοῦχος πρεσβεσὼς τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, καὶ τὴν
τοῦ ὑπάτου ἀξίαν πρῶτος εὐνούχων λαβών. Quidam inter eos per vices
cuſtodiebant cubiculum Principis hebdomadatim, ἑβδομάριοι dicti. Leo
Grammaticus: ἐποίησεν ἑβδομάριον. Codinus in Orig. Conſtant. Τοῖς
ἑβδομαρίοις ἢ κοιτωνίταις αὐτοῦ.

Agentes in rebus erant Principum miniſtri & exploratores ob diverſa 6.
nego-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

negotia in provincias miſſi, *l.* 2. *& ult. C. de curioſ.* Frumentarios eos ap-
pellaverat vetuſtas. Aurel. Victor. *in Dioclet. Remoto peſtilenti frumenta-
riorum genere, quorum nunc Agentes rerum ſimillimi ſunt. Qui cum ad
explorandum annunciandumque qui fortè in provinciis motus exiſterent,
inſtituti viderentur, compoſitis nefariè criminationibus, injecto paſſim metu,
præſertim remotiſſimo cuique, cuncta fœde diripiebant.* Hieronym. *in
Abdiam. cap.* 1. *Septuaginta tranſtulerunt in* πυροφόρον, *quem nos in
frumentarium vertimus, juxta antiqui ſermonis eloquium: eos enim, quos
nunc agentes in rebus vel veredarios appellant, veteres frumentarios nomi-
nabant.* Euſebius *hiſt. eccleſ.* 6. *cap.* 4. Σαβῖνος αὐτῆς ὥρας φρουμεντά-
ριον ἔπεμψεν εἰς ἀναζήτησίν μου, *Sabinus frumentarium, qui me requi-
reret, eodem temporis momento miſit.* Quod autem Gloſſæ Veteres Μα-
7. γιστελιάνον verterunt Agentem in rebus, non eſt alia ratio, quam quod ex
ſchola agentium in rebus magiſter officiorum apparitores aut officiales
aſſumeret, de quibus loquitur *Novell.* 17. *cap.* 4. ut obſervat Cujac. *par.
C. de offic. mag. offic. & ad tit. C. de agent. in reb.* Agentes in rebus XVII.
habuit Imp. Julianus, cæteris ejectis propter rapinas & calumniandi libidi-
nem, cæteri vero Principes ad decem fere millia, ut docet Libanius in
orat. πρὸς τοὺς βαρὺν αὐτὸν καλέσαντας. Cum his autem eos Agentes
8. confundi non oportet, qui Caroli Magni & Pipini temporibus nihil erant
aliud quam officiales & famuli principum, ut probat Bignon. *ad form.
Marculff. lib.* 1. *cap.* 11. *Actionarios* appellat lex Longobardorum
9. XXVIII. *lib.* 1. *tit.* 9. Protectores quod attinet: primus eos Imp. Gor-
dianus inſtituit ut affirmat Cedren. *to.* 1. *hiſt.* Μετὰ δὲ τοῦτον ἐβασίλευσεν
Ἰουνίωρ μῆνας τρεῖς, ὃς πρῶτος ἐποιήσε κανδιδάτους, καὶ προτίκτω-
ρας, καὶ τὸ τάγμα τῶν σχολαρίων συστησάμενος, ἐκάλεσεν αὐτὸ Ἰουνιώ-
ρων, εἰς τὸ ἴδιον ὄνομα, *Poſt eum imperavit Gordianus junior menſes tres.
Is primus inſtituit candidatos & protectores, & ordinem Scholariorum,
quem Juniorum à ſe nominavit.* Verum Cedreno vix licet hic credere.
Spartian. *in Caracall. Naufragii periculum adiit, antemna fracta, ita ut in
ſcapham cum protectoribus deſcenderet.* Capitol. *in Maximin. Carthagi-
nem venit cum pompa regali, & protectoribus, & faſcibus laureatis.* Can-
10 didati erant ex ſcholaribus ætate & robore ſelectiſſimi quilibet. Meurs. in
κανδιδάτοι. S. Nicephor. Ἦν τις ἐν ἐκείνῃ περιφανείᾳ κομώντων εὐπο-
ρίᾳ τε βίου λαμπρὸς, οὗ τὸ ἐπώνυμον Βιτουλῖνος ἐτύγχανε. τὴν δὲ
ἀξίαν, ἣν κανδιδάτον Ῥωμαίοις κικλήσκειν ἔθος, *Vitulinus quidam e-
rat homo & dignitate & opibus illuſtris, ex eo genere quos Candidatos Ro-*

mani

mani appellare ſolent. Ex protectoribus ſolebant & Proskepaſtem eligere. Menander *in excerpt.* Ὁ δὲ γε τῶν μεθορίων λεγόμενος προτίκτωρ (δηλοῖ δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τὸν ἐς τοῦτο καταλεγόμενον ἀξίας, τὸν βασίλειον προσκεπάστην) οὗτος δὴ οὖν κατεσκεύασε καλύβας, ἐν αἷς ἔμελλον ἑκατέρας πολιτείας πρέσβεις τὰ εἰρημένα διασκέπτεσθαι. τοῦτο γὰρ τὸ λειτούργημα ἄνωθεν τε καὶ ἐξαρχῆς τῷ προτίκτωρι ἐπιτέτραπται, *Qui confinium Protector erat, ſignificat autem apud Romanos eum, qui eſt ad eam dignitatem electus, quem Græci vocant Imperatoris Proskepaſtem. Ille inquam tecta præparanda curavit, ſub quibus ab utraque republica miſſi convenirent, qui ea de quibus ante dictum eſt, inter ſe agitarent & diſcuterent. Hæ enim ſunt Protectoris jam tum ab ejus inſtitutione partes.*

Cæterum parum valido, ni fallor, argumento adductus in *comment. ad Notit. imp. cap.* 63. Pancirolus duas domeſticorum equitum peditumque ſcholas magiſtri officiorum exemit imperio. Veram ejus opinionem inſcriptio, *l.* 1. *C. de venat. fer.* qua ſola nititur, vix efficere poterit. Magiſter officiorum generaliter dicitur ἡγεμὼν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων, τῶν ἐν τῇ αὐλῇ ταγμάτων, ἡγεμὼν τῶν βασιλείων, ut ſupra jam dictum eſt. Atqui inter aulicos ordines domeſticos & protectores recenſet Procopius *d. loc.* in eos igitur etiam magiſter officiorum imperium habuit. Quod argumentum ne *d. l.* inſcriptio videatur evertere, inter Protectores domeſticos, qui manebant in aula, & eos qui una cum exercitu in provincias mittebantur, diſtinguendum exiſtimo: Procopius *ibid.* καὶ αὐτῶν οἱ μὲν ἐν Βυζαντίῳ, οἱ δὲ ἐπί τε γαλάτας ἐκ παλαιοῦ, καὶ χωρίων ἑτέρων ἵδρυνται, *pars eorum Byzantii, pars in Galatia jam olim vel in aliis provinciis habuere ſtationes.* Qui manebant in aula, & præſentiales vocantur in *l.* 6. *C. de advoc. div. jud.* eos una cum ipſorum Comite magiſtri officiorum ſubjectos imperio, cæteros in præſidio provinciarum impoſitos, vel miſſos ad ſtantem in procinctu exercitum magiſtro militum aut ejus vicario Comiti domeſticorum, vel provinciæ Præſidi fuiſſe dicto audientes eſt veriſimilius. Juſtinian. *edict.* 8. *cap.* 3. de Vicario Ponti: Ὑπακούσεται δὲ αὐτῷ πᾶσα στρατεία ὑπ' ἐκείνους οὖσα τοὺς τόπους, καὶ ὑπακρινοῦσι τοῖς παρ' αὐτοῦ λεγομένοις δομεστικοί τε καὶ προτέκτωρες, σχολάριοί τε καὶ στρατιῶται, *Obediet vero ipſi univerſus in illis locis conſtitutus exercitus, dictoque illi audientes erunt domeſtici & protectores, ſcholares etiam & milites.* Ammian. Marcell. *lib.* 16. de Urſicino magiſtro militum: *In Orientem cum Magiſterii remittitur*

poteſtate: provectis è conſortio noſtro ad regendos milites natu majoribus adoleſcentes eum ſequi jubemur, quicquid pro Rep. mandaverit impleturi. Erat autem Ammianus Protector Domeſticus, ut ipſe ſignificat. *lib.* 18. *Mihi dum avius ab itinere Comitum quid agerem circumſpicio, Verennianus Domeſticus Protector occurrit, femur ſagitta confixus, quam dum avellere obteſtante collega conarer.* Corippus *lib.* 3.

Schola cuncta palati
Juſſa ſuis adſtare locis, jamque ordine certo
Turba Decanorum, Curſorum, in rebus Agentum,
Cumque Palatinis ſtans candida turba Tribunis
Et Protectorum numerus, mandante Magiſtro
Omnis ſacrorum vis affuit officiorum.

12 Quibus verſiculis decanos & curſores etiam magiſtro officiorum paruiſſe docemur. De decanis etiamſi ſiluiſſet Corippus, conſtare tamen evidentiſſime potuiſſet ex *l.* 2. *C. de decan.* Decani lictorum inſtar faſces præferebant principi prodeunti in publicum. Cedrenus enim appellat ῥαβδούχους, ut teſtatur Valeſius ad Ammian. Marcell. *lib.* 26. quos ſi diſtinxerim ab iis decanis, qui Conſtantinopoli ſepeliendorum cadaverum curam habebant, non multum erraverim: veſpillones enim illius urbis Juſtinianus appellat decanos *nov.* 43. *pr. nov.* 59. *cap.* 2. *l.* 4. *C. de ſacroſ. eccleſ.* Mornac. *ibid.* Faſces autem principi præferri ſolitos oſtendit Dio Caſſ. *lib.* 54. Ἐπιμελητής τε τῶν τρόπων ἐς πέντε ἔτη προσκληθεὶς διεχειροτονήθη, καὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν μὲν τῶν τιμητῶν ἐς τὸν αὐτὸν χρόνον, τὴν δὲ τῶν ὑπάτων διὰ βίου ἔλαβεν, ὥστε καὶ ταῖς δώδεκα ῥάβδοις ἀεὶ καὶ πανταχοῦ χρῆσθαι, *Decretum ei eſt, ut magiſter morum per quinque annos eſſet, poteſtatemque cenſoriam per id temporis, conſularem autem quamdiu viveret, haberet, ut ſemper & ubique faſces ei duodecim præ-*
13 *ferrentur.* Curſores erant, qui præcurrebant ante comitatum Imperatoris una cum lampadariis ignem preferentibus: nam præter faſces etiam ignem Principi præferri ſolitum teſtis eſt Herodian. *lib.* 7. Εἵπετο δὲ αὐτῷ πᾶσα ἡ βασιλικὴ πόμπη τῶν μὲν στρατηγῶν οἵτινες ἦσαν ἐκεῖ, καὶ τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἀπομηκεστέρων νεανίσκων, ἐν σχήματι τῶν κατὰ Ῥώμην δορυφόρων. αἵ τε ῥάβδοι ἐδαφνηφόρουν. ὅπερ ἐστὶ σύμβολον εἰς τὸ διαγνῶναι τὰς βασιλικὰς ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν. τὸ δὲ πῦρ προεπόμπευεν, *Sequebatur ipſum omnis Imperatoria pompa, militeſque quicunque aderant, juveneſque urbani procera ſtatura, ad eorum ſimilitudinem, qui Romæ Imperatorem antegrediuntur; faſces item laureati, quo inſigni principes à privatis*

privatis dignoſcuntur. Prælucebat etiam ignis. Idem de Pertinace *lib.* 5.
Κατῆλθεν ἐπὶ τὸ συνέδριον τῆς βουλῆς, οὔτε τὸ πῦρ ἐάσας ἑαυτοῦ προπομ-
πεῦσαι, οὔτέ τι ἄλλο τῶν βασιλικῶν συμβόλων εἰς ὕψος ἀρθῆναι, *Venit
in Senatum, neque ignem ſibi paſſus præferri, neque aliud ullum principatus
inſigne attolli.* Lampadarium dicebant, qui ignem præferebat, *l. ult. C.* 14
de div. off. & app. jud. Solebat enim ignis præferri in lampade, *edict. Juſt.*
8. *cap.* 3. §. 4. Corippus *lib.* 3.

prænuncius ante
Signa dedit Curſor poſita de more lucerna.

Balſamo *de privil. Patriarch.* Αἱ λαμπάδες μὲν τῶν βασιλέων δι-
πλοῖς περιχρύσοις περιζώννυνται στεφανώμασι, τῶν δὲ πατριαρχῶν,
καὶ τῆς βασιλίσσης ἑνὶ κατακυκλοῦνται θελγώματι, *Faces impe-
ratorum duplicibus auratis cinguntur corollis; Patriarcharum vero &
Imperatricis, una tantum.* Ratio illius moris à Codino hæc redditur.
lib. de offic. Conſtant. Καὶ τὴν λαμπάδα φέρουσιν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, διὰ
τὸ φάσκον λόγιον, ὅτι οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ἡμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀν-
θρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἡμῶν ἔργα, καὶ δοξάζωσι τὸν πατέρα
ἡμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *Lampas autem præfertur ei, propter illum ſer-
monem, qui dicit, Ita luceat lux noſtra coram hominibus, ut videant bo-
na opera noſtra, & glorificent patrem noſtrum, qui eſt in cœlis.* Genuina ta-
men hæc ratio dici non poteſt, cum mos in uſu jam fuerit tempore Prin-
cipum, qui nondum erant innutriti diſciplinis cœleſtibus. Vid. Mornac.
ad l. 6. C. de advoc. 2.

Præerat porro magiſter officiorum non ſolum illis undecim, quarum 15
nomina retuli, verum etiam quindecim fabricenſium ſcholis, *l. pen. & ult.
C. de fabric.* Fabricenſes erant armorum opifices. *l.* 1. *& t. tit. C. eod.* Scho-
læ vero officinæ vel loca, quæ armis fabricandis deſtinaverant Principes.
Alibi cudere vel habere non licuit *l.* 1. *ff. ad l. Jul. de vi pub.* juſſis, qui
officinis operabantur incluſi, in armamentarium deferre quæ fecerant,
adempta vendendi vel emendi licentia, *Nov.* 85. *cap.* 1. 2. & 3. *l.* 1. *& t.
tit. C. de fabric. l. un. C. ut arm. uſ. inſc. princ. interd.* Liv. 29. *cap.* 35.
*Tormenta machinaſque & advexerat ſecum, & ex Sicilia miſſa cum com-
meatibus erant: & nova in armamentario multis talium operum artifici-
bus de induſtria incluſis.* Idem *lib.* 3. *cap.* 15. *Conſules & armare plebem,
& inermen pati timebant. Dant tamen arma, non vulgo; tantum ut in-
certo hoſte præſidium ſatis fidum ad omnia eſſet.* Ideoque nec gladium cui- 16
quam apud Romanos accingere licuit, ſoli olim militi & ſacerdotibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Saliis eo jure conceſſo, *l.*25. *l.*38. §.1. *ff. de teſtam. mil. d. Nov.* 85. *cap.* 4. Auctor Anonymus, quem Amm. Marcellino adjunxit Valeſius, de Theoderico rege Gothorum, qui armis victricibus obtinebat Italiam: *Item, ut nullus Romanus arma uſque ad cultellum uteretur, vetuit.* Euſeb. 7. *Hiſt. eccleſ.* 15. de Marino milite: Εἴσω τε πρὸς αὐτῷ στῆσαι τῷ ἁγιάσματι. μικρόν τε παραναστείλας αὐτοῦ τῆς χλανίδος, καὶ τὸ προσηρτημένον αὐτῷ ξίφος ἐπιδείξας, *Cumque interius ad ipſum altare eum ſtatuiſſet, reducta tantiſper ejus chlamyde, gladium, quo præcinctus erat, oſtendens,* &c. Dion. Halicarn. *lib.*2. *cap.* 8. Οὗτοι πάντες οἱ σάλιοι χορευταί τινές εἰσι καὶ ὑμνηταὶ τῶν ἐνοπλίων θεῶν. ἑορτὴ δ' αὐτῶν ἐστὶ περὶ τὰ παναθήναια, τῷ καλουμένῳ Μαρτίῳ μηνὶ, ἐν ᾗ διὰ τῆς πόλεως ἄγουσι τοὺς χοροὺς εἴς τε τὴν ἀγορὰν καὶ τὸ καπιτώλιον, καὶ πολλοὺς ἄλλους ἰδίους τε καὶ δημοσίους τόπους. παρέζωσται δ' ἕκαστος αὐτῶν ξίφος, καὶ τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ λόγχην, ἢ ῥάβδον, ἤ τι τοιοῦθ' ἕτερον κρατεῖ. *Illi omnes Salii ſunt quidam ſaltatores & laudatores deorum, qui armorum ſunt præſides. Eorum autem dies feſti, qui plures erant, incidunt in Panathenæa, quæ fiebant menſe Martio, quibus per urbem ire ſolent cum tripudiis in forum & Capitolium, & multa alia cum privata tum publica loca. Eorum unus quiſque gladio eſt accinctus, ac manu dextra lanceam aut virgam, aut aliquid hujuſmodi tenet.* Quapropter non mediocrem incuſſit terrorem Antonius magiſter equitum dictus à Cæſare, cum gladio accinctus prodiret in publicum, Dio Caſſ. *lib.* 42. eamque projectam ejus & proſtitutam audaciam eo nomine Cicero perſtrinxit ſatis acerbe apud eundem Dionem Caſſ. *lib.* 45. Ἦ οὐ μέμνησθε, inquit, πῶς μὲν βαρὺς ὑμῶν καὶ αὐτῇ ὄψει, βαρύτατος δὲ τοῖς ἔργοις ἐγένετο; ὅστις, ὦ γῆ καὶ θεοὶ; πρῶτον μὲν ἐτόλμησεν ἐνταῦθα, ἐντὸς τοῦ τείχους, ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, καὶ ἐν τῷ καπιτωλίῳ, τό τε ἔσθημα ἅμα τὸ περιπόρφυρον ἐνδύεσθαι, καὶ ξίφος παραζώννυσθαι, *An non meminiſtis ut aſpectu vobis gravis, longe moleſtiſſimus actis ſuis fuerit? qui proh deos, proh terram, primum auſus fuit hoc in loco, intra mœnia, in foro, in curia, in Capitolio, veſtem purpura prætextam gerere, ac ſimul gladio ſe accingere.* Poſtea ſoli illud ex magiſtratibus Præſidi cum permiſiſſet Auguſtus, paulo poſt factum eſt inſigne vel ſymbolum Præfecti prætorio, temporiſque progreſſu etiam magiſtratibus cæteris & officialibus magiſtratuum, ni fallor, idem conceſſum eſt. Bachov. *ad tit. ff. de offic. proc. pr.* Aurel. Vict. *in Trajan. Uſque eo innocentiæ fidens, uti Præfectum prætorio, cum inſigne poteſtatis, uti mos erat, pugionem daret, crebro monuerit:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Tibi iſtum ad munimentum mei committo, ſi recte agam, ſin aliter, in me magis. Dio Caſſ. *lib.* 53. Τῇ τε οὖν ἐπικλήσει τῇ τῶν ἀντιστρατήγων τοὺς αἱρετοὺς χρῆσθαι, καὶ ἐπὶ πλείω καὶ ἐνιαυτοῦ χρόνον, ἐφ᾽ ὅσον ἂν ἑαυτῷ δόξοι ἄρχειν ἐποίησε. τήν τε στρατιωτικὴν στολὴν φοροῦντας, καὶ ξίφος, οἷσγε καὶ στρατιώτας δικαιῶσαι ἔξεστιν, ἔχοντας. ἄλλῳ γὰρ οὐδενὶ οὔτε ἀντιστρατήγῳ, οὔτε ἐπιτρόπῳ ξιφηφορεῖν δέδοται, *A ſe deſignatis præter nomen proprætorum hoc etiam tribuit, ut pluſquam annum eſſent cum imperio, quatenus videlicet ipſe ſic ſtatuiſſet, item ut militarem habitum geſtarent, gladiumque & jus capite plectendi militis haberent. Neque enim ulli alii proconſuli, aut proprætori, præfectove licebat gladio ſe accingere.* Xiphil. *in Domit.* Ε᾽πέθεντο δὲ αὐτῷ, καὶ συνεσκευάσαντο τὴν πρᾶξιν, Παρθένιός τε ὁ πρόκοιτος αὐτοῦ, καίπερ οὕτω τιμώμενος παρ᾽ αὐτοῦ ὡς καὶ ξιφηφορεῖν, *Invaſere eum homines inſidias moliti, Parthenius cubicularius ejus, licet ab eo magno honore ferendi gladii affectus eſſet.* Procop. *lib.* 2. *Vand.* Ε᾽ς γρηγόριον οὖν, καὶ ἀρτασίρην, καὶ δορυφόρους ἑτέρους τρεῖς τὸ πρᾶγμα ἐξενεγκὼν: τοὺς μὲν δορυφόρους ξὺν τοῖς ξίφεσιν ἐκέλευσεν εἴσω γενέσθαι. ἀρχόντων γὰρ ἑστιωμένων ὄπισθεν ἑστάναι τοὺς δορυφόρους νόμος. & paulo poſt. τῷ δὲ γρηγορίῳ ἐπέστελλε τῶν ἀρμενίων πολλοὺς, τοὺς μάλιστα εὐτολμοτάτους ἐπιλεξαμένῳ, ἐς τὸ παλάτιον ἐπαγαγέσθαι, τὰ ξίφη μόνα ἐν χερσὶ φέροντας. ἄλλῳ γὰρ οὐδενὶ τοὺς τοῖς ἄρχουσιν ἐν πόλει ἑπομένους ὁπλίζεσθαι θέμις, *Gregorio igitur, Artaſiræ, & tribus aliis ſatellitibus re indicata, ſatellites quidem una cum gladiis juſſit intro adeſſe; magiſtratibus enim capientibus cibum à tergo ſtare ſatellites mos erat. Gregorium vero juſſit Armenios multos, maximè audaciſſimos in palatium admittere, ſolos gladios manu tenentes, non enim alio telo armari fas erat in urbe magiſtratuum famulos,* &c. Apud nos cuili- 17
bet arma permiſſum eſt cudere, cuilibet vendere, cuilibet licet etiam accingere gladium. Religioſſime vero jus civile ſervatur apud Turcas & Italos. Apud Genuenſes ne cultrum quidem eſt circumferendi licentia. Jure Canonico clerici armis prodeuntes in publicum, feriuntur anathemate *cap.* 2. *ext. de vit. & hon. cler. c. audientia* 25. *ext. de ſent. excomm. can. non pila* 23. *quæſt.* 8. quo Epiſcopum Monaſterienſem etiam ſuperioribus annis percuſſum oportuit, cum Ordines fœderatos non ſine ſcelere mercede conductus periculoſiſſimo bello laceſſeret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

CAPUT QUARTUM.

1. *Quis Exquæſtor.*
2. *Notatur Pacius.*
3. *Notatur Alciatus.*
4. *Quæſtor unde dicatur.*
5. *Quæſtoris officium.*
6. *Notatur Socrates.*
7. *Candidati Cæſaris unde ita dicantur*
8. *Quæſtorum quot ſpecies.*
9. *De Præfectis ærarii.*
10. *Explicatur Agathias.*
11. *De theſaurorum præpoſitis.*
12. *Quæſtor, Quæſitor.*
13. *Ludos gladiatorios etiam Quæſtor edebat.*
14. *Tribonianus an fuerit Conſul.*
15. *Quis Conſulum ultimus.*
16. *Notatur in tranſitu Menandri interpres.*
17. *Quomodo Romani olim deſignaverint tempora.*
18. *Cur nomina Conſulum ſubjiciantur reſcriptis imperatorum in Codice.*
19. *Conſules minores.*
20. *Conſules honorarii.*
21. *Conſulum inſignia.*

1. EXQUÆSTORE. Tribonianus à Juſtiniano non ſolum Magiſter, verum etiam Exquæſtor & Exconſul vocatur, §. 3. *proœm. h.* Exquæſtor dicitur, qui quæſtura jam abiit. Idem frequen-
2. tius appellatur quæſtorius, ſicut exconſul, conſularis ut plurimum. Quod autem Pacius in *not. h.* honorariis codicillis donatos à principe, poteſtate vero conſulari aut quæſtoria non functos Quæſtorios & Conſulares, non Exquæſtores & Exconſules appellatos exiſtimet, admitti vix poterit. Leontium enim, quem expræfecto prætorio Juſtinianus vocaverat in *l.* 1. §. 1. *C. de nov. Cod. fac. l.* 1. §. 2. *C. de Juſt. Cod. conf.* præfectorium vocat in *l.* 2. §. 9. *C. eod. d. l.* 1. §. 1. *d. l.* 1. §. 2. Cum autem Leontius Præfecturam prætorii non adminiſtraverit, ut patet ex ſerie Præfectorum prætorio, quam exhibuit Alemannus in *not. ad Arc. Hiſt. Procop.* neceſſe eſt, ut Imperialibus codicillis fuerit dignitatem illam conſecutus à Principe. Sane cum in *l.* 13. *C. de advoc. div. jud.* fiſci patrono poſt biennium exconſularem dignitatem Impp. conceſſerint, corruit diſcrimen illud con-
3. ſtitutum à Pacio. Cæterum vix quicquam eo videretur abſurdius, quod putavit Alciatus 4. *diſpunct.* 3. vitio temporum, quibus lingua Latina ab illa vetere puritate jampridem deſciverat, Exquæſtorem aliter dictum eſſe Quæſtorem, Exconſulem, Conſulem, niſi Tribonianum obiiſſe Quæſtorem ſcripſiſſet Procopius, Juſtinianus autem eundem, quem

Ex-

Exquæſtorem vocaverat in *l.* 2. §. 9. *C. de vet. j. enucl.* appellaſſet Quęſtorem in inſcriptione *l.* 1. *C. eod.* Nemo tamen negabit argumentum illud inutile, qui animadverterit Tribonianum Quæſtoria dignitate ſeditione Venetorum abdicare ſe juſſum, profligatis factionibus non longo poſt tempore à Juſtiniano iterum ad eandem evectum. Quid igitur obſtat, quo minus dicamus Anno 530. quo lata fuit lex 1. *C. de vet. j. enucl.* Tribonianum fuiſſe Quæſtorem, anno autem 533. quo Juſtinianus promulgavit *l.* 2. *C. eod.* dignitate privatum, Quæſtura pro tempore conceſſa Baſilidi. Procop. *in Arc. Hiſt.* Τὴν τοῦ κοιαίστωρος καλουμένην ἀρχὴν διέθετο οὐδενὶ κόσμῳ. ἥσπερ διαφερόντως ἐπιμελῶντο οἱ πρότερον βεβασιλευκότες, ὡς εἰπεῖν, ἅπαντες, ὅπως τε τὰ ἄλλα ἔμπειροι, καὶ σοφοὶ, καὶ τὰ ἐς τοὺς νόμους μάλιστα εἶεν, οἱ ταύτην διαχειρίσοντες. καὶ χρημάτων διαφανῶς ἀδωρότατοι, ὡς οὐκ ἄνευ μεγάλου ὀλέθρου τούτου γε τῇ πολιτείᾳ γενησομένου, ὅπερ οἱ ταύτην τὴν ἀρχὴν ἔχοντες, ἢ ἀπειρίᾳ τινὶ ἔχοιντο, ἢ φιλοχρηματίᾳ ἐφεῖντο. ὁ δὲ βασιλεὺς οὗτος πρῶτον μὲν ἐπὶ ταύτῃ τριβονιανὸν κατεστήσατο. ἐπεὶ δὲ ὁ τριβονιανὸς ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο, ἴουνιλον λιβύην γένος, *Quæſturæ munus indignis modis accepit, cujus olim ſingulare fuit reliquorum ſane omnium Cæſarum ſtudium, ſcilicet ut à viris tractaretur cum aliarum rerum ac diſciplinarum, tum vero juris civilis conſultiſſimis, & omni prorſus exutis avaritia, ſummo Reipublicæ damno alioquin futuris, qui vel inſcitia vel divitiarum cupidine laborantes id munus capeſſerent. Hic tamen Princeps primum Quæſturæ Tribonianum præfecit; eo autem vita functo Junilum Afrum.* Idem *lib.* 1. *de bell. Perſ.* Τότε τῆς μὲν αὐλῆς ἔπαρχος Ἰωάννης ἦν ὁ καππαδόκης. τριβονιανὸν δὲ πάμφυλος γένος, βασιλεῖ πάρεδρος, κοιαίστωρα τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι &c. Τριβουνιανὸς δὲ καὶ Ἰωάννης τῆς τιμῆς οὕτω παραλυθέντες, χρόνῳ ὕστερον ἐς ἀρχὰς τὰς αὐτὰς κατέστησαν ἄμφω, ἀλλὰ τριβουνιανὸς μὲν ἔτη πολλὰ ἐπιβιοὺς τῇ τιμῇ, ἐτελεύτησε νόσῳ, *Erat tum temporis Præfectus prætorio Joannes Cappadox, Tribonianus autem oriundus ex Pamphylia Imperatoris aſſeſſor, quem Romani appellant Quæſtorem.* &c. *Tribonianus autem & Ioannes hunc in modum dignitate privati paulo poſt ad eaſdem dignitates evecti ſunt, & Tribonianus quidem in ea dignitate ubi vixit complures annos, morbo periit.*

Quæſtorem ab inquirendo à Romanis ſic dictum Menander exiſti- 4.
mat 6. *hiſt.* Καὶ τὴν λεγομένην τοῦ Κοιαίστορος διέπων ἀρχήν. ἣν οἶμαι ἐκ τοῦ ἀναζητεῖν ὧδε λελέχθαι Ῥωμαίοις, *Magiſtratu, qui Quæſtor dicitur, fungens, quem opinor ab inquirendo ſic dictum à Romanis.*

 Fuiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

5. Fuiſſe Quæſtores autem aſſeſſores & conſiliarios Principum ibi docet Procopius. Idem. 1. *de bell. Perſ.* εἰ μὴ πρόκλος ἐκώλυσεν, ὃς βασιλεῖ τότε παρήδρευε τὴν τοῦ καλουμένου κοιαίστωρος ἀρχὴν ἔχων. Idem *lib.* 1. *bell. Gotth.* Ὃς δὴ Ἀταλαρίχῳ παρήδρευε πρότερον, Κοιαισίτωρα τὴν ἀρχὴν ταύτην καλοῦσι Ῥωμαῖοι, *Qui olim fuerat Athalarici aſſeſſor, Quæſtorem ea dignitate decoratum appellant Romani.* Symmach. *ad Auſonium: Quæſtor es, memini, conſilii regalis particeps, ſcio, precum conditor, recognoſco: ipſe ore principis, & Princeps ore Quæſtoris loqui dictus.* Unde non inepte nuncupavit Quæſtorem στόμα βασιλῆος, *os Imperatoris,* incertus auctor epigrammatis Græci, cujus initium:

> Ὄφρ' εἴην στόμα πιστὸν ἐρισθενέος βασιλῆος
>
> *Donec eram os fidum præpotentis Imperatoris.*

Rex enim Theodoricus apud Caſſiod. 1. var. 12. Quæſtorem ita compellat: *Meminiſti quoties apud nos laudati ſint innocentes, quoties bonis actibus reddidimus vicem, ore tuo judicia noſtra loquebamur.* Sidon. Apollin. *in Paneg. Major. ſub. fin.*

> *Cujus dignatur ab ore*
> *Cæſar in orbe loqui, licet & quæſtore diſerto*
> *Polleat.*

Idem Caſſiod. 6. *var.* 5. *Quanto facundior debet eſſe, qui ore principis populos noſcitur admonere,* & ibid. *in fin. Exerce poteſtatem Principis conditione ſubjecti. Sic ore noſtro glorificatus eloquere.* Erat enim Quæſtoris in Senatu recitare libellos, orationes, & epiſtolas Principis, ut ſcribit Cujac. *par. C. de offic. quæſt.* Spartian. *in Adrian. Quæſturam geſſit, in qua orationem Imperatoris agreſtius pronuncians riſus eſt.* Tacit. *annal.* 16. *in fin. Oratio Principis per Quæſtorem ejus audita eſt.* Sueton. *in Ner. cap.* 5. *in fin. De quibuſdam rebus orationes ad Senatum miſſas, præterito quæſtoris officio per Conſules plerumque recitabat.* Idem *in Aug. cap.* 65. *Caji Luciique caſu non adeo fractus, de filia, abſens, ac libello per quæſtores recitato,*
6. *notum Senatui fecit.* Principes ipſi id faciebant rariſſime. Conſtat tamen nihilominus, quod interdum id fecerint. Fecit Tiberius apud Tacitum 3. & 4. annal. Fecit & Claudius apud eund. annal. 11. Solus ergo non fecit hoc Imp. Julianus, ut exiſtimat Socrates, 3. *hiſt. eccleſ.* 1. Μόνος γὰρ βασιλέων ἀπὸ ἰουλίου καίσαρος πρῶτος εἰς τὴν τῆς συγκλήτου βουλὴν λόγους ἐπεδείκνυτο, *Quippe ex Imperatoribus, qui à Julio Cæſare ad noſtram uſque ætatem regnarunt ſolus hic & primus orationes recitavit in ſenatu.* Eſt hic error haud dubie. Quorum autem proprie illud erat officium,

ficium, Cæſaris Candidati appellantur ab Ulpiano *l. un.* §. 2. *& ult. ff. de* 7.
offic. quæſt. à candida toga, qua prodibant in publicum, ut ex Tertull. *de*
idololatr. cap. 18. doctiſſimus Pancirolus 2. *var. lect.* 11. memoriæ prodi-
dit. Sic enim Tertullian. *Unde & purpurati Regum vocabantur à*
purpura, ſicut apud nos à toga candida Candidati. Quo, ut videtur, abo-
lito nomine cum Conſtantinus invaſiſſet imperium, vetus illud Quæſto-
ris eſt uſurpatum frequentius. Aliter, quid voluerit Zoſimus, divinare
non poſſum, *hiſt. lib.* 5. Σάλβιος ὁ τῷ βασιλεῖ δοκοῦντα πεπαγμένος
ὑπαγορεύειν, ὃν Κυαίστορα καλεῖν οἱ ἀπὸ κωνσταντίνου δεδώκασι χρόνοι,
Salvius, cujus munus erat ea quæ Imperatori placuiſſent edicere. Hic va-
cari Quæſtor cœpit tempore Conſtantini. Stante Republica hujuſmodi 8.
Quæſtor erat prorſus incognitus. Aut enim rem militarem comitaban-
tur tum temporis, ut Tacit dicit *ann.* 11. Liv. 4. *hiſt. Nec opinata moles diſcor-*
diarum inter plebem & Patres exorta eſt: cœpta ab duplicando quæſtorum
numero, quam rem, ut præter duos urbanos quæſtores duo conſulibus ad mi-
niſteria belli præſto eſſent, à conſulibus relatam, &c. Aſcon. *in divinat. Hæc*
erat prima Senatoris adminiſtratio quæſtorem fieri, & in provincia curam
gerere pecuniæ publicæ in uſus diverſos erogandæ. Adde Polyb. *in excerpt.*
à Valeſio editis p. 192. Aut ærario præerant, *l.* 2. §. 22. *ff. de orig. jur.*
Aſcon. *in Verr. Quæſtores urbani ærarium curabant, ejuſque pecunias ex-*
penſas & acceptas in tabulas publicas referre conſueverant. Aut inquiren-
tes in crimina facinoroſis ad populum diem dicebant, *d. l.* 2. §. 23. *&* 32.
Liv. *lib.* 3. *cap.* 23. *A. Cornelius & Q. Servilius quæſtores, M. Volſcio,*
quod falſus haud dubie teſtis in Cæſonem extitiſſet, diem dixerant. Sueton.
in Jul. cap. 17. *Recidit rurſus in diſcrimen aliud, inter ſocios Catilinæ no-*
minatus, & apud Novium Nigrum Quæſtorem à L. Vettio indice, & in
ſenatu à Q. Curio. Adde Dion. Halicarn. *lib.* 8. *cap.* 13. Aut procurabant
frumentum ex portu Oſtienſi ſubvehendum in urbem. Cic. *pro Sextio:*
Nec mihi res erat cum Saturnino, qui quod à ſe quæſtore Oſtienſi per igno-
miniam ad principem & Senatus & civitatis M. Scaurum rem frumenta-
riam tranſlatam ſciebat, dolorem ſuum magna contentione animi perſeque-
batur. Diod. Siculus *in excerpt. Vales.* Ὅτι Σατορνῖνος ὁ δήμαρχος
ζηλώσας βίον ἀκόλαστον, καὶ ταμίας ὑπάρχων εἰς τὴν ἐξ Ωστίας εἰς τὴν
Ῥώμην τοῦ σίτου παρακομιδὴν ἐτάχθη. διὰ δε τὴν ῥαθυμίαν καὶ φαυλό-
τητα τῆς ἀγωγῆς δόξας κακῶς προεστάναι τῆς προειρημένης ἐπιμελείας,
ἐπιτιμήσεως ἔτυχε προσηκούσης. ἡ δὲ σύγκλητος παρελομένη τὴν ἐξου-
σίαν, παρέδωκεν ἄλλοις τὴν ἐπιστασίαν ταύτην, *Saturninus quæſtor pro-*
vin-

vinciam Oſtienſem ſortitus cum ob ſegnitiem & deſidiam male eam provin-
ciam adminiſtraſſe videretur, objurgatus à Senatu, ademptaque ei provin-
9. *cia aliis mandata eſt.* Imperatores cum occupaſſent Rempublicam exo-
leſcente paulatim Oſtienſi provincia à quæſtoribus ad ædiles tranſlatum
ærarium non longo poſt tempore curaverunt Prætorii juſſu Auguſti.
Sueton. in Aug. cap. 36. *Auctor & aliarum rerum Senatui fuit, in queis,*
ne acta ſenatus publicarentur: ut cura ærarii à quæſtoribus urbanis ad præ-
torios prætoreſque tranſiret. Dio Caſſ. lib. 43. Ἐν δ᾽ οὖν τῷ ἔτει ἐκείνῳ
ἐκεῖνα τε ἐπεράχθη, καὶ ἐπὶ τῆς διοικήσεως δύο τῶν πολιανομούντων,
ἐπειδὴ ταμίας οὐδεὶς προκεχειροτόνητο, ἐγένοντο, *Hæc eo anno geſta, æra-*
riique procuratio â duobus ædilibus adminiſtrata eſt, quia nullus quæſtor
creatus fuerat. Idem *ibid.* Τὸ δ᾽ οὖν κατὰ τὴν διοίκησιν ἐξ ἐκείνου δι᾽ ἅπερ
εἶπον παραπεσὸν, οὐκέτι τοῖς ταμίαις ἀεὶ ἐπιτράπη, ἀλλὰ τὸ τελευ-
ταῖον τοῖς ἐστρατηγηκόσι προσετάχθη: τοὺς τε οὖν θησαυροὺς τοὺς δημοσίους
δύο τότε τῶν πολιανομούντων διῴκησαν, *Cæterum publicæ pecuniæ admi-*
niſtratio à quæſtoribus tunc ad ædiles tranſlata, poſtmodo ad quæſtores non
rediit, ſed tandem prætoriis viris mandata eſt. Sed, ut dixi, eo anno duo æ-
diles theſauris publicis præfuerunt. Idem *lib.* 53. *pr.* Καὶ ἐπειδὴ χρημάτων
τῷ δημοσίῳ ἐδέησεν, ἐδανείσατο τινὰ, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ. πρός τε τὴν
διοίκησιν σφῶν δύο κατ᾽ ἔτος ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων αἱρεῖσθαι ἐκέλευ-
σεν, *Cumque publicum ærarium pecuniis indigeret, mutuo ſumptus in id*
contulit. Inſtituit etiam, ut adminiſtrationi ærarii quotannis bini prætorii
viri præficerentur. Recte, *bini*: nam ærario militari quod inſtituit po-
ſtea, ternos præfecit. Idem *lib.* 55. Ἐσήνεγκεν ὁ Αὔγουστος χρήματα
καὶ ὑπὲρ τοῦ Τιβερίου ἐς τὸ ταμεῖον, ὃ καὶ στρατιωτικὸν ἐπωνόμασε, καὶ
τρισὶ τῶν ἐστρατηγηκότων τοῖς λαχοῦσιν ἐπὶ τρία ἔτη διοικεῖν προσέταξε,
ῥαβδούχοις τε ἀνὰ δύο καὶ τῇ ἄλλῃ ὑπηρεσίᾳ τῇ προσηκούσῃ χρώμενοι.
καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ πλείω ἔτη κατὰ διαδοχὴν ἐγένετο. νῦν γὰρ αἱροῦνται πρὸς
τοῦ ἀεὶ αὐτοκράτορος καὶ χωρὶς ῥαβδούχων πολιάσιν, *Auguſtus pro ſe*
& Tiberio pecuniam in ærarium, cui militare nomen indidit, intulit, ejuſque
adminiſtrationem prætoriis tribus ſorte lectis ad triennium mandavit, qui
binis lectoribus ac miniſtris aliis, quos conveniebat, uterentur, id in multos
annos productum. nunc ab imperatore eliguntur, & lictores non habent.
A quibus tandem poſteriori ætate, cum diviſum eſſet ærarium in pri-
vatum & publicum, ad Comites Sacrarum largitionum & rerum privata-
rum adminiſtratio tranſiit. Ammian. Marcell. *lib.* 16. *Jubetur Ma-*
vortius Præfectus prætorio vir ſublimis conſtantiæ crimen acri inquiſitione

ſpe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſpectare, juncto ad audiendi ſocietatem Urſulo largitionum Comite. Idem
de eodem *lib.*20. *Ibi tunc forte Urſulus præſens, qui ærarium tuebatur, do-*
lore percitus exclamavit. Idem *lib.* 21. *Nevittæ magiſterium commiſit ar-*
morum, & Iovio quæſturam, & Mamertino largitiones curandas: & Da-
galaiphum præfecit Domeſticis. Ipſe Mamertinus in gratiarum actione
pro conſul. pr. Nam cum me ærarium publicum curare voluiſti. Ibid.
Mihi certè tertia unius anni ubertas eſt Conſulatus. primum theſaurorum
omnium mandata cuſtodia & diſpenſatio largiendi. Secundum locum tenet
in honorum meorum fructibus præfectura: additus his proventuum meo-
rum tertius Conſulatus. Caſſiod.8. *var.* 14. *Eloquentiæ vero bona ineptum*
eſt in Quæſtore prædicare, cum ad hoc ſpecialiter probetur aſcitus, ut opinio-
nem temporum commendet qualitate dictorum. Aliis enim Judicibus pro-
vinciarum committatur exactio: aliis privati ærarii cuſtodia delegetur,
huic autem aulicæ famæ inſignia reponuntur: Veteres Græci Præfectum
ærario dicebant οἰκονόμον, διοικητὴν, & τὸν ἐπὶ τῆς διοικήσεως, ut do-
cet Vales. *in excerpt. Polyb. p.*23. & patet etiam ex loco Dionis Caſſii *lib.*
43. quem ſupra citavi, item ex Novell. *Leon.* 61. Cujacius tamen ad
l. 17. *ff. de V. S.* eum quem Paulus Apoſtolus ad *Rom. c. ult.* dicit οἰκονό-
μον τῆς πόλεως, appellat arcarium, haud dubie quia loco privatorum
habentur civitates, *l.* 16. *ff. de V. S.* privatorum autem ſervi etiam ar-
cæ præpoſiti nominentur arcarii, *l.* 41. §. *ult. ff. de fideic. libert.* Porro
munus & nomen & dignitatem eorum, qui comitabantur exercitum,
Juſtiniano ad imperium evecto, nondum exoleviſſe teſtantur *Nov.* 41.
Nov. 51. Cujac. 16. *obſ.* 6. Agathias *lib.* 3. *pr.* Οὗτος δὲ ὁ Ῥούστικος ἦν
μὲν ἑλληνογαλάτης τὸ γένος. παρῆν δὲ αὐτόσε, οὐχ ὥς τε στρατηγὸς,
ἢ ταξίαρχος, ἢ ἄλλό τι εἶναι τῶν στρατάξεων μέρος. ταμίας δὲ μό-
νον τῶν βασιλέως χρημάτων, οὐ μὲν τῶν ἐκ τῆς δασμοφορίας ἐρανιζο-
μένων, (ἄλλῳ γὰρ τῷ ἐπετέτραπτο ταῦτα) ἀλλὰ τῶν ὅσα ἐκ τῶν
βασιλείων θησαυρῶν ἐπεπόμφει, ἐφ' ᾧ τοὺς ἀριστεύοντας ἐν ταῖς μά-
χαις τὰ προσήκοντα κομίζεσθαι γέρα, *Erat vero Ruſticus genere Ga-*
lata, ibique non præfectum aut tribunum agebat, neque ullo militari mu-
nere fungebatur, ſed tantum pecuniæ regiæ quæſtor erat, non quidem ejus,
quæ ex tributis aut vectigalibus cogebatur (alii enim illa commiſſa erat)
ſed ejus, quæ è theſauris regiis mittebatur, ut ii quorum in præliis virtus &
fortitudo emicuiſſet, meritis præmiis donarentur. Ubi per illum alterum, 10
cui ἐπετέτραπτο τὰ ἐκ τῆς δασμοφορίας ἐρανιζόμενα, *qui curabat pe-*
cuniam ex tributis collectam, licebit intelligere vel Præfectum prætorio
vel

vel Comitem ſacrarum largitionum. Quædam enim tributa exigebat per provincias Præfectus prætorio, quę nimirum pertinebant ad arcam ipſius, ut habetur in *l. 6. de exact. tribut.* cui qui præerant, dicuntur Arcarii *l. 3. C. de can. largit. tit.* Zoſim. 2. *hiſt.* Τῶν ὑπάρχων τοὺς ἁπανταχοῦ φόρους διὰ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτοῖς εἰσπραττόντων, καὶ τὴν στρατιωτικὴν ἐκ τούτων ποιουμένων δαπάνην, *Præfectis prætorio ubique terrarum vectigalia per miniſtros ſuos exigentibus, & militarem ex iis ſumptum & impenſam facientibus.* Theophyl. Simoc. *lib.* 8. *cap.* 1. Διὰ τοῦτο ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος εἰς τὴν περσίδα ἐξέπεμψε πρέσβυν γεώργιον, ὃς τῆς τῶν ἑῴων πόλεων φορολογίας τὴν ἐπιστασίαν ἐκέκτητο. τοῦτον πραιτορίου ἔπαρχον ἀποκαλοῦσι Ῥωμαῖοι, *Mauricius idcirco legatum in Perſidem mittit Georgium orientalium tributorum coactorem, quem Romani Præfectum prætorio nominant.* Quædam vero Præſides ſolebant colligere inferenda theſauris in unaquaque provincia *d. l. 3. C. de can. larg. tit. &*
11 *l. 2. C. eod.* Præerant iis Comites, qui appellantur interdum etiam theſaurorum præpoſiti. Amm. Marcell. *lib.* 27. *Emicuit tamen per id tempus inter alias humilium neces mors Dioclis ex Comite largitionum Illyrici.* Idem *lib.* 29. *Salia paulo ante theſaurorum per Thracias Comes.* Theſaurorum autem Præpoſiti Comiti ſacrarum largitionum erant dicto audientes: is enim præerat theſauris omnibus per univerſum imperium. Mamert. ſupra: *Mihi certe tertia unius anni ubertas eſt Conſulatus. primum theſaurorum omnium mandata cuſtodia & diſpenſatio largiendi.* Amm. Marcellin. *lib.* 22. *Cum enim Cæſar in partes mitteretur occiduas omni tenacitate ſtringendus; nullaque poteſtate militi quicquam donandi delata, ut pateret ad motus aſperior exercitus, hic idem Urſulus datis literis ad eum, qui Gallicanos tuebatur theſauros, quicquid poſceret Cæſar, procul*
12 *dubio juſſerat dari.* Hactenus de iis, qui ærario præerant. Quæſtores parricidii Juſtinianus, cum creari deſiiſſent, revocavit in uſum, paulum mutato nomine Quæſitores appellans, ut putat Aleman. *in not. ad Procop.* ἀνέκδ. qui idcirco etiam in *Nov.* 80. *cap.* 1. pro Quæſtoris Quæſitoris reponendum exiſtimat, eique adſtipulari videntur Moſchopul. Κοιαισίτωρ ὁ ἐπ' ἐγκλήματι τιμωρὸς, *Quæſtor, criminum vindex.* Procop. *ibid.* Ὥσπερ δὲ οὐχ' ἱκανῶν ἐς τοῦτο οὐσῶν τῶν πάλαι διατεταγμένων ἀρχῶν, ἑτέρας δύο ἐπὶ τῇ πολιτείᾳ ἐπετεχνήσατο. καὶ αὐταῖν τὴν ἑτέραν μὲν τοῖς κλέπταις δῆθεν τῷ λόγῳ ἐπέστησεν, ὄνομα ταύτῃ ἐπιθεὶς πραίτωρα δη. τῇδε δὴ ἑτέρᾳ, τοὺς δὲ παιδεραστοῦντας ἐσαεὶ τίννυσθαι, καὶ γυναιξὶν οὐ νόμιμα μιγνυμένοις ἐπήγγελε. καὶ εἰ τῷ

τὸ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

τὰ ἐς τὸ θεῖον οὐκ ὀρθῶς ἤσκηνται, ὄνομα ταύτῃ ἐπιθεὶς κοιαισίτωρα, *Quaſi vero ad hoc ſatis non eſſent antiqui magiſtratus, duos alios invexit. Quorum alterum Prætorem plebis vocavit, qui furtis ulciſcendis præeſſet, alterum Quæſitorem, cui cognoſcendum foret de puerorum concubinatu, de præpoſteris mulierum ſtupris, deque ſuperſtitione & falſa religione,* &c. Paulo poſt: ὁ δὲ δὴ κοιαισίτωρ καλούμενος τοὺς παραπεπτωκότας κατεργαζόμενος, ἃ μὲν βούλοιτο ἔφερεν, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἧσον ἐπλούτει οὐδενὶ νόμῳ, *Quæſitor vero dicta in reos capitis ſententia, quæcunque collibuiſſent, afferebat Cæſari, atque ipſe nullo jure alienis opibus nihilominus diteſcebat.* Ego malo retinere lectionem receptam in *Nov.* 80. cum illa duo vocabula Quæſitor & Quæſtor uſurpentur promiſcue. Amm. Marcell. *lib.* 26. *Morborum cauſas inveſtigandas acerrime Vrſacio Officiorum Magiſtro Dalmatæ crudo, & Iuventio Siſciano Quæſtori tunc commiſerunt.* Idem de eodem Juventio *l.* 27. *Advenit ſucceſſor ejus ex Quæſitore palatii Iuventius, integer & prudent.* Plura dicerem, ſed reliqua trita ſunt, & obvia 13
paſſim, niſi quis illud etiam ſcire deſideret, Quæſtores non ſolum edidiſſe ludos gladiatorios, verum etiam amicis miſiſſe munera ludis exhibitis. Tacit. *annal.* II. *Iiſdem conſulibus P. Dolabella cenſuit ſpectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum, pecunia eorum, qui quæſturam adipiſcerentur.* Symmach. VII. *epiſt.* 67. *Religioſum atque votivum eſt, ut a Quæſtoribus candidatis dona ſolennia potiſſimis atque amiciſſimis offerantur. Quo in numero jure cenſemini. Offero igitur vobis eburneum dypticum, & caniſtellum argenteum librarum duarum filii mei nomine, qui Quæſtorium munus exhibuit.*

EXCONSULE. Tribonianum in ſerie Conſulum fruſtra quæ- 14
ſiveris, honorariis forte codicillis donatum à Principe, vel forte ſuffectum in locum alterius, niſi quis vocem illam *Exconſule*, quam non agnoſcit Cujacius, nec etiam Theophilus Græcus interpres, & à pleriſque exemplaribus Gothofredus in *not.* abeſſe teſtatur, delendam exiſtimet. Conſules aliquot imperante Juſtiniano *cap.* I. jam ſupra recenſui. Fuerunt præterea poſt conſulatum Beliſarii,

Fl. Joannes	Fl. Voluſianus.
Fl. Apio Ægyptius	ſine collega
Fl. Juſtinus Germani F.	ſine collega
Fl. Baſilius junior v. c.	ſine collega

Fuit hic Baſilius conſulum ultimus. Poſt quem dignitate conſulari 15
abolita ſoli Imperatores cum auſpicarentur imperium creati ſunt conſu-

 les,

les, ut apparet ex Faſtis. Procop. in *Arcan. Hiſt.* ὕπατοι ῥωμαίων ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐγινέσθην δύο, ἅτερος μὲν ἐν ῥώμῃ, ὁ δὲ δὴ ἕτερος ἐν Βυζαντίῳ. ὅσις δὲ εἰς τὴν τιμὴν ἐκαλεῖτο ταύτην, πλέον ἢ κεντηνάρια χρυσοῦ ἔικοσιν ἐς τὴν πολιτείαν ἀναλοῦν ἔμελλεν, ὀλίγα μὲν οἰκεῖα, τὰ δὲ πλεῖστα πρὸς βασιλέως κεκομισμένος. ἐξ οὗ δὲ Ιουστινιανὸς τὴν βασιλείαν παρέλαβεν, οὐκέτι καιροῖς τοῖς καθήκουσι ταῦτα ἐπράσσετο. ἄλλοτε μὲν πολλοῦ ῥωμαίοις ὕπατος καθίστατο χρόνου, τελευτῶντες δὲ οὐδὲ ὄναρ τὸ πρᾶγμα ἑώρων, *Singulis annis duo Romanis conſules creabantur, Romæ quidem alter, alter vero Byzantii. Ad eam dignitatem vocato in publicam rem amplius bis millè pondo auri erant inſumenda, pauca quidem de proprio, plurima vero de publico ex Imperatoris largitate. Poſtquam vero Juſtinianus eſt conſecutus imperium, uſitatis temporibus id factum non eſt; vel poſt longum temporis intervallum, vel omnino non creatus eſt conſul.* Coripp. Afric. *lib.*2.*n.*8.

Ditabo plebes opibus, nomenque negatum
Conſulibus conſul poſt tempora cuncta novabo,
Gaudeat ut totus Juſtini munere mundus.

Hinc Fl. Heraclius Conſtantinus Aug. Conſtantis Fil. Conſtantini Nep. Heraclii Pronepos à patre, dum viveret, appellatus Auguſtus ſimul etiam à patre creatus eſt conſul, ut conſtat ex Faſtis, & ex actis ſextæ Synodi Conſtantinopolitanæ citatis ad teſtimonium ab Onuphrio Panuinio *not. ad Faſtos.* Sic etiam Heraclius, qui primus ejus nominis fuſum fugatumque ingentibus præliis devicit Choſroem, cum filium Conſtantinum renunciaſſet Auguſtum, ut eſt apud Nicephor. ad Ann. IↃCXII. tandem eundem & ad Conſulatum evexit. Idem ad Ann. IↃCXXX. Καὶ μετὰ τοῦτο παρασκευάζει Κωνσαντῖνον τὸν υἱὸν ὑπατεῦσαι. Ηράκλειον δὲ τὸν ἀπὸ Μαρτίνης Καίσαρα προχειρίζεται. *Inde Conſtantinum filium Conſulem facit; Heraclium vero ex Martina genitum Cæſarem creat.* Suidas in voce Ηράκλειος. Nam ex cauſa Conſulatum diſtulerunt interdum. Cedren. de Mauricio *to.* 1. *hiſt.* Τῷ δευτέρῳ ἔτει, ὕπατος ὁ βασιλεὺς ἀναγορεύεται, καὶ πολλοὺς θησαυροὺς τῇ πόλει δωρεῖται, *Anno ſecundo Imperator conſul deſignatur, magnaſque opes urbi largitur.* De eo ergo non dubito, quin male ſit verſum à Menandri interprete 8. *hiſt.* ἀπὸ ἐπάρχων, *Exconſul.* Τοῦτον δὴ οὖν τὸν ἄνδρα τῇ λεγομένῃ ἀπὸ ἐπάρχων ἀξίᾳ διακοσμήσας, ἐχειροτόνησε καὶ πάλιν. καὶ δὴ πρεσβευσόμενον ἀφῆκεν. *Itaque eum ad hanc legationem Imperator elegit & dignitate exconſulis decoratum ad illam obeundam miſit.* Ex præfecti vertendum erat.

Ut

Ut Theophylactus, cujus extat hiſtoria, ἀπὸ ἐπάρχου, expræfectus vocatur *init.hiſt.* Ut & ἀπὸ καισάρων appellatur Excæſar apud Theophanem ad *Ann. Chr.* 773. Ἀπὸ πατριαρχῶν, Expatriarcha apud Georg. Pachymer. 4. *hiſt.*.29. *&* 5. *hiſt.* 24. Ἀπὸ δισυπάτων bis Expræfectus apud quendam Anonymum ſubjunctum Theophani *p.* 440. *Bis exconſul* enim ibi perperam vertit interpres. Ὕπατος Græce non ſolum Conſulem denotat, ſed & quemlibet virum dignitate conſpicuum, vel inſignem præ aliis. Ita Pſellus à Græcis paſſim indigetatur ὕπατος τῶν φιλοσόφων. Theophan. *ad Ann. Chr.* 356. Τούτῳ τῷ ἔτει Ἰουβιανὸς χιλίαρχος ὑπὸ παντὸς τοῦ στρατοῦ, καὶ τῶν στρατηγῶν, καὶ τῶν ὑπάτων ἀνηγορεύθη, *Hoc anno Jovianus tribunus militum, ab omni exercitu, Ducibus, & Præfectis, Imperator ſalutatus eſt.* Nec enim in exercitu erat copia Conſulum, ut ibi recte Combeſis.

Creandorum porro Conſulum more ſublato indictiones & anni Imperatoris, qui obtinebat imperium, numerari cœperunt. *Nov.*47. *c.*1. Paulatim etiam receptum, ut annum à nativitate Domini inſtrumentis adſcriberent, ſed ſerius, ni fallor: extat enim vetuſtiſſimum Heraclii diploma, cujus hæc eſt ſubſcriptio. *Dat. Kal. Maji, Conſtantinopoli, imperantibus Aug. Fl. Heraclio anno* IX. *& poſt conſulatum ejuſdem anno* VIII. *& Heraclio Conſtantino juniore filio anno* VII. *indictione* VII. Extat etiam Heraclii Juſtiniani abnepotis ejus edictum, cui ita ſubſcriptum eſt. *Dat.* XIII. *Kal. Martias, Conſtantinopoli, Juſtiniano Imp. PP. Auguſto, anno ſecundo & P.C. ejus anno* II. *indictione* XV. Olim deſignabant ex conſulibus tempora, *l.*1.*§.*2.*ff. de edend. l.*4.*C. de div. reſcr.* Cicero in Bruto. *Ut ſiquis Falerno vino delectetur, ſed eo non ita novo, ut proximis conſulibus natum velit; nec rurſus ita vetere, ut Opimium aut Anicium conſulem quærat.* Senec. *epiſt.* 4. *Nulli poteſt ſecura vita contingere, qui de producenda nimis cogitat: qui inter magna bona multos conſules numerat.* Apul. *in apolog. Conſules legat, annos computet.* Ibid. *Iube Maxime conſules computari. niſi fallor, invenies nunc Pudentillæ haud multo quadrageſimum amplius annum ire.* Latinus Pacatus. *Conſul creatur? Habiturus eſt nomen annus.* Caſſiod. 6. *var.* 1. *Nos Deo juvante regimus, nos conſulimus, & veſtrum nomen annum deſignat.* Idem 9. *var.* 22. *Vos enim completis paginam conſularem: vos crebro nominat curſus annorum.* Sicut quondam Argivi ex ſacerdotibus Junonis Argivæ, quarum Hellanicus confecerat indicem, & quid ſub quaque erat geſtum, diligenter perſcripſerat, Dion. Halicarn. *lib.*1. Athenienſes ex Eponymis fecerant. Julius Pollux *lib.*

lib. 8. *Onom.* ἔστι δ' ἐπώνυμος οὗτος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ὁ χρόνος ἀριθμεῖται.
18 Et eſt hæc unica ratio, cur nomina Conſulum ſubjiciantur reſcriptis Imperatorum, quæ habentur in Codice. Cur autem in *l.* 23. *C. de epiſc. & cler.* hæc legatur ſubſcriptio, *Aſporatio V. C. & qui fuerit nuntiatus Coſſ.* non eſt alia ratio, quam quod tranſlato Conſtantinopolim Romanorum imperio, cum alter Romæ, alter Conſtantinopoli conſul crearetur, neſciretur interdum ſub initium anni, quis ad Conſulatum eſſet Romæ evectus. Pancirol. 2. *var. lect.* 10. Principes autem cum rerum eſſent potiti, & plures eodem anno ad Conſulatum eveherent, nomen anno cœperunt imponere ſoli, qui ejuſdem initio magiſtratum iniverant. Dio Caſſ. *lib.* 43. Ἐκ δ' οὖν τοῦ χρόνου οὐκέτι οἱ αὐτοὶ διὰ παντὸς τοῦ ἔτους, πλὴν ὀλίγων πάνυ γε, ὑπάτευσαν. ἀλλ' ὡς που καὶ ἔτυχον, οἱ μὲν ἐπὶ πλείους, οἱ δ' ἐπ' ἐλάττους, οἱ μὲν μῆνας, οἱ δὲ ἡμέρας. ἐπεὶ νῦν γε οὐδεὶς, οὔτε ἐπ' ἐνιαυτὸν, οὐδὲ ἐς πλείω διμήνου χρόνον, ὡς πλήθει, σὺν ἑτέρῳ τινὶ ἄρχει, καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐδὲν διαφέρομεν ἀλλήλων. τὴν δὲ ἐξαρίθμησιν τῶν ἐτῶν οἱ κατὰ πρώτας αὐτῶν ὑπατεύοντες καρποῦνται, *Verum ab eo tempore cœptum eſt, ut perpauci toto anno conſulatum gererent, ſed alii pauciores, alii plures menſes dieſque, prout caſus tuliſſet, eo magiſtratu fungerentur. Ac noſtro quidem tempore nemo neque ad integrum annum, neque amplius, ut plurimum, duobus menſibus cum collega aliquo conſul eſt: in cæteris ab antiquo more nihil diſcrepamus. Annorum autem numerus iis, qui initio conſules fuerunt,*
19 *adſcribitur.* Cæteros per contemptum conſules minores appellatos à plebe teſtatur idem *lib.* 48. Καὶ οἱ μὲν πρῶτοι καὶ τὸ ὄνομα τῆς ὑπατείας διὰ παντὸς τοῦ ἔτους (ὥσπερ καὶ νῦν γίγνεται) εἶχον. τοὺς δ' ἑτέρους αὐτοὶ μὲν οἱ ἐν τῇ πόλει, τῇ τε ἄλλῃ Ἰταλίᾳ ἐν ἑκάστῳ τῷ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν χρόνῳ ὠνόμαζον, (ὃ καὶ νῦν ποιεῖται) οἱ δὲ λοιποὶ ἤ τινὰς αὐτῶν ἢ οὐδένας ᾔδεσαν, καὶ διὰ τοῦτο μικροτέρους σφᾶς ὑπάτους ὑπεκάλουν, *Primi nomen conſulum per totum annum gerebant, ut nunc quoque fit: reliquos ii qui Romæ aut in Italia erant, ſui quemque magiſtratus tempore conſulem nominabant, quod ipſum hodie etiam obſervatur, cæteri homines aut omnes iſtos aut pleroſque ignorabant, idcircoque eos conſules minores appellabant.* Principes præterea, quo plures ſibi haberent obnoxios, nonnullos etiam decorarunt conſulatus inſignibus, cum omnes magiſtratus propter multitudinem eodem anno adminiſtrare non poſſent.
20 Unde inter ordinarios & honorarios conſules Imperator diſtinguit in *l. ult. C. de decur. l.* 2. *C. ut dign. ord. ſerv.* Honorarius autem, ſi ordina-

rius

rius fieret, ſecundum aut iterum conſul olim dici non poterat. Dio Caſſ. *lib.* 46. Οὐ μέν τοι ὡς καὶ δεύτερον ὑπατεύων, ὅτι ταῖς τιμαῖς ταῖς ὑπατικαῖς ἐκεκόσμητο, ἐσεμνύνατο. καὶ τοῦτο καὶ ἔπειτα ἐπὶ πάν-των τῶν ὁμοίων μέχρι ἡμῶν ἐτηρήθη. Σεβῆρος γὰρ αὐτοκράτωρ πρῶτος Πλαυτιανὸν ὑπατικαῖς τιμαῖς τιμήσας, καὶ μετὰ τοῦτο ἔς τε τὸ βουλευτικὸν ἐσαγαγὼν καὶ ὕπατον ἀποδείξας ὡς καὶ δεύτερον ὑπατεύσοντα ἀνεκήρυξε. καὶ ἀπ᾽ ἐκείνου καὶ ἐφ᾽ ἑτέρων τὸ αὐτὸ ἐγένετο, *Ac tametſi jam ante conſularibus ornamentis decoratus fuerat, non tamen hunc ſuum conſulatum ſecundum nuncupavit. Idque in ſimilibus omnino dein-ceps uſque ad noſtra tempora obſervatum eſt. Primus enim omnium Seve-rus Imperator quum Plautiano honores conſulares tribuiſſet, eumque dein-de in ſenatum adſcriptum, conſulem faceret, iterum conſulem eſſe dixit, id-que exemplum deinde alii ſunt ſecuti.*

Conſulum inſignia erant faſces duodecim. Val. Max. 2. *cap.* 7. *Ergo* 21 *imperioſiſſimi duodecim faſces, penes quos ſenatus & equeſtris ordinis, & univerſæ plebis ſummum decus erat, quorumque nutu Latium ac totius Italiæ vires regebantur, contuſi atque fracti dictatoriæ ſe animadverſioni ſubſtraverunt.* Trabea ſive palmata. Caſſiod. 8. *var.* 1. *Vos genitorem meum palmatæ claritate decoraſtis.* Virgil. 6. *Æneid.*

Ipſe Quirinali trabea cinctuque Gabino
Inſignis reſerat ſtridentia limina conſul.

Amm. Marcell. *lib.* 21. *eum aperte incuſans, quod barbaros omnium pri-mus aduſque faſces auxerat & trabeas conſulares.* Scipio eburneus, cui aquila inſidebat. Juvenal. *Sat.* 10.

Da nunc & volucrem ſceptro quæ ſurgit eburno.

Vopiſc. *in Aurel. Te conſulem hodie deſigno ſcripturus ad ſenatum, ut tibi deputet ſcipionem, deputet etiam faſces.* Valeſ. *ad Amm. lib.* 29. Calcei aurati. Sella curulis. Caſſiod. 6. *var.* 1. *Conſulatus te decora-mus inſignibus. Pinge vaſtos humeros vario colore palmatæ: validam ma-num victoriali ſcipione nobilita: lares proprios etiam calceis auratis egrede-re: ſellam curulem pro ſua magnitudine multis gradibus eniſus aſcende.* Conſulatus autem erat omnium dignitatum eminentiſſima. Caſſiod. 6. *var.* 2. *in formula Patriciatus: Præfectorios & aliarum dignitatum vi-ros præcedit, uni tantum cedens fulgori, quem interdum conſtat etiam à no-bis aſſumi.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

CAPUT QUINTUM.

1. *Quinam ſint Illuſtres, Spectabiles, Clariſſimi, Superilluſtres.*
2. *Quinam Anteceſſores.*
3. *Juris Profeſſorum quæ ſint prærogativæ.*
4. *Juris Profeſſor Profeſſori Medicinæ & Advocatis in ſeſſionibus debet præferri, licet illi ſeniores ſint.*
5. *Juris Doctor & Advocatus non differunt.*
6. *Profeſſor in ſeſſionibus eſt præferendus Paſtoribus.*
7. *Tres olim Academiæ, in quibus leges docere licuit.*
8. *Dionis Caſſii interpres notatur.*
9. *Explicatur Agathias.*
10. *Vtrum Tribonianus, Theophilus & Dorotheus Chriſtiani an ethnici.*
11. *Juſtinianus cur Pium ſe dixerit.*
12. *Inſtrumentis an neceſſe ſit ut crux præponatur.*
13. *Laudantur Proceres Groningæ & Omlandiæ.*
14. *Quis ille Cajus, cujus Juſtinianus in prooemio meminit §.6.*
15. *Laus Literaturæ.*
16. *Adhortatio ad ſtudium juris.*

1\. NEC NON THEOPHILO & DOROTHEO VIRIS ILLUSTRIBUS, & ANTECESSORIBUS. Nonnulli magiſtratuum, tempore Principum erant Illuſtres, quidam Spectabiles, nonnulli Clariſſimi. Illuſtres erant Præfectus urbi, Præfectus prætorio, *l.ult.* §.2.*C.ub.ſenat. vel clariſſ. l.32.pr. C. de appell. l.2.C. Qu. mul. tut. off. fung.* Magiſter militum, *l. 1. C. de off. mag. mil.* Quæſtor, *d.l.32.l.2.C.de offic.quæſt.* Magiſter officiorum, *l.3. C. de curſ. publ.l.5.C. de princ. agent. in reb.* & Præpoſiti ſacri cubiculi, *l.1. C.de præp. ſacr.cub.* Spectabiles, Proconſul, Præfectus Auguſtalis, Comes Orientis, *l.1.C. ut omn. jud. tam. civ. quam mil. l. 32. pr. C. de appell.* Præfectus vigilum, *l.3.§.1.ff.de offic. præf. vig.* Clariſſimi, Senatores *l.8.ff. de ſenat.* licet illi à magiſtratibus ſeparentur regulariter, *l.1.pr.ff. de mag. conv.* & Præſides provinciarum, *d. l.1.C. ut omn. jud.* Illuſtrium dignitas erat eminentiſſima, certe tanta, ut exteri Reges etiam non dedignati ſint aſſumere ejuſmodi titulum. Sic Ennodius Ticinenſis *lib.4.epiſt.* 10. ſcribens ad Traſimundum Regem Vandalorum, *Viro Inluſtri*, inſcribit epiſtolam. Marculf. 2.*form.* 29. *Ille Rex vir Inluſter illi fideli noſtro,*&c. Lex Salica *in fin. Childebertus Rex Francorum vir Inluſter.* Illuſtres etiam appellabantur Magnifici. *l.4. C. de agent. in reb.* §. 3. *proœm. Inſt. junct. d. l.3.C.de curſ. publ.* Excellentiſſimi, *l. ult. in fin. C.de off. mag. off.* Περιφανέστατοι. An-

na

ña Comnen. 11. *hiſt.* Superilluſtres §. 10. *Inſt. de inj. l.26.* §.1. *C. de uſur.* Superilluſtrium conſecuti ſunt nomen, ut pateret eos præferri Comitibus Primi Ordinis, qui nec erant Spectabiles, nec erant Illuſtres, ſed vicini Illuſtribus præibant Spectabiles. Caſſiod. 6. *var.* 12. *Comitivam tibi Primi Ordinis ab illa Indictione majeſtatis favore largimur: ut Conſiſtorium noſtrum ſicut rogatus ingrederis, ita moribus laudatus exornes: quando vicinus honor eſt Illuſtribus, dum alter medius non habetur.* & paulo poſt: *Admoneat te certe, quod ſuſcepta dignitas Primi Ordinis appellatione cenſetur: utique quia te ſequuntur omnes, qui Spectabilitatis honore decorantur.* Nonnunquam etiam vocabantur Clariſſimi. Lamprid. *in Alex. Sev. Præfectis prætorio ſuis ſenatoriam addidit dignitatem, ut viri clariſſimi & eſſent & dicerentur.* Clariſſimi etiam interdum Spectabiles, *l.* 2. *C. de temp. appell.* & vice verſa Spectabiles dicebantur Clariſſimi, *l.3.. de h. qui not. inf. l.1. C. ſi ex falſ. inſtr.* Alioquin Princeps diſcrimen illud regulariter accuratè ſervabat Virum Illuſtrem ſic alloqui ſolitus: *Illuſtris magnificentia tua, l. 2. C. de off. mag. mil.* Symmach. 10. *epiſt.* 75. & 77. Spectabilem ita: *Claritas tua, nov.* 23. *in fin. Gravitas tua, l.1. C. de off. com. rer. priv.* emiſſa in lucem etiam *l.* 2. *C. de off. div. jud.* ne ſuperiorem magiſtratus inferior fratrem nominaret. Imperator præterea ſolus de Illuſtribus, ſiquid perpetraſſent atrocius, judicabat, de Spectabilibus & Clariſſimis autem Præfectus prætorio, *l.16. C. de dign.* ad quem etiam à Spectabilibus appellari conceſſum eſt in *l.32. pr. C. de appell.* Cæterum cum magiſter officiorum Theophilus fuerit, quæſtor Dorotheus *l.2.* §.9. *l.3.* §.9. *C. de vet. j. enucl.* non eſt illud mirabile, quod à Juſtiniano appellentur Illuſtres; illud autem notabile viros tam illuſtres jus civile profeſſos, Theophilum Conſtantinopoli, Dorotheum Beryti, *d. l.* 2. & 3. §. 9. *l.* 1. *C. de nov. Cod. fac. l.* 1. §. 2. *C. de Juſt. Cod. conf.* quæ ſi conjungantur cum
§.3. *proœm. Inſt.* patebit quod nihil aliud quam juris Profeſſorem Ante- 2.
ceſſor ſignificet ab antecedendo, quod præerat viam & eam monſtret diſcipulis ad jura civilia. Græci eum ſolent Αντικένσωρα dicere, ut apud Heſychium: Αντικένσωρ, ὁ τοὺς νόμους μεμαθηκώς. Qui metatorem etiam ſimiliter, qui præcedens exercitum inquirit in loca, quæ ſunt caſtris idonea, Αντικένσωρα dicunt. Leo *in Tacticis*: Αντικένσωρας δὲ ἄλλους, τινάς ἔλεγον οἱ παλαιοὶ Ρωμαῖοι, οὓς, ὡς ὑπολαμβάνω νυν τοῖς μινσουράτορσι συντάσσοντες ἰδίως οὐκ ὀνομάζουσιν. οὗτοι δὲ εἰσιν οἱ προλαμβάνοντες ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις τὰς ἐπιτηδείας ὁδοὺς καὶ πόρους ἀνερευνῶντες, ἐν οἷς τὰ ἄπληκτα γίνεσθαι ὀφείλουσι, καὶ τὰς ὁδοὺς ταύτας ὁποῖαι εἰσὶ κατα-

νοȣ̃ντες. Meurs. *in* Αντικένσωρ. Tabor *de metat. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 13.
3. Anteceſſor eſt igitur nomen dignitatis, ut Ferretus veriſſime, ejus enim officium licet proprie nihil ad adminiſtrandam Remp. faciat, res eſt nihilominus tam inſignis, tam ampla, tam excellens, & utilis, ut velut ſeminarium dignitatum & glorię ad ſummos honores eruditiſſimum & ſcientiſſimum virum evehere poſſit. Teſtantur id, ne longius ab incepto me trahat oratio, Theophilus & Dorotheus viri eminentiſſimi. Teſtantur Impp. in *l. un. C de Profeſſ. q. in urb. Conſt.* qua, dum ſanciunt juris Anteceſſores annumerandos Vicariis poſt annum viceſimum, propemodum pares eos efficiunt Præfectis prætorio, quorum Vicarii vicem agebant. Juſtin. *edict.* 8. Ideoque non temere juris civilis ſplendidiſſimum lumen And. Alciatus tradidit dominas eſſe nominandas Profeſſorum uxores ad
4. *l.* 1. *C. de in jus voc. n.* 17. Nec etiam temerè vir in praxi verſatiſſimus Bened. Carpzovius *deciſ.* 7. *n.* 23. *& ſeqq.* juris Anteceſſorem, licet ſit junior ratione gradus, in ſeſſionibus Medico, etiamſi ſit ſenior, præferendum exiſtimat. Reſponderunt etiam non temere Viri Conſultiſſimi Alexand. Imol. *in l. cum quid n.* 8. & ibid. Jaſon. *n.* 23. *ff. de reb. cred.* Erneſt. Cothm. *Reſp. Acad.* 14. *n.* 73. Theod. Reink. *de regim. ſecul. & eccleſ. lib.* 1. *claſſ.* 5. *cap.* 11. *n.* 69. & inprimis vir incomparabilis Bened. Carpzovius *dict. deciſ.* 7. *n.* 32. Profeſſorem, qui publice jus in Academiis docet, præponendum in ſeſſionibus juris Doctori, aut Advocato, vel cauſidico, etiamſi ſit ſenior, *arg. l.* 1. *C. de conſul. c. cleros diſt.* 21. *c. oportebat diſt.* 79. Major ſemper Anteceſſorum fuit honor & gloria, quod jam olim teſtati ſunt Reges Galliarum, fulgentiſſimi Principes, cum à tributis in Delphinatu juſſerunt immunes eſſe magiſtratus & Præſides & legum Anteceſſores, ab eadem immunitate Advocatis inter cæteros excluſis ſpecialiter, ut ſcribit Thuanus *hiſt. lib.* 129. cum in curiis ſupremis Senatorum inopia Advocatos ad judicandum noluerunt admitti, admiſſis eorum loco legum Profeſſoribus, aut ex inferioribus curiis ſcientiſſimis & rerum uſu ſpectatiſſimis viris, ut Guilielmus Ranchinus mandavit memoriæ 3. *var. lect.* 16. *in fin.* Monſpelienſis Anteceſſor clariſſimus, & in ſuprema ſubſidiorum curia Occitana fiſci Advocatus longè πολυμαθέςατος, cujus verba, nequis hic nimis facile mihi fidem derogaverit, non gravabor adſcriberè: *In majoribus*, inquit, *ſubſelliis & ſupremis curiis inopia judicum non admittuntur cauſidici, ne hac re quodammodo minui videatur earum dignitas atque ſplendor, quaſi id non ſatis ſit ex dignitate earum, ſed vocantur eorum loco judices ex inferioribus curiis, aut etiam legum Profeſſores.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſores. Urbini & Parmæ, quod eſt etiam notabile, ſoli Anteceſſores in judiciis dominantur, nec quiſquam ibi alius ad jus dicendum admittitur. Arth. Duck *de auth. jur. civil. lib.2. cap.3. n.25.* Hinc Carolus V. omnino illuſtris & rerum geſtarum gloria famoſiſſimus Princeps, non ab Advocatis, ſed in Academiis à Profeſſoribus juris conſtitutionum ſuarum interpretationem petendam eſſe conſtituit. Idem *lib.2 cap.2. in fin.*

Sed ſiquis jam velit dicere: Locum hoc habet apud Gallos & Italos, Ultrajecti non item, ubi in judiciis ſæpiſſime contigit, ut Advocatus vetuſtior Profeſſori ſe ipſum in ſeſſione præferret cedere locum quem occupaverat neſcius, næ quam is ſe oſtendit ineptum, dum ea quæ juris ſunt, ab iis, quæ ſunt facti, non videtur diſtinguere. Non raro Ultrajecti etiam perpetrantur adulteria, cædes, incendia. Quid inde jam ſequitur? Exercentur etiam lupanaria. De eo non dubitatur. Sed an inde jam ſequitur, ergo ibi permiſſa eſt conjunctio meretricia? Quid quæſo ineptius? Nonnullis invitis idem hic Ultrajecti quod ubique terrarum frequentatur & obtinet. Siquis negaverit, probet ergo contrarium, præferri nimirum aut præferendos in ſeſſionibus Profeſſoribus rabulas, & erit mihi magnus Apollo, Probabit enim id, quod ex doctis adhuc hactenus nemo probavit. Sane cum Ordines Advocatum creandi Profeſſoribus conceſſerint facultatem pleniſſimam nemo non cauſam efficientem potiorem effectu, creato creantem longe digniorem animadvertere poterit.

Scio nonnullos juris Doctorem ab Advocato diſtinguere, quaſi juris 5.
Doctorem Profeſſores renuncient, Advocatus autem dici non aliter poſſit, quam ſi coram Curia jusjurandum præſtiterit. Sed meo judicio rem acu non tangunt. Si enim jusjurandum aliquid faciat ad Advocati eſſentiam, quidni etiam Procuraror jure optimo maximo dicatur Advocatus, idem enim ab eo, quod ab Advocato jusjurandum exigitur, *Ordin. Cur. Prov. tit. van den Procureurs, art.*1. Quidni etiam omnes Advocatos hujus Provinciæ dicamus annales, quia ſingulis annis ineunte Septembri idem illud jusjurandum renovare coguntur. Quod etiam de Gallis teſtatur Marcilius in *not. ad* §.1. *Inſt. de pœn. temp. litig.* qui quotannis id præſtant proſtridie Martinalium, ut ſcribit Brummerus *ad l. Cinc. cap.* 11. Utique cum ab Ordinibus poteſtate conceſſa, juris Anteceſſores iis, quos promovent, publice de jure reſpondendi, conſilia dandi, cauſas etiam agendi largiantur licentiam, juris Doctor ab Advocato differre non poterit. Quod enim aliud quam agere cauſas & jus reſpondere eſt Advocati officium? Agnoſcunt id Ordines, nec obſervant differentiam, cum di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

dicunt in terminis *Ordin. Cur. Prov. rubr. van den Advocaten, art.* 1. *Die Advocaten vertoont hebbende dat ſy in eenige fameuſe Univerſiteyt gepromoveert ſijn, ſullen by den Preſident ende Raden toegelaten worden tot het exercitie van Advocatie, midts dat ſy in handen van den ſelven ſweeren ſullen, &c.* Ut conditio legatarium non poteſt efficere, etiamſi legatarius non poſſit quod ſub conditione legatum eſt petere, niſi exſtet conditio, ſic jusjurandum Advocatum non poteſt efficere, etiamſi clientes non poſſit prius defendere, quam ſi illud præſtiterit. Apud Romanos in ſingulis cauſis poſt litis conteſtationem Advocati jurabant, *l.* 14. §.1. C. *de jud.* nemo tamen cauſarum patronum negabit Advocatum ante litem conteſtatam fuiſſe tum temporis, cum ſatis conſtet contrarium ex *l.* 11. §.1. C. *de adv. div. jud.* nec quiſquam tam fatuus, ut eundem vel centies Advocatum eſſe factum auſit contendere. Ni fallor, hæc certa ſunt, nec ab Advocatis etiam, qui paulo altius penetrarunt in juris divini & humani ſcientiam, trahuntur in controverſiam. Nec ego ſum arrogans, nec arroganter hæc ſcribo, nec etiam me præterit, quod dicit Lactantius 5. *div. Inſt.* 15. contentione de dignitate nihil eſſe fœdius, nihil arrogantius, nihil à ſapientis ratione remotius, ſed cum honorem & præcedentiam decoctoris inſtar ſimpliciter cedere, hominis abjectiſſimi ſignum eſſe jure merito judicaverit vir inſignis Carpzovius *dict. dec. nu.* 10.

6. prudentiſſime ordinis ſui decus & gloriam ab imminente Paſtorum ſuperbia vindicarunt Profeſſores Academiæ, quæ eſt Neomagi, oblato libello ſupplice, & impetrato reſcripto, cujus hoc eſt exemplum:

Extract uyt het Raedt Signaet der Stadt Nymegen van den Jaere 1657.

Dominica den XII. Aprilis.

Alſoo mijn Heeren beducht ſijn, dat in tijden en wijlen eenige miſverſtanden tuſſchen die Profeſſoren van d'Univerſiteyt ter eenre, en die Predikanten al-hier ter andere zijden ſouden konnen ontſtaen, over het voorgaen en ſitten, ſoo d'een ofte ander ſoude willen pretenderen; Soo iſt, dat omme het ſelve voor te komen, welgemelte Heeren geordonneert ende geſtatueert hebben by deſen, dat het voorſz. voorgaen en ſitten, die geſeyde Profeſſoren voor de Predikanten, in conformite van de practijcque van andere Univerſitey-

ſiteyten toegeſtaen, en ſulx die voorſz. Profeſſoren ende Predikanten bekent gemaeckt ſal worden, omme haer daer na te konnen reguleren.

Was onderſchreven

Geextraheert by my onderſchreven Secretaris

P. Singendonck.

Secret.

Nemo Groningæ, nemo Franekeræ, vel Lugduni Batavorum, vel in cæteris Academiis aut Scholis Illuſtribus concionator fuit unquam tam tumidus, ut Profeſſori in ſeſſionibus vel privatis vel publicis præferri voluerit. Sed ſiquis hic forte viderit Profeſſori Paſtorem nonnihil glorioſum à dextris incedere, id ego non pluris æſtimandum exiſtimo, quam ſiquis nudus in foro ſaltaverit. Utrumque facti eſt, nullo jure ſuffultum. Per me etiam licet, ut mihi ſtudioſi incedant à dextris: cur enim meo juri renunciare non liceat, *l. pen. C. de pact.* Licet id Principi, cujus in manu eſt ſummum imperium, *§. ult. Inſt. q. mod. teſt. inf.* nec ullum inde majeſtati regnantis creatur præjudicium, *l. digna vox eſt. 4. C. de legib.*

Verum pergamus. Dixi Theophilum Conſtantinopoli jus civile profeſſum, Dorotheum Beryti. Qua occaſione notandum fuiſſe tres tantum 7.
toto terrarum orbe Juſtiniani temporibus illuſtres Academias, in quibus leges docere licuit, Romæ, Beryti, & Conſtantinopoli. Alibi Cæſareæ vel Alexandriæ ſiquis eas docuiſſet, incidebat in pœnam decem librarum auri, ut Juſtinianus conſtituit *l. un. §. 7. de rat. & meth. jur. doc. ad Antecess.* ubi dicit Berytum non immerito civitatem pulcherrimam. Erat enim Phœniciæ metropolis opulentiſſima, *l. 1. C. de metrop. Beryt.* τὸ Φοινίκων τέως ἐγκαλλώπισμα, ut ſcribit Agathias, Φοινίκης κλυτὸν ἄστυ, νόμων ἕδος αὐσονιήων, ut Nazianzenus *in carmine Nicobuli ad filium.* Multorum ſane nutrix virorum illuſtrium. Socrat. 4. *hiſt.* 2 . de Gregorio Thaumaturgo: Τῶν ἀθήνησι παιδευτηρίων ἀναχωρήσας ἐν τῇ βηρυτῷ νόμους ἐμάνθανε. Sozomen. 1. *hiſt.* 11. de Triphillio Ledrorum epiſcopo: Εἶναι δὲ σὺν αὐτοῖς καὶ τριφύλλιον τον λεδρῶν ἐπίσκοπον, ἄνδρα ἄλλως τε ἐλλόγιμον, καὶ διὰ νόμων ἄσκησιν πολὺν χρόνον ἐν τῇ βηρυτίων πόλει διατρίψαντα. Quæ cum corruiſſet terræ motu ingenti Juſtiniani temporibus, adoleſcentes, qui in illam confluxerant, commigrarunt Si-

Sidonem, ut teſtatur Agathias *hiſt. lib.* 2. Πολὺς μὲν οὖν ὅμιλος ἰθαγενῶν τε καὶ ἐνδαπῶν ἀνδρῶν ἀπολώλασιν, ὑποπεσμένοι τῷ ἄχθει. πολλοὶ δὲ νέοι ἐπήλυδες, εὐπατρίδαι τε καὶ παιδείας ἄριστα ἔχοντες, οἱ δὴ παρῆσαν τοὺς ῥωμαίων αὐτοῦ ἀναλεξόμενοι νόμους. τοῦτο γὰρ πάτριον τῇ πόλει καὶ ὥσπερ γέρας τι μέγιστον τὰ τοιάδε αὐτῇ ἀνεῖται διδασκαλεῖα. μετεσκευάσαντο τοιγαροῦν ἐν τῷ τότε οἱ τῶν νόμων ἀφηγηταὶ ἐς σιδῶνα τὴν πόλιν τὴν γείτονα, καὶ ἐν τῇδε μετῆκτο τὰ φροντιστήρια, ἕως πάλιν ἡ Βηρυτὸς ἀνεδομήθη. *Magna itaque indigenarum pariter & incolarum multitudo periit mole ruinæ oppreſſa. Multi etiam juvenes advenæ nobiles & eruditi, qui addiſcendarum Romanarum legum cauſa eo commearant. Erat enim hoc urbi patrium, & veluti maxima honoris prærogativa, quod ejuſmodi Scholæ ei eſſent dicatæ. Commigrarunt itaque tum temporis legum interpretes Sidonem urbem vicinam, Scholæque eo tranſlatæ, tantiſper dum Berytus inſtauraretur.* Romam vero quod attinet, primus opinor ibi erexit Academiam Imp. Hadrianus. Aurelius Victor. *in ej. vit. Romam regreditur: ibi Græcorum more, ſeu Pompilii Numæ, cærimonias, leges, gymnaſia, doctoreſque curare occipit: Adeo quidem ut etiam ludum ingenuarum artium, quod Athenæum vocant, conſtitueret.* Conſtitutum id in Capitolio patet evidentiſſime ex *l. un. C.*
8. *de ſtud. lib. urb. Rom.* Ideoque perperam, ni fallor, apud Dion. Caſſ. *lib.* 73. *in fin.* Ἀθήναιον vertitur templum Minervæ: non enim à Minerva, ſed à ſtudiis, quæ Minervæ ſunt ſacra, nomen ipſi impoſitum Dion ibi ſignificat: Καὶ αὐτὸ τοῦτο Σιλίῳ Μεσσάλᾳ τῷ ὑπατεύοντι τότε ἐμήνυσαν. καὶ ὃς συναγαγὼν ἡμᾶς εἰς τὸ Ἀθήναιον καλούμενον ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῷ τῶν παιδευομένων ἀσκήσεως τὰ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐδήλωσε, *Idque factum eſſe Silio Meſſalæ conſuli ſignificant. Qui nobis convocatis in Athenæum ita dictum ab exercitatione eorum, qui in ipſo erudiuntur, quid factum ſit à militibus, exponit.* Floruerunt etiam Alexandriæ ſtudia bonarum artium, floruerunt Athenis, ut teſtantur Ammianus *lib.* 22. *in fin.*
9. Xiphilin. *in M. Ant. Phil.* Sed Juſtinianus doceri in illis locis jus civile prohibuit, *d.* §. 7. quamvis illa prohibitio vix obtinuiſſe videatur: loco enim jam allegato ſic ſcripſit Agathias; Τότε δὲ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς τῷ νείλῳ ἱδρυμένῃ ποταμῷ, καὶ ταῦτα οὐκ εἰωθὸς σείεσθαι τὸ χωρίον, συναίσθησίς τε τοῦ κλόνου ἐλαχίστη μὲν καὶ ἀφαυροτάτη καὶ οὐ πάμπαν ἀρίδηλος, γέγονε δὲ ὅμως. ἅπαντες δὴ οὖν οἱ ἐπιχώριοι καὶ μάλιστα οἱ σφόδρα γεγηρακότες, ἐν θαύματι μεγάλῳ τὸ ξυνενεχθὲν ἐποιοῦντο, ὡς οὔπω πρότερον γεγεννημένον, ἔμενέ τε οἶκος

ὅσ

ὥς τις οὐδεὶς, ἀλλ' ἀνὰ τὰς λεωφόρους τὰ πλήθη ξυνέῤῥει, τῷ ἀπροσδοκήτῳ δὴ που καὶ παραδόξῳ τοῦ μετρίου καταπεπληγμένοι. ἐμοὶ δέ γε καὶ αὐτῷ (ἐτύγχανον γὰρ αὐτοῦ διατρίβων, παιδείας ἕνεκα τῆς περὶ τῶν νόμων) δεδιέναι προσῄει, *Per idem tempus in magna illa Alexandria ad Nilum flumen ſita, cum tamen illud oppidum terræ motui obnoxium eſſe non ſoleret, ſenſus etiam quidam motus, perexiguus quidem ille & brevis, neque omnino manifeſtus, factus eſt tamen. Omnibus itaque incolis & potiſſimum valde ſenibus magno miraculo ea res fuit; quippe quæ antea nunquam acciderat, neque quiſquam domi manſit, ſed in plateas multitudo confluebat inſolentia novitateque rei ultra modum perculſa. Me vero quoque ipſum (commorabar enim ibi tum temporis legalium ſtudiorum cauſa) metus inceſſebat.* Niſi quis domi intra privatos parietes Agathiam à præceptoribus jus edoctum eſſe contenderit, quod eſt veriſimilius, cum id ipſum permiſerint Impp. *in d. l. un. C. ſtud. lib.*

Porro autem Theophilus & Dorotheus utrum Chriſtiani an ethnici 10 fuerint, ut opinor, incertum eſt. Tribonianum gentilem & atheum fuiſſe ſcribit Heſychius περὶ σοφῶν. Τριβωνιανὸς κολακεύων Ἰουστινιανὸν βασιλέα, ἔπειθεν αὐτὸν ὅτι οὐκ ἀποθανεῖται, ἀλλὰ μετὰ σαρκὸς εἰς οὐρανὸν ἁρπαγήσεται. ἦν δὲ ὁ Τριβωνιανὸς ἕλλην καὶ ἄθεος, *Tribonianus Juſtiniano Imperatori adulans ei perſuaſit non moriturum ipſum, ſed una cum corpore raptum cœlo immigraturum, erat autem Tribonianus paganus & atheus.* Idem & Suidas: Τριβωνιανὸς ἕλλην ὑπῆρχε καὶ ἄθεος. ἀλλότριος κατὰ πάντα τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως. κόλαξ δὲ καὶ ἀπατεών, καὶ πείθων Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα, ὡς ὅτι οὐκ ἀποθανεῖται, ἀλλ' εἰς τοὺς οὐρανοὺς μετὰ σαρκὸς ἀναληφθήσεται. *Erat autem Tribonianus gentilis & atheus; alienus omnino à fide Chriſtiana, adulator autem & impoſtor Juſtiniano Imperatori perſuadens non moriturum ipſum, ſed una cum corpore aſcenſurum in cœlum.* Procop. ἐν ἀνεκδότοις: Ἔπειθον γὰρ αὐτὸν οἱ κολακεύοντες οὐδενὶ πόνῳ, ὅτι μετέωρος ἀρθείη, καὶ ἀεροβατοίη, καὶ πότε αὐτῷ παρεδρεύων Τριβωνιανὸς ἔφη περιδεὴς ἀτεχνῶς εἶναι, μήποτε αὐτὸν ὑπὸ Εὐσεβείας ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναληφθεὶς λάθοι ταῦτα, *Perſuadebant ipſi adulatores nullo negotio fore, ut ſublimis aliquando raptus penetraret in cœlum, & fungens aliquando Quæſtoris officio Tribonianus, vereri ſe vehementer affirmabat, ne ob ſingularem pietatem in cœlum improviſo ſurriperetur.* Unde jam conſtat cur inter cogno- 11 mina Juſtinianus etiam uſurpaverit Pii cognomen. Cur quemadmodum decuit Principem Chriſtianum inter initia rerum agendarum ſemper in-

vocaverit Deum Opt. Maximnm. *Nov.* 85. *pr.* Τὸν μέγαν θεὸν καὶ σω-
τῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ βοήθειαν διὰ παντὸς ἐπικαλού-
μενοι, *Magnum Deum & Servatorem noſtrum Jeſum Chriſtum & ejus*
auxilium ſemper invocantes. Si enim pagani boni ominis gratia inter
initia frequenter illud uſurpaverint, θεὸς, θεὸς, ut ad Theophraſt. περὶ
ἀναισχυντίας annotavit Caſaubonus. Si à Jove regulariter ſumpſerunt
exordium, ut fecit Virgilius *eclog.* 3. *Ab Jove principium Muſæ: Jovis*
omnia plena, & ſimiliter alibi; *Præfatus divos ſolio rex infit ab alto*; imi-
tatus Aratum Φαινομ. *pr.* Ἐκ διὸς ἀρχώμεσθα τὸν οὐδέποτ᾽ ἄνδρες ἐῶμεν
Ἀῤῥητον, item Theocritum; Ἐκ διὸς ἀρχώμεθα, καὶ εἰς δία λήγετε
μοῦσαι. Si Græci olim dixerunt, cum auſpicia ſumerent, ἀγαθῇ τύχῃ,
Romani autem, Quod felix, fauſtum, fortunatumque ſit. Cic. *lib.* 1. *de*
divin. Plin. *paneg. pr.* Appian. Alex. *lib.* 4. *de bell. civ. cap.* 303. Varro
lib. 5. *de ling. lat.* Lucian. *in Pſeudomant.* Marculf. 2. *form.* 15. nemo mire-
tur Juſtinianum religioſiſſimum Principem auſpicatum Novellas, Inſti-
12 tutiones & Codicem, In Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Cujus in-
ſtitutum cum ſecutus eſſet Leo auſpicatus Novellas, Ἐν ὀνόματι τοῦ πᾶσιν
ἀνθρώποις νομοθετήσαντος σωτήρια Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, *In*
nomine ejus, qui univerſo humano generi ſalutares leges tulit, Chriſti veri
Dei noſtri; Cum ſecuti eſſent Impp. Conradus & Fridericus II. exorſi le-
ges de beneficiis & de Pace Conſtantiæ, *In nomine Sanctæ & individuæ*
trinitatis, digladiari acerrime cœperunt interpretes, utrum inſtrumen-
tum inutile redderet hæc omiſſa precatio, non minus anxie præterea con-
trovertere ſoliti, utrum redactis in ſcripturam contractibus crux eſſet præ-
ponenda, præſertim cum Juſtinianus in *l. ult.* §. 1. *C. de jur. delib.* intra tres
menſes tabularios inventarium juſſiſſet abſolvere, venerabili ſigno antea
manu hæredis præpoſito. Apud veteres Chriſtianos id erat uſitatiſſi-
mum. Tertullian. *de milit. coron. cap.* 3. & 4. *Ad omnem progreſſum at-*
que promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum,
ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacunque nos
converſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus. Harum & aliarum
hujuſmodi diſciplinarum, ſi legem expoſtules ſcripturarum, nullam in-
venies, traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fidei
obſervatrix. Sed cum nulla neceſſitas id eos facere cogeret, ut ex illo loco
Tertulliani etiam ſatis apparet, nec Juſtinianus neceſſitatem injunxerit,
dixit, ni fallor, veriſſime Bartolus ad *d. l. ult.* levem illam ſolemnitatem
eſſe, quę omiſſa non vitiat. In cujus ſententiam diſceſſerunt Alciat. 9.
pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

parerg. 6. Covarr. *pract. quæſt.*20 Ant.Fab. *Cod. Sab.lib.*6. *tit.*11.*def.*17. Nec præbet ſatis idoneam dubitandi rationem *d.l.ult.* cum id cuivis ſit, ut opinor, notiſſimum ablativos abſolutos non inferre neceſſitatem, *arg.l.*2. §. 3. *de O. jur. l.* 1. *C. de jur. emphyt.* Nihil interim homini Chriſtiano 13
præclarius, quam operis cujuſcunque, quod agit initio, divini numinis invocare præſidium. Ideoque laudabilem illam conſuetudinem Potentiſſimorum Ordinum Groningæ & Omlandiæ reticere non poſſum, qui indictis comitiis nihil prius de re publica diſponunt aut faciunt, quam uno ex Paſtoribus evocato in Curiam fuſis ad Deum ardentiſſimis precibus, ad quas etiam quemlibet ex populo ſolent admittere, ſupremi illius rerum omnium domini in habendis conſiliis præſens imploraverint auxilium & opem. Non minus hoc eſt ſeminandum in poſteritatis memoriam, quam id quod famæ tranſcripſit Mornacius Togatorum doctiſſimus ad *l.* 1. *ff. de O. I.* uſitatum in Gallia, ut quotannis ineunte curia pridie Martinalium, & ſtatim à feriarum paſchalium exitu, qui Senatum habiturus eſt, interſit prius ſacrificio miſſæ, rebuſque divinis prius quam humanis curam & operam conetur impendere, prorſus ad exemplum ſanctionis Auguſti, qua, ut refert Sueton. *in ej. vit. cap.*35. juſſit, *ut prinſquam conſideret* Senatorum *quiſque, thure ac mero ſupplicaret apud aram ejus Dei, in cujus templo coiretur.*

Et hæc quidem hactenus de architectis illius operis, quod totius legiti- 14
mæ ſcientiæ elementa Juſtinianus appellat §. 4. *proœm. h.* Siquis quærat auctores, ex quibus confectum eſt, pleroſque veterum contuliſſe ſymbolas cognoſcere poterit ex *d. proœm.* §. 6. inprimis autem Cajum Juriſconſultum clariſſimum, quem perperam Pancirolus 2. *lect.*23. arbitratur eſſe C. Caſſium Longinum auditorem Sabini, cujus etiam fit mentio in *l. Caſſius Longinus* 2. *ff. de ſenat. & l. Caji Caſſii* 35. *ff. de fideicom. lib.* Vixit enim Caſſius ætate Tiberii, *l.* 2. §. 47. *in fin. ff. de O. jur.* Cajus autem, quem Juſtinianus intelligit, Hadriani temporibus, *l.* 7. *pr. ff. de reb. dub. ubi Cuj.* Ræverd. 3. *conj.* 19. A Caſſio Caſſiani duxerunt originem, Cajum autem nec Caſſium fuiſſe, nec etiam Caſſianum evidentiſſime probat *l.* 7. §. 7. *ff. de acq. rer. dom.* ubi idem ille Sabini & Caſſii ſententiam rejicit. Cæterum Cajum illum Juſtiniani familiarem crediſſe nonnullos Ant. Auguſtinus 1. *emend. c.* 5. memoriæ prodidit, quo eſt nihil ineptius. Licet enim Caji *noſtri* epithetum Juſtinianus eidem adſcripſerit in *d.* §.6. *proœm. h.* §. 5. *Inſt. de publ. jud.* inde tamen id quod probandum eſt ſequi non poterit, cum eodem ipſum epitheto donet Pomponius in

l. cum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

l. cum ſervus 36. *ff. de ſtip. ſerv.* Vulgo enim eum etiam, cujus libris familiariter utimur, ſolemus dicere noſtrum. Senec. 7. *de benef. cap.* 6. *Libros dicimus eſſe Ciceronis : eoſdem Dorus librarius ſuos vocat : & utrumque verum eſt. alter illos tanquam auctor ſibi, alter tanquam emptor aſſerit.*

15 Et hæc etiam hactenus. Quæſo ignoſcat, ſiquis in prolegomenis me prolixiorem exiſtimet. Anſam commendandi literaturam & hiſtoriarem lectionem negligere nolui. Nemo enim magnus aut celebris ſine ſtudiis bonarum artium Juriſconſultus evadere poterit. Ridet Antonius vir eloquentiſſimus apud Cicer. 1. *de Orat.* Juriſconſultum ſine facundia, eumque per ſe nihil eſſe dicit, niſi formularium, niſi legulejum acutum & cautum. Recte dicit Cujacius vir maximi nominis 21. *obſ.* 10. nullum eſſe majus argumentum imperitiæ in homine, quam ſi literaturam, quam ipſe non intelligit, damnandam exiſtimet. Quid enim iis facias, qui ſecuti inſcitiam Jodoci Loveringi Mechliniæ Præſidis exiſtimant neminem vel unius legis intelligentiam conſecuturum, ſi quicquam didicerit in melioribus literis? Quid autem ſimplicibus legiſtis ejuſmodi (quo nomine ſalutantur à Joh. Fabr. *ad* §. *item pretium Inſt. de empt. vend.*) qui membrum à metior, & à falcando legem Falcidiam, non ab eo, qui tulit eam, P. Falcidio derivandam eſſe contendunt? Qui jus prætorium à jure coquorum diſtinguere neſciunt? Qui condictionem Triticariam à Triticio quodam monacho nominatam exiſtimant? Qui per orationem Divi Marci Imperatoris Sancti Marci Evangeliſtę putant preces intelligi, ut de quodam Advocato teſtatur Menagius in *præfat. amœn. jur. civ.*? An non miſeratione ductus aliquando concedas, ut excuſando ſupinam & intolerabilem illam ignorantiam deprecentur literatorum & clariſſimorum hominum graviſſimum odium? Prorſus enim execrabilis eſt eorum vecordia, qui rerum divinarum & humanarum ſcientiam, omnemque juſti & injuſti notitiam cancellis illis forenſibus circumſcriptam exiſtimant, qui ſeveriorum graviorumque ſtudiorum fundamenta ſelucrifacere maxima quæque protinus aggrediendo putantes tantam & tam ingentem ſapientiæ molem citra cognitionem ullam antiquitatis commodiſſime ſe poſſe percipere gloriantur. Quæſo igitur imitentur, quicunque ad veram & genuinam illam juriſprudentiam viam affectant, Radulphum Fornerium virum doctiſſimum, cui fuit religio in juris comitiis hiſtoricos veteres veluti ſexagenarios de ponte dejicere, 1. *rer. quot.* 4. *in fin.* Eandem alioquin experientur fortunam, quam expertus eſt olim Conſultiſſimus proavorum

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

rum memoria Lucas de Penna, quem auſum ſine ſubſidiis literarum & bonarum artium commentari in Codicem, errorum & ineptiarum amaxarium ingentem appellavit Cujacius ad *l.4. C.de veſt.aur.& holov.* Qui idcirco etiam Bartolum legum lucernam & conſummatiſſimum juris interpretem tum temporis nuncupatum judicavit nihilominus poſtponendum Accurſio, eo quod Accurſius altius quam Bartolus in cæteras artes & humanitatem penetraverat. Sed ſiquis nihilominus ex forenſibus rabulis cum riſu hæc legerit, & nihil ad cauſam agendam hiſtoricos, nihil ad litem aut defenſionem clientis vociferetur efficere, ridere deſinet, ſi legerit apud Mornacium diſertiſſimum fori Pariſienſis cauſidicum, quam interdum neceſſe ſit, ut ex hiſtoriis & annalibus ad controverſiam terminandam deſumatur probatio. Quam multa citaverint ex veterum monumentis Ant. Arnaldus & Pet. Martellerius advocati fortiſſimi, cum Ducis Guiſii & Principis Condæi cauſam in foro perorarent eloquentiſſime. Quam ingentem hiſtoricorum invexerint molem Lud. Buyſſonius & Cl. Duretus in palæſtra forenſi exercitatiſſimi in cauſa quadam celebri inter Duces Luxemburgium & Eſpernonium agitata. *Vidi ſemper probatum*, inquit, *hunc morem Senatui, ad l. un. ff. de off. quæſt.* Juvenes igitur, 16
qui juriſprudentiæ daturi ſunt operam, ſi evadere velint in viros eruditiſſimos, ſimul etiam addiſcere literaturam & humanitatem ne graventur hoc tempore, quo velut ab inferis videntur reſurrexiſſe rerum honeſtiſſimarum præſtantiſſima ſtudia. Juvenes alloquor. Seni enim, ſi ad hæc ſacra forte velit accedere, dicas licet intrepide, quod Joh. Fab. *ad proœm. Inſt. verb. cupidæ legum juventuti*, dicendum admonuit. *Amice tu eris Advocatus in altero ſeculo.* Sequitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

PROOEMIUM
DE
Confirmatione Inſtitutionum.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

IMPERATOR CÆSAR FLAVIUS JUSTINIANUS, ALEMANNICUS, GOTTHICUS, FRANCICUS, GERMANICUS, ANTICUS, ALANICUS, VANDALICUS, AFRICANUS, PIUS, FELIX, INCLYTUS, VICTOR AC TRIUMPHATOR, SEMPER AUGUSTUS, cupidæ legum juventuti S.

De uſu armorum & Legum.

IMperatoriam majeſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam Legibus oportet eſſe armatam: ut utrumque tempus, & bellorum, & pacis, recte poſſit gubernari: & Princeps Romanus non ſolum in hoſtilibus prœliis victor exiſtat, ſed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat: & fiat tam juris religioſiſſimus, quam victis hoſtibus triumphator magnificus.

De bellis & Legibus Juſtiniani.

1. *Quorum utramque viam cum ſummis vigiliis, ſummaque providentia, annuente Deo, perfecimus. Et bellicos quidem ſudores noſtros barbaricæ gentes ſub juga noſtra redactæ cognoſcunt: & tam Africa, quam aliæ innumeræ provinciæ, poſt tanta temporum ſpatia, noſtris victoriis à cæleſti Numine præſtitis, iterum ditioni Romanæ noſtroque additæ Imperio, proteſtantur. Omnes vero populi Legibus tam à nobis promulgatis, quam compoſitis reguntur.*

De compoſitione Codicis & Pandectarum.

2. *Et cum ſacratiſſimas Conſtitutiones, antea confuſas, in luculentam ereximus conſonantiam, tunc noſtram extendimus curam ad immenſa vete-*

veteris prudentiæ volumina, & opus deſperatum, quaſi per medium profundum euntes, cœleſti favore jam adimplevimus.

De tempore, auctoribus, fide, & utilitate compoſitionis Inſtitutionum.

3. *Cumque hoc, Deo propitio, peractum eſt, Triboniano Viro magnifico, Magiſtro, & Exquæſtore ſacri palatii noſtri, & Exconſule, nec non Theophilo & Dorotheo, Viris illuſtribus, & Anteceſſoribus (quorum omnium ſolertiam, & Legum ſcientiam, & circa noſtras juſſiones fidem, jam ex multis rerum argumentis accepimus) convocatis, mandavimus ſpecialiter, ut ipſi noſtra auctoritate, noſtriſque ſuaſionibus Inſtitutiones componerent: ut liceat vobis prima Legum cunabula non ab antiquis fabulis diſcere, ſed ab Imperiali ſplendore appetere: & tam aures, quam animi veſtri nihil inutile, nihilque perperam poſitum, ſed quod in ipſis rerum obtinet argumentis, accipiant. Et quod priore tempore vix poſt quadriennium prioribus contingebat, ut tunc Conſtitutiones Imperatorias legerent; hoc vos à primordio ingrediamini, digni tanto honore, tantaque reperti felicitate, ut & initium vobis, & finis Legum eruditionis a voce Principali procedat.*

Diviſio Inſtitutionum.

4. *Igitur poſt libros quinquaginta Digeſtorum, ſeu Pandectarum, in quibus omne Ius antiquum collectum eſt, quod per eundem virum excelſum Tribonianum, nec non cæteros viros illuſtres & facundiſſimos confecimus: in quatuor libros eaſdem Inſtitutiones partiri juſſimus, ut ſint totius legitimæ Scientiæ prima elementa.*

Quid in Inſtitutionibus contineatur.

5. *In quibus breviter expoſitum eſt, & quod antea obtinebat, & quod poſtea deſuetudine inumbratum, Imperiali remedio illuminatum eſt.*

Ex quibus libris compoſitæ ſint Inſtitutiones, atque earum recognitio, & confirmatio.

6. *Quas ex omnibus antiquorum Inſtitutionibus, & præcipue ex Commentariis Caji noſtri, tam Inſtitutionum, quam Rerum quotidianarum, aliiſ-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

aliiſque multis Commentariis compoſitas, cum tres viri prudentes prædicti nobis obtulerunt, & legimus, & recognovimus, & pleniſſimum noſtrarum Conſtitutionum robur eis accommodavimus.

Adhortatio ad ſtudium Juris.

7. *Summa itaque ope, & alacri ſtudio has Leges noſtras accipite: & voſmet ipſos ſic eruditos oſtendite, ut ſpes vos pulcherrima foveat, toto legitimo opere perfecto, poſſe etiam noſtram Rempublicam in partibus ejus vobis credendis gubernari.* D. CP. XI. Kalend. Decemb. D. JUSTINIANO PP. A. III. COS.

ANT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ANTONII MATTHÆI
ANT. FIL. ANT. NEP.
COMMENTARIUS
AD
LIBRUM PRIMUM
INSTITUTIONUM
SS. PRINCIPIS JUSTINIANI.

In quo illuſtratur etiam jus Ultrajectinum.

TITULUS I.
DE
De JUSTITIA & JURE.

1. *Cur Juſtinianus auſpicatus ſit Inſtitutiones à titulo de juſtitia & jure.*
2. *Juriſprudentia eſt diſciplina practica.*

JUſtinianus non à titulo de teſtamentis, aut de actionibus, aut ab alio quolibet, ſed orditur à titulo de juſtitia & jure, quia juſtitia eſt finis juriſprudentiæ. Ars autem illa, quæ ordinem præcipit, in iis diſciplinis, quibus practicis nomen eſt, auſpicandum à fine, à fine ad objecta, ab objectis ad media, quæ viam & aditum ad finem aperiunt, dictat eſſe pergendum. Objecta ſunt tria: Perſonæ, res, & actiones, *§.ult. Inſt. de j. nat. gent. & civ. l.1. ff. de ſtat. hom.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

hom. Media vero, per quæ ad finem eſt perveniendi poteſtas, ſunt juris
2. præcepta, leges naturales, civiles, & gentium. Quod autem juriſprudentia ſit ſcientia practica, probari ex eo facillime poterit, quod aut pars ſit Politicæ, aut illi ſaltem affinis. Politica enim verſatur circa adminiſtrationem Reipublicæ. Julianus Imp. *orat*. VII. Τοῦ πρακτικοῦ ἢ τὸ μὲν πρὸς ἕνα ἄνδρα, ἠθικόν. οἰκονομικὸν δὲ τὸ περὶ μίαν οἰκίαν. πολιτικὸν δὲ, τὸ περὶ πόλιν. *Pars illa, quæ Practica dicitur, aut circa unum & ſingularem virum occupatur, & eſt Ethica: aut Oeconomica, quæ in una familia: aut Politica denique, quæ in adminiſtranda civitate verſatur*. Adminiſtratio Reipublicæ conſiſtit in tribus, in bene imperando, bene conſultando, & bene judicando. Bene judicare nemo poteſt niſi Juriſconſultus; Juriſconſultus vero nemo poteſt evadere, niſi edoctus ſit juris divini & humani ſcientiam. Bachov. *ad* τὰ πρῶτα *de juſt. cap.* 1. *num.* 5.

TEXTUS

Juſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi.

COMMENTARIUS.

1. *Quot ſint juſtitiæ genera.*
2. *Quotuplex ſit juſtitia.*
3. *Notatur Hotomannus.*
4. *Probatur rejiciendam eſſe diviſionem illam juſtitiæ in univerſalem & particularem.*
5. *Exponitur Seneca.*
6. *Rejicitur diviſio juſtitiæ in commutativam & diſtributivam.*

1. Genera juſtitiæ duo ſunt, remotum & proximum. Proximum eſt virtus, *Nov.* 69. *pr.* Remotum, conſtans & perpetua voluntas. Placuit autem Juſtiniano uti potius genere juſtitiæ remoto, quam proximo, vel quia nihil intererat, quodnam exprimeret, vel quia juſtitia eſt in voluntate tanquam in ſubjecto, ut dicit Bachov. *ibid. cap. de juſt. num.* 1. & homo dici non poteſt juſtitia præditus, niſi conſtans, immobile, firmum & fixum animi propoſitum habeat unicuique jus ſuum tribuendi. Quod ſiquis objiciat in homine nihil eſſe vel firmum vel ſtabile, *Nov.* 7. *cap.* 2. ſcire debet à Juſtiniano non definiri juſtitiam ratione exiſtentiæ, ut dicunt Philoſophi, qua-

quatenus exiſtit in homine, ſed ratione eſſentiæ, quatenus éſt, vel eſſe, vel exiſtere debet. Juſtitia eſt vel divina, vel humana. Juſtitia divina eſt 2.
Aſtræa vel Themis, Romanorum Dea, quam venerabantur divinis honoribus. Iuſtitia humana, ea, quæ definitur hic. Nec enim diſcedo in 3.
Hotomanni ſententiam, qui *comm. de optim. gen. jur. interp.* ſecutus Accurſium in *l.* 1. §. 1. *ff. h.t.* ſcribit hic definiri juſtitiam divinam, ideoque ſic interpungendam *d. l.* 1. *pr. &* §. 1. *Ius eſt a juſtitia appellatum (nam ut eleganter Celſus definit: Ius eſt ars æqui & boni) cujus merito nos quis ſacerdotes appellet.* Ut vocabulum *cujus* non ad jus,ſed ad juſtitiæ Deæ nomen referatur, cum non alicujus artis, ſed Deorum Sacerdotes nominari conſueverint. Error eſt, quem cenſoria virgula rectè notavit *d.loc.* Bachovius, præterquam enim quod auctoritate Codicum hæc interpunctio careat, non ſemper Pontificem ſacerdos ſignificat, interdum etiam hominem cujuſcunque rei, aut artis, aut diſciplinæ ſtudioſum, aut illi præ cæteris addictum & deditum. Sic apud Cicer. *pro Sext. ſtuprorum ſacerdos.* Apud eundem *pro dom. ſacerdos libertatis.* Præterea finem juris conſtat 4.
eſſe juſtitiam, id eſt, adminiſtrationem juſtitiæ; juſtitia autem divina non eſt adminiſtratio juſtitiæ. Juſtitiam humanam interpretes dividunt in univerſalem & particularem. Ego illam diviſionem explodendam exiſtimo, partim quia, ut opinor, definiri non poteſt,quid ſit juſtitia particularis, partim quia non reperitur in jure, erubeſcimus autem ſine lege loqui, *Nov.* 18. *cap.* 5. *pr.* Si enim univerſalis eſt virtus, aut conſtans & perpetua voluntas unicuique jus ſuum tribuendi per omnes virtutum ſpecies, ut ajunt interpretes, neceſſario ſequitur,ut particularis ſit virtus docens unicuiq; jus ſuum tribuere per unam aliquam virtutis ſpeciem.Sed hoc opus, hic labor eſt, demonſtrare quæ ſit illa ſpecies. Si dicas eſſe juſtitiam, petis principium, & id quidem inepte; ſiquidem quæritur, quæ ſit illa virtus, per quam juſtitia particularis docet unicuique jus ſuum tribuere. Niſi demonſtretur hæc, definitio corruit. Quod ſi definitionem illam nauci non facias, ſed à Juſtiniano initio tituli juſtitiam particularem definiri exiſtimes, non animadvertis prius eſſe probandum diviſionem illam procedere fundatam in legibus, aut in legum ſententia. Nullum ejus in toto jure reperitur veſtigium,nec Iuſtinianus etiam cum definit juſtitiam, dicit ita: Iuſtitia particularis eſt conſtans & perpetua voluntas &c. Sed dicit ſimpliciter; Iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi. Siquis ita definiat: Iuſtitia particularis eſt conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi ſecundum leges civiles; ſcire de-

bet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

bet, non ſolum jura civilia, verum etiam leges naturales & gentium, ex quibus illa jura traxerunt originem, neceſſario requiri ad conſequendam juſtitiam, leges etiam civiles non docere tantum hanc aut illam virtutem, ſed unicuique jus ſuum tribuendum eſſe cunctis virtutibus, *Nov.* 69. *pr.* Siquis id neget, quæſo igitur virtutem illam demonſtret, quam leges excipiunt. Nonne fortitudinem præcipiunt *l.* 6. §. 3. *ff. de re milit. l.* 3. §. *ult. ff. eod.* temperantiam, *l.* 3. §. *in bello ff. cod. l.* 6. §. 2. *ff. de off. proc.* patientiam, *l.* 13. §. 4. *ff. de re milit.* fidem *l.* 1. *ff. de pact.* honeſtatem §. 3. *Inſt. h. t.* pietatem & verecundiam, *l.* 15. *ff. de cond. inſt. Ariſtot.* v. *Eth. pr.* προστάττει δ' ὁ νόμος, καὶ τα τοῦ ἀνδρείου ἔργα ποιεῖν, οἷον μὴ λείπειν τὴν τάξιν, μηδὲ ῥίπτειν τὰ ὅπλα. καὶ τὰ τοῦ σώφρονος, οἷον μὴ μοιχεύειν, μηδὲ ὑβρίζειν. καὶ τὰ τοῦ πράου, οἷον μὴ τύπτειν μηδὲ κακηγορεῖν. ὁμοίως κατὰ τὰς ἄλλας ἀρετὰς καὶ μοχθηρίας, τὰ μὲν κελεύων, τὰ δ' ἀπαγορεύων, *Præſcribit lex & viri fortis opera, veluti non deſerere ordines, non fugere, non abjicere arma, & temperantis, veluti non mœchari, & manſueti, veluti non verberare, non contumeliam alicui inferre, ſimiliter & circa alias virtutes alia quidem præcipiens, alia vero vetans.* Viros bonos Iuriſconſulti contendunt efficere *l.* 1. §. 1. *ff. de j. & j.* juſtus autem particulariter, ut dicatur vir bonus, vix quiſquam admiſerit. Ideoque non caperem, quod eundem Ariſtotelem dixiſſe ſcribit Heſychius *de vir. illuſtr.* ἐνδέχεσθαι φρόνιμον τινὰ καὶ δίκαιον ὄντα, ἀκόλαστον ἢ ἀκρατῆ εἶναι, *aliquando contingere ut prudens & juſtus idem libidinoſus & intemperans ſit*: Niſi illum noſſem diviſionis ejus artificem, quam nos non agnoſcimus; ſcribit enim ad Nicomachum ſatis diſerte loco jam allegato juſtitiam omnes in ſe continere virtutes: Κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη. καὶ οὐθ' ἕσπερος, οὐθ' ἑῷος οὕτω θαυμαστὸς, καὶ παροιμιαζόμενοι φάμεν,

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετὴ 'στι

Virtutum præſtantiſſima videtur eſſe Iuſtitia, & nec Heſperus nec Phoſphorus tanta eſt admiratione dignus; ſolemus etiam illud uſurpare velut proverbium.

Juſtitia in ſeſe virtutes continet omnes.

Non invitus concedo prudentiam, temperantiam, fortitudinem, juſtitiam diſtinctas eſſe virtutes, nec ſtatim eſſe juſtum temperantia, prudentia, fortitudine præditum, ſed nego juſtitiam, quæ ſupra eſt definita, non continere prudentiam, fortitudinem, temperantiam, pudicitiam, modeſtiam, fidem, continentiam. Nego eſſe juſtum æſtuantem libidine; qui enim alteri

alteri eripit pudicitiam, unicuique jus ſuum non tribuit. Quod ſiquis id abſurdum & inauditum exiſtimet, virum fortem & temperantem, quatenus eſt talis vir fortis aut temperans, unicuique jus ſuum tribuere; ubi erit otium, quæſo eum hæc cogitatio ſubeat, vix aliunde poſſe colligi alicujus temperantiam, fortitudinem, patientiam, niſi quis patiens, aut fortis, aut temperans virtutes ejuſmodi vel ad omnium vel ad ſingulorum utilitatem & emolumentum exerceat. Hæc opinor veriſſima, licet alibi 5.
Seneca; *Anguſta eſt innocentia ſecundum leges bonum eſſe. Multa exigunt ab homine pietas, humanitas, juſtitia, fides, quæ extra publicas ſunt tabulas.* Dixi enim leges etiam præcipere fidem, pietatem, humanitatem, juſtitiam, & idcirco virtutem illam cuique jus ſuum tribuendi ſecundum leges civiles dici non poſſe particularem juſtitiam. Nec alio Seneca quam ad merum jus civile, quod ἐπὶ τὸ πλεῖςον nullum habet effectum, *l.* 3. §. 1. *ff. de conſt. pec.* §. 1. *Inſt. de except.* ni fallor, reſpexit, cum eſt ita locutus. Quod ei qui dedit reſtituendum ſit depoſitum, lege ſancitum eſt, *l.* 1. §. 22. *l.* 31. *pr. ff. depoſ.* Quid ſi depoſuit fur, prædo, vel raptor, furi an domino, ſi uterque repoſcat, reſtituendum exiſtimas? Reddendum domino eadem lege ſancitum eſt. *Si per ſe dantem accipientemque intuemur, hæc eſt bona fides, ut commiſſam rem recipiat, is qui dedit. Si totius rei æquitatem, quæ ex omnibus perſonis, quæ negotio iſto continguntur, impletur, mihi reddenda ſunt, quæ facto ſceleſtiſſimo adempta ſunt; & probo hanc eſſe juſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit, ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ juſtiore repetitione*, dicit Triphoninus elegantiſſime in *d. l.* 31. *ff. depoſ.* Actionem ad exhibendum iis quorum intereſt Prætor conceſſerat, nec tamen eam eſſe Prætoris in edicto ſententiam dicit Juriſconſultus in *l. pen. ff. ad exhib.* ut actionem illam ſtudioſo adverſus bibliopolam concedendam exiſtimaverit, licet ejus interſit exhiberi ſibi volumina, quibus inſpectis melior & eruditior poteſt evadere. Jus civile non eſt calumniandum, nec ejus verba captanda ſunt, *d. l. pen. l.* 17. *ff. ad exhib.* Ορῶν τοὺς νόμȣς λίαν ἀκριβῶς συκοφάντης φαίνεται, *Calumniator eſt, qui verba legum intuetur ſcrupuloſius.* Anguſtia eſt innocentia ſecundum leges bonum eſſe, cum verba legum infiguntur memoriæ, vis autem earum non animadvertitur. Actio ad exhibendum non datur cuicunque, qui rem exhiberi ſua intereſſe contendit, ſed ei, cujus intereſt idcirco, quod jus in illa re ſibi docet competere, *l.* 3. §. 3. 4. 5. 6. 7. & *ult. ff. ad exhib.* Erat hoc extra edictum Prætoris, vel, ut Seneca loquitur, extra publicas tabulas, ſed ita tamen edictum illud intelligi ſuadebat humanitas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

nitas, *d. l. pen ff. ad exhib.* Qui filiisfamilias crediderunt pecuniam, id quod dederunt non poſſunt repetere, *l. 1. ff. de SCt. Maced.* Suadet tamen humanitas, ſuadet conſcientia, quod acceptum eſt reddere, *l. 10. ff. eod.* ideoque nec leges etiam reddere prohibent, & ſi reddideris negant illud poſſe repeti quaſi indebitum, *l. 9. §. ult. & d. l. 10. ff. eod.* Ex teſtamento, quod eſt minus ſolenne, non debentur legata, *l. non dubium* 5. C. *de legib. l. 1. in fin. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* laudem tamen merebitur, qui comperta voluntate defuncti, ex conſcientia relicti fideicommiſſi, ut dicit Imp. *in l. 2. C. de fideic.* illud ipſum præſtiterit, *d. l. 2.* Sic opinor intelligendum illud ſapientiſſimi Senecæ, niſi quis ad edictum de aleatoribus illud malit referre, quo Prætor edicit, ſe, ſiquis eum apud quem alea luſum eſſe dicetur, verberaverit, eive damnum, injuriam, aut contumeliam fecerit, aut dolo malo ipſi rem quamcunque ſubtraxerit, non daturum judicium, *l. 1. ff. de aleat.* Quod exemplo pernicioſiſſimum nemo non videt, *l. 51. §. 2. ff. ad l. Aquil. l. 38. ff. de R. V.* humanitati, honeſtati, & pietati contrarium, *l. 13. ff. quod met. c. l. pen. ff. ad exhib. l. non eſt ſingulis 176. ff. de R. I.* ideoque velut παράνομον referendum inter nævos, qui cum in juris venuſtiſſimo corpore deprehendantur tam pauci, nihil eſt verius, quam illud quod dixi leges civiles obſervantiam flagitare
6. quarumcunque virtutum. Quapropter exploſa diviſione juſtitiæ in univerſalem & particularem, eam etiam, qua vulgo dividitur in commutativam & diſtributivam ut explodamus neceſſe eſt, rejectam jam olim à Clariſſimo Hobbes *tract. de cive cap. 3. num. 6.* Qui enim juſtitiam vel univerſalem vel particularem ut jure civili incognitam rejicit, eum nec ejus ſpecies oportet agnoſcere, quia non entis nullæ ſunt qualitates, ut dicunt Philoſophi. Quod ſi juſtitiam unam & ſimplicem ita velis dividere in commutativam & diſtributivam, omnia, quæ occurrunt in jure, ad duas illas ſpecies referre non poteris, cum tamen omnia quæ in eo tractantur, Juriſconſulti neceſſario requirant ad adipiſcendam juſtitiam. Quo enim referes rei vindicationem, & modos acquirendi rerum dominia ex jure gentium, ut ſunt occupatio, acceſſio, ſpecificatio, confuſio? Quo materiam ſervitutum? Quo uſucapionem? quæ nec eſt præmium, nec pœna, nec contractus, nec obligatio, ideoque nec ad commutativam, nec ad diſtributivam juſtitiam pertinet. Compelli rem reddere, qui rem meam poſſidet, flagitare juſtitiam nemo negabit, nec quiſquam tamen vel ad commutativam vel ad diſtributivam id pertinere contendet, quicunque cogitaverit nec ex contractu, nec ex delicto eum obligatum, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

qui rem meam poſſidet, ut eam reſtituat. Nec enim mecum contraxit, aut mihi deliquit, qui rem meā emit mihi metu extortam, aut vi, vel injuria, vel furto ablatam, mihi tamen vindicanti eam reddere debet, quia ego ſum dominus, & ille rem poſſidet, *l.23. pr. l. officium 9. ff. de rei vind. l.un. C. de alien. jud. mut. c. fact.* Non ignoravit id Grotius *de jur. bell. & pac. c. 1. n. 8. & 2. de jur. bell. & pac. c. 10.* licet eum verbo *obligationis* ibidem abuſum eſſe recte notaverit Clariſſimus Wiſſenbach ad *rubr. C. de rei vind.*

TEXTUS

§. I. *Juriſprudentia eſt divinarum atque humanarum rerum notitia, juſti atque injuſti ſcientia.*

COMMENTARIUS.

1. *Jus & juriſprudentia an differant.*
2. *Juris etymologia.*
3. *Juriſprudentiæ definitio non eſt latior ſuo definito.*

SIc Ulpianus etiam juriſprudentiam definit in *l. 10. ff. h. t.* Jus autem definitur ars boni & æqui in *l. 1. ff. eod.* Unde quærunt interpretes, an jus & juriſprudentia differant. Puto autem dicendum 1.
definitiones illas differre verbis duntaxat, re ipſa non item. Perinde enim erit, utrum juriſprudentia definiatur ars boni & æqui, an divinarum atque humanarum rerum notitia, &c. item perinde utrum jus definiatur divinarum atque humanarum rerum notitia, juſti atque injuſti ſcientia, an ars boni & æqui, ut in *d. l. 1.* Diſſ. Marcil. *h. ad* §. 1. Quod ſi id verum ſit, nec quicquam diſcriminis inter jus & juriſprudentiam poſſit oſtendi, puto etiam perinde, utrum juriſprudentiam an jus à juſtitia velis appellatum defendere. Nemo enim etymologiam putet eſſe Grammaticam, cum ita dicit Ulpianus in *l. 1. pr. ff. h. t. Juri operam daturum prius noſſe oportet, unde nomen juris deſcendat. Eſt autem à juſtitia appellatum.* Alia eſt etymologia Grammatica, ſecundum quam juris origi- 2.
nem non aliunde quam ab ipſo *Jove* petendam eſſe contendit doctiſſimus Grotius in *prolegom. de jur. bell. & pac.* vel forte verius per abſciſſionem, ut dicit *in not. ut ex eo quod fuit oſſum factum eſt os, ita ex eo quod fuerat juſſum factum jus, juſis, poſtea juris, ut ex Papiſiis Papirii.* Alia vero

 Phi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Philoſophica, ſecundum quam à juſtitia jus traxit originem, ut Venus à venuſtate, à ſapientia ſapiens, pactum à pactione, *l.* 1. §. 1. *ff. de pact.* prius enim pactio, ſeu duorum conſenſus, unde pactum exoritur, prius etiam ſapientia, deinde vero ſapiens, ut docet ex Iſidor. 10. *etymolog.* vir acerri-
3. mi judicii Ant. Contius 2. *lect. cap.* 6. Nequis autem juriſprudentiæ definitionem latiorem exiſtimet, ſciendum eſt Juriſconſultum res divinas & humanas conſiderare non aliter, quam quatenus quæritur, quid in iis ſit juſtum, aut quid ſit injuſtum. Ideoque nec Phyſicæ, nec Theologiæ definitio convenit. Phyſici ſcopus eſt contemplatio tantum. Theologus vero res divinas conſiderat, quatenus agitur de fide Chriſtiana, de Symbolo Apoſtolorum, de decem præceptis, de cultu & reverentia exhibenda divino numini. Juriſconſultus autem quatenus quæritur, an res ſint communes, an publicæ, univerſitatis, nullius, an ſingulorum, an poſſint vendi, donari, oppignorari, vel in alium transferri, ut jure rerum illarum omnium cognito poſſit unicuique jus ſuum tribuere. Commune pluribus igitur diſciplinis ſubjectum huic aut illi per modum conſiderandi poteſt proprium effici, ut recte dicit Bachov. ad *τὰ πρῶτα cap. de juſtit. n.* 5. Et ſic omnino dicendum eſt, ſi tempus illud conſideres, quo Romani ejerato cultu imaginum Deum verum & unicum cœperunt agnoſcere: nam antequam Conſtantinus invaſiſſet imperium, cum JCti, quorum plerique tum erant Pontifices *l.* 1. §. 6. *ff. de or. jur.* de jure divino etiam reſpondere ſolerent, mirum eſſe non potuit, quod diceret Ulpianus juriſprudentiam rerum divinarum & humanarum notitiam. Inde de Scævola Valer. Max. 8. *cap.* 8. *Cum bene ac diu jura civium & ceremonias Deorum ordinaſſet.* Tacit. *annal.* 5. *Haud multo poſt Coccejus Nerva continuus Principis omnis divini humanique juris ſciens, integro ſtatu, corpore inlæſo moriendi conſilium cepit.* Cicero 3. *de Orat.* *Ad quos olim & ita ambulantes, & in ſolio ſedentes domi ſic adibatur, non ſolum ut de jure civili ad eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio aut negotio referretur. Hæc fuit P. Craſſi illius veteris, hæc T. Coruncanii, hæc proavi generi mei, Scipionis prudentiſſimi hominis ſapientia, qui omnes Pontifices maximi fuerunt, ut ad eos de omnibus divinis atque humanis rebus referretur: iidemque & in ſenatu, & apud populum, & in cauſis amicorum, & domi & militiæ conſilium ſuum fidemque præſtabant.* Et hæc eſt etiam ratio, cur jus publicum in ſacris & Sacerdotibus dicatur conſiſtere in *l.* 1. §. 2. *ff. h. t. Briſſon.* 4. *antiq.* 16.

TEX-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

TEXTUS

§. II. His igitur generaliter cognitis, & incipientibus nobis exponere jura populi Romani, ita videntur poſſe tradi commodiſſime, ſi primo levi ac ſimplici via, poſt deinde diligentiſſima, atque exactiſſima interpretatione ſingula tradantur, alioqui, ſi ſtatim ab initio rudem adhuc & infirmum animum ſtudioſi, multitudine ac varietate rerum oneraverimus: duorum alterum, aut deſertorem ſtudiorum efficiemus, aut cum magno labore, ſæpe etiam cum diffidentia (quæ plerunque juvenes avertit) ſerius ad id perducemus, ad quod leviore via ductus, ſine magno labore, & ſine ulla diffidentia maturius perduci potuiſſet.

COMMENTARIUS.

1. *Studio juris quod tempus præſcriptum.*
2. *Dupondii, edictales, Papinianiſtæ, λύται, προλύται.*

CAſſiodorus egregie 1. *var.* 40. *Focos ipſos comprehendere virgultis teneris inchoamus: cæterum ſi robora primis ſcintillis adhibeas, igniculum opprimis, quem fovere contendis. Sic animi hominum, niſi prius leniter fuerint imbuti, ad hoc quod tendis, idonei nequeunt reperiri. Primordia cuncta pavida ſunt: & aliter timiditas non tollitur; niſi cum rebus neceſſariis novitas abrogatur.* Juſtinia- 1.
nus non ſolum levi ac ſimpliciſſima via juris ſtudioſum ad juriſprudentiam deducere voluit, verum etiam ne feſtinando immodicè graſſaretur per ambitum aut corruptis ſuffragiis ad ſummos honores ſtudio juridico præſcripſit quinquennium, præſcriptis etiam materiis, quas ſingulis annis debebat ediſcere, *conſt. de rat. & meth. jur. doc.* Primi anni ſtudioſos, 2.
qui olim contumelioſo nomine appellabantur dupondii, Juſtinianeos novos appellari præcepit, ſecundi edictales, tertii Papinianiſtas, quarti vero λύτας, quinti προλύτας, *ead. l. un.* Cont. 1. *lect.* 11. Baccalaureos λύταις, id eſt, legum ſolutoribus, Licentiatos προλύταις Alciatus *lib.* 2. *prætermiſſ.* comparandos exiſtimat. Quæ tamen comparatio Hiſpanorum inſtitutis non eſt ſatis conveniens, apud quos Baccalaurei non minus quam Advocati juri debent operam dare quinquennium, Licentiati autem ibidem renunciantur non aliter, quam ſi præter illud quinquennium, quo ſtudiis dederunt operam, aliud iterum quinquennium publice legerint, ut ſcribit Gomezius *ad l. Taur.* 2. *n.* 5. 7. 9. Mirum id fortaſſe non-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

nullis videbitur, qui nimirum ignorant Hiſpanos, & qui ſequuntur eos in Academia Lovanienſi Brabantos Licentiatum non minus quam juris Doctorem ab Advocato diſtinguere. Licentiatus enim apud eos Advocato eſt dignior, juris Doctor autem Advocatis adhuc longe honoratior, ut ex iis ſatis apparet, quæ tradit loco jam allegato Gomezius. Nec Advocatus apud eos ad judicandum admittitur; ſolum enim admittunt, qui probare poteſt inſtrumento, quod confecit notarius, totum decennium frequentaſſe ſe Academiam. Gomez. *ibid.* Apud Romanos quinto anno elapſo Candidatus examini ſe ſubjicere poterat, eoque peracto præſente viro clariſſimo Rectore provinciæ jurabat præceptor ejus juriſconſultus eum juriſperitia affatim inſtructum. Teſtimonium & argumentum eruditionis id erat ampliſſimum, quo adſcriptus Advocatis & inſertus matriculæ patrocinium reorum ſuſcipere poterat, *l.* 11. §. 1. *C. de advoc. div. jud.* Pancirol. 1. *lect.* 23. *&* 2. *lect.* 245.

TEXTUS

§. III. *Juris præcepta ſunt hæc: honeſte vivere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere.*

COMMENTARIUS.

1. *An plura dentur juris præcepta quam tria.*
2. *Nihil contrariatur tribus juris præceptis, niſi l.* 1. *ff. de aleat.*
3. *Non contrariantur iis conjunctiones meretriciæ.*
4. *Quid concubina, quid meretrix.*
5. *Jure civili non permitti concubinatum probatur latiſſime.*
7. *Explicatur l.* 9. §. 7. *ff. de pecul.*
7. *Quid ſignificet naturaliter in l.* 16. §. 4. *ff. de min. & ejus legis ſententia.*
8. *L.* 2. *C. de reſc. vend. in rebus mobilibus non habet locum in Gallia.*
9. *Cum juris præceptis an pugnet tranſactio.*
10. *An pugnet uſucapio. Probatur quod non, & quidem prolixius.*

1. PLeraſque juris regulas juris eſſe præcepta, ideoque dari etiam plura quam Juſtinianus hic retulit nemo negaverit. Imperator tamen hæc tria propoſuit, quia reliqua omnia nullo negotio ad hæc poſſunt referri. Sed ſiquis quæſiverit, cur ergo non unum nimirum honeſte vivere propoſuiſſe ſuffecerit, cum ad illud

unum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

unum reliqua duo poſſint etiam referri, dicendum exiſtimo placuiſſe Juſtiniano hæc tria proponere, quia primum magis pertinebat ad nos, ſecundum ad alios, tertium cum ad nos, tum ad alios. Sed imprimis hic quæritur, an omnia, quæ continentur in jure, cum his tribus præceptis ſatis bene conveniant. Primum enim concubinatus & conjunctiones meretriciæ, ſecundum circumſcriptiones in pretio, item *l.9. §.7. ff. de pecul. l.1. pr. ff. de aleat.* tertium tranſactio & uſucapio vix ac ne vix quidem videntur admittere. Meo tamen judicio nihil horum contrariatur tribus illis 2.
præceptis niſi *d. l. 1. ff. de aleat.* qua Prætor edicit ſe, ſiquis eum apud quem alea luſum eſſe dicetur, verberaverit, eive damnum aut injuriam fecerit, ſive quid eo tempore dolo malo ſubtraxerit, non daturum judicium. Quod contrariatur non ſolum §. 3. *Inſt. h. t.* verum etiam *l. 38. ff. de rei vind. l. 51. §.2. ff. ad l. Aquil. l.1. §.4. ff. ad Sct. Turpil. l. 14. C. de Jud. l. 13. ff. Q. met. C. l. pen. ff. ad l. Jul. de vi privat.* Non eſt ſingulis concedendum, quod publice per magiſtratum fieri poſſit, ne ſit occaſio majoris tumultus faciendi, dicit Iuriſconſultus in *l. 176. ff. de R. J.* Impune quidem licet latronem occidere, *l. 1. & 2. C. Qu. lic. unic. ſin jud.* ſed alia longe latronis eſt ratio, alia ejus apud quem alea luſum eſſe dicetur. Latronem intereſt Reipublicæ à quovis occidi, ne alioquin fugiens pœnam commeritam poſſit eludere, nullum autem, ut opinor, ab eo periculum apud quem alea luſum eſſe dicetur, ne ſe publicæ vindictæ conetur ſubducere. Quapropter privatis quidem nihil injuſtum adverſus aleatores aut eorum hoſpites jure Gallorum perpetrare permittitur, ejus tamen ædes, qui colluſores ſuſcepit, redigendas in fiſcum arreſto memorabili, quod regiis conſtitutionibus inſertum eſt poſtea, Senatum Pariſienſem *Anno* 1547. 6. *Kal. April.* cenſuiſſe doctiſſimus Choppinus mandavit memoriæ 3. *mor. Par.* 3. *n.* 13. Quod ad conjunctiones meretricias atti- 3.
net, eas jure permiſſas eſſe probari non poterit. Non enim punitur, quod jure permiſſum eſt, *l. Gracchus* 4. *C. ad l. Jul. de adult.* Atqui meretrices puniuntur infamia, *l.41. pr. l.43. pr. & §§. ſeqq. ff. de rit. nupt. l. 3. §. 5. ff. de teſt. l. pen. ff. de h. q. not. inf. junct. l. 1. C. de ſtat. & imag. l.8. C. de calumn.* Suet. *in Domit. cap.* 8. *Probroſis fœminis lecticæ uſum ademit, juſque capiendi legata hæreditateſque.* Idem *in Tiber. cap.* 35. *Fœminæ famoſæ, ut ad evitandas legum pœnas jure ac dignitate matronali exſolverentur, lenocinium profiteri cœperant.* Tacit. *annal.* 2. *in fin.* *Veſtilia licentiam ſtupri apud Ædiles vulgaverat, more inter veteres recepto, qui ſatis pœnarum adverſum impudicas in ipſa profeſſione flagitii credebant.*

Liv.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Liv.*lib.*39.*cap*.43. *Placentiæ famoſam mulierem, cujus amore deperiret, in convivium arceſſitam ſcribit, ibi jactantem ſeſe ſcorto inter cætera retuliſſe, &c.* Lenones autem, qui meretrices proſtituunt, Juſtinianus voluit affici capitali ſupplicio, *Nov.* 14. *cap.* 1. *vers. Præconizamus*, omnino tandem vetitis conjunctionibus meretriciis, poſtquam ejus uxor Theodora ſcorta ferme quingenta in adverſam Boſphori partem relegata retruſiſſet in monaſterium τὸν βίον μεταμφιέσασθαι ἀναγκάζουσα, ut loquitur Procopius *in Arc. Hiſt.* qui idcirco etiam idem illud monaſterium dictum μετάνοιαν diſerte teſtatur 1. *de ædific.* μοναστήριον μεγαλοπρεπὲς κατεστήσατο, καταγώγιον ταῖς μεταμελουμέναις γυναιξὶν ἔσται τῷ προτέρῳ βίῳ ἐσόμενον. διὸ δὴ καὶ μετάνοιαν, τοῦτο δὴ τῶν γυναικῶν τὸ διαιτητήριον ὁμωνύμως τῷ ἔργῳ ἐπονομάζουσιν, *Monaſterium ædificavit magnificum, domicilium fœminis prioris vitæ pœnitentiam acturis. Quapropter illud etiam appellant Pœnitentiam.* Non adverſantur *l.* 27. §. 1. *ff. de pet. her.l.*22.*&* 29.*C.ad l.Jul.de adult. l.* 5. *C. de cond. ob turp.cauſ.* Ad *l.*27. §. 1. reſpondendum eſt ex *l.* 13. *C. de ſent. & interl. & l.* 12. *ff. de offic. præſ.* Ad *l.* 22. *&* 29. conſequentiam nullam eſſe, Adulterii crimen ceſſat in meretrice, ergo permiſſa eſt meretricum conjunctio. Ad *l.* 5. autem nihil ibi proponi,ex quo poſſit conſtare factum ejus,qui uxoris pudicitiam
4. venalem habuerat, probari à Principe. Eſt autem meretrix, quæ paſſim & ſine delectu vicem proſtitutæ ſuſtinet, *l.* 43. §. 1. *ff. de rit. nupt.* Concubina vero fœmina, quæ degit cum cœlibe uxoris loco ſine juſtis nuptiis, ἡ συζῶσα τινὶ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ νομίμως χωρὶς γάμου, ut Græci defi-
5. niunt. Forner. 1. *rer. quot.* 22. Sed ſano ſenſu illud νομίμως oportet intelligas, quia nec concubinas nec concubinatum jus civile permittit, ut enim dixi, Quicquid punitur non eſt jure permiſſum, *d. l.*4.*C.ad l. Jul. de adult.* Atqui concubinæ puniuntur infamia, *d. l.* 41. *pr. &* §. 1. *ff. de rit. nupt. junct. l.* 46. *ff. de V. S.* Negantur enim non ſolum matresſamilias *d. l.* 41. non ſolum matronæ, *l.* 13. *pr. ff. ad l. Jul. de adult.* verum etiam honeſtæ, *l.* 3. *pr. ff. de concub. l.* 49. §. 4. *ff. de leg.* 3. ubi intelligitur per *dignitatem* honeſtas; dignitas enim proprie ſic dicta non cadit in fœminas, *l.*2. *ff. de reg. jur.* Si honeſta non ſit fœmina, *d. l.* 3. *pr. d. l.*49. §.4. *ff. de leg.* 3. neceſſario ſequitur eam eſſe famoſam. Tertium non datur. Idem etiam ſequitur, ſi nec ſit matrona, *d. l.* 13. nec materſamilias *d. l.*41. §. 1. Opponuntur enim materſamilias & mulier infamis. Valer. Max. 5. *cap.* 2. *num.* 1. *Veſtia Opidia materſamilias & Cluvia Facula meretrix.* Opponitur etiam impudica matronæ, Romani enim, ut dicit Cedrenus

hiſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

hiſt. compend. pudicas mulieres matronas appellant, Græci οἰκοδέσποινας. Imo Romani honeſtas mulieres matronas appellant dicit Oecumenius *cap.*15.*Act.Apoſtol.* ut Pancirolus teſtatur 2. *lect.* 117. Pœna concubinatus ergo fuit infamia. Sed ſiquis interroget, cur ſolam ergo conſuetudinem pellicum Imperator prohibuerit in *l. un. C.de concub.* reſpondendum exiſtimo concubinarum fuiſſe tres ſpecies. Fuit concubina in ſpecie ſic dicta, focaria, & pellex, quam alio nomine Juriſconſultus appellat amicam in *l.* 144.*ff. de V.S.* Concubina rem cum pagano habebat. Focaria corpus miſcebat cum milite. Pellex cum eo, qui habebat uxorem, *l.* 3. *pr.ff. de concub. l.* 2. C. *de donat.int.vir. & ux.d.l.* 144. Pellex autem non ſolum erat infamis, ut cæteræ, verum etiam ille, qui rem habebat cum pellice, licet adulterii accuſari non poſſet, *l.* 6. §.1. *ad l. Jul. de adult.* in legem tamen Juliam incidebat de ſtupris, *d.l.*6. §.1.*l.*34.§.1.*ff.eod.* & ideo marito interdictum eſt pellice, *d. l. un. C. de concub.* quam olim etiam Numa Pompilius præter infamiam adhuc alia pœna puniendam cenſuerat. Feſtus *in voce Pellices. Antiqui eam proprie pellicem nominabant, quæ uxorem habenti nubebat, cui generi mulierum etiam pœna conſtituta eſt à Numa Pompilio hac lege*: PELLEX ARAM JUNONIS NE TANGITO. SI TANGET JUNONI CRINIBUS DEMISSIS AGNUM FOEMINAM CÆDITO. Contra, qui concubinam aut focariam habebat in contubernio, accuſari nec ſtupri nec adulterii poterat, *l.* 3. *pr. &* §. 1. *ff. de concub.* Additur ratio in *d. l.* 3. §.1. quia concubinatus per leges nomen aſſumpſit, id eſt, per leges Julias de ſtupris & adulteriis, quæ concubinatum, aut ut dicit Sueton. *in Veſpaſ. cap.* 3. *in fin.* contubernium non puniunt *d.l.*3. §.1. Briſſon. *lib.ſing.ad l. Jul. de adult. verb. STUPRUM.* Jam autem non ſequitur; Concubinatus, aut potius ille qui rem habebat cum concubina, pœna legibus Juliis ſancita non caſtigatur, ergo concubinatus eſt jure permiſſus, non magis quam ſequitur, Cædem Lex Cornelia de falſis non vindicat, ergo homicidium perpetratur impune. Si concubinatus ſimpliciter ſit jure permiſſus, cur liberi ergo ſunt illegitimi, qui concubina naſcuntur, §.12. *Inſt. de nupt. nov.* 89. *cap.* 9. *& cap.* 11. *nov.*117. *cap.*2.*l.*16.*ff.de h.q.ut indign. l. ult. C. de nat. lib.* Qualis effectus, talis eſt cauſa, Qualis cauſa talis effectus, ut dicunt Philoſophi. Reſponderi autem, ſi hæc intelligantur, facillime poterit ad *l.*5.C. *ad SCtum Orfic* quæ licitam conſuetudinem concubinatum appellat, nimirum legibus Juliis permiſſam & licitam, quæ concubinatui pœnam non irrogant. Idem ſiquis reſponderit ad *l.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

§. *ult. ff. de concub.* non, opinor, erraverit. Nihil enim aliud illa docet aut innuit, quam eum, qui habet concubinam cujuſcunque ætatis, modo jam nata ſit annos duodecim, non incurrere pœnam illam, qua illi plectuntur, qui rem habent cum fœmina, quæ nondum matura non poteſt legem accipere muliebris patientiæ, ut dicit Petronius, *l.25. ff. de injur. l.38. §.3. ff. de pœn.* Quam autem ineptum, ſiquis ſic argumentari voluerit: Qui habet concubinam natam annos duodecim in illas leges non incidit, ergo concubinatus eſt jure permiſſus. Nec fortius poterit argumentum proponi ex *l. ult. ff. eod. de concub.* cujus hæc eſt ſententia: Ei qui provinciæ cum imperio præeſt, habere licet concubinam ex eadem provincia, licet nuptias cum provinciali non poſſit contrahere. Sunt enim ſpurii, qui naſcuntur ex matrimonio, quod provincialis contraxit cum Præſide, *l. 38. pr. l.65. §. 1. ff. de rit. nupt.* Naturales autem non ſpurii, qui naſcuntur ex concubina, etiamſi ſit oriunda ex eadem provincia, in qua magiſtratus, cui cohabitat, adminiſtrat imperium, *d. l. ult.* Sed illi qui diſſentiunt inter cætera ſolent etiam hoc argumentum adducere: Quicquid eſt privilegiis à jure munitum, id eſt jure permiſſum, Concubinatus eſt privilegiis à jure munitus, ergo jure permiſſus. Probant autem minorem argumento quod ſequitur: Si non ſint ſpurii, qui concubina naſcuntur, verum naturales, & poſſint etiam patri, cui non ſupereſt proles legitima, ab inteſtato in ſextantem ſuccedere, ſpurii non poſſint, *auth. licet* C. *de nat. lib.* ergo concubinatus eſt privilegiis munitus: Spurios enim nulla lex admittit ad ſucceſſionem paternam, *d. auth. & nov. 89. c. ult.* Verum reſpondeo. Quod ſpurii patri non poſſint ſuccedere, naturales autem aliquando ſuccedant in duas uncias, non debet hæc reddi ratio, quia concubinatus eſt privilegiis munitus, ſed quia ſpurii nec patrem legitimum, nec illegitimum intelliguntur habere, *l.2. ff. de in jus voc. §. 12. Inſt. de nupt.* naturales autem illegitimum habent, *d. auth. d. nov.* 89. cui proinde non ex aſſe ſuccedunt, quia eſt illegitimus, ſed ex ſextante duntaxat. Cujac. *parat. C. de nat. lib.* Joſ. Scal. *not. ad Feſt. in voce Nothum. Filiis enim naturalibus relinqui conſtitutiones, quantum voluerint, ideo prohibuerunt, quia vitium paternum refrenandum eſſe exiſtimaverunt*, verba ſunt *l. ult. C. de nat. lib.* Patri ſuccedere non eſt privilegium, ſed jus eſt commune, *l. cum ratio 7. pr. ff. de bon. damn. l. 7. §. 1. ff. ſi tab. teſt. ext.* Quod ſi ſit privilegium patri ſuccedere, ſpuriis etiam privilegium à lege conceſſum eſt: matri enim meretrici ſuccedere poſſunt, *l. 29. §. 1. ff. de inoff. teſt. l. 4. l. 8. ff. und. cogn.* Matrem habent, licet ſit illegitima, *d. l.29.* patrem non habent, ne ille-

illegitimum quidem *d.* §. 12. *d. nov.* 89. Patri proinde, quem in rerum natura non intelliguntur habere, non poſſunt ſuccedere, matri vero poſſunt, quia mater, ut dicimus, non facit baſtardum, *l.* 5. *ff. de in jus voc.*

Sed inſpiciamus jam *l.*9.§.7.*ff. de pecul. licet enim etiam ſervis naturaliter in ſuum corpus ſævire*: cui graviſſime videtur obſtare non ſolum quod habetur *h. in* §. 3. verum etiam quod habetur in *l.* 23. §.3 *ff. de ædil. ed. Malus ſervus creditus eſt, qui aliquid facit, quo magis ſe rebus humanis extrahat.* Sed aliter apparebit rem intuenti exactius. *Naturaliter* enim non jure naturali, ſed de facto ſignificat, quemadmodum ſumitur in *l.* 49. *ff. de ſolut. Licet* autem non denotat id quod jure permiſſum eſt, ſed id quod inter homines pœnæ non ſubjacet. Grot. *de jur. bell. & pac.* 3. *cap.* 4. *n.* 2. Hoc quidem ſequitur; Quod eſt permiſſum, id jura non puniunt, *d. l.*4. *C. ad l. Jul. de adult.* illud autem non item; Quod non punitur, id jure permiſſum eſt, *l.* 14. §. 14. *ff. de relig. & ſumpt. fun.* ubi expreſſe: *Divus Marcus reſcripſit eum hæredem, qui prohibet funerari ab eo, quem teſtator elegit, non recte facere, pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe.* Porro ſervi non puniuntur, ſi ſemetipſos occiderint, quia ne homines quidem liberi puniuntur, ſi tædio vitæ ſibi mortem conſciverint; metu enim criminis ſi reus id fecerit, bona ejus omnia rediguntur in fiſcum, *l.* 3. *pr.* §. 4. & §.6. *ff. de bon. eor. q. ant. ſent.* Dixi *naturaliter* pro ipſo facto accipiendum in *d. l.*9.§.7. Interdum idem quod inſpecta rei veritate ſignificat. Sic dos naturaliter manere dicitur in uxoris dominio, *l.* 30. *C. de jur. dot.* Interdum id etiam quod eſt moris recepti & paſſim in uſu, ut in *l.* 7. *ff. de reg. jur. earumque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt teſtatus & inteſtatus.* Non obtinebat id jure naturali aut gentium, nequis partim teſtamentarios partim legitimos hæredes relinqueret. Apud Romanos ſolum regulæ locus erat: apud alios non item, imo nec ſemper apud Romanos obtinuit, *l.* 6. *ff. de teſt. mil.* §. 5. *Inſt. de her. inſt.* 6.

Atque ita videtur etiam naturaliter accipi in *l.* 16. §.4. *ff. de min.* Idem 7.
Pomponius ait in pretio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus ſe circumvenire. *Naturaliter*, id eſt, ἐμπορικῶς, prout inter mercatores eſt paſſim receptum, ut dicit Juſtinianus in *Nov.* 97. *cap.* 1. Pretia rerum cum non poſſint conſiſtere in puncto indiviſibili, valebit venditio, ſi id quod pluris eſt, emam minoris, aut id quod minoris eſt, pluris vendiderim, *d. l.*16. §. 4. *l.* 22. §. *ult. ff. locat.* eo enim voto unuſquiſque mercatur, ut rem ſuam augeat etiam cum alieno diſpendio *l.* 8. *C. de reſcind. vend. Alioquin ſi hoc augendi inter cives patrimonii ſtudium, ac*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

laborum periculorumque condimentum ſuſtuleris, ſuccisis commerciorum nervis facile hominum animos ad inertiam ſocordiamque traduxeris, dicit recte Fornerius vir multæ lectionis *6. rer. quot.* 20. Naturaliter ergo fieri circumventio dicitur, quia paſſim eſt uſitatum & inter contrahentes receptum, ut venditor videatur donare quod deeſt, emptor autem, quod veram æſtimationem aut pretium excedit. Si ergo conſenſu & voluntate contrahentium intelligatur hoc fieri, nequicquam alteruter queretur ſe læſum, cum volenti fieri non poſſit injuria, *l.* 1. §. 5. *ff. de injur.* Symmach. 2. *epiſt.* 87. *Vox juris ac legum eſt: bonæ fidei contractum non poſſe reſcindi.* Hoc ſolum notandum eſt non aliter haberi pro æqualitate inæqualitatem illam in quam utrimque conſenſum eſt, quam ſi nec interceſſerit mendacium, nec dolus, nec ejus reticentia quod dictum oportuit, nec etiam læſio ultra ejus pretii, quo revera res digna eſt, partem dimidiam. Nam dolus ſi interceſſerit, aut ipſo jure contractus eſt nullus, aut eſt infirmandus actionis remedio. Ipſo jure non valet, ſi ſit bonæ fidei, & dolus dederit cauſam contractui, *l.* 7. *pr. ff. de dol. l.* 3. §. *ult. ff. pro ſoc. l.* 16. §. 1. *ff. de min.* Si ſit ſtricti juris, vel dolus in bonæ fidei contractum inciderit, aut actionis remedio, aut exceptionis licet ipſum reſcindere, §. 1. *Inſt. de except. l.* 11. §. 5. *ff. de act. empt. l.* 13. §. 4. *&* 5. *ff. eod. l.* 36. *ff. de V. O. l.* 5. *C. de inutil. ſtip. l.* 12. §. 1. *ff. de jur. dot.* Dolus dicitur dare cauſam contractui, cum non contracturus alioquin arte quadam ad contrahendum impellitur, *d. l.* 7. *pr.* Incidere dicitur, cum quis non ad contrahendum inducitur, ſed verbi gratia, ad pluris emendum vel minoris vendendum, *d. l.* 11. §. 5. Cujac. 8. *obſ. cap.* 10. Perez. *in tit. C. de dol. mal. num.* 6. Coſtal. Buſ. *ad l.* 7. *ff. de dol.* Vinn. *quæſt. illuſt.* 12. Groeneweg. *ad Grot.* 3. *man.* 48. Quod ſiquis reticuerit id quod dictum oportuit, vel ſimpliciter dixerit aut adeſſe quod abeſt, aut abeſſe quod adeſt, contractus reſcinditur ex edicto ædilitio per actionem redhibitoriam aut quanto minoris. Actio redhibitoria eſt actio perſonalis, quæ datur emptori adverſus venditorem, ut re morboſa vel vitioſa recepta reſtituat pretium. Quanto minoris eſt actio perſonalis, quæ datur emptori adverſus venditorem, ut reddat, quanto minoris rem fuiſſet empturus, ſi conſtitiſſet ipſi de rei venditæ vitio, *l.* 1. §. 1. *l.* 19. §. *ult. l.* 23. §. 1. *l.* 27. *l.* 28. *l.* 38. *ff. de ædil. ed.* Cujac. *ad l.* 75. *ff. de V. S.* Mev. *ad jus Lubec.* 3. *tit.* 6. §. 14. *n.* 1. *& ſeqq.* Quod ſi læſus ſit alteruter ultra partem dimidiam, verbi gratia, ſi rem dignam decem vendiderit quatuor, aut emerit ſedecim, poterit implorare reſciſſionem contractus ex *l.* 2. *C. de reſc. vend.* ſive dolo alterius, ſive ſine dolo ſe læſum probaverit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

verit, dolo enim læſus, etiamſi non ſit læſus ultra partem dimidiam, con-
dictionem ex *l.* 3. *C.comm.utr. jud.* inſtituere poterit, ut reſcindatur ven-
ditio. Ita Parens meus *p. m. de auction. l.* 1. *cap.* 16. *n.* 40. quem, ut ſolet
interdum, ſuppreſſo nomine ad *d.l.*3.ſecutus eſt Wiſſenbach. Sed ne ſimus 8.
longiores, & in jus Gallorum hic inquiramus præterea, quod locum eſſe
noluit *d. l.* 2. in rebus mobilibus, niſi res ſint pretioſæ, quæ habentur pro
immobilibus, ut tradunt Choppin, 1. *Pariſ. tit.*1. *n.*2. Maſuer. *prax. jud.
tit. de empt. vend.* Imb. 1. *Inſt. for.* 34. *& in not. lit.* 1. Mornae. *ad l.*2.*C.
de reſc. vend.* videamus an non tertio præcepto, quod ſuum cuique dictat
eſſe tribuendum, repugnet tranſactio. Vix eſt, qui non inclinavit in nega- 9.
tivam ſententiam, excepto avo meo *p. m.* qui *Colleg. Fundam. jur. diſp.*7.
th. 15. in alia omnia eundum exiſtimat, cum ipſe Deus videatur vetuiſſe
tranſactionem de crimine *Num.* XXXV. *v.*31. & impingat illa tranſactio in
l.ita vulneratus 51. §. 2. *ff. ad l. Aquil. l.*1. §. 1. *ff. Si is q. teſt. lib.es.jus.*
Sed recte, ni fallor, eſt ab aliis reſponſum Deum non cuilibet, ſed ſoli ma-
giſtratui legem ſcripſiſſe, nec indulgeri malitiis, aut aboleri tranſactioni-
bus crimen aut maleficium, cum accuſari reus iterum à quolibet alio, at-
que ita ſatisfieri Reipublicæ poſſit, *l.*2.*C.de abolit.l.*3.*C.pro quib. ca. ſerv.
pr.præm.*Wiſſenb.*ad l.*18.*C.de tranſact. & exerc. ad Pand.diſp.*10.*th.*14.
Connan. 5. *comm.* 7. Bartol. *in l.* 1. §. *neque adeo ff. de inj.*

Ut autem ſunt pauci, qui tranſactionem juri divino crediderunt eſſe 10
contrariam, ita etiam nemo fere præter Alciatum uſucapionem velut ter-
tio præcepto adverſam & inimicam laboravit convellere. Is enim primus
eam negavit eſſe juſtum & legitimum modum acquirendi rerum dominia
ad *l.*5.*C.fin.reg.* Cujus errori cum Ameſius poſtea *lib.* 5. *de caſ. conſc. cap.*
41. album calculum adjicere non dubitaverit, diſputemus, an recte. Puto
autem uſucapionem in omni jure fundatam eſſe, in jure naturali, divino,
canonico, civili, & jure gentium, ideoque juſtum & legitimum acquiſi-
viſſe dominium, qui rem uſucepit. De jure civili & de jure canonico du-
bitari non poteſt per *l.*1.*ff.de uſucap.l.*11.*ff.de acq.poſſ.l.ult.ff.pro ſoc.l.*2.
*pr. ff.de aq. & aq.pluv. arc.cap.*1. *& cap.ult.& t.tit.ext.de præſcript.* Ar-
gentr. *ad conſ. Brit. art.*269. *n.*20. *&* 21. Sic autem probo quod juris
naturalis & in jure naturali fundata ſit uſucapio. Quod propulſat injuri-
am eſt juris naturalis. Atqui uſucapio propulſat injuriam, Ergo uſucapio
eſt juris naturalis. Minor ita probatur: Quod extinguit & tollit occa-
ſiones injuriarum, propulſat injuriam, Atqui uſucapio extinguit &
tollit occaſiones injuriarum, Ergo uſucapio propulſat injuriam. Probo

minorem: Quicquid tollit dominiorum incertitudinem, extinguit & tollit occaſiones injuriarum, ſemper enim ex dominiorum incertitudine oriuntur injuriæ, rixæ, diſcordiæ, *l.1.ff.de uſucap.§.4.Inſt.de interd.junct. l.13.§.3.ff. de uſufruct.* Atqui uſucapio tollit dominiorum incertitudinem, *d. l.* 1. Major autem argumenti, quod primum propoſui, eſt maniſeſtiſſima; nemo enim negat juris naturalis eſſe propulſationem injuriæ, *l.1.§.27.ff.de vi, l.45.§.4.ff. ad l. Aquil.* cujus veſtigia etiam in brutis animadvertere poſſumus, cum nullum ſit animalculum tam exile, tam tenue, quin vim illatam conetur repellere, *l.1.§.11.ff.ſi quadrup.paup.fec. dic.* Cic. 1.*de offic.Generi animantium omni à natura tributum eſt, ut ſe, vitam, corpuſque tueatur, declinetque ea quæ nocitura videntur.* Cæterum cum injuriæ propulſatio non ſolum juris naturæ, ſed etiam ſit juris gentium, probabitur facile uſucapionem etiam eſſe fundatam in jure gentium. Eſt enim jus gentium, quod ratio naturalis inter omnes gentes conſtituit, §.1.*Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Atqui ratio naturalis uſucapionem inter omnes gentes conſtituit. Quæ ratio naturalis? Quæ dictat occaſiones injuriarum tollendas è medio, *d. l.13.§.3.ff.de uſufr.* Iſocrat. *in Archid.* τὰς κτήσεις καὶ τὰς ἰδίας καὶ τὰς κοινὰς, ἢν ἐπιγίνεται πολὺς χρόνος, κυρίας καὶ πατρῴας ἅπαντες εἶναι νομίζουσι, *Poſſeſſiones & privatas & publicas, ſi longum tempus acceſſerit, firmas & validas omnes eſſe exiſtimant.* Cicer. 2. *de offic. Quam autem habet æquitatem, ut agrum multis annis aut etiam ſeculis ante poſſeſſum, qui habuit, amittat?* Antiqua repoſcere vaniloquentiam vocant hiſtorici; μυθικὰς καὶ παλαιὰς ἀποδείξεις Diodorus Siculus alibi. Quo jure ſubnixus Rex Macedonum Philippus apud Liv.*lib.*32.*cap.*10. Quintio Flaminino Romanorum proconſuli *aliam aliarum civitatum conditionem eſſe reſpondit, quas ipſe cepiſſet, eas liberaturum. Quæ ſibi traditæ à majoribus eſſent; earum hæreditaria ac juſta poſſeſſione non exceſſurum.* Eoque Jephtes etiam munitus Dux Iſraëliticus regi Ammonitarum trecentorum annorum preſcriptionem objecit, quibus Iſraëlitæ poſſederant terras, de quibus ille nullo jure movebat controverſiam avidiſſimus belli, *Judic.* 11. *v.* 28. Qui textus etiam præſtare videtur argumentnm idoneum, quo poſſit probari uſucapionem juri divino non eſſe contrariam. Sane ſi ex jure naturali originem habeat, ſequitur eam etiam habere fundamentum in jure divino. quia jus divinum jura naturalia non evertit aut tollit. Pet. Martyr *loc. comm. claſſ.* 1. *cap.* 10. *tit. de præſcript. & conſuet.* Nec obſtat illud Servatoris effatum *Matth. cap.* 5. Quod tibi non vis fieri, id alteri ne feceris.

Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Nam ego intelligor etiam mihi velle fieri, ut alius rem meam uſucapiens acquirat, ſi ſim tam negligens, ut conſtituto temporis ſpatio non inquiram in eam. Si dicas, Atqui nemo præſumitur ſuum jactare, *l. cum de indebito 25. ff. de probat.* Reſpondeo: ceſſat illa præſumptio, quoties is cujus res cœpit uſucapi, intra tempus legitimum non inquirit in eam. Una enim præſumptio eſt altera ſortior, ut eſt juris notiſſimi. Rem habuiſſe pro derelicto videtur. Vix enim eſt, ut alienare non videatur, qui uſucapi patitur, *l. 28. ff. de V. S.* ex qua etiam reſpondendum eſt *ad l. 11. ff. de R. J.* ſiquis eam objiciat. Grot. 2. *de j. bell. & pac. c. 4. n. 8.* Sed diſſentientes etiam ſolent objicere *§. ult. Inſt. de uſ. & hab. junct. pr. Inſt. de uſucap.* ex quibus faciunt argumentum ejuſmodi. Si uſucapio eſt juris civilis, ergo uſucapio non eſt juris gentium, aut dici non poteſt, quod in eo fundata ſit, Atqui uſucapio eſt juris civilis: Imperator enim cum dixiſſet ſe expoſitis modis acquirendi ex jure gentium deinceps traditurum modos acquirendi rerum dominia ex jure civili *d. §. ult.* ſtatim ſubjicit *titulum de uſucapionibus.* Quaſi vero quod eſt juris civilis ſimul etiam ad jus gentium non poſſit referri. Jus civile à jure gentium non recedit in totum, dicit Juriſconſultus in *l. 6. ff. de juſt. & j.* Si recederet in totum, ne donatio quidem dici poſſet juris gentium, cum non minus quam uſucapio referatur inter modos acquirendi rerum dominia ex jure civili, *d. §. ult. junct. pr. Inſt. de donat.* Ne pactum quidem legitimum, ut dicit Cujacius vir maximi nominis ad *l. 6. ff. de pact.* Adducunt etiam, qui à nobis diſſentiunt Doctorum illud brocardicum: Pœna debet eſſe proportionata delicto, Atqui nulla eſt proportio inter delictum & pœnam. Vero igitur domino re reſtituta puniatur potius pœna pecuniaria, qui in rem ſuam non inquiſivit diligentius. Sed recte dicit Ariſtoteles 5. *Eth. cap. 7.* ἐξ ἀρχῆς μὲν οὐθὲν διαφέρει οὕτως ἢ ἄλλως· ὅταν δὲ θῶνται διαφέρει, vel ut clarius ejus Paraphraſtes Anonymus *l. 5. cap. 10.* νομικὸν δίκαιον πρὶν νομοθετηθῆναι ἀδιάφορον ἦν, καὶ οὔτε δίκαιον οὔτε ἄδικον ἐδόκει, μετὰ δὲ τὸ νομισθῆναι, δίκαιόν ἐστι. *Ab initio quidem nihil intereſt, utrum hoc an illo modo jus civile condatur, ſed poſtquam eſt conditum, multum tum intereſt, & ſervandum eſt id, quod eſt lege ſancitum.* Sumus juris interpretes non legiſlatores. *Utinam doctores noſtros non cepiſſet ea inſania, uti mallent leges condere quam interpretari, non eſſet tanta imperitorum copia, audaciſſimorum tamen, neque tanta in judiciis confuſio,* dicit eleganter Æmil. Ferretus *ad l. 12. §. 1. ff. de acq. poſſ.* Sed ſiquis in abſtracto diſputare ſe dixerit, argumentum illud nihilominus non poteſt procedere. Non enim

hic

hic agimus de delictis & pœnis. Nec delictum eſt uſucapio, nec etiam eſt pœna, ſed modus, qno acquiritur nobis rei dominium. Pœna nihil eſt aliud quam coërcitio delicti, *l.* 231. *ff. de V. S.* Atqui nullum delictum uſucapio coërcet. Si enim dicas; coërcet ejus negligentiam, qui rem uſucapi paſſus eſt. Nego eſſe delictum ejus negligentiam, qui rem ſuam eſt uſucapi paſſus. Unicuique in rebus ſuis negligentem eſſe conceſſum eſt. Unuſquiſque rerum ſuarum eſt moderator & arbiter & pleniſſimus dominus, *l.* 21. *C. mand.* Unicuique rebus ſuis licet abuti, donec ipſi interdicatur adminiſtratione bonorum, etiamſi velit eas diſſipare, prodigere, aut in profundum abjicere, *l.* 25. §. 11. *ff. de her. pet. l.* 35. §. 4. *C. de donat.* In rebus alienis admiſſam negligentiam delictum eſſe concedo; eſt enim vel lata, vel levis vel leviſſima culpa. Sed nemo in rebus ſuis culpam admittit, *d. l.* 21. C. *mand.* Mornac. *ad l.* 37. *ff. de negot. geſt.* Cum autem ad *l.* 14. *ff. de cond. ind. Nemo debet locupletari cum alterius jactura*, reſpondemus ex *l.* 103. *ff. de reg. j.* καταχρηστικώτερον & Grammaticè tum uſurpamus illud culpæ vocabulum. Cæterum hæc omnia cum ita ſe habeant, & ſit nihil propemodum, quod repugnet præceptis ab Imperatore propoſitis, patet evidentiſſime, quam vere dicatur Corpus illud quo utimur, templum juſtitiæ, in *l.* 2. §. 20. C. *de vet. jur. enucl.*

TEXTUS

§. IV. *Hujus ſtudii duæ ſunt poſitiones, jus publicum & privatum. Publicum jus eſt, quod ad ſtatum rei* Romanæ *ſpectat. Privatum, quod ad ſingulorum utilitatem pertinet. Dicendum eſt igitur de jure privato, quod tripertitum eſt: collectum eſt enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus.*

COMMENTARIUS.

1. *Quid ſtudium, quid poſitio.*
2. *Definitio juris publici & privati excutitur.*
3. *Jus publicum non minus quam privatum eſt triplex.*
4. *Probatur quod deductum ſit ex jure naturali.*
5. *Quod deductum ſit ex jure gentium.*
6. *Civile jus publicum quotuplex ſit.*
7. *Cur jus privatum dicatur collectum ex præceptis civilibus.*

1. HUjus ſtudii, id eſt, hujus artis aut juris: dixit enim ſtudium pro juriſprudentia, quia juriſperiti appellabantur etiam juris ſtudioſi,

l. 1.

l.1.ff.de offic. aſſeſſ. junct. l.4.ff.de extr. cogn. Duæ ſunt poſitiones, *id eſt*, duæ ſunt partes, duæ ſunt ſpecies. Cujac. *ad l.115.ff.de V. S.* Rævard. 2. *conject.* 10. Marcil. *h.* Bene eſt autem, quod obſervavit Bachov. *ad l.* 1. *ff.de juſt. & j.* ratione materiæ jus ita dividi in privatum & publicum; nam cauſam efficientem ſi velimus reſpicere, appellari omne jus publicum poterit, quia publice ſcriptum eſt in omnes æqualiter ab eo, qui publica auctoritate munitus legum condendarum eſt conſecutus licentiam, *l.8.ff. de legib.* Cæterum definitio juris publici videtur anguſtior: Teſtamenti 2.
enim factio juris publici dicitur, *l.* 3.*ff. Q. teſt.fac.poſſ.* ad rem Romanam tamen aut ejus ſtatum non pertinet, *l.1. C. de ſacr. eccleſ.* Detractio Falcidiæ juris publici dicitur, *l.15.§. 1.ff.ad l. Falc.* cum tamen revera ſit juris privati, *pr. Inſt. de leg. Falc.* Per jus publicum præterea cum doctiſſimus quiſque privatum intelligat in *l.38.ff.de pact. l.27. l.45. §.1.ff.de reg.jur.* uno verbo dicendum idcirco privatum jus publicum dici, vel, ut dicit Bachovius, quia publice ſcriptum eſt in omnes æqualiter, vel quia licet principaliter ſit ſingulis utile, per conſequentiam tamen pertinet ad publicum commodum, *l.un.§.14.C.de cad.toll.*Nazar.*in Paneg.Quanquam ex ſingulis ſit augmentata reſpublica, & quicquid in eam confertur, ad omnes proportione permanat, & viciſſim neceſſe eſt, quod ſingulatim omnes adipiſcuntur, in commune reip. redundare.* Quo ſenſu etiam jus publicum poteſt dici privatum, quia quicquid principaliter eſt utile publice, ad ſingulorum utilitatem per conſequentiam pertinet. Valer. Max. *lib.* 5. *cap.6. everſa domo intentatus reip. ſtatus manere poteſt: urbis ruina penates omnium trahat ſecum neceſſe eſt.* Quapropter jus publicum plenius definitur, quod principaliter ad omnium, per conſequentiam pertinet ad ſingulorum utilitatem. Privatum autem, quod principaliter ad ſingulorum, per conſequentiam pertinet ad omnium utilitatem. Cujac. *in d.l.38.& 27.obſ.36.* Ritterſh. *proleg. Nov. c.6. n.4.* Marcil. *h.* Jus pu- 3.
blicum non minus quam privatum eſt triplex, & Naturale, vel Civile, vel gentium dicitur, licet Juſtinianus id tantum affirmet de jure privato, quia de publico non erat acturus. Sic etiam acturus de cauſis obligationis, ex quibus privatus obligatur privato, duas tantum enumerat contractum & maleficium, *§.ult.Inſt.de oblig.* nullam pollicitationis aut voti mentionem injiciens, quia ex iis privatus non obligatur privato, ſed aut Deo aut reipublicæ cenſetur obſtrictus, *l.1.pr. & §. 1. l. 2. pr. & §.1.l.3.pr.l.4.l.7.ff. de pollicit. c.unuſquiſque* 22. *q.*4. Martyr. *claſſ.3.loc. comm.c.6. n.2.*Wiſſenb. *ad tit. de pollicit. th.* 8. Diſſ. Cujac. *in not. poſter. ad Inſt.* Connan. 1. *comm.* 1. Ranchin. 3. *lect.* 4. Quod ſit autem jus publicum ex naturalibus 4.

præceptis trahens originem ſic poſſum probare. Jus eſt naturale, cujus peritia etiam bruta cenſentur, *pr.Inſt.de jur.nat.* id eſt, cujus veſtigia & ſimilitudinem etiam in brutis, ut dicturus ſum poſtea, deprehendere poſſumus. Si jam poſſimus etiam in brutis animadvertere veſtigia juris publici, neceſſario ſequitur, ut ſit aliquod etiam naturale jus publicum. Atqui bella ſunt juris publici, & bellorum veſtigia videmus in brutis. Plin. 10. *hiſt.* 8. *Nocturnus accipiter cymindis vocatur, rarus etiam in ſylvis, interdiu minus cernens: bellum internecinum gerit cum aquila, cohærenteſque ſæpe prehenduntur.* Ibid. *cap.* 26. *Autores ſunt omnibus annis advolare Ilium ex Æthiopia aves, & confligere ad Memnonis tumulum, quas ob id Memnonidas vocant: hoc idem quinto quoque anno facere eas in Æthiopia circa regiam Memnonis, exploratum ſibi Cremutius tradit.* Sed imprimis eſt memorabile quod Æneas Sylvius, qui Pontifex Max. Pii Secundi ſibi nomen impoſuit, *lib.6.comm.* mandavit memoriæ: *Per idem tempus,* inquit, *in agro Leodienſi corvus in alta rupe ſibi nidum conſtruxerat, & ova poſuerat, diuque foverat. Id conſpicatus accipiter, nactus horam qua corvus abeſſet, confractis ovis nidum occupat: rediens corvus injuriam ulciſci pergit: pugnant ambo diu; poſtremo non tam ſatiati, quam laſſi, velut ex compoſito certamen relinquunt, & alius in Orientem, alius in Occidentem volat. Poſtridie in eadem regione accipitrum corvorumque tot per aëra turmæ volitare viſuntur, ut cœli aſpectum tanquam nubes auferant. Implentur clangoribus vicinæ valles & magnus inſonat æther. Nec mora, velut à peritiſſimis ducibus ordinatæ acies prælium committunt, & ii unguibus, illi roſtro acriter præliantur; nunc hi, nunc illi cedunt vulnerati, pennas evellunt, & candentibus plumis impletur regio. Agreſtes inviſam antea inauditamque rem demirantur: juſſis ſtare bobus & raſtris depoſitis: victi tamen corvi magna occiſione relicto nido abierunt.* Paulo poſt. *Non ſumus neſcii fabuloſum videri, quod de prælio avium retulimus. Quis enim tantam illis ineſſe rationem arbitretur, ut ad certam diem locumque pugnaturæ conveniant? Verum difficile eſt egregiis aſſertoribus fidem non adhibere, nec noſtra ex poteſtate credulitas pendet; nobis invitis abit, reditque fides. Majus narrabimus, quod ſe vidiſſe teſtatur Nicolaus Cardinalis Sanctæ Cæciliæ, cujus auctoritas ſuperiori narrationi adſtipulabitur. In agro Bononienſi cum Eugenii copiæ adverſus rebellium oppidum caſtra tenerent: formicæ minuſculæ ſiccam, ſeu pirum, ſeu aliam arborem inſederant, acceſſit majuſcularum multitudo, prioreſque loco dejecit, multis morſu peremptis. Viderunt hæc plurimi è caſtris milites, & cum aliquamdiu de*

prælio

prælio horum animalium locuti eſſent: ecce formicarum minutarum infinitum agmen truncum arboris circumvallant, & catervatim aſcendentes non ſine diſciplina & ordine tanquam munitionem aliquam oppugnaturæ in hoſtes pergunt. Quibus viſis majuſculæ ſuperne ſeſe expediunt, & loca occupant opportuniora, ne circumveniri poſſint. Aſcendunt paulatim turmæ minorum, & cominus pugnam ineunt. Majores roſtro valentiores, modo has, modo illas trucidant, laniant, conterunt: cadit infinitus numerus & acervus interemptarum creſcit in horas. Verum ubi pes pedi & roſtrum roſtro committitur, & confertiſſimæ miſcentur acies, unamque majuſculam decem aut viginti minuſculæ circumſtantes aggrediuntur, crebriſque laceſſunt vulneribus, neceſſario pauciores cedunt, & in fugam verſæ, ubi ad ſummum arboris verticem perveniunt, uſque ad unam omnes necantur. Hæc non Cardinalis modo, ſed omnis eccleſiaſticus ſpectavit exercitus. Hactenus Papa Pius II. Juris publici eſt etiam magiſtratuum majeſtas, *l.* 1. §.2. *ff. de j. & j.* Atqui eorum etiam ſimulachrum in brutis animadvertimus. De apibus Plinius 10. *hiſt. cap.* 17. *Quærat nunc aliquis, unuſne Hercules fuerit, & quod Liberi patris ſepulchrum, & reliqua vetuſtatis ſitu obruta; ecce in re parva, villiſque noſtris annexa, cujus aſſidua copia eſt, non conſtat inter auctores: rex nullumne ſolus habeat aculeum, majeſtate tantum armatus: an dederit eum quidem natura, ſed uſum ejus illi tantum negaverit: illud conſtat imperatorem aculeo non uti. Mira plebei circa eum obedientia: cum procedit, una eſt totum examen, circaque eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur: reliquo tempore cum populus in labore eſt, ipſe opera intus circuit ſimilis exhortanti, ſolus immunis. Circa eum ſatellites quidam lictoreſque aſſidui cuſtodes auctoritatis.* De gruibus idem 10. *hiſt.* 23. *Ducem quem ſequantur, eligunt: in extremo agmine per vices, qui acclament, diſpoſitos habent, & qui gregem voce contineant: excubias habent nocturnis temporibus. Dux erecto collo providet ac prædicit.* Gunth. *lib.* 8. *Carm.*

> *Nunquid & in brutis immanſuetiſque videmus*
> *Hoc jus eſſe feris? uti vaſta minoribus ultro*
> *Imperitare velint, majoribus infima cedant.*

Porro quod ſit jus aliquod publicum deductum ex jure gentium negari non poteſt, ſi legationes ſint juris publici, & ratio legationes inter omnes gentes conſtituit. Ita enim jus gentium definitur in §. 1. *Inſt. de jur. nat. gent. Quod ratio naturalis inter omnes gentes conſtituit.* Jus naturale illud vocant Philoſophi non agnoſcentes illud alterum, cujus ſimilitudinem, ſimula- 5.

mulachrum, & παραδείγματα videmus etiam in brutis, ut patet ex Grot. 1. *de jur. bell. & pac. c.* 1. *n.* 10. Uſum enim Philoſophis propemodum nullum, Juriſconſultis longe maximum præbet. Ibid. *n.* 11. Ci-
6. vile jus publicum continetur in *lib.* 10. 11. *&* 12. *Codicis.* Cujus etiam pars erat jus Pontificium, quod Pontifex Max. proponebat in albo, ut cuilibet ejus eſſet legendi poteſtas. Liv. *lib.* 1. *cap.* 32. *Longe antiquiſſimum ratus ſacra publica, ut ab Numa inſtituta erant facere; omnia ea ex commentariis regis pontificem maximum in album relata proponere in publico jubet.* Quid fuerit autem eo jure ſancitum docebit nos idem ille ſcriptor doctiſſimus, *ibid. cap.* 20. *Pontificem deinde Numam Marcium Marci filium ex Patribus legit, eique ſacra omnia exſcripta exſignataque attribuit; quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fierent, atque unde in eos ſumptus pecunia erogaretur. Cætera quoque omnia publica privataque ſacra Pontificis ſcitis ſubjecit: ut eſſet, quo conſultum plebes veniret: nequid divini juris negligendo patrios ritus, peregrinoſque aſciſcendo turbaretur. Nec cœleſtes modo, cærimonias, ſed juſta quoque funebria, placandoſque Manes, ut idem Pontifex edoceret.* Cic. 2. *de legib. Audivi ex Patre Pontificem bonum neminem eſſe, niſi qui jus civile cognoſſet. Totumne? quid ita? quid enim ad Pontificem de jure parietum, aut aquarum, aut ullo omnino. Ergo quod cum religione conjunctum eſt. Id autem quantulum eſt? de ſacris credo, de votis, de feriis, de ſepulchris, & ſiquid ejuſmodi eſt.* Adde Fornerium virum eruditiſſimum 2. *rer. quot.* 2.

Ad civile jus publicū jus etiam feciale pertinebat & ſenatoriū *l.* 1. §. 2. *ff. h. t.* Plin. 8. *ep.* 14. *Cum ſis peritiſſimus & privati juris & publici, cujus pars ſenatorium eſt, cupio ex te potiſſimū audire, erraverim in Senatu proxime, nec ne.* Aurel. Vict. *de vir. illuſt. c.* 5. *Ius feciale, quo legati ad res repetundas uterentur, ab Æquicolis tranſtulit: quod primus fertur Rheſus excogitaſſe.* Verum quidem eſt, quod legationes ſint juris gentium Liv. *lib.* 9. *fecialem à ſe contra jus gentium violatum.* Aſcon. 3. *in Verr. Legatorum in fœderibus faciendis, vel legibus pacis bellique dicendis, ſancta corpora jure gentium atque inviolata ſervantur.* Sed id minime prohibet, quominus cerimonias & ritum, quo peraguntur, juri civili adſcribere liceat, *l.* 6. *ff. de juſt. & j.* Liv. *d. lib.* 1. *c.* 32. *Vt tamen, quoniam Numa in pace religiones inſtituiſſet, à ſe bellicæ cerimoniæ proderentur; nec gererentur ſolum, ſed etiam indicerentur bella aliquo ritu, jus ab antiqua gente Æquicolis, quod nunc feciales habent, deſcripſit, quo res repetuntur. Legatus ubi ad fines eorum venit, unde res repetuntur, capite velato (filo lanæ velamen eſt)*

Audi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Audi Jupiter inquit, audite fines (cujuſcunque gentis ſunt nominat) audiat fas. Ego ſum publicus nuncius populi Romani, juſte pieque legatus venio, verbiſque meis fides ſit. Peragit deinde poſtulata, &c. Ad idem illud etiam pertinebat augurium, Gell. 6. *noct. Attic.cap.6. Audivi Apollinarem Sulpicium, quem inprimis ſectabar, quum de jure augurio quærereretur, & mentio præpetum avium facta eſſet, Erucio Claro præfecto urbi dicere*, &c. Cujac. 27. *obſ.* 36. Unde, ni fallor, jam in promtu eſt ratio, cur Auſonius *Eidyll.* 11. juris civilis tria genera fecerit.

Jus triplex tabulæ quod ter ſanxere quaternæ,
Sacrum, privatum, & populi commune quod uſquam eſt.

Sacrum enim eſt publici ſpecies, *l.* 1. §. 2. *ff.h.t.* Similiter Fabius 2. *Inſt. orat.*4. *Genera ſunt tria, ſacri, publici, privati juris.* Jus ſacrum Juſtinianus in Pandectis vix attigit. Extant aliquot in Codice tituli de ſumma trinitate, de ſacroſanctis eccleſiis, & nonnulli præterea. Inter Novellas præ cæteris ſunt illuſtres *Nov.* 133. & 146. quarum altera vetat fieri deambulationes in templis, altera lectionem ſacrarum literarum, & inprimis verſionem ſeptuaginta interpretum velut cæteris meliorem religioſe commendat Πλὴν οἱ διὰ τῆς Ἑλληνίδος ἀναγινώσκοντες, dicit Juſtinianus in *d. Nov. cap.* 1. τῇ τῶν ἑβδομήκοντα χρήσονται παραδόσει πάντων ἀκριβεστέρᾳ, καὶ παρὰ τὰς ἄλλας ἐγκεκριμένῃ διὰ τὸ μάλιστα περὶ τὴν ἑρμηνείαν συμβεβηκὸς, ὅτι κατὰ δύο διαιρεθέντες, καὶ κατὰ διαφόρους ἑρμηνεύσαντες τόπους, ὅμως μίαν ἅπαντες ἐκδεδώκασι σύνθεσιν, *Hi tamen qui Græca lingua lecturi ſunt, utantur verſione ſeptuaginta interpretum, quæ eſt omnibus accuratior & certior judicata, propter id imprimis quod contigit circa interpretationem, quia & per duos diviſi, & diverſis in locis interpretantes unam tamen tradiderunt omnes compoſitionem.* Nequis autem 7.
cavilletur, quod dicit Juſtinianus hic jus privatum collectum etiam ex præceptis civilibus, quaſi diceret jus civile collectum ex jure civili, aut jus Romanum collectum ex jure Romano, quo eſt nihil abſurdius, ſciendum eſt eam fuiſſe Juſtiniani ſententiam, jus civile non tantum ex omnium gentium inſtitutis collectum, verum etiam ex hujus aut illius gentis ſtatutis vel præceptis civilibus, *l. omnes* 9. *ff. de juſt. & j.* ut ex jure Græcorum, *l.*2. §.4. *ff.de or. jur.* ex jure Rhodiorum, *l.* 1. *l.* ἀξίωσις 9. *ff. de l. Rhod. de jact.* ex jure Æquicolarum. Liv. *ſupra*: *jus ab antiqua gente Æquicolis, quod nunc feciales habent, deſcripſit.* Ita dicere malo, quam reſpondere jus ibi privatum in genere dividi, quia reſponſionem illam definitio juris publici vix ferre videtur. Nec dicitur hic genus juris naturalis aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

aut gentium jus civile Romanum, ſed ex jure naturali, aut gentium collectum, quæ utique differunt. Quamvis etiam non videam, quid ſequatur abſurdi, ſi juris civilis dicam eſſe tres ſpecies, aut jus civile, cujus etiam veſtigia videmus in brutis, aut jus civile, quod deductum eſt ex jure gentium, aut jus civile, quod ex hujus aut illius gentis inſtitutis & moribus traxit originem, *d. l. 9. ff. de juſt. & j.* Bachov. *ad τὰ πρῶτα cap. de juſt. & j. n.* 5.

TITULUS II.
DE
Iure Naturali Gentium & Civili.

TEXTUS

Jus naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit. Nam jus iſtud non humani generis proprium eſt ſed omnium animalium, quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari naſcuntur. Hinc deſcendit maris atque fœminæ conjunctio, quam nos Matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cætera quoque animalia iſtius juris peritia cenſeri.

COMMENTARIUS.

1. *Juris naturalis definitio excutitur.*
2. *Laus Goveani.*
3. *Probatur quod in brutis ſint rationis veſtigia.*
5. *Bruta interdum etiam afficiuntur ſupplicio.*
5. *Quæ ſit illa ratio cur interdum puniantur.*
6. *Refutantur Manichæi.*
7. *Juris naturalis eſt educatio liberorum.*
8. *Quo ſenſu ad idem illud referatur conjugium.*
9. *Refertur ad idem etiam propulſatio injuriæ.*
10. *Quando illa ſit licita.*
11. *Senatus hujus provinciæ referuntur ſententiæ.*
12. *Ad defenſionem bonorum non licet occidere.*
13. *Notatur Molina.*

14. *An*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

14. *An religio in Deum ſit juris naturalis.*
15. *An ſepultura cadaverum.*

RIdet definitionem Valla 4. *elegant.* 38. Rident etiam pleri- 1
que, qui percipere non poſſunt, cur bruta, quæ Decemviri negarunt injuriam facere, *l.* 1. §. 3. *ff. ſi quadrup. paup.* jus, quod nihil eſt aliud, quam ars boni & æqui, dicantur edocta. Utique ſi non faciant injuriam, quia carent ratione, *d. l.* 1. §. 3. *Inſt. eod.* nec jus ſunt edocta, aut jure quicquam agunt, vel agere poſſunt. In quem non cadit privatio, in eum nec habitus, ut dicunt Philoſophi. Si jus ſint edocta, neceſſario ſequitur, ut in brutis ſit ratio, aut nobis ſit cum brutis etiam rationis communio, quo nihil abſurdius. Juvenal. *Sat.* XV.

venerabile ſoli
Sortiti ingenium divinorumque capaces,
Atque exercendis capiendiſque artibus apti,
Senſum è cœleſti demiſſum traximus arce,
Cujus egent prona & terram ſpectantia.

Plutarch. *in vit. Caton. Maj.* νόμῳ μὲν γὰρ καὶ δικαίῳ πρὸς ἀνθρώπους μόνον χρῆσθαι πεφύκαμεν: *lege & juſtitia adverſus homines tantum natura utimur.* Theodorus epiſcopus Tarſenſis apud Photium *p.* 683. Ουχὶ νῷ καὶ ἐπιστήμῃ ὥσπερ ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ ἀπάτῃ, ἢ φόβῳ διδάσκεται: ὥσπερ κύων τυπτόμενος, ἢ πίθηκος, ἢ ἵππος τηρεῖ τὰ δεικνύμενα. οὐχ᾽ ὅτι ταῦτα τῷ δεσπότῃ χρήσιμα νοῶν, ἀλλ᾽ ὅτι μὴ ποιῶν τύπτεται. *Nunquam mente aut intelligentia, ſed fraude vel timore animalia docentur, quemadmodum canis, vel ſimia, vel equus, ſi verberibus coerceatur, ea quæ oſtenſa illi ſunt, obſervat: non quod hæc domino utilia fore exiſtimet, ſed quod cædatur, ni faciat.* Ibid. Ἀλλὰ τὰ τῶν λογικῶν διὰ τὸ ἄλογον ὀυ δύναται μανθάνειν τὰ ἄλογα, *Verum bruta animantia, cum ratione deſtituantur, eorum quæ ad rationem ſpectant, diſcere nihil poſſunt.* Quid ergo dicendum? Hotomannus reſpondet abuſum Imperatorem eſſe juris vocabulo, cum vim naturæ non autem jus proprie ſic dictum vellet intelligi. Sed reſponſio non ſufficit. Præſtat cum Antonio Goveano, cui ex omnibus juris interpretibus, ſi quæratur, quis 2
unus excellat, Cujacius palmam deferendam exiſtimat. 1. *var. lect.* 19. ſimpliciter dicere Imperatorem conciſe locutum & admodum craſſe, cum vellet ita dicere, jus naturale eſt ejuſmodi jus, quod ita nobis innatum eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ut ejus veſtigia & ſimilitudinem etiam in brutis poſſimus animadvertere. Ita ſane elucidanda eſt definitio, ne jus civile calumniemur, aut ejus verba
3 captemus contra *l. pen. ff. ad exhib.* Nam licet in brutis nulla ſit ratio, eſt tamen aliquod rationis veſtigium, ſimulachrum, ſimilitudo, vel umbra, vel ut Græci dicunt παράδειγμα, & idcirco in brutis, licet non artes, artium tamen reperiri veſtigia Ariſtoteles ſcribit 2. *Phyſic.* 8. Virgil. 4. *Georg.*

> *His quidam ſignis atque hæc exempla ſecuti*
> *Eſſe apibus partem divinæ mentis & hauſtus*
> *Ætherios dixere.*

Auguſtin. *de quant. anim. cap.* 26. *Neque poſſum dicere ratione uti beſtias, nec eis poſſum ſcientiam denegare. Sciebat enim, ut opinor, dominum ſuum canis, quem poſt viginti annos recognoviſſe perhibetur.* Atque ita accipiendum eſt, quod Plutarchus brutis etiam prudentiam tribuat in libello quem inſcripſit πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα; rationem in altero τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι, itemque quod affirmat ibidem homini eſſe δικαιόν τι καὶ πρὸς τὰ ζῶα. Deum omnia quam perfectiſſima facere voluiſſe, in plantis ſenſus, in brutis rationis, in hominibus divinæ mentis expreſſiſsè veſtigia teſtis eſt Plato, ut id refert Bachov. *ad* τὰ πρῶτα *cap. de juſt. & jur. n.* 6. Nec negat id Grotius 1. *de jur. bell. & pac. cap.* 1. *n.* 11. Plin. *lib.* 8. *pr. Animalium maximum eſt elephas proximumque humanis ſenſibus: quippe intellectus illis ſermonis patrii: & imperiorum obedientia, officiorumque, quæ didicere, memoria, amoris & gloriæ voluptas: imo vero (quæ etiam in homine rara) probitas, prudentia, æquitas: religio quoque ſyderum ſoliſque ac Lunæ veneratio.* Memorabile eſt, quod de elephantis Dio Caſſius retulit *lib.* 39. Ηλεήθησαν γὰρ τινὲς ὑπὸ τοῦ δήμου παρὰ τὴν τοῦ Πομπηΐου γνώμην, ἐπειδὴ τραυματισθέντες τῆς μάχης ἐπαύσαντο, καὶ περιϊόντες, τάς τε προβοσκίδας ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνέτεινον. καὶ ὠλοφύροντο οὕτως, ὥστε καὶ λόγον παρασχεῖν, ὅτι οὐκ ἄλλως ἐκ συντυχίας αὐτὸ ἐποίησαν, ἀλλὰ τούς τε ὅρκους, οἷς πιστεύσαντες ἐκ τῆς λιβύης ἐπεπεραίωντο, βοώμενοι, καὶ τὸ δαιμόνιον πρὸς τιμωρίαν σφῶν ἐπικαλούμενοι. λέγεται γὰρ ὅτι οὐ πρότερον τῶν νεῶν ἐπέβησαν πρὶν πίστιν παρὰ τῶν ἀγόντων σφᾶς ἔνορκον λαβεῖν, ἦ μὴν μηδὲν κακὸν πείσεσθαι. Non minus eſt memorabile, cujus ex Acoſta meminit Lipſius 1. *epiſt.* 50. *Elephanti cuidam in urbe Cochin ad horam cibus non oblatus. Queritur & barrit. Magiſter excuſat, & vas æneum ejus cibarium oſtendit perfluens & pertuſum. cauſam hanc moræ eſſe, quod cibi non ultra tenax. jubet igitur*

ſi eſſe

ſi eſſe velit, ad fabrum ærarium ferat reconcinnandum. Ille paret, promuſcide aufert, fabro offert. Faber ſive per negligentiam, ſive ludos belluam faciens infideliter reparat atque obſtipat. Elephas refert. Herus vitium videt & indignatur. inclamat illum abſentem, hunc præſentem, denique redire jubet cum illo ipſo vaſe. Facit & fabro querulus impingit. Ille homo ſuavis iterum imponere conatur, & admoto malleo claudere rimam ſimulat, non claudit. Nec tamen imponit. Nam ille catus lebetem reſumtum ad flumen defert, immergit, & aqua implet periculi faciendi cauſa. Videt effluere. Plenus igitur irarum ad fabrum recurrit, intonat magna voce. Confluunt vicini & inter eos Vicarius regis. Faber blandis verbis demulcet belluam : vas denique ſumit, & refingit probe atque ex fide. Sed ille ne tum quidem fidens, iterum ad flumen, & ad hauſtum. cum contineri aquam videt, vertit ſe ad adſtantes & oſtendit, velut teſtes eos advocans in hoc factum, ita demum abiit domo. Argute igitur Imp. Emanuel Palæologus *educationis regiæ cap.* 36. homines quæ faciunt facere σὺν λόγῳ, cum ratione, bruta vero rationi convenienter, κατὰ λόγον. Nec enim probamus aut probare contendimus animalibus cæteris ineſſe rationem, ſed rationis veſtigium, quod vix quiſquam negaverit, qui tot citatis auctoribus fidem habuerit. Incolis ſane Narbonenſis provinciæ non, ut opinor, hoc incredibile viſum, cum reformato Draguiniani occiſo per horrendam ſævitiam cor ejus & jecur, quæ haſtis affixa velut triumphantes aliquamdiu per urbem circumgeſtaverant, objicerent canibus, & averſantibus canibus ſævirent in canes tanquam in Lutheranos & execrandos hæreticos ut refert Thuanus *hiſt.* xxv. Sed quid Gallos commemoro, ne olim quidem Ninevitæ fidem iis, quæ dixi, videntur derogaſſe, cum edicto jejunio non ſolum hominibus verum etiam beſtiis & hominem & beſtiam pacem divini numinis ardentiſſimis precibus voluerunt expoſcere, Jonæ *cap.* 3. *v.* 7. & 8. Quid quod bruta quædam interdum rationi longe convenientius quam homines faciant. De ciconiis Plinius 8. *cap.* 23. *Ciconiæ nidos eoſdem repetunt : genitricum ſenectam invicem educant.* Καὶ τὰς τροφὰς ἀφθόνως παρασκευάζοντες κατά γε τὴν πλῆσιν παρέχουσιν, ἠρέμα τῷ πτερῷ κουφίζοντες ἑκατέρωθεν, *Alimentum illis præterea abunde ſuppeditant , atque etiam in volatu juvant, alis eos leniter ſublevantes utrimque*, ait Michael Glycas, *part.* 1. *annal.* De iiſdem Rex Theodoricus apud Caſſiodorum 2. *var.* 14. *Ciconia redeuntis anni jugiter nuntiatrix, ejiciens triſtitiam hyemis, lætitiam verni temporis introducens, magnum pietatis tradit exemplum, nam cum parentes eorum*

pennas ſenio coquente laxaverint, nec ad proprios cibos quærendos idonei potuerint inveniri: plumis ſuis genitorum membra frigida refoventes, eſcis corpora laſſa reficiunt: & donec in priſtinum vigorem ales grandæva redierit, pia viciſſitudine juvenes reddunt, quod a parentibus parvuli ſuſceperunt. Contra de Scythis Sextus Empiricus *lib.* 3. *Parentes* ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα ἔτη γενομένους ἀποσφάττουσι. De Indis, qui in regno Siam & adjacentibus quibuſdam inſulis habitant, Iſaacus Voſſius *notis ad Pompon. Mel. lib.* 2. *c.* 2. *in fin. Arbori imponebantur parentes ac propinqui ægri aut ætate provecti, quam deinceps circumſiſtentes juniores totis viribus concutiebant. Quod ſiqui firmiter ramis inhærerent, ii necdum maturi cenſebantur ad moriendum. In labentes vero tanquam in poma decidua certatim dentibus involabant.* Philo ergo egregie *ad* 5. *præcept. Imitatores ſaltem mutorum animantium eſtote homines. Beneficio vicem rependere illa edocta norunt. Canes domus defenſores ſunt: quin & pro heris moriuntur, ſiquod ſubito periculum eos contigerit. Nonne inter fœda fœdiſſimum eſt vinci hominem à cane, mitiſſimum animal a ferociſſimo? Ciconiarum ſenes in nidis manent volare invalidæ. Harum ſoboles, per omnes, prope ſic dixerim, terras mariaque volitant, victum undique parentibus quærentes. illæ pro ætatis merito fruuntur quiete, rerum copia, deliciis etiam: hæ vero itineris moleſtias ſolantur pietatis conſcientia, & expectatione paris olim, ubi ſenuerint, à ſua prole, atque ita legitimo tempore debitum perſolvunt neceſſarium, quod accepere reddentes. Nonne vero hæc ubi audiunt, habent cur ſe præ pudore abſcondant, qui parentum curam non habent, atque eos negligunt, quos aut ſolos aut præ cæteris ſublevare debuerant, præſertim cum id facientes non tam daturi ſint quippiam, quam id quod debent reddituri?*

4 Ut autem juris ſic etiam injuriæ ſimulachrum quoddam & ſimilitudinem etiam in brutis animadvertere poſſumus. JCti appellant pauperiem, cujus nomine regulariter quadrupedis dominus convenitur civiliter *pr. Inſt. ſi quadrup. paup. fec. dic.* nonnunquam etiam, ſi fuerit atrocior, animal ipſum afficitur capitali ſupplicio, *Exod.* 21. *vers* 28. *Levit.* 20. *v.* 15. & 16. Ita refert Mornacius *ad d. l.* 1. *ff. ſi quadrup. paup. fec.* canes cujuſdam ruſtici, qui monachum Franciſcanum prætereuntem diſcerpſerant, damnatos ad mortem, ſe quoque inter cæteros dicente ſententiam. Meminerunt etiam porci, qui puerum devoraverat, affixi patibulo, concremati moloſſi ob monſtroſam libidinem, & equæ preterea, cui ob ſimile ſcelus fuit caput præciſum, Rebuff. *procem. ad conſt. reg. gloſſ.* 5. *n.* 46. Guid. Papæ *quæſt.* 238. Clar. 5. *ſent.* §. *fin. quæſt.* 99. *n.* 8. Mornac. *ad*

d. l. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

*d.l.*1. Parens *prolegom. de crim. cap.* 2. *n.*1. Caret quidem quadrupes dolo 5
vel culpa, ſed erat hominum nihilominus ſubducenda conſpectui, ne vel
doli aut ſceleris extaret ullum veſtigiurn, quod turpiſſimi facti poſſet ali-
quando refricare memoriam, *c. mulier* 15. *q.* 1. Quæ videtur fuiſſe ratio,
cur Niconis imaginem, quę ruens hominem prætereuntem oppreſſerat,
ab interemti heredibus cædis ream peractam & damnatam Athenienſes in
mare demerſerint, ut refert ex Euſeb. *l.* 5. προπαρασκ. Guil. Forner. 1. *ſel.* 10.
Pauci enim, ut olim erant Manichæi, fuerunt tam ſtulti, ut brutis adſcri- 6
berent animam præditam vi intelligentiæ. Credebant id Manichæi, quia
Deus alioquin, ut dicebant, ſerpentem non affeciſſet ſupplicio, qui Evam
deceperat. Sed recte Glycas ad hoc argumentum reſpondet, adduci id
perperam. Si enim procederet, eſſet etiam arboribus rationis communio.
Nam & Chriſtus in novo fœdere exſecratus eſt ficum, quum eſuriens fru-
ctum in ea nullum deprehenderet. Ὑποβάλλει τοίνυν ὁ Θεὸς τὸν ὄφιν
κατὰ γῆς, ἵνα κἂν τὸν διάβολον οὐ βλέπῃ τις τί ἔπαθε, *Dejicit ergo
Deus ſerpentem in terram, ut tametſi quis haud cernat, quid diabolo acci-
derit, ſecum tamen nihilominus ad animum revocet*, ὑπόμνησιν λάβῃ,
ὅτι εἰ ὁ ὑπουργός τῆς κακίας ἔτι τοσοῦτον κολάζεται, περὶ τοῦ πρω-
ταιτίου τί χρὴ καὶ λέγειν, *quod quum miniſter hujus facinoris puniatur
tam graviter, quid ergo exiſtimandum ſit de auctore primario*, ut idem
ait *part.* 1. *annal.* περὶ τοῦ ὄφεως. Porro autem quod ſit juris naturæ edu- 7
catio parentum ex ſuperioribus patet, quod ejuſdem ſit juris educatio li-
berorum ex *pr. h. t. l.ult.* §. *ipſum* 5. *C. de bon.quæ lib. Naturalis ſtimulus
parentes ad liberorum ſuorum educationem hortatur dicit* Imp. *in l.un.*§. 5.
C.de rei ux. act. Diodorus Siculus: ἀγαθὴ γὰρ ἡ φύσις διδάσκαλος ἅπα-
σι τοῖς ζώοις ἐστὶ πρὸς διατήρησιν οὐ μόνον ἑαυτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν γενο-
μένων, διὰ τῆς συγγενοῦς φιλοζωΐας τὰς διαδοχὰς εἰς ἀΐδιον ἄγουσα
διαμονῆς κύκλον, *Optima quippe magiſtra natura eſt cunctis animanti-
bus non tantum ad ſui, ſed & ad prolis ſuæ conſervationem, ut cognata hac
caritate continua ſucceſſio ad æternitatis vinculum perveniat.* Grot. 2. *de
jur. bell. & pac. c.* 7. *n.* 4.

Sed quod Juſtinianus hic etiam ad jus naturale matrimonium referat 8
vix videtur admittere *pr. Inſt. de nupt. Juſtas nuptias inter ſe contrahunt
cives Romani.* Ideoque dicendum diverſo reſpectu dici matrimonium eſſe
juris civilis, diverſo vero reſpectu ad jus naturale vel gentium referri. Juris
naturalis matrimonium dicitur, quatenus ejus veſtigia videmus in brutis.
Quæ quæſo veſtigia? Videmus coitum, ſine quo apud Ultrajectinos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Ruræmondanos, Omlandos, Friſios, & Gallorum nonnullos matrimonium nullum eſt, *Coſtuym. van Utrecht tit.* 22. §. 1. *Landtrecht vant Overquartier lib.* 1. *tit.* 2. §. 2. *n.* 1. *Uſant. van d'Omlanden* 3. *tit.* 1. *art.* 17. *Sand.* 2. *tit.* 5. *def.* 1. Mornac. *ad l.* 7. *ff. de ſponſal.* Nullum nimirum quod ad certos effectus, ut dicetur inferius. Et jus civile quod attinet; conſtat quidem conſenſum efficère nuptias, *l.* 30. *ff. de reg. jur.* ad eas tamen conſummandas pertinere concubitum, *l.* 220. *ff. de V. S.* Caſaub. 1. *exercit.* 15. Lamb. Goris *adverſ. tract.* 1. *cap.* 1. *n.* 3. Videmus etiam in brutis, velut in ciconiis quandam individuam conſuetudinem vitæ. Plato 8. *de legib. Non oportet cives noſtros avibus multiſque aliis belluis deteriores eſſe: permultos enim greges ipſarum videmus integrè atque caſte antequam procreandi tempus advenerit vivere: Ubi vero in eam ætatem venerint, mas fœminæ, & fœmina mari conjuncta, ſancteque in prima perſeverantes amicitia reliquam peragunt vitam.* Quatenus vero ratio naturalis matrimonium inter omnes gentes conſtituit, eatenus recte juris gentium dicitur, §. 1. *Inſt. h. t.* Grot. 2. *de jur. bell. & pac. c.* 5. *n.* 8. Sed ritus nuptiarum, cærimonias, effectus, & vetuſtiſſima ſymbola ſi velimus reſpicere, ſoli juri civili id oportet adſcribere. Quapropter non ſimpliciter dicit Juſtinianus cives Romanos contrahere nuptias, ſed juſtas nuptias. Sunt autem juſtæ, quæ peculiares aliquot jure civili producunt effectus, ut dicit optimè Grotius vir infinitæ lectionis
9 2. *de jur. bell. & pac. c.* 2. *n.* 21. Propulſationem injuriæ quod attinet, ſupra jam dictum eſt jure naturali eam eſſe permiſſam, *l.* 4. *pr. l. ſcientiam* 45. §. *qui cum aliter ff. ad l, Aquil. l.* 1. §. *vim vi, l.* 3. §. *cum igitur ff. de vi, l.* 1. *C. eod. l.* 1. §. 11. *ff. ſi quadrup.* Cicero *pro Milon. Eſt hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus, ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis.* Plinius: *Leonum feritas inter ſe non dimicat, ſerpentum morſus non petunt ſerpentes. Sed ſi vis inferatur, nulla eſt, cui non ſit ira, non ſit anima injuriæ impatiens, & prompta, ſi noceat, ad ſe defendendum alacritas.* Caſſiod. 1. *var.* 17. *Feris inſitum eſt copulam ſuam extrema concertatione defendere. Dum omnibus eſt animantibus inimicum, quod naturali lege damnatur. Videmus tauros fœminas ſuas cornuali concertatione defendere, arietes pro ſuis ovibus capitaliter inſævire, equos adjunctas ſibi fœminas colaphis ac morſibus vindicare. Ita pro copulatis ſibi animas ponunt,*

qui verecundia non moventur. Grot. 1. *de jur. bell. & pac. cap*. 2. Nec ob-
ſtat quod in *l*. 3. *junct. l*. 1. *§. ult. ff. de juſt. & j.* inter exempla juris gen-
tium recenſeatur etiam propulſatio injuriæ; jure enim naturæ omnes
gentes utuntur, & proinde quod juri naturali adſcribitur, adſcribi etiam
optime juri gentium poterit. Non quicquid eſt juris gentium, eſt juris
naturæ, ſed quicquid juris naturæ, eſt etiam juris gentium. Rævard. 1.
var. 1. *in fin*. Id ſiquis reſponderit, videtur ſufficere, nec erit neceſſaria
Fabri diſtinctio 2. *ſemeſt. cap*. 2. qui inter ipſam propulſationem & inju-
riæ propulſandæ rationem diſtinguit, ut ipſa propulſatio ſit juris naturæ,
injuriæ propulſandæ vero modus & ratio juris gentium dicatur. Loquor 10
autem de ea propulſatione, qua in continenti adhibito moderamine in-
culpatæ tutelæ, *l*. 1. *C. und. vi*, vel ad vitæ ſeu corporis, vel ad pudicitiæ
noſtræ aut liberorum noſtrorum tutelam uti compellimur, *d. l*. 3. *ff. de juſt.
& j. l*. 8. *§*. 2. *ff. Qu. met. c. l*. 1. *§. pen. ff. ad l. Corn. de ſic.* detruſi ni-
mirum in ejuſmodi locum, ex quo ſine vitæ vel pudicitiæ periculo non
licet evadere. Tum ſi trucidemus nobis vim & injuriam inferre conan-
tem, dimittemur impune, *d. l*. 3. *d. l*. 1. *§. pen*. Grot. 3. *man*. 33. *§. maer
waer. &* 3. *man*. 34. *§. nootweer*. Mornac. *ad d. l*. 3. Atque ita judicatum 11
à Senatu hujus Provinciæ A. 1566. *ult. Jul. in cauſa van Peter Janſz
en Jacob Gerritſz*, & iterum A. 1571. 22. *Maji, in cauſa van Ian Thonis,
en Anthonis Jacobſz.* Nec fiet multum deterior occidentis conditio, ſi
inter ſe & occiſum forte rixam concitaverit. Ita pronuntiatum eſt ab ea-
dem hac Curia A. 1581. 9. *Novemb. in cauſa van Pouwels Claeſſen, contra
de weduwe ende naeſte vrienden van Michiel Henrickſen*, cum Titius olla
petiturus Sempronium eam lapſus in perſona conjeciſſet in Mævium,
Mævius autem iratus & inſecutus fugientem ut ejus cæde ulciſceretur in-
juriam, in domo jactantis, in quam uſque pervaſerat, confoſſus ferro
exceſſiſſet è medio.

Ad defenſionem bonorum non licet id facere, niſi cum periculo 12
amittendorum bonorum fuerit etiam conjunctum vitæ noſtræ pericu-
lum, quod in *d. l*. 1. item in *l*. 4. *§*. 1. *ff. ad l. Aquil.* ne obſtare videan-
tur, præſupponendum eſſe jam vulgo reſponſum eſt. Grot. 2. *de jur.
bell. & pac. c*. 1. *n*. 12. Dicit enim expreſſe *d. l*. 3. *quod quiſque ob tutelam
corporis ſui fecerit, hoc jure feciſſe exiſtimetur*, non autem, quod fecerit
ob tutelam bonorum. Si roges, cur ergo licet aggreſſorem occidere ad
defendendam pudicitiam? atqui tum nullum etiam vertitur vitæ noſtræ
periculum, in promptu erit reſponſio ex *d. l*. 8. *§*. 2. *ff. Q. met. c.* Paul. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

*ſent.*23. Senec.1. *de benef.c.*11. *Proxima ab his ſunt, ſine quibus poſſumus quidem vivere, ſed ut mors potior ſit, tanquam libertas, & pudicitia & mens bona.* Auguſt. 1. *de liber. arbitr. Lex dat poteſtatem vel viatori, ut latronem, ne ab eo ipſe occidatur, occidat, vel cuiquam viro aut fœminæ, ut violenter ſibi ſtupratorem irruentem, aut poſt illatum ſtuprum, ſi poſſit,*
13 *interimat.* P. Fab. 3. *Semeſt.*8. Omnino autem cavendum à doctrina Molinæ, qui *tom.* 4. *tract.* 31. *diſput.* 13. putat eum etiam fas eſſe transfigere ferro, quem non ſuſpicamur, ſed ſcimus omnino certo certius nos interficiendi cepiſſe conſilium, etiamſi nobis nondum faceſſat negotium. Aut enim fugiendum, quamdiu fugere poſſumus, aut ſi omnino nulla ſit fugiendi occaſio, denuntiandum eſt magiſtratui: unde enim quiſquam cognoſcere poterit, inſidiantis tam fixum & firmum eſſe propoſitum animi, ut pœnitere non poſſit, *d. l.* 45. §. *qui cum aliter ff. ad l. Aquil.* Ziegler. *ad* Grot. 2. *de jur.bell.& pac.c.*1.*n.*5. Diſſ. Joh.Fab. *ad* §.2. *Inſt.h.t.n.*8.&
149. Sunt etiam qui religionem in Deum ad jus naturale referendam exiſtimant, ſed cum vix poſſint ejus veſtigia deprehendi in brutis, rem eſſe puto altioris indaginis & relinquendam in medio. Affirmat id nihilominus ſimpliciter Wiſſenbach *diſp.* 3. *ad Inſt. th.* 6. adductis tamen argumentis ejuſmodi, quæ ὀδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον faciunt. Adducit Cicer. 3. *Tuſcul. quæſt. Nulla gens eſt tam fera, nemo omnium tam immanis, quem non imbuerit deorum opinio.* Adducit etiam *cap.* 1. & 2. *epiſt. ad Rom.* non citatis verſiculis. Reſpexit, opinor, ad *vers* 20. *cap.* 1. & *vers* 14.15: *cap.* 2. Sed quid inde probatur? Nihil aliud, ni fallor, quam dictare rationem Deum eſſe colendum. Probetur jam porro dictare rationem etiam brutis animalibus Deum eſſe colendum, Οὐδὲν θηρίοις ἔστι κακία, ὀδ' ἀρετὴ Ariſtoteles dixit. Concedo quod in brutis ſint rationis veſtigia, ſed quæſo probetur quædam etiam veſtigia religionis in Deum deprehendi in brutis. Apud Jonam refertur quidem *cap.* 3. quid à beſtiis fieri voluerint Ninevitæ, non autem quid ultro ſit factum à beſtiis. Non quid animalia bruta crediderint, ſed quid ipſi forte Ninevitæ de brutis crediderint. Quod autem de elephantis commemoravi ex Plinio, venerari eos nimirum etiam Solem & Lunam, vereor ut id ſolo auctore Plinio perſuadere poſſim legentibus. Verum cum id etiam ad poſteritatem tranſmiſerint Plutarchus *in libell.* πότερα τῶν ζώων, &c. & Ælianus *de animal.*
15 *lib.* 7. *cap.* 44. rem omnem, ut dixi jam, relinquam in medio. Rectius huic juri ſepulturas cadaverum adſcribere poteris. Ælian. 2. *de anim.* 42. Νεκρὸν δὲ ἄνθρωπον ἱέραξ ἰδὼν, ὡς λόγος, πάντως ἐπιβάλλει γῆς τῷ ἀτα-

ἀτάφῳ. καὶ τοῦτο μὲν οὐ κελεύει αὐτῷ ὁ Σόλων, ὡς Ἀθηναίοις ἐκέλευσε δρᾷν, *Hominem mortuum accipiter videns, ut ferunt, omni ex parte terram ei injicit, quamvis non hoc ipſi faciendum, ſicut Athenienſibus, Solon præceperit.* Idem 5. *de animal. c.* 49. Ὅτι ἄρα ἐλέφαντα θεασάμενος ἔλεφας νεκρὸν οὐκ ἂν παρέλθοι, μὴ τῇ προβοσκίδι γῆν ἀρυσάμενος καὶ ἐπιβαλὼν, ὁσίαν τινὰ ἀπόῤῥητον ὑπὲρ τῆς κοινῆς φύσεως τελῶν. ἀπόχρη δὲ οἱ καὶ κλάδον ἐπιβαλεῖν, καὶ ἄπεισιν τὸ κοινὸν ἁπάντων τέλος μὴ ἀτιμάσας, *Elephantem mortuum ſi conſpexerit elephas, non præterit aliter, quam injecerit terram hauſtam proboſcide, velut juſta quædam myſtica pro natura communi peragens. Sufficit ei etiam injicere ramum, atque ita abit inhonoratum non negligens communem omnium exitum.* Hieronym. *in vit. Malchi*: *Adſpicio formicarum gregem anguſto calle fervere, ferre onera majora quam corpora, &c. Illæ venturæ hyemis memores, ne madefacta humus in herbam horrea verteret, illata ſemina præcidebant, hæ luctu celebri corpora defuncta deportabant, quodque magis mirum eſt in tanto agmine egrediens non obſtabat intranti.* Idem de delphinibus teſtatur Ælian. 12. *de animal. c.* 6. Vid. Grot. 2. *de jur. bell. & pac. c.* 19. P. Fab. 3. *Semeſt.* 13.

TEXTUS

§. 1. *Jus autem civile à jure gentium diſtinguitur: quod omnes populi, qui legibus & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur. Nam quod quiſque populus ipſe ſibi jus conſtituit, id ipſius proprium civitatis eſt, vocaturque jus civile quaſi jus proprium ipſius civitatis. Quod vero naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes populos peræque cuſtoditur, vocaturque jus gentium, quaſi quo jure omnes gentes utantur. Et populus itaque Romanus partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur. Quæ ſingula qualia ſint, ſuis locis proponemus.*

COMMENTARIUS.

1. *Definitiones juris gentium.*
2. *Diviſio juris gentium.*
3. *Jus naturale quot modis ſumatur.*
4. *Exempla juris gentium ſecundarii.*
5. *Cujus juris ſint bella.*

6. *Quo*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

6. *Quo ſenſu ſervitus juri naturali dicatur contraria.*
7. *Quid efficiat jus gentium.*
8. *Quo referenda ſit dominiorum diſtinctio.*

1 IUris gentium definitiones ſunt tres. Prima eſt *h. in* §. 1. Jus gentium eſt quod ratio naturalis inter omnes gentes conſtituit. Altera in §. 2. *h. t.* Quod uſu exigente & humanis neceſſitatibus eſt conſtitutum à gentibus. Tertia in §. 11. *Inſt. de rer. div.* Quod cum ipſo humano genere rerum natura prodidit. Videntur autem hæ definitiones omnino contrariæ: Jus gentium eſt, quod cum ipſo humano genere rerum natura prodidit, & Jus gentium eſt, quod uſu exigente & humanis neceſſitatibus eſt conſtitutum à gentibus. Si enim eſt uſu demum exigente conſtitutum à gentibus, ergo id una cum humano genere rerum natura non producere potuit. Deinde in §. 11. *Inſt. de rer. div.* Juſtinianus jus gentium & naturale confundit. Contra
2 in §. 2. *Inſt. h. t.* jus gentium dicit eſſe naturali contrarium. Ne ergo contrarietas vel antinomia ſit inexplicabilis, inter primarium & ſecundarium jus gentium oportet diſtinguere; licet enim non extet hæc totidem verbis in jure diſtinctio, admitti tamen poterit ex legum ſententia, *l. 6. ff. de V. S.* De primario loquitur §. 11. De ſecundario §. 2. *Inſt. h. t.* Primarium jus gentium & naturale non differunt, *d.* §. 11. Secundarium nonnunquam eſt eidem contrarium, *d.* §. 2. An ergo quodcunque ad jus gentium pri-
3 marium refertur, ejus etiam veſtigia deprehenduntur in brutis? Id dici non poteſt, ſed hoc eſt dicendum. Jus naturale Juriſconſulti ſumunt dupliciter. Aliud naturale dixerunt idcirco, quia nobis eſt natura commune cum brutis, ita nobis innatum, ut ejus veſtigia poſſint etiam deprehendi in animalibus cæteris, de quo in *pr. Inſt. h. t.* Aliud vero naturale propterea, quod ratio naturalis apud omnium nationum homines id ipſum conſtituit, *d.* §. 1. *d.* §. 11. Cic. 1. *Tuſcul. In re conſenſio omnium gentium jus naturæ putanda eſt.* Perſ. *Sat.* 5.

Stat contra ratio, & ſecretam gannit in aurum,
Ne liceat facere id quod quis vitiabit agendo:
Publica lex hominum naturaque continet hoc fas,
Ut teneat vetitos inſcitia debilis actus.

Intellexit id Grotius 1. *de jur. bell. & pac. c.* 1. *n.* 1. cum jus naturale definiendum aſſeruit, *dictatum rectæ rationis indicans actui alicui ex ejus convenientia aut diſconvenientia cum ipſa natura rationali ineſſe moralem tur-*

turpitudinem, aut neceſſitatem moralem, & conſequenter ab auctore naturæ Deo talem actum aut vetari aut præcipi. Ad id enim, cujus etiam ſimulachrum videmus in brutis, non attendunt Philoſophi. Sed quæri jam poterit, quo referenda ſit definitio, quæ in *d.*§.1. refertur, ad jus gentium primarium, an vero ad ſecundarium: Non erraverit, opinor, ſiquis referendam ad utrumque reſponderit. Non ſtatim enim juri naturali exiſtit contrarium, quicquid ad jus gentium ſecundarium pertinet. Secundario jure gentium ſunt introducti contractus. Parendum eſt patrię. Sororum & fratrum prohibentur conjugia, *l.* 8. *ff. de rit. nupt.* Eodem etiam 4
diſtinguuntur dominia, *l. ex hoc jure* 5. *ff. de juſt. & j.* Pancirol. 2. *lect.* 270. Feltman *de jur. in re cap.* 13. Fuit enim ab initio bonorum communio. Iuſtin. *lib.* 43. *pr. Saturnus tantæ juſtitiæ fuiſſe dicitur, ut neque ſervierit ſub illo quiſquam, neque quicquam privatæ rei habuerit. Sed omnia communia & indiviſa omnibus fuerint, veluti unum cunctis patrimonium eſſet.* Cic. 1. *de offic. Sunt autem privata nulla natura.* Horat.

Nam propriæ telluris herum natura nec illum,
Nec me, nec quenquam ſtatuit.

Ovid. 1. *metam.* 8.

Communemque prius, ceu lumina ſolis & auræ,
Cautus humum longo ſignavit limite menſor.

Virgil. 1. *Georg.*

Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni:
Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant.

Grot. 2. *de jur. bell. & pac. c.* 2. *n.* 2. Diſſ. Ziegler. *ibid.* Legationes etiam ad jus gentium ſecundarium pertinent. Liv. *lib.* 20. *Legatos ab ſociis & pro ſociis venientes bonus imperator veſter in caſtra non admiſit, jus gentium ſuſtulit.* Ibid. *evocatique ab Gallorum principibus legati non contra jus modo gentium, ſed violata etiam, quæ data in id tempus erat, fide comprehenduntur.* Idem *lib.* 2. *c.* 4. *De legatis paululum addubitatum eſt, & quanquam viſi ſunt commiſiſſe, ut hoſtium loco eſſent, tamen jus gentium valuit.* Ad idem etiam pertinet exemplum juris gentium, quod proponit Theophilus τὸν κλέπτην εἰς χρήματα τιμωρεῖσθαι, ἐπειδήπερ ἔβλαψεν ἡμᾶς περὶ χρήματα. Nec quiſquam tamen juri naturali hæc con- 5
traria dixerit. Ne Iuſtiniano quidem, ut id diceret, venit unquam in mentem. De bellis tantum, captivitatibus, & ſervitutibus loquitur in §.2. *Bella etenim orta ſunt,* inquit, *& captivitates, & ſervitutes, quæ ſunt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

naturali juri contrariæ. Naturali juri, id eſt, juri gentium primario. Tacitus: *Vetuſtiſſimi mortalium, nulla adhuc mala libidine, ſine probro, ſcelere, eoque ſine pœna aut coërcitionibus agebant.* Atqui quicquid eſt ejus juris, cujus veſtigia videmus in brutis, id etiam ad jus gentium primarium pertinet, ut dictum eſt ſupra. Bella ſunt ejus juris, cujus veſtigia videmus in brutis, ut dictum ibidem. Sed diſtinguendum eſt inter bellum conſideratum in genere, quatenus eo ſimpliciter propulſatur injuria, eatenus ad jus gentium primarium pertinet, & certam illam belli gerendi rationem aut modum inventum à gentibus; cujus intuitu idem illud ad jus gentium ſecundarium pertinet. Placuit enim communiter humanioribus populis, ne bellum gereretur, niſi eſſet indictum, miſſis prius legatis, qui nomine populi ſignificent ei, qui in altero populo habet ſummum imperium, ultum & omni vi depulſum iri injuriam, *niſi ab ipſis qui fecerint dematur*, ut eſt apud Livium *lib.* 8. vel niſi præſumatur in malos ſupplicium, ut eſt apud Tacit. *annal.* 1. Cic. *offic.* 1. *At belli quidem æquitas ſanctiſſime feciali populi Romani jure præſcripta eſt: ex quo intelligi datur, nullum bellum eſſe juſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante ſit & indictum.* Livius *lib.* 31. cum narraſſet agrum Atticum populatos Acarnanas: *Irritatio animorum ea prima fuit: poſtea juſtum bellum decretis civitatum ultro indicendo factum.* Cyrus bellum illaturus Armeniis miſit prius ad regem, qui ex fœdere debitum tributum exigerent, νομίζων φιλικώτερον εἶναι οὕτως, ἢ μὴ προειπόντα πορεύεσθαι, *humanius id exiſtimans, quam ſi ultra duceret, nihil prædicens*, ut loquitur Xenophon. 2. *hiſt.* Joſephus *antiquit. lib.* 15. πόλεμον ἀκήρυκτον ἐπάγειν, ἀνομία, *bellum inferre non ante denuntiatum injuſtum eſt.* Crantz. *Saxonic.* 11. *cap.* 5. Grot. *de jur. bell. & pac. cap.* 3. & 4. Ziegler. *ibid.* Nondum tamen quæ dixi videntur ſufficere. Conſideremus enim bellum, prout inter plerarumque nationum homines illud geri receptum eſt, an inde jam ſequitur juri naturali bellum eſſe contrarium, ut habetur hic *in* §. 2. Quaſi vero rationi naturali illa forma repugnet, qua gentibus placuit bellum inferri. Sed primo notandum Juſtinianum non dicere bella juri naturali eſſe contraria, ſed, ut patet, expreſſe de ſervitutibus loquitur. Deinde dici poteſt bellum illi juri contrarium, quatenus exortis bellorum incendiis captivitates & ſervitutes prodierunt, quæ contra naturam captivos ſubjiciunt alieno dominio, §. 2. *Inſt. de ſervit. pr. Inſt. de libert.* Philo: Θεράποντες τύχῃ μὲν ἐλάττονι κέχρηνται, φύσεως δὲ τῆς αὐτῆς μεταποιοῦνται τοῖς δεσπόταις, *Servi fortuna quidem inferiores ſunt, natu-*

ra

ra vero pares dominis. Eo enim reſpectu ſervitus eſt juri naturali contra- 6
ria, quatenus naturalem illam hominis libertatem evertit, *d. pr.* §. 1. *&* 2. *Inſt. de jur. perſ.* nequis alioquin cavilletur hic iterum, eam juri naturali non eſſe contrariam, quam prævia ratio naturalis invenit, cum eſſet periculoſum captivos omnes dimittere, longe vero crudelius omnes occidere.
Notandum hic etiam, quod ſola ratio naturalis non efficiat jus gentium, 7
ſed requiri præterea, ut plerarumque ſaltem gentium conſenſus concurrat. Siquæ enim hoſtium jus, & ſacra legationis, & *fas gentium* rumpant, ut ait apud Tacit. *annal.* 1. Cæſar Germanicus, nihilo magis propterea mutatur jus gentium, ac mellis extinguitur aut evaneſcit dulcedo, quod ſenſui corrupto id videatur amarum. Sutholt *diſp.* 1. *ad Inſt. th.* 54. Ariſtotel. 1. *Polit.* 5. Δεῖ δὲ σκοπεῖν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι μᾶλλον τὸ φύσει, καὶ μὴ ἐν τοῖς διεφθαρμένοις, *Quid naturale ſit ſpectandum in his, quæ bene ſecundum naturam ſe habent, non vero depravatis.* Quintilianus nihilominus 7. *Inſt. Orat. cap.* 1. recte dixit jus gentium *communem omnium legem.* Corn. Nep. *in Themiſt. commune jus gentium.* Senec. 2. *cont.* 1. *&* 6. *epiſt.* 48. *commune jus generis humani.* Apulej. 3. *metam. commune jus humanitatis,* etiamſi Perſis licuerit implere parentem, etiamſi Ægyptii probaverint furta, Græci autem fratrum & ſororum conjugia. Nec enim hujus aut illius gentis perverſiſſima ratio quicquam ex divina omnium conſenſione poteſt pervertere. Ant. Auguſt. 4. *emend.* 4. Marcil. *h.* Theoph. *h.* Pet. Fab. 2. *Sem.* 1. Grot. 1. *de jur. bell. & pac. cap.* 1.
n. 12. Quod autem dixi jure gentium ſecundario diſtingui dominia, vix 8
videtur procedere, ſi verum ſit, quod acquiſitio dominiorum ex jure gentium primario originem ſumpſerit, ut Imperator ſignificat in *d.* §. 11. *Inſt. de rer. div.* Difficultas hæc tanta eſt, ut vix poſſit diſſolvi, niſi conceſſeris rerum omnium pro indiviſo jam acquiſitum dominium etiam tum, cum nondum eſſet ulla dominiorum diſtinctio; aut initium dominiorum monſtraſſe naturam, cum occupatione rerum, quarum uſus duntaxat in abuſu conſiſtit, velut cibi & potus, inter meum & tuum diſtinguere docuit. Non uno quodam impetu, verum paulatim ita, ut jam eſt videre, diſtincta dominia. Grot. *de mar. lib. cap.* 5.

TEXTUS

§. II. *Sed jus quidem civile ex unaquaque civitate appellatur, veluti Athenienſium. Nam ſiquis velit Solonis vel Draconis leges appellare jus civile Athenienſium, non erraverit. Sic enim & jus, quo Romanus populus*

utitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

utitur, jus civile Romanorum appellamus, vel jus Quiritum, quo Quirites utuntur. Romani enim à Romulo, Quirites à Quirino, appellantur. Sed quoties non addimus nomen, cujus ſit civitatis, noſtrum jus ſignificamus, ſicuti cum Poëtam dicimus, nec addimus nomen, ſubauditur apud Græcos egregius Homerus: apud nos Virgilius. Jus autem gentium omni humano generi commune eſt. Nam uſu exigente & humanis neceſſitatibus gentes humanæ jura quædam ſibi conſtituerunt. Bella etenim orta ſunt, & captivitates ſequutæ, & ſervitutes, quæ ſunt juri naturali contrariæ. Jure enim naturali omnes homines ab initio liberi naſcebantur. Et ex hoc jure gentium omnes pene contractus introducti ſunt, ut emptio & venditio, locatio & conductio, ſocietas, depoſitum, mutuum, & alii innumerabiles.

COMMENTARIUS.

1. *Quid jus civile.*
2. *Quæ plena libertas.*
3. *Populorum diviſio.*
4. *Quid coloniæ. Quid municipia.*
5. *Quid Præfecturæ.*
6. *Quid Provinciæ.*
7. *Provinciarum quot ſpecies.*
8. *Refutatur Salmaſius.*
9. *Refutatur & Bartolus.*
10. *De vi ſtatutorum.*

1 JUs civile eſt, quod quiſque populus ipſe ſibi conſtituit, §. 1. *Inſt. h. t. l. omnes 9. ff. de juſt. & j.* Corn. Nep. *in Cimon.* de jure Athenienſium: *Habebat magnam prudentiam cum juris civilis, tum rei militaris.* Quiſque nimirum populus majeſtate munitus, liber, & nullius alterius nationis aut gentis poteſtati ſubjectus,
2 *l. ult. in fin. C. de legib. l. 2. §. 21. in fin. C. de vet. jur. enucl.* Plena libertas conſiſtit in tribus, in αὐτονομίᾳ, αὐτοδικίᾳ, & αὐτοτελείᾳ, ut recte Salmas. *ad jus Attic. 27. in fin.* Hæc ſiquis amiſerit, majeſtate ſpoliatus
3 legum etiam condendarum poteſtatem amittit. Romani autem cum rerum eſſent potiti, omnes qui erant in toto terrarum orbe nationes aut populi vel erant liberi, vel Romanis ſubjecti. Liberi vel erant liberi ſimpliciter, vel erant fœderati, *l. 7. pr. & §. 1. ff. de capt. & poſtl. rev.* Romanis autem ſubjecti aut erant Provinciæ, aut erant urbes in ſpecie, Præfecturæ,

Colo-

Coloniæ, vel etiam Municipia. Coloniæ erant urbes, in quas multitudi- 4
nem domi abundantem ſolebant deducere, *l.*239.§.5.*ff.de V.S.*Municipia urbes, ſuis nixæ radicibus. Utebantur coloniæ populi Romani inſtitutis & legibus. Municipia propriis, niſi leges Romanorum iis eſſent contrariæ, *l.*3. §.5.*ff.de ſepulch. viol. l.*37.*ff.de reb.auct.jud poſſ.l.ult.*§.27.*ff.de mun. & hon. l.*29. §.*pen.ff. ad l. Aquil. l.* 25.*ff.ad municip. l.* 3. §. *ult. ff. de decret.ab ord fac. l.* 1. *ff. de alb.ſcrib.* Ad quas etiam deficientibus propriis ſolebant recurrere, *l.*23.*pr. ff. de legib.* Vellej. 1. *hiſt.* 14. de coloniis poſt Romam à Gallis captam juſſu ſenatus deductis: *Huic rei per idem tempus civitatem propagatam, auctumque Romanum nomen communione juris, haud intempeſtive ſubtexturi videmur.* Aſcon. Pæd. 4.*in Verr. Etenim apud veteres non Romano tantum jure, ſed & ſuæ cujuſque civitatis legibus agebatur.* Plin.10. *epiſt.*110. *Quo jure uti debeant Bithynæ vel Ponticæ civitates in iis pecuniis, quæ ex quaque cauſa reip. debebuntur, ex lege cujuſque animadvertendum eſt.* Aul.Gell. 16.*noct. Attic.* 13. *Mirarique ſe oſtendit, quod & ipſi Italicenſes, & quædam item alia municipia antiqua, in quibus Uticenſes nominat, quum ſuis moribus legibuſque uti poſſent, in jus coloniarum mutare geſtiverint. Præneſtinos autem refert maximo opere à Tiberio imperatore petiſſe oraſſeque, ut ex colonia in municipii ſtatum redigerentur: idque illis Tiberium pro referenda gratia tribuiſſe, quod in eorum finibus, ſub ipſo opido, ex capitali morbo convaluiſſet. Municipes ergo ſunt cives Romani ex municipiis, legibus & ſuo jure utentes, muneris tantum cum populo Romano honorarii participes, nullis aliis neceſſitatibus, neque ulla populi Romani lege adſtricti. Coloniarum alia neceſſitudo eſt. non enim veniunt extrinſecus in civitatem, nec ſuis radicibus nituntur: ſed ex civitate quaſi propagatæ ſunt: & jura inſtitutaque omnia populi Romani, non ſui arbitrii habent.* Add. Forner. 1. *ſel.* 13. Qui olim erant in municipiis fuiſſe cives Romanos & omnes propemodum à tributis immunes Gellius hoc loco ſatis clare ſignificat. Coloni ſimiliter non pendebant tributum, ſi vel eſſent Italici, vel jus eſſent Italicum conſecuti à Principe, *l.* 1. *pr.* & §.6. *l.ult.* §. *Divus* 7. & *t.tit. ff. de cenſ.* Nemo enim ut in tota Italia tributum exſolveret, ſancitum Afranio & Metello Coſſ. Dio Caſſius ſcribit *lib.* 37. Ταῦτα τε ὖν οὕτως ἐπεράχθη. καὶ ἐπειδὴ τὰ τέλη δεινῶς τήν τε πόλιν καὶ τὴν ἄλλην Ιταλίαν ἐλύπει, ὁ μὲν νόμος ὁ καταλύσας αὐτὰ πᾶσιν ἀρεσὸς ἐγένετο, *His eo modo actis, quum vectigalia & urbi & reliquæ Italiæ magnopere moleſta eſſent, lex de iis abolendis lata perquam accepta fuit.* Sed temporis progreſſu cum oblitera-

rentur paulatim jura municipalia, Gell. *d. loc.* ſuæ cujuſque civitatis cives ſunt dicti municipes, etiamſi non haberent jus civitatis Romanæ, *l.* 1. *pr. ff. ad municip.* Pancirol. 2. *lect.* 252. à tributis quidem non omnino immunes, ſed partim ſuis utentes, partim populi Romani inſtitutis & legibus. Cic. 3. *in Verr. Cur ea capita in edictum provinciale transferre nolueris. utrum digniores homines exiſtimaſti eos qui habitabant in provincia, quam nos qui æquo jure uteremur? an aliud Romæ æquum eſt, aliud in Sicilia?* Idem 4. *in Verr. Prius jura Sieulorum deinde iſtius inſtituta cognoſcite. Siculi hoc jure ſunt, ut quod civis cum cive agat, domi certet ſuis legibus, quod Siculus cum Siculo, non ejuſdem civitatis, ut de eo prætor judices ex P. Rupilii decreto, quod is de decem legatorum ſententia ſtatuit, quam legem Siculi Rupiliam vocant, ſortiatur.* Ibid. *Non modo Siculorum nihil in hac re valuiſſe leges, ſed ne ab ſenatu quidem populoque Romano datas. Quas enim leges ſociis amiciſque dat is, qui habet imperium à populo Romano, auctoritatem legum dandarum à ſenatu: hæ debent & populi Romani & ſenatus exiſtimari.* Urbes igitur omnes, quæ erant ſubjectæ Romanorum imperio, Præfecturis exceptis, aut erant coloniȩ, aut erant municipia. Et propriè quidem dicebant municipia, quæ jus habebant civitatis Romanæ: abuſive vero civitates quaſcunque *d. l.* 1. *pr.* Feſtus *in voce Municeps & in voce Municipium.*

5 Præfecturas quod attinet: Urbes erant, quibus abrogatis magiſtratibus ſublato ſenatu & plebis omni concilio præerat Præfectus miſſus ab Roma. Liv. 26. *cap.* 16. *Cæterum habitari tantum, tanquam urbem, Capuam, frequentarique placuit: corpus nullum civitatis, nec ſenatus, nec plebis concilium, nec magiſtratus eſſe. Sine conſilio publico, ſine imperio multitudinem, nullius rei inter ſe ſociam, ad conſenſum inhabilem fore. præfectum ad jura reddenda quotannis ab Roma miſſuros.* Vellej. 2. *hiſt.* 44. *Cæſar legem tulit, ut ager Campanus plebei divideretur, ſuaſore legis Pompejo. ita circiter viginti millia civium eo deducta, & jus ab his reſtitutum poſt annos circiter centum quinquaginta duos, quam bello Punico ab Romanis Capua in formam præfecturæ redacta erat.* Vid. Feſtum *in Præfecturæ.* Cicer. 1. *de leg. agr. cont. Rull.* Cujac. 11. *obſ.* 24. Sic cum Auguſtus Antonium memorabili prælio deviciſſet ad Actium, Ægypto redacta in provinciæ formulam, Alexandriam totius Ægypti potentiſſimam urbem ſublatis magiſtratibus & univerſo ſenatu præfecturam effecit, uno univerſæ civitati impoſito homine, quem JCti appellant juridicum *tit. ff. & Cod. de offic. jurid.* Dio Caſſ. *lib.* 51. Οὐ μὴν τοι οὐδ᾽ ἐκείνοις βουλεύειν ἐν τῇ Ῥώμῃ

ἐφῆ-

ἐφῆκεν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄλλοις ὡς ἑκάστοις, τοῖς δ' Ἀλεξανδρεῦσιν ἄνευ βουλευτῶν πολιτεύεσθαι ἐκέλευσε, τοσαύτην τινὰ νεωτεροποιΐαν αὐτῶν κατέγνω. *Adeo ſuſpectos Ægyptios ſtudii novarum rerum habebat, ut nemini eorum ſenatorem eſſe Romæ permiſerit: ſed cæteris quidem urbibus ſuo unicuique modo, Alexandrinis vero ſine ſenatoribus rempublicam adminiſtrare juſſerit.*

Provinciæ erant procul Italia ſitæ regiones vincendo in poteſtatem populi Romani redactæ. Cujac. 12. *obſ.* 33. Provinciarum omnium caput erat Italia; unde paſſim in jure ab iiſdem diſtinguitur, *pr. Inſt. de excuſ. tut. l. notionem* 99. §. 1. *ff. de V. S. l.* 2. §. 5. *ff. de jud. l. un. C. de uſucap. transf.* §. *per traditionem* 40. *Inſt. de rer. div. l.* 1. *C. Qui nu. lib. l.* 7. §. 13. *ff. de interd. & rel.* Cujac. 27. *obſ.* 2. Nec niſi improprie, & quatenus à Romanis nondum erat ſubacta ab auctoribus claſſicis nuncupatur provincia. Sic accipe Livium *lib.* 42. *cap.* 31. *Ut conſules inter ſe provincias Italiam & Macedoniam compararent ſortirenturque.* Item *lib.* 43. *cap.* 11. *Conſules deſignati, ubi primum magiſtratum iniſſent de Macedonia referre ad ſenatum juſſi: deſtinatæque provinciæ iis ſunt, Italia & Macedonia.* Prima provinciarum erat Sicilia, quam Florus 2. *hiſt.* 2. & Cicer. 5. *in Verr.* ſuburbanam idcirco populi Romani appellant provinciam. Erat autem provinciis adempta majeſtas. Pendebant ſtipendium, *d.* §. *per traditionem* 40. Vellej. 2. *hiſt. Gallias primum Domitio Fabio nepote Pauli, qui Allobrogicus vocatus eſt, intratas, cum exercitu, magna mox clade noſtra, ſæpe & affectavimus & amiſimus, ſed fulgentiſſimum C. Cæſaris opus in iis conſpicitur; quippe ejus ductu auſpiciiſque infractæ, idem quod pene totus terrarum orbis ignavum conferunt ſtipendium.* Tacit. *annal.* 11. *Mox duplicatus numerus ſtipendiaria jam Italia, & accedentibus provinciarum vectigalibus.* Parebant magiſtratibus vel miſſis à populo, quos appellabant Proconſules, vel miſſis à Principe, qui dicti ſunt Præſides. Unde vel 7
Præſidales vel Proconſulares erant omnes provinciæ. Proconſulares Romani dicebant etiam publicas, ut teſtis eſt Tacitus *annal.* 13. *Conſulum tribunalibus Italia & publicæ provinciæ aſſiſterent. Illi patrum aditum præberent, ſe mandatis exercitibus conſulturum.* Erant enim populi; quemadmodum Præſidales facta diviſione provinciarum cum Auguſto erant Principi traditæ. Fuſe Dio Caſſius *lib.* 53. Bachov. *ad tit. ff. de offic. proc. & leg.* Legatorias autem, quas velut tertiam ſpeciem diſtinctam à 8
prioribus effinxit Salmaſius *not. ad Spartian. in Adrian. ad Lamprid. in Alex. Sev. & ad Treb. Poll. in* 30. *tyrann.* inter chimæras & hippocentauros

tauros referendas exiſtimo. Legatos prætorios, Legatos conſulares, ϛρα-τηγοὺς, Prætores, Proprætores & generali vocabulo Rectores provinciæ dictos olim Præſides legiſſe me memini, *l.7.ff. de man. vind.* §.2. *Inſt. de liber. l.12. pr. ff. de accuſ. tit.* C. *de offic. rect. prov.* Tacit. *annal.2. Contra Domitius Celer ex intima ejus amicitia diſſeruit, Utendum eventu, Piſonem non Sentium Syriæ præpoſitum. Huic faſces & jus prætoris, huic legiones datas.* Ibid. *Cæſariſque ſe legatum teſtabatur, provincia quam is dediſſet arceri.* Idem *annal. 6. Exin Flacco Pomponio Syriæ proprætore defuncto.* Sueton. *in Veſpas. c.* 4. *Cæſoque præpoſito, legatum inſuper Syriæ conſularem ſuppetias ferentem, rapta aquila fugaverunt.* Spartian. *in Adrian. Prætor factus eſt Sura bis, Serviano iterum Coſſ. Legatus poſtea prætorius in Pannoniam inferiorem miſſus Sarmatas compreſſit.* De legatoriis provinciis nihil uſpiam, niſi fallor, aut ſcriptum aut pictum eſt. Intrepide tamen ſic ſcribit Salmaſius ad Lamprid. *in Alex. Sev. In Alex. Sev. provinciæ nominantur præſidiales, legatoriæ, & proconſulares.* Oblitus forte ſic ſcripſiſſe Lampridium: *Provincias prætorias, præſidiales plurimas fecit, proconſulares ex voluntate Senatus ordinavit.* Cujus occaſione, quod ibi dicit Lampridius, id tamen notandum eſt, proconſulares & præſidales provincias in conſulares interdum & prætorias dividi, dici autem prætorias, quas obtinebant prætores, aut viri ſaltem prætorii, conſulares vero, queis functi conſulatu cum imperio præerant. Sic accipiendus eſt locus ille Capitolini, qui torſit Caſaubonum in *M. Antonin. Provincias ex proconſularibus conſulares, aut ex conſularibus proconſulares, aut prætorias pro belli neceſſitate fecit.* Viri porro prętorii, qui populi provinciis cum imperio præerant, dicebantur proconſules, provincię vero vel proconſulares vel etiam prætoriæ, conſulares autem ſi functi eſſent conſulatu earum proconſules. Proconſulem enim, ut obſervavit etiam Salmaſius *not. ad Pollion. in* 30. *tyrann.* dicebant Romani, qui conſulari imperio obtinebat provinciam, etiamſi conſulatum non adminiſtraſſet. *Neminem ad eam diem triumphaſſe, qui ſine magiſtratu res geſſiſſet conſtabat*, dicit Liv. *lib.* 28. *cap.* 38. de Scipione, quem proconſulem miſſum in Hiſpaniam dixerat, *lib.*26. *cap.* 18. Idem *lib.* 31. *cap.* 20. *L. Cornelius Lentulus proconſul ex Hiſpania rediit. res triumpho dignas eſſe cenſebat ſenatus: ſed exemplum à majoribus non accepiſſe, ut qui neque dictator, neque conſul, neque prætor res geſſiſſet, triumpharet. Pro conſule illum Hiſpaniam provinciam, non conſulem, aut prætorem obtinuiſſe.* Præſides ſimiliter ſi geſſiſſent conſulatum, legatos conſulares, ſi vero præturam, legatos prætorios dictos olim

à ſcri-

à ſcriptoribus claſſicis negari non poteſt. Spartianus ſupra: *Prætor factus eſt: &c. Legatus poſtea prætorius in Pannoniam inferiorem miſſus &c.*

Cæterum ex iis, quæ jam dicta ſunt hactenus, apparet damnandam eſſe 9
ſententiam Bartoli, qui *d. l.9. ff. de juſt. & j.* de quacunque civitate, quocunque populo, etiam de municipiis accipiendam exiſtimat. Loco enim privatorum habentur municipia uſa ſuis legibus beneficio Romanorum, qui multis eas etiam ſolebant adimere, *l.15. l.16. ff. de V.S.* Plin. 10. *epiſt.* 93. *Amiſenorum civitas & libera & fœderata beneficio indulgentiæ tuæ legibus ſuis utitur.* Cic. 4. *in Verr. Sthenius poſtulat, ut ſecum ſui cives agant de literis publicis corruptis, ejuſque rei legibus Thermitanorum actio ſit: cum ſenatus populuſque Romanus Thermitanis, quod ſemper in amicitia fideque manſiſſent, urbes, agros, legesque ſuas reddidiſſet.* A. Hirt. *de bell. Alex. in fin. Præferendum exiſtimavit, quas in provincias regioneſque veniſſet, eas ita relinquere conſtitutas, ut domeſticis diſſenſionibus liberarentur, jura legeſque acciperent, & externorum hoſtium metum deponerent.* Et idcirco notabile, quod refert Sozomen. 7. *hiſt. cap.* 9. uti ſuis legibus deſiiſſe Conſtantinopolim, cum collocaſſet Conſtantinus ibi ſedem imperii, juſſo ut nova Roma diceretur in poſterum. Ex eo enim tempore καὶ γερουσίᾳ, καὶ τάγμασι δήμων καὶ ἀρχαῖς ὁμοίως ἐχρῆτο. καὶ τὰ συμβόλαια κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐν Ἰταλίᾳ ῥωμαίων ἐκρίνετο, καὶ τὰ δίκαια καὶ τὰ γέρα περὶ πάντα ἑκατέρᾳ ἰσάζετο, &c. Vid. Choppin. *de comm. Gall. conſ. præc. part. 2. cap. 1. in fin.* Privati autem cum ferre legem nequiverint, neceſſario ſequitur ne municipiis quidem licuiſſe ſibi jus conſtituere proprium, quod teneret invitos. Dico, quod teneret invitos: Si enim ſponte ſua ſe ſubjecerint legibus, jus conſtitutum ſortietur effectum; nam & privati ſi ultro ſe legibus à ſe latis ſubjiciant, ut fit in collegiis, valebit quod placuit, & habebit vim pacti, niſi jus publicum corrumpat aut tollat, *l. ult. ff. de colleg. l.27. l.45. §.1. ff. de reg. jur. l.3. §.5. ff. de ſepulch. viol. l.38 ff. de pact. l.1. §.9 ff. de mag. conv.* P. Heig. *quæſt.* 23. *n.* 20. *& ſeqq. Ordon. op de crimínel. juſt. in de Nederl. art.* 59. Legis vim aliter non accipere poterit, quam ſi robur addiderit ſuprema majeſtas, cui legum condendarum eſt conceſſa licentia. Stante Republica cum nondum eſſet Romanorum ſtrangulata libertas, apud populum ſolum erat ſumma majeſtas. Solus igitur legem aliquam condendi habebat arbitrium. Dion. Halicarn. 6. *cap.* 9. Ἴστε δή που νόμον ὑπάρχοντα ἐξ οὗ τὴν δε οἰκοῦμεν τὴν πόλιν, πάντων εἶναι κυρίαν τὴν βουλὴν, πλὴν ἀρχὰς ἀποδεῖξαι,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

καὶ νόμους ψηφίσαι, καὶ πόλεμον ἐξενεγκεῖν, ἢ τὸν συνεςῶτα καταλύσασθαι. τέτων δὲ τῶν τριῶν τὸν δῆμον ἔχειν τὴν ἐξουσίαν ψῆφον ἐπιφέροντα, *Scitis nobis eſſe jam inde ab urbe condita legem, quæ rerum omnium ſummam ſenatus poteſtati permittit præter magiſtratuum creationem, legumlationem, & belli vel inferendi vel finiendi arbitrium: horum enim trium poteſtatem eſſe penes ſuffragia populi.* Principes vero cum invaſiſſent Rempublicam populi majeſtas in Principes tranſiit, legumque conditores & legum interpretes ſoli Imperatores propterea dicuntur in *l. ult. C. de legib. l. 2. §. 41. C. de vet. jur. euucl. l. 1. ff. de conſt. princ. §. 6. Inſt. de jur. nat. & gent.*

10 Unde facile patet, quid ſit judicandum de ſtatutis & legibus quibus utimur hodie. Vim nullam habebunt, ſi jus Romanum velimus reſpicere. Si vero Ordines cujuſque provinciæ, qui ſolum Deum ſe ſuperiorem agnoſcunt, & ſumma majeſtate non minus ſunt præditi, quam olim erant Romani rerum omnium domini, legum robur habebunt & poteſtatem pleniſſimam per univerſam provinciam. Schneid. *in §. 3. Inſt. h. t.* Gail. 1. *de pac. publ. c. 6. n.* 10. Mynſ. 6. *obſ.* 41. *n.* 4. & 5. Extra provinciam non poſſunt extendi, *l. ult. ff. de juriſd.* niſi ſint perſonalia, quæ ubique comitantur hujus aut illius provinciæ civem, licet incolas alterius non poſſint afficere, *d. l. ult.* Burgund. *tr.* 1. *n.* 9. & *tr.* 2. *n.* 7. Rodeburg. *de jur. q. or. è ſtat. div. p.* 2. *tit.* 2. *c.* 1. *n.* 5. Sunt autem perſonalia, quæ de jure & qualitate perſonæ diſponunt. Sicut realia, quæ rei conditionem & qualitatem reſpiciunt. Burgund. *tr.* 1. *n.* 4. Perſonalis exemplum eſt *art.* 13. *van d'ordinantie deciſoir, Nequis ad majorem ætatem perveniat, niſi annum vigeſimum quintum exceſſerit.* Rodeburg. *de j. q. or. è ſtat. div. part.* 1. *tit.* 2. *c.* 1. Realis exemplum *art.* 1. & *art.* 6. ejuſdem edicti. *Ne valeat inter virum & uxorem donatio.* Item, *Nequis faciat teſtamentum, niſi maſculus natus ſit annos octodecim, fœmina ſedecim.* Porro autem ut univerſam hanc provinciam ſtatutum obſtringat, conſenſus omnium noſtrorum Ordinum, Electorum, Equitum, Conſulum & Senatorum nominatim requiritur. Siquid enim Ultrajectum velut membrum noſtrorum Ordinum forte ſola ſtatuerit, ultra ejus territorium non poteſt extendi. Sicut apud Romanos, quicquid ſola plebs ſciverat, ante legem Hortenſiam plebem duntaxat, non autem ſimul etiam ſenatores & equites obſtringere poterat, §. 4. *Inſt. h. t.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

TEXTUS

§. III. Conſtat autem jus noſtrum, quo utimur, aut ſcripto, aut ſine ſcripto: ut apud Græcos, τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. *Scriptum autem jus eſt, Lex, Plebiſcitum, Senatuſconſultum, Principum placita, Magiſtratuum edicta, reſponſa Prudentum.*

COMMENTARIUS.

1. *Juris ſcripti & non ſcripti definitio.*
2. *Lex & jus ſcriptum an differant.*

Diogenes Laërtius in *Platon.* Νόμου διαιρέσεις δύο. ὁ μὲν γὰρ γεγραμμένος, ὁ δέ ἄγραφος. ᾧ μὲν ἐν ταῖς πόλεσι πολιτευόμεθα, γεγραμμένος ἐστίν. ὁ δὲ κατὰ ἔθη γενόμενος, οὗτος ἄγραφος καλεῖται, οἷον τὸ μὴ γυμνὸν πορεύεσθαι εἰς τὴν ἀγορὰν, μηδὲ γυναικεῖον ἱμάτιον περιβάλλεσθαι. ταῦτα γὰρ οὐθεὶς νόμος κωλύει, ἀλλ' ὅμως οὐ πράττομεν διὰ τὸ τῷ ἀγράφῳ νόμῳ κωλύεσθαι. τοῦ ἄρα νόμου ἐσίν ὁ μὲν γεγραμμένος, ὁ δὲ ἄγραφος. *Legis gemina eſt diſtributio, altera ſcripta, altera vero non ſcripta. Prior illa eſt civilis, qua Remp. adminiſtramus; quæ vero citra ſcripturam eſt, ea à natura & uſu proficiſcitur, quale eſt nudum in foro ambulare non debere, aut uti veſte muliebri, quod nulla lege ſcripta prohibetur, interim tamen ea non facimus, quia jure non ſcripto prohibentur. Legum ergo aliæ ſcriptæ ſunt, aliæ non ſcriptæ.* Cedren. *tom.* 1. *hiſt.* Ο μέγας καισάρειος, ἀδελφὸς τοῦ μεγάλου Γρηγορίου, διαφόρων ἐθνῶν καὶ ἠθῶν καὶ τρόπον τε καὶ νόμον ἐξηγούμενος ἐν ἐπιτομῇ, τοιάδε φάσκει. ἐν γὰρ ἑκάστῃ χώρᾳ καὶ ἔθνεσιν, ἐν τοῖς μὲν ἔγγραφος νόμος ἐστὶ, ἐν τοῖς δὲ ἡ συνήθεια. Jus ſcriptum eſt, quod expreſſo populi conſenſu ſancitum & in ſcripturam redactum eſt, *l.* 35. *l.* 36. *ff. de legib. l. humanum* 8. *C. eod.* Connan. 1. *comm.* 7. *n.* 5. Non ſcriptum, quod ejuſdem eſt tacita voluntate receptum. Non ſcriptum frequentius conſuetudinem dicunt. Scriptum vero regulariter Lex appellatur. Cic. 1. *de Orat. Sin autem quæreretur, quis juriſconſultus vere nominaretur, eum dicerem, qui legum & conſuetudinis, qua privati in civitate uterentur, & ad reſpondendum, & ad agendum & ad cavendum peritus eſſet.* Idem 2. *ad Herenn. Conſtat igitur jus ex his partibus, natura, lege, conſuetudine, judicato, æquo & bono, pacto. Natura jus eſt, quod cognationis aut pietatis cauſa obſervatur, quo jure parentes à liberis,*

ris, aut à parentibus liberi coluntur. Lege jus eſt, id quod populi juſſu ſancitum eſt, quod genus, ut in jus eas, cum voceris. Conſuetudine jus id eſt,
2 *quod ſine lege æque ac ſi legitimum ſit, uſitatum eſt.* Quod autem notandum, lex & jus ſcriptum non ubique conveniunt. Ut dicatur jus ſcriptum, ſcriptura requiritur. Ad legis eſſentiam ſcriptura non pertinet. Uſos enim legibus Lacedæmonios nemo negaverit, nec quiſquam tamen jus illud Laconicum jus ſcriptum vocabit, cum inter cæteras legiſlator eorum hanc etiam condiderit, μὴ χρῆσθαι νόμοις ἐγγράφοις, *ſcriptis legibus non uti.* Jus ſcriptum etiam hodie Congi ignorant, qui ſunt Africæ populi, ſed inveteratam conſuetudinem pro lege cuſtodiunt, ut annalium nauticorum ſcriptores affirmant. Non omnis Lex ergo poteſt dici jus ſcriptum, ſed omne jus ſcriptum Lex recte vocabitur.

TEXTUS

§. IV. *Lex eſt, quam Po. Romanus Senatorio magiſtratu interrogante, veluti Conſule, conſtituebat. Plebiſcitum eſt, quod plebs plebejo magiſtratu interrogante, veluti Tribuno, conſtituebat. Plebs autem à populo eo differt quo ſpecies à genere: nam appellatione populi univerſi cives ſignificantur, connumeratis etiam Patriciis & Senatoribus. Plebis autem appellatione, ſine Patriciis & Senatoribus, cæteri cives ſignificantur. Sed & Plebiſcita lege Hortenſia lata non minus valere, quam leges cœperunt.*

COMMENTARIUS.

1. *Lex quid ſignificet.*
2. *Quot ordines populi.*
3. *Senatores an magiſtratus?*
4. *Explicatur Aſconius.*
5. *An ex ordine Senatorio ſemper creati ſint magiſtratus à populo.*
6. *Quem interrogaverit magiſtratus cum Lex eſſet ferenda.*
7. *Comitiorum quot ſpecies.*
8. *Ubi ſint habita centuriata comitia.*
9. *Ubi tributa.*
10. *Ubi curiata.*
11. *Centuria quæ prima ſuffragium dixerit.*
12. *Formula interrogandi dicturos ſuffragia.*
13. *Quomodo interroganti reſponderit populus.*
14. *Quinam magiſtratus interrogaverint populum.*

15. *No-*

15. *Notatur Vinnius.*
16. *Objectio ſolvitur.*
17. *Illuſtrantur hujus §. verba finalia.*
18. *Ioh. Fabri error craſſiſſimus.*
19. *Tribuni plebis quod fuerint magiſtratus probatur apertius.*
20. *Refutatur Plutarchus.*
21. *Exponitur Livius.*

VOx legis aliquando latiſſime ſumitur; aliquando ſtrictius, & ut Græci dicunt ἰδίως accipitur; aliquando ſtictiſſime. Latiſſimè ſumta à jure non differt omne jus ſcriptum & non ſcriptum ſignificans, *l.* 33. *ff. de legib. l.* 1. *ff. eod.* Strictius accepta jus ſcriptum ſignificat, *l.* 2. §. 12. *ff. de or. jur. l.* 1. §. 2. *ff. und. cogn. l.* 1. §. 1. *ff. ad l. Aquil.* §. 6. *Inſt. h. t.* Strictiſſime vero jus illud in ſpecie, cujus eſt definitio hic in §. 4. 1

POPULUS. Populum conſtituebant tres Ordines, Senatus, Equites, & Plebs. Ovid. *Martia Roma triplex, equitatu, plebe, ſenatu.* 2

SENATORIO MAGISTRATU. Senatores non erant magiſtratus, ſed publicum conſilium inſtitutum à Romulo. Vellej. 1. *Hiſt. Romulus centum homines electos, appellatoſque Patres, inſtar habuit conſilii publici: hanc originem nomen Patriciorum habet.* Magiſtratus erant Conſules, Prætores, Quæſtores, Proconſules. Senatus juriſdictioni non præerat. Præerant Prætores cæterique magiſtratus creati à populo. Præeſt jurisdictioni, qui cauſam cognoſcere, ferre ſententiam, exequi judicatum, & ſi victus ſit contumax, vi mixti imperii juriſdictionem ſuam poteſt defendere. Senatus autem ſtante Republica cum adhuc florens præſideret orbi terrarum, litem privatorum non ſolebat decidere. Faciebant id Conſules, & impeditis Conſulibus bellorum multitudine, cum non eſſet in civitate, qui poſſet jus reddere, creatus eſt Prætor, ut dicit Pomponius *l.* 2. §. 26. *&* 27. *ff. de orig. jur.* Dico, *ſtante Republica*, nam tempore Principum, cum accifa paulatim auctoritate Senatus Princeps eſſet rerum omnium dominus, nonnunquam etiam Senatui fuit datum negotium, ut nomine Principis cauſa cognita velut mandatarius ferret ſententiam, *l.* 1. §. 2. *ff. A quib. app. non lic.* Ammian. Marcell. *lib.* 28. *Super hoc Princeps conſultus ſenatui negotium dedit. Qui cum rem librata juſtitia comperiſſet, eumque ad Boas Dalmatiæ locum exterminaſſet, ægre Imperatoris iracundiam tulit, perciti vehementer, quod hominem addictum, ut ipſe pro-* 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

poſuerat, morti, clementiori ſententia didicerat plexum, Tacit. *annal.* 4. *Caſſius Severus, per immodicas inimicitias, ut judicio jurati Senatus Cretam amoveretur, effecerat.* Idem *annal.* 14. *Auxitque patrum honorem ſtatuendo, ut qui à privatis judicibus ad Senatum provocaviſſent, ejuſdem pecuniæ periculum facerent, cujus ii, qui Imperatorem appellavere.* Sueton. *in Neron. c.* 17. *Cautum ut omnes appellationes à judicibus ad Senatum fierent.* Sed quid ergo eſt, quod ſtante Republica Sylla dicitur judicia
4 tradidiſſe Senatui? Aſcon. *in divinat. C. Cracchus legem tulerat ut equites Romani judicarent. Judicaverunt per annos* XL. *ſine infamia, poſt victor Sylla leges tulerat, ut ſenatorius ordo judicaret, & judicavit per* X. *annos turpiter.* Non eſt exiſtimandum univerſum illum ordinem omiſſa republica incubuiſſe diſceptandis privatorum negotiis, ſed ex ordine ſenatorio ſortito electos, qui litem deciderent. Sueton. *in Jul. cap.* 12. *Subornavit etiam, qui C. Rabirio perduellionis diem diceret, quo præcipuo adjutore aliquot ante annos* L. *Saturnini ſeditioſum tribunatum ſenatus coërcuerat: ac ſorte judex in reum ductus tam cupide condemnavit, ut ad populum provocanti nihil æque ac judicis acerbitas profuerit.* Cic. *pro Cluent. In conſilium erant ituri judices triginta & duo: ſententiis decem & ſex abſolutio confici poterat.* Aſcon. *in Verr. act.* 1. *Cum multi judices in conſilio cum Prætore ſuo judicaturi eſſent, qui quæſitor fuiſſet in publica cauſa, verbi gratia repetundarum, ambitus, majeſtatis, neceſſe fuerat eos primum de decuria ſenatoria conſcribi, cum ſenatus judicaret, deinde in urnam ſortito mitti, ut de pluribus neceſſarius numerus confici poſſet: Tertio, id eſt, poſt urnam, permitti accuſatori ac reo, ut ex illo numero rejiciant, quos putaverint ſibi aut iniquos, aut alia re incommodos fore. Rejectione celebrata, in eorum locum, qui rejecti fuerant, ſubſortiebatur Prætor alios, quibus ille judicum legitimus numerus compleretur.* Nec idcirco tamen adducor, ut credam fuiſſe magiſtratus ſenatores illos ad judicandum electos. Habuerunt notionem, cauſam cognoſcendi ac judicandi licentiam, ſed rem judicatam executus eſt Prætor: nemo enim poteſt executioni mandare ſententiam, niſi ipſi conceſſum ſit mixtum imperium, id autem permiſſum etiam decuriis judicum probari non poterit. Adde quod inter magiſtratus & ordinem ſenatorium expreſſe diſtinguat *l.* 1. *ff. de magiſt. conv. In ordi-*
5 *nem ſubſidiaria actio non dabiter, ſed in magiſtratus dabitur.* Senatores igitur magiſtratus non erant, ſed ex ordine Senatorio creabantur regulariter. Dico *regulariter*, quia nonnunquam etiam ad honores admiſſi ſunt, qui ſenatoriam dignitatem nondum erant adepti: conſerebantur enim ſum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſummi honores arbitrio populi, ut eſt vulgo notiſſimum. Liv. *epit.* 97. *M. Craſſus & Cn. Pompejus Conſules facti (Pompejus antequam quæſturam gereret, ex equite Romano) tribunitiam poteſtatem reſtituerunt.* Valer. Max. 2. *cap.*2. *pr. Memor eum triennio ante Quæſtorem factum, ignaruſque nondum a Cenſoribus in ordinem ſenatorium allectum.* Dio Caſſ. *l.* 37. Εν δὲ δὴ τῷ ἔτει ἐκείνῳ οἵ τε τιμηταὶ πάντας τοὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς γενομένους ἐς τὸ βουλευτικὸν καὶ ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν ἐσέγραψαν. *Eodem anno a Cenſoribus omnes ii, qui magiſtratus geſſerant, in ordinem ſenatorium ſunt relati etiam ultra definitum ſenatorum numerum.* Idem *lib.*42. Οὗτοί τε οὖν τὸν Σαλλούστιον παρ' ὀλίγον ἀπέκτειναν, στρατηγὸς γὰρ ἐπὶ τῷ τὴν βουλὴν ἀναλαβεῖν ἀπεδέδεικτο.

INTERROGANTE. Quem interrogabat? Populum congregatum calatis comitiis. Calatis, id eſt, convocatis. Aul. Gell. 15. *cap.*27. *curiata per lictorem curiarum calari, id eſt, convocari.* Feſt. *in voce Calatores. Calatores dicebantur ſervi* ἀπὸ τοῦ καλεῖν, *quod eſt vocare, quia ſemper vocari poſſent ob neceſſitatem ſervitutis.* Erant autem vel centuriata, vel tributa, vel curiata comitia. Gell. *ibid. Quum ex generibus hominum ſuffragium feratur, curiata comitia eſſe: quum ex cenſu & ætate, centuriata: quum ex regionibus & locis tributa.* Curiatis populus diviſus in curias, tributis in tribus, centuriatis vero diſtractus in centurias dicebat ſuffragium. Erant 7
curiæ triginta, tribus triginta quinque, centum vero tres & nonaginta peditum, duodecim equitum centuriæ in ſex claſſes diſtinctæ. *l.* 2. §.2. *ff. de orig. jur.* Aſcon. *in Verr. de Præt. urb.* Feſt. *in voce* Centumviralia & *in voce* Centuriata. Liv. *lib.* 1. *cap.* 43. Arrogatio fiebat curiatis comitiis. Sueton. *in Auguſt. cap.* 65. *Tertium nepotem Agrippam, ſimulque Tiberium adoptavit in foro lege* Curiata. Dictatorem etiam & imperium militare populus iis confirmare ſolebat. Liv. *lib.* 5. *cap.* 52. *Comitia curiata, quæ rem militarem continent, comitia centuriata, quibus conſules tribunoſque militares creatis, ubi auſpicato, niſi ubi adſolent, fieri poſſunt.* Idem *lib.* 5. *cap.*46. *Comitiis curiatis revocatus de exilio &c. Lex curiata lata eſt, dictatorque abſens dictus.* Idem *lib.* 9. *cap.* 38. *Atque ei legem curiatam de imperio ferenti, triſte omen diem diffidit, &c. Dictator poſtero die auſpiciis repetitis pertulit legem.* Cicer. *cont. Rull. Conſuli, ſi legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet.* Leges ferebantur centuriatis comitiis, plebiſcita tributis, *h.* §. 4. Liv. *lib.*8. *cap.*12. *in fin. Ut legum, quæ centuriatis comitiis ferrentur, Patres auctores fierent.* Idem 2. *cap.*56. *Rogationem tulit ad populum, ut plebeji magiſtratus tributis comitiis fierent.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

rent. Haud parva res ſub titulo prima ſpecie minime atroci ferebatur; ſed quæ patriciis omnem poteſtatem per clientium ſuffragia creandi quos vellent tribunos auferret. Ibid. *cap.*60. *Varia fortuna belli, atroci diſcordia, domi foriſque annum exactum, inſignem maxime comitia tributa efficiunt. Res major victoria ſuſcepti certaminis, quam uſu. plus enim dignitatis comitiis ipſis detractum eſt, Patribus ex concilio ſubmovendis, quam virium aut plebi additum aut detractum Patribus.*

Senatores plurimum poterant centuriatis comitiis, plebs vero tributis. Appian. 1.*de bell. civil. cap.* 183. Liv. *d. lib.* 2. *cap.* 56. *&* 60. Idem *lib.* 1. *cap.* 43. *Deinde eſt honos additus, non enim (ut ab Romulo traditum, cæteri ſervaverant reges) viritim ſuffragium eadem vi, eodemque jure promiſcue omnibus datum eſt: ſed gradus facti, ut neque excluſus quiſquam ſuffragio videretur, & vis omnis penes primores civitatis eſſet. Equites enim vocabantur primi:* LXXX. *inde primæ claſſis centuriæ; ibi ſi variaret, quod raro incidebat, ut ſecundæ claſſis vocarentur: nec fere unquam infra ita deſcenderent, ut ad infimos pervenirent.* Ibid. *in fin. Conſules inde comitiis centuriatis à præfecto urbis ex commentariis Servii Tullii creati ſunt.* Idem *lib.* 2. *cap.* 64. *Irata plebs intereſſe comitiis Conſularibus noluit. per Patres clienteſque Patrum conſules creati.* In Campo Martio centuriata ſunt habita. Dio Caſſ. *lib.* 37. Καὶ αὐτὸ (σημεῖον) ἕως μὲν ἡ ἐκκλησία ἦν, ἐφρούρουν. ὁπότε δὲ διαλυθήσεσθαι ἔμελλε, τό τε σημεῖον καθῃρεῖτο, καὶ οἱ φύλακες ἀπηλλάσσοντο. οὐ γὰρ ἐξῆν μὴ φρουρουμένου τοῦ χωρίου ἐκείνου, οὐδὲν ἔτι χρηματισθῆναι. τοῦτο δὲ ἐν μόναις ταῖς κατὰ τοὺς λόχους ἀθροιζομέναις ἐκκλησίαις ἐγένετο, ὅτι τε ἔξω τοῦ τείχους, καὶ ὅτι πάντες οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες ἀνάγκην εἶχον ἐς αὐτὰς συνιέναι, καὶ ἔτι τε καὶ νῦν ὁσίας ἕνεκα ποιεῖται. *In Ianiculo igitur, quamdiu concio durabat, cuſtodiæ agebantur: quum autem ſolvenda jam erat concio, ſignum à Ianiculo removebatur, cuſtodeſque diſcedebant. Non autem licebat cuſtodiis ab arce ea remotis quicquam amplius ſtatuere. Is autem mos ſolis centuriatis comitiis obſervabatur, quod ad ea tum extra mœnia, tum omnes quibus eſſent arma convenire cogerentur, ut idem hodieque dicis adhuc cauſa fieri ſolet.* Quid campus Martius? Liv. *lib.*2. *cap.* 5. *Ager Tarquiniorum, qui inter urbem & Tiberim fuit, conſecratus Mar-*
9 *ti, Martius deinde campus fuit.* Tributa vero interdum in foro, interdum
extra pomœrium in campo Martio habita clariſſime patet ex locis ſequentibus. Dio Caſſ. *lib.*53. Τὰ Σεπτὰ ὠνομασμένα καθιέρωσεν. ταῦτα δὲ ἐν τῷ Αρείῳ πεδίῳ στοαῖς πέριξ ὑπὸ τοῦ λεπίδου πρὸς τὰς φυλετικὰς ἀρχαι-

ἀρχαιρεσίας συνῳκοδομημένα καὶ πλαξὶ λιθίναις καὶ ζωγραφήμασιν ἐπεκόσμησεν. Ἰούλια αὐτὰ τοῦ Αὐγούστου προσαγορεύσας. Sueton. *in Jul. cap.* 80. *Qui primum cunctati, utrumne illum in campo per comitia tribus ad ſuffragia vocantem, partibus diviſis de ponte dejicerent.* Liv. 5. *cap.* 30. *Senatum vero incitare adverſus legem haud deſiſtebat: ne aliter deſcenderent in forum, quum dies ferendæ legis veniſſet, quam ut qui meminiſſent ſibi pro aris &c. His adhortationibus concitati Patres ſenes juveneſque, quum ferretur lex, agmine facto in forum venerunt: diſſipatique per tribus, ſuos quiſque tribules prenſantes, orare cum lacrymis cœpere &c. legem una plures tribus antiquarunt, quam juſſerunt.* Idem 10. *cap.*24. *Fabius nihil aliud precatus populum, quam ut priuſquam intro vocarentur ad ſuffragia tribus, Appii Claudii prætoris allatas ex Etruria literas audirent, comitio abit.*

Quid autem comitium? Locus tectus in foro proxime curiam. Liv. *lib.* 5. *cap.* 7. *Neque aut in curiam vocati, quibus reſponſum daretur, aut limine curiæ continebatur ſenatus: ſed pro ſe quiſque ex ſuperiore loco ad multitudinem in comitio ſtantem, voce manibuſque ſignificare publicam lætitiam.* Curiata tantum habita videntur in foro. Varro *lib.* 4. *de ling.* 10
Lat. Comitium ab eo, quod coibant eo comitiis curiatis. Centuriam por- 11
ro, quæ prima diceret ſuffragium, ſors deſignabat. Liv. *l.* 23. *c.* 6. *Galeria juniorum, quæ ſorte prærogativa erat, Q. Fulvium & Q. Fabium conſules dixerat. eodemque cæteræ vocatæ inclinaſſent, ni tribuni plebis &c.* Idem *lib.* 26. *c.* 22. *Quum comitia conſulibus rogandis haberet, prærogativa Veturia juniorum declaravit T. Manlium Torquatum, &c. magna circumfuſus turba ad tribunal conſulis venit, petitque ut pauca ſua verba audiret, centuriamque quæ tuliſſet ſuffragium, revocari juberet, &c. Tum centuria & auctoritate mota viri, & admirantium circa fremitu, petit à conſule, ut Veturiam ſeniorum citaret. Velle ſe cum majoribus natu colloqui.* Qui habebat comitia, dicturos ſuffragia ſic interrogabat; Velitis, 12
jubeatis Quirites. Gell. *lib.* 5. *cap.* 19. *Velitis jubeatis Quirites, uti Lucius Valerius &c. ita uti dixi, ita vos Quirites rogo.* Liv. *lib.*31.*c.*6. *P. Sulpicio provincia Macedonia ſorte evenit, iſque rogationem promulgavit, Vellent juberent Philippo regi Macedonibuſque, qui ſub regno ejus eſſent, ob injurias armaque illata ſociis populi Romani bellum indici.* Idem *lib.*38.*c.*54. *Fuit autem rogatio talis: Velitis, jubeatis, quæratur, quæ pecunia capta, ablata, coacta ab rege Antiocho eſt, quique ſub ejus imperio fuerunt, quod ejus in publicum relatum non eſt, uti de ea re &c.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Apud Athenienſes erat formula fere ſimilis. Plutarch. *in Demetr. cap.* 15. Ἀγαθῇ τύχῃ δεδέχθω τῷ δήμῳ, χειροτονῆσαι τὸν δῆμον, ἕνα ἄνδρα ἐξ Ἀθηνῶν, ὅστις ἀφικόμενος πρὸς τὸν σωτῆρα καὶ καλλιερησάμενος, ἐπερωτήσει τὸν Δημήτριον τὸν σωτῆρα, πῶς εὐσεβέστατα, καὶ τὴν ταχίστην ὁ δῆμος τὴν ἀποκατάστασιν ποιήσαιτο τῶν ἀναθημάτων. ὅτι δ᾽ ἂν χρήσῃ, ταῦτα πράττειν τὸν δῆμον, *Quod felix fauſtumque ſit, velit jubeat populus Athenienſis, deligi unum Athenienſem, qui ad Servatorem eat, & litato Demetrium Servatorem interroget, quo modo piiſſime, optime, & celerrime populus donaria dedicare poſſit : ac quod is juſſerit,*

13 *id ita faciat populus.* Primum voce reſponſum, ut evidentiſſime patet ex Livii loco jam allegato *lib.* 26. *c.* 22. Deinde tabellis. Aſcon. *procem. act. in Verr. Inde ſunt leges Caſſiæ tabellariæ de ſuffragiis libere ferendis, non voce, ſed tabula, ille Caſſius, qui cognoſcendis criminalibus cauſis imprimis quærendum eſſe dicebat, cui bono.* Tabellas ſolebant injicere ciſtis tranſituri per pontem impoſitum Tiberi. Si placeret rogatio, injiciebant tabellam, cui erat inſcriptum U. R. id eſt, Uti rogas, ita legem ferri volo. Si diſpliceret, quæ literam A. habebat inſcriptam. A. id eſt, Antiquo, Abrogo legem. Hotom. 2. *antiq. cap.* 11. Gronov. *ad* Liv. *lib.* 31. *c.* 8. Cic. *lib.* 1. *ad Herenn. Saturninus ferre cœpit. Collegæ intercedere : ille nihilominus ciſtellam detulit. Cæpio ut illum contra ſenatuſconſultum, intercedentibus collegis, adverſus Rempublicam vidit ferre, cum viris bonis impetum facit, pontes diſturbat, ciſtas dejicit, impedimento eſt, quo ſecius feratur lex.* Ovid. 5. *Faſt.*

Pars putat, ut juvenes ferrent ſuffragia ſoli,
Pontibus infirmos præcipit aſſe ſenes.

Idem Cic. *pro C. Corn. Eſt utique jus vetandi, cum ea feratur, quamdiu non perfertur : quamdiu qui ſuffragii ferundi cauſa conveniunt, huc & illuc transferuntur, dum privati dicunt : dum æquantur ſortes : dum ſortitio fit : & ſiqua ſunt hujus generis alia.*

14 Veluti Consule. Exempli gratia Conſulem retulit. Interrogabant etiam ex ſenatoriis magiſtratibus populum Dictator. Liv. 6. *cap.* 38. *in fin. Dictator poſtero die auſpiciis repetitis pertulit legem.* Idem *lib.* 8. *cap.* 12. *Dictatura popularis & orationibus in Patres criminoſis fuit, & quod tres leges ſecundiſſimas plebi, adverſas nobilitati tulit.* Prætor. Liv. 27. *cap.* 23. *in fin. Varus prætor urbis legem ferre ad populum juſſus.* Interrex. Cicer. 1. *de legib. Etiamne, ſi quæ ſint tyrannorum leges, ſi triginta illi Athenis leges imponere voluiſſent? aut ſi omnes Athenienſes delectarentur*

ventur tyrannicis legibus, num idcirco hæ leges juſtæ haberentur? nihilo credo magis illa, quam interrex noſter tulit, ut dictator, quem vellet civium indicta cauſa impune poſſet occidere. Cic. 3. *in Rull. Omnium legum iniquiſſimam difficillimamque eſſe arbitror eam, quam L. Flaccus interrex de Sulla tulit, ut omnia, quæcunque ille feciſſet, eſſent rata. Nam cum cæteris in civitatibus, tyrannis inſtitutis, leges exſtinguantur atque tollantur, hic reip. tyrannum lege conſtituit.* Diſſentit hic Vinnius, ſed cur diſſentiat hoc 15
loco adductus, divinare non poſſum: appellat enim Cicero iniquiſſimam legem, non quod condidiſſet eam Flaccus interrex, ſed quod in Syllam ea transferret poteſtatem tyrannicam. Atque hæc, quæ hactenus dixi de legibus, ad interpretationem plebiſciti etiam videntur ſufficere. Rogationis exemplum eſt apud Livium *lib. 26. cap. 33. in fin. L. Atilius tribunus plebis, ex auctoritate ſenatus plebem in hæc verba rogavit: Omnes Campani, Atellani, Calatini, Sabatini, qui ſe dediderunt in arbitrium ditionemque pop. Rom. Fulvio proconſule, quæque una ſecum dediderunt, agrum, urbemque, divina, humanaque, utenſiliaque, ſive quid aliud dediderunt, de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo, Quirites. Plebes ſic juſſit, Quod ſenatus juratus maxima pars cenſeat, qui adſederint, id volumus jubemuſque.* Sed ſiquis quærat, cur plebs plebiſcitum feciſſe dicatur, cum fuerit neceſ- 16
ſe, ut tribunus etiam interrogaverit ſenatores & equites, ſi facta ſint plebiſcita tributis comitiis, ut ſupra jam dictum eſt: tributis enim dicebant ſuffragium diviſi in tribus, quibus adſcriptos non ſolum plebejos, verum etiam ſenatores negari non poteſt. Sueton. *in Auguſt. cap. 41. Multiplici pœna coërcito ambitu, Fabianis & Scaptienſibus tribulibus ſuis die comitiorum, nequid à quoquam candidato deſiderarent, ſingula millia nummum à ſe dividebat.* Idem *in Aug. cap. 56. Quoties magiſtratuum comitiis intereſſet, tribus cum candidatis ſuis circumibat: ſupplicabatque more ſolenni. Ferebat & ipſe ſuffragium in tribu, ut unus è populo.* Valer. Max. 2. *cap. 9. Claudius Nero, Liviuſque Salinator ſecundi Punici belli temporibus firmiſſima Reip. latera, quam deſtrictam ſimul egerunt cenſuram; Nam cum equitum centurias recognoſcerent, & ipſi propter robur ætatis etiamnum eorum eſſent è numero, ut eſt ad Poliam ventum tribum, præco lecto nomine Salinatoris citandum necne ſibi eſſet, hæſitavit: Quod ubi intellexit Nero, & citari collegam & equum vendere juſſit.* Dicendum opinor plebis fuiſſe potiſſimas partes tributis comitiis, parum aut nihil iis potuiſſe Patricios, ut ſupra jam dictum, & ideo plebem non cæteros ordines plebiſcitis adſtrictos ante legem Horatiam, quam confirmavit primo Q. Pu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

blilius Philo dictator, deinde, cum plebs iterum ſeditionem moviſſet, & occupaſſet Janiculum, dictator Hortenſius. Dion. Halicarn. *lib.* 11. *cap.* 10. A. Gell. 15. *noct. Attic. cap.* 27. Liv. *lib.* 8. *cap.* 12. Idem *epitom. lib.* 11. Plin. *lib.* 16. *cap.* 10. Cont. 2. *lect. c.* 8. Vinn. & Marcil. *h.*

17 Adſcribam autem locum ex Dionyſio citatum, ut poſſit intelligi, quid illa verba ſignificent *h.* §. 4. *Plebiſcita lege Hortenſia lata non minus valere quam leges ceperunt*: Λεύκιος Οὐαλέριος Ποτῖτος, inquit, καὶ Μάρκος Ὁράτιος Βαρβάτος νόμους ἐκύρωσαν ἐν ταῖς λοχίτισι, ἄλλους τέ τινας, οὓς οὐ δέομαι γράφειν, καὶ τὸν κελεύοντα τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου τεθέντας ἐν ταῖς φυλετικαῖς ἐκκλησίαις νόμους ἅπασι κεῖσθαι Ῥωμαίοις ἐξ ἴσου, τὴν αὐτὴν ἔχοντας δύναμιν τοῖς ἐν ταῖς λοχίτισιν ἐκκλησίαις τεθησομένοις. τιμωρίας δὲ προσέκειντο τοῖς καταλύουσιν, ἢ παραβαίνουσι τὸν νόμον, θάνατος καὶ δήμευσις τῆς οὐσίας. οὗτος ὁ νόμος ἐξέβαλε τὰς ἀμφισβητήσεις τῶν πατρικίων, ἃς ἐποιοῦντο πρὸς τοὺς δημοτικοὺς πρότερον, οὐκ ἀξιοῦντες τοῖς ὑπ᾽ ἐκείνων τεθεῖσι νόμοις πειθαρχεῖν, οὐδ᾽ ὅλως τὰ ἐν ταῖς φυλετικαῖς ἐκκλησίαις ἐπικυρούμενα, κοινὰ τῆς πόλεως ἁπάσης δόγματα νομίζοντες, ἀλλ᾽ αὐτὸ μόνοις ἐκείνοις ἴδιον. ὅ τι δ᾽ ἂν ἡ λοχῖτις ἐκκλησία γνῷ, τοῦθ᾽ ἡγούμενοι σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις τετάχθαι. εἴρηται δὲ καὶ πρότερον, ὅτι ἐν μὲν ταῖς φυλετικαῖς ἐκκλησίαις οἱ δημοτικοὶ καὶ πένητες ἐκράτουν τῶν πατρικίων, ἐν δὲ ταῖς λοχίτισιν ἐκκλησίαις οἱ πατρίκιοι παρὰ πολὺ τῶν ἄλλων ἐλάττους ὄντες, περιῆσαν τῶν δημοτικῶν, *L. Valerius Potitus & M. Horatius Barbatus comitiis centuriatis leges tulerunt, cum alias quaſdam, quas à me ſcribi non eſt opus, tum etiam eam quæ jubebat leges, quæ à plebe tributis comitiis latæ fuiſſent, ex æquo omnibus Romanis eſſe latas, & eandem vim habere, quam quæ centuriatis comitiis ferrentur, pœnaque ſtatuta erat in eos, qui legem illam aut abrogaſſent, aut violaſſent, capitale ſupplicium & bonorum pnblicatio. Hæc lex ſuſtulit controverſias quæ antea erant inter patricios & plebejos, qui legibus latis ab illis parere nolebant, & qui nullo modo ea, quæ tributis comitiis fuiſſent ſancita, pro communibus totius Reip. decretis habebant, ſed hæc ad ipſos ſolos plebejos pertinere exiſtimabant, ſed quicquid centuriatis comitiis fuiſſet ſtatutum, id & pro ſe ipſis & pro aliis omnibus ſtatutum putabant. Dictum autem eſt & ante in tributis comitiis patricios à plebejis vinci, in centuriatis vero plebejos à patriciis ſuperari.* Adde Bacchov. *ad prim. part. ff. cap. de legib. & plebiſc.*

18 Et hæc etiam ſufficient ad convincendum errorem illum craſſiſſimum Joh. Fabri JCti cæteroquin doctiſſimi, qui ſeculi vitio ad vocem illam

illam Plebiſcita ſic ſcripſit, ut ſequitur: *Scire debes, quod antequam Princeps Romæ conſtitueretur, erat diſſenſio inter nobiles & plebeios, quilibet enim ſuas leges condebat & volebat per alios ſervari, quæ tandem fuit ſopita per illum Hortenſium, qui ſtatuit unum principum creandum, in quem fuit tota tranſlata poteſtas.*

Sed notandum præterea tribunos plebis etiam magiſtratus fuiſſe, *h.* §. 19
4. habuiſſe juriſdictionem, & mixtum imperium, *l.*2. §.20. *ff. de or. j. pr. Inſt. de Attil. tut.* Liv. 2. *c.* 33. *Conceſſumque in conditiones, ut plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus auxilii latio adverſus conſules eſſet, neve cui Patrum capere eum magiſtratum liceret.* Plutarch. *in Cat. Utic. c.*7. Ἡ δὲ καλουμένη Πορκία βασιλικὴ, τιμητικὸν ἦν ἀνάθημα τοῦ παλαιοῦ Κάτωνος. εἰωθότες οὖν ἐκεῖ χρηματίζειν οἱ δήμαρχοι, καὶ κίονος τοῖς δίφροις ἐμποδὼν εἶναι δοκοῦντος. *&c.* Ulpian. *in fragm. tit.* 7. *Si maritus pro muliere ſe obligaverit, vel in rem ejus impenderit, divortio facto, eo nomine cavere ſibi ſolet ſtipulatione tribunitia, ub. Cujac.* Liv. 43. *cap.*8. *C. Lucretium, ubi dies, quæ dicta erat, venit, tribuni ad populum accuſarunt, mulctamque decies centum millium æris dixerunt.* Idem *epit. lib.* 55. *Tribuni plebis, quia non impetraverant, ut ſibi denos quos vellent milites eximere liceret, conſules in carcerem duci juſſerunt.* Plutarch. *in Tib. Gracch. cap.* 15. Καὶ τοῖς ἀπειθήσασι τῶν στρατηγῶν ζημίαν ἐπεκήρυξεν, ὥστε πάντας ὑποδείσαντας ἀφεῖναι τὴν ἑκάστῳ προσήκουσαν οἰκονομίαν. Dico magiſtratus, & quidem majores, *arg. l.* 32. *ff. de inj.* Appian. 2. *de bell. civ. cap.* 257. Καὶ ὁ μὲν νόμος ὁ τῶν προγόνων καὶ ὁ ὅρκος οὐδ' ἐπάγεσθαι δίκην ἔτι οὖσι δημάρχοις ἐπιτρέπουσιν, *Et leges quidem ac jusjurandum noſtrorum majorum ne in jus quidem vocari tribunos plebis ſinunt, tantiſper dum in magiſtratu ſunt.* Quæ licet ſint veriſſima, rationem tamen dubitandi poſſet ſuggerere non ſolum Plutarchus *quæſt.* 20
Rom. 81. *Cur cum purpura alii magiſtratus utantur, tribunus plebis non utitur? An quia tribunus plebis magiſtratus non eſt? neque enim ex ſella tribuni jus dicunt: neque principio anni ut reliqui magiſtratus ineunt, neque creato dictatore ſe abdicant: ſed omni tranſlato ad dictatorem imperio ipſi tamen ſuam poteſtatem retinent, quaſi magiſtratus non ſint*; verum etiam Livius *lib.* 2. *c.* 56. *Ardens igitur ira tribunus viatorem mittit ad conſulem: conſul lictorem ad tribunum, privatum eſſe clamitans, ſine imperio, ſine magiſtratu, violatuſque foret tribunus. &c.* Sed Plutarchi rationes non ſunt tanti momenti, nec enim neceſſe eſt, ut omnis magiſtratus indutus ſit purpura, aut ut pro tribunali adminiſtret juſtitiam, *l.*4. §.1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ff. de interr. in jur. fac. §. 2. *Inſt. de libert. l.* 9. §. 1. *&* §. 3. *ff. de offic. proc. l. pen. ff. de juſt. & jur.* Ræverd. *protrib. c.* 7. Bachov. *ad pr. part.*
21 *ff. cap. de jur. n.* 2. Quod ad Livium attinet: Non ibi ſimpliciter Appius Claudius tribunum plebis ſine magiſtratu & privatum affirmat, ſed certo reſpectu, quia nimirum nec erat magiſtratus creatus à populo, nec etiam creatus erat præmiſſis auſpiciis, quemadmodum cæteri. Creatus quidem erat tributis comitiis, ſed Patres iis non erant obſtricti ante legem Horatiam latam demum poſt exactos Decemviros. Cogit nos ita dicere idem Appius Claudius. Sic enim *ibid. Conſul Appius negare, jus eſſe tribuno in quenquam, niſi in plebejum. Non enim populi ſed plebis eum magiſtratum eſſe.* De auſpiciis quod dixi, id eſt apud Liv. *lib.* 6. *c.* 41. *Auſpiciis hanc urbem conditam eſſe, auſpiciis bello ac pace, domi militiæque omnia geri, quis eſt, qui ignoret. Penes quos igitur ſunt auſpicia more majorum? nempe penes Patres. nam plebejus quidem magiſtratus nullus auſpicato creatur. Nobis adeo propria ſunt auſpicia, ut non ſolum quos populus creat patricios magiſtratus, non aliter quam auſpicato creet; ſed nos quoque ipſi ſine ſuffragio populi auſpicato interregem prodamus.* Alioquin quod poſſet etiam reſponderi, ſuppeditaret Agellius 13. *noct. Attic.* 12. *Sed quærentibus nobis quam ob cauſam Tribuni, qui haberent ſummam coërcendi poteſtatem, jus vocandi non habuerint: quod tribuni plebis antiquitus creati videntur non juri dicundo, nec cauſis quereliſque de abſentibus noſcendis, ſed interceſſionibus faciendis, quibus præſentes fuiſſent; ut injuria quæ coram fieret, arceretur.*

TEXTUS

§. V. *Senatuſconſultum eſt, quod Senatus jubet atque conſtituit. Nam cum auctus eſſet populus Romanus in eum modum, ut difficile eſſet in unum eum convocari legis ſanciendæ cauſa: æquum viſum eſt Senatum vice populi conſuli.*

COMMENTARIUS.

1. *Notatur Pomponius.*
2. *Quodnam juſtum & legitimum Senatuſconſultum.*
3. *Quid auctoritas.*
4. *Jus quintæ relationis.*
5. *Acta Senatus.*

1 IDem quod hic dicitur, dicit etiam Pomponius in *l.* 2. §. 9. *ff. de or. jur.* Eſt id tamen falſiſſimum, quod populo aucto in immenſam multitudinem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

dinem Senatuſconſulta demum fieri cœperint. Notavit hunc errorem ad τὰ πρῶτα Bachovius. Notavit & Vinnius. Notarunt & cæteri viri eruditiſſimi. Nihil enim certius quam Senatuſconſulta, & tempore Regum, & iis ejectis, etiam ſtante Republica ad ærarium delata. Nec eſt, quo poſſim excuſare Pomponium, niſi forte reſpexerit ad Taciti locum *annal.* 1. *Tum primum è campo comitia ad Patres tranſlata ſunt. nam ad eam diem, etſi potiſſima arbitrio Principis, quædam tamen ſtudiis tribuum fiebant. neque populus ademptum jus queſtus eſt, niſi inani rumore.* Ex quo ad Senatuſconſulta nihilominus inferri non poteſt. Nequis autem miretur jus 2
à Senatu ſancitum, quod omnes obſtringeret, cum ſoli populo facultatem illam vetuſtiſſima lege fuiſſe conceſſam jam ſupra probaverim ex Dionyſ. Halic. *lib.* 6. *cap.* 9. hic primo notandum Senatuſconſultum ſtante Republica nullum valuiſſe, niſi acceſſiſſet auctoritas populi. Ita *Brutus ex Senatuſconſulto ad populum tulit, ut omnes Tarquiniæ gentis exules eſſent.* Liv. *lib.* 2. *cap.* 2. *in fin.* Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 2. *Illud quoque memoria repetendum eſt, quod tribunis plebis intrare Curiam non licebat: ante valvas autem poſitis ſubſelliis, decreta patrum attentiſſima cura examinabant, ut ſiqua ex eis improbarent, rata eſſe non ſinerent. Itaque veteribus Senatuſconſultis T. litera ſubſcribi ſolebat: eaque nota ſignificabatur ita tribunos quoque cenſuiſſe.* Oppreſſa Republica cum populus majeſtatem transtuliſſet in principem, niſi acceſſiſſet auctoritas Principis, *arg. l. ult. C. de legib. l.* 2. §. 21. *in fin. C. de vet. jur. enucl.* cujus oratio ſolebat Senatuſconſulta præcedere; *l.* 1. *ff. de reb. cor. q. ſub tut.* Cæterum Senatuſconſultum, cui nomine populi tribuni ſubſcripſerant, nequis corrumperet, conſules curabant ad ærarium deferri. Liv. *lib.* 3. *cap.* 55. *Inſtitutum etiam ab iiſdem conſulibus, ut ſenatuſconſulta, in ædem Cereris ad ædiles plebis deferrentur, quæ ante arbitrio conſulum ſupprimebantur, vitiabanturque.* Idem *lib.* 39. *cap.* 4. *Quid ab eo quenquam poſſe æqui expectare, qui per infrequentiam furtim Senatuſconſultum factum ad ærarium detulerit.* Sueton. *in Aug. cap.* 93. *Quo ad ſe quiſque ſpem traheret, curaſſe ne ſenatuſconſultum ad ærarium deferretur.* Nondum ſubſcriptum appellabatur 3.
auctoritas. Cic. 1. *epiſt.* 6. *Senatuſconſultum nullum extat, quo reductio regis Alexandrini tibi ademta ſit, eaque quæ de ea re ſcripta eſt auctoritas, cui ſcis interceſſum eſſe, ut nequis omnino regem reduceret.* Ubi & quando illud fuerit faciendum, videndum eſt apud Gellium *lib.* 14. *cap. pen.* Scribebant illud in ſenatu cenſuales vel ſcribæ, & interdum etiam ne nimis præmaturè emanaret in populum unus ex ſenatoribus. Capitol. *in Gordian.*

Hunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Hunc morem apud veteres neceſſitates publicæ repererunt, ut ſi forte aliqua vis ab hoſtibus immineret, quæ vel cogeret humilia captare conſilia, vel aliqua conſtituere, quæ non prius oporteret dici quam effici, Senatuſconſultum tacitum fieret: ita ut non ſcribæ, non ſervi publici, non cenſuales illis actibus intereſſent, Senatores exciperent, Senatores omnia officia cenſualium ſcribarumque complerent, nequid forte proderetur. Scribebant in ære, ſed ad principes pertinens ſcribebant in ebore vel marmoreis tabulis. Cic. 3. *in Catilin. & ſimulacra Deorum immortalium depulſa ſunt, & ſtatuæ veterum hominum dejectæ, & legum æra liquefacta.* Sueton. *in Veſpaſ. cap.* 8. *Ærearumque tabularum tria millia, quæ ſimul conflagraverant, reſtituenda ſuſcepit undique inveſtigatis exemplaribus, inſtrumentum imperii pulcherrimum ac vetuſtiſſimum; quo continebantur pene ab exordio urbis Senatuſconſulta.* Vopiſc. *in Tacit. Habet bibliotheca Ulpia in Armario ſexto librum elephantinum, in quo hoc Senatuſconſultum perſcriptum eſt: cui Tacitus ipſe ſua manu ſubſcripſit. Nam diu hæc S.C. quæ ad principes pertinebant, in libris elephantinis ſcribebantur.* Gothorum & Italiæ Rex Athalaricus apud Caſſiod. 9.*var.*16. *Verum ut principale beneficium & præſentibus hæreat ſeculis & futuris, tam Definita noſtra, quam Senatuſconſulta tabulis marmoreis præcipimus decenter incidi, & ante atrium beati Petri Apoſtoli in teſtimonium publicum collocari.* Ciceronis temporibus ut eſſet legitimum, ſufficiebat, ſi intereſſent ſenatores ducenti. Auguſti ætate cum eſſent ſexcenti in ſenatum allecti, deſiderabatur, ut quadringenti adeſſent, aut paulo pauciores. Aſcon. *in orat. Cic. pro Corn. Deinde tuliſſet, ut tum denique de ea re Senatuſconſultum fieret, cum eſſent in ſenatu non minus ducenti.* Dio Caſſ. *lib.* 54. Ἐβουλεύσατο μὲν τετρακοσίους αὐτοὺς κατὰ τὸ ἀρχαῖον ποιῆσαι; δυσχερανάντων δὲ πάντων ὁμοίως τοὺς ἑξακοσίους κατελέξατο. Ibid. Ὁρῶν δὲ ὅτι οὐκ ἀεὶ συχνοὶ συνελέγοντο, ἐκέλευσε τὰ δόγματα αὐτῆς καὶ ἐν ἐλαττόσιν ἢ τριακοσίοις γίγνεσθαι. οὐ γὰρ ἐξῆν τινὰ ἐκ τοῦ πρὶν ἄλλως κυροῦσθαι. Fieri Senatuſconſultum ſine relatione non poterat. Referendi jus erat conſulum ſtante Republica. Οὗτοι, inquit Polybius, τὸν ὅλον χειρισμὸν τῶν δογμάτων ἐπιτελοῦσιν. Everſa Republica Principis etiam, aut cui id Princeps nominatim conceſſerat. Capitol. *in M. Ant. Phil. Poſt hæc Fauſtinam duxit uxorem & ſuſcepta filia tribunitia poteſtate donatus eſt, atque imperio extra urbem proconſulari, addito jure quintæ relationis.*
4 Jus quintæ relationis erat jus ad ſenatum quinquies referendi de rebus di-
5 verſis. Caſaub. *ad Sueton. in Jul. c.* 20. Ab eo differebant etiam acta ſena-

ſenatus, id eſt, commentaria, quibus erat inſcriptum, quicquid in ſenatu eſſet actum aut dictum. Suet. *d. loc. Inito honore primus omnium inſtituit, ut tam ſenatus quam populi diurna acta conficerentur, & publicarentur.* Tacit. *annal.* 6. *Junius Ruſticus componendis patrum actis dilectus à Cæſare.* Spartian. *in Adrian. Poſt quæſturam acta ſenatus curavit.*

TEXTUS

§. VI. *Sed & quod Principi placuit, legis habet vigorem: cum lege Regia, quæ de ejus imperio lata eſt; populus ei & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem concedat. Quodcunque ergo Imperator per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decrevit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. Hæc ſunt, quæ Conſtitutiones appellantur. Plane ex his quædam ſunt perſonales, quæ nec ad exemplum trahuntur: quoniam non hoc Princeps vult, nam quod alicui ob meritum indulſit, vel ſi quam pœnam irrogavit, vel ſi cui ſine exemplo ſubvenit, perſonam non tranſgreditur. Aliæ autem cum generales ſint, omnes procul dubio tenent.*

COMMENTARIUS.

1. *Quid Principum placita.*
2. *Quot eorum ſint ſpecies.*
3. *Princeps pro tribunali etiam pronunciavit ſententiam.*
4. *Reviſorum officium.*
5. *In magiſtratu an deſideretur etiam juris peritia.*
6. *Formula, qua utuntur Ordines in pronunciandis ſententiis.*
4. *Sententia Principis ſi definitiva ſit an habeat vim legis.*
8. *An interlocutoria.*
9. *Reſcriptorum diviſio, & quid ſanctio pragmatica.*
10. *Lex non obſtringit, niſi facta ſit publicatio.*
11. *Quid privilegium.*
12. *Objectio ſolvitur.*
13. *Quotuplex privilegium.*
14. *Quando & quo caſu id poſſit auferri.*
15. *Explicatur quod habetur hic:* Quod principi placuit habet legis vigorem.
16. *An Princeps ſit legibus ſolutus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

17. *An poſſit indulgere ſupplicantibus crimen.*
18. *Solvuntur ea quæ videntur obſtare.*
19. *Cur dicatur jus conſtitutum in ſcriniis Principis.*
20. *Paparum ineptiæ.*
21. *Quando majores ſint reges Galliarum.*
22. *Item Luſitaniæ.*
23. *De manibus æneis, quæ erant Conſtantinopoli, quædam egregia.*
24 *Explicatur Codinus.*
25. *An ſit lata lex Regia.*
26. *A quo ſit lata, & cur Regia dicta.*
27. *Objectioni occurritur.*

1. QUod Principi placuit, ſunt Principum placita, quæ Conſti-
tutiones appellantur frequentius, quia conſtituendæ Rei-
publicæ faciunt, ordinationes etiam longe frequentius, ſed
admodum barbare. Unde detortum eſt illud noſtrum *or-
dinantien,* ſicut à placitis, Gallorum placars, Belgarum *placaten* deduxit
2. originem. Merul. *prax. lib.* 1. *tit.*4. *cap.* 2. *n.* 13. Principum placita ſunt
vel Reſcripta, vel Edicta, vel Decreta. Edictum eſt, quicquid Princeps
proprio motu ad egregium publicum ſancit & ſtatuit, cujuſmodi trede-
cim Iuſtiniani edicta corpori juris leguntur inſerta. *l.* 3. *C. de legib.* The-
ophil. *h.* Decretum eſt nihil aliud quam ſententia Principis. Sententia
vero, pronuntiatio judicis, ſecundum quam vult litigatores à controver-
3. ſia diſcedere, *l.* 19. §. 1. *ff. de recept. qui arb.* Princeps enim ſæpiſſime
ſedens pro tribunali cauſa cognita inter partes litigantes pronunciabat ſen-
tentiam, *l.* 3. *ff. de h. q. in teſt. del. l. ult. C. de legib. l.* 13. *ff. Q. met. c. l.
pen. ff. ad l. Jul. de vi priv. l.* 1. *C. de veteran.* Iuſtinian. *nov.* 88. *præf.*
Δίκης ἐναγχος ἀκροωμένων ἡμῶν (τοῦτο ὅπερ ἐπὶ τῶν βασιλείων δημοσίᾳ
καθήμενοι πολλάκις πράττομεν) ἀνεφύη τὶς ζήτησις, *Litem nuper au-
dientibus nobis (id quod in Regia non-raro facimus) orta eſt controverſia.*
Atque ita feciſſe Reges etiam Francorum, & ore proprio nonnunquam
pronunciaſſe ſententiam Caroli Magni teſtantur Capitula, *lib.* 3. *c.* 77. *lib.* 5.
c. 156. *lib.* 3. *c.* 64. *lib.* 5. *c.* 46. Sic Præpotentes etiam Ordines hujus
Provinciæ, qui non minori majeſtate ſunt præditi quam Rex Hiſpania-
rum, ipſi ſolent pronunciare ſententiam, cum à Curia provinciali ad eos
4. fit ſupplicatio. Reviſores enim Aſſeſſorum ſunt inſtar qui jure Romano
magiſtratibus aſſidebant, cum cauſam cognoſcerent, jus eis ſuggeſturi ve-
lut

ſut conſiliarii, ut dicit Cujac. *par. ff. de offic. adſeſſ.* Macarius *homil.* 15. ὅταν γένεται ὁ ἄρχων λαμβάνει ἑαυτῷ βοηθὸν τὸν συνκάθεδρον, *Cum magiſtratus creatur, adſeſſorem ſibi adjutorem aſſumit.* Juris enim peri- 5
tiam Romani in magiſtratu non ſolebant exigere. Cicer. *pro Planc. Po. Romanus magiſtratuum virtute & innocentia contentus eſt, quotus enim quiſque diſertus, quotus quiſque juris peritus eſt?* Ammian. Marcell. *lib.* 23. *in fin.* de Perſis: *Ad judicandum autem uſu rerum ſpectati deſtinantur & integri, parum alienis conſiliis indigentes: unde noſtram conſuetudinem rident, quæ interdum facundos jurisque publici peritiſſimos poſt indoctorum collocat terga.* Reviſores igitur velut Ordinum noſtrorum ſecretum conſilium, Ordinum nomine, qui gravioribus ſemper ſunt occupati negotiis, litem privatorum cenſentur cognoſcere: ipſi autem Ordines ſic ferè pronunciant: *De Staten van den Lande van Utrecht geſien* 6
het proces voor haar Ed: Mog: ongedecideert hangende tuſſchen N.N. &c. Impetrant in cas van reviſie ter eenre, ende N. N. Capiteyn &c. Gedaechde in 't ſelve cas ter anderer ſijde. Doende recht. Interdiceren den gedaechde &c.

Erat autem Principis, ſicut & cæterorum judicum ſententia duplex: definitiva vel interlocutoria. De definitiva quin juris & legum vim ha- 7
buerit pleniſſimam, dubitandum non eſſet propter textum expreſſum in *d. l. ult. pr.* niſi rationem dubitandi ſuggereret *l. 2. C. eod.* Minus recte Bachov. *ad pr. part. ff. cap. de conſt. princ. n.* 5. eam de ſententiis, quæ in conſiſtorio principis, aut ad relationem & conſultationem judicantium à principe ſtatuuntur, accipiendam exiſtimat. Nullam enim lex illa facit mentionem ſententiæ, nec ullam ipſe Bachovius potuit ibi addere rationem diſcriminis, cur aliud juris eſſet in illis ſententiis. Dicendum ſimpliciter loqui illam legem de reſcriptis imperialibus & ſanctionibus pragmaticis, quibus princeps aliquod jus ſingulare conſtituit in gratiam civitatis, aut cujuſcunque provinciæ, curiæ, vel corporis; jus autem ſingulare cum ad conſequentias extendi non poſſit, *l. 16. ff. de legib.* idcirco negantur 8
eſſe jura generalia ſanctiones ejuſmodi, *d. l.* 2. Quod ad interlocutoriam ſententiam attinet pronunciatam à principe, jam vulgo reſponſum eſt eam non aliter obtinere vim juris, quam ſi animo jus aliquod condendi interlocutum eſſe conſtiterit principem. Sic optimè poteſt in concordiam redigi *l. 1. pr. ff. de conſt. princ.* cum *l. 3. C. de legib.* Connan. 1. *comm.* 16. *n.* 5. Duaren. *ad tit. de conſt. princ. cap.* 2. Reſcriptum porro eſt epiſtola principis, qua de jure conſulentibus reſpondet, ut paſſim in Cod.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

9 Theoph. & Vinn. *h.* Reſcriptum vel eſt reſcriptum in ſpecie, vel ſanctio pragmatica. Pragmatica ſanctio eſt epiſtola principis, qua, cauſa in conſiſtorio communicata Proceribus, ad preces provinciarum, vel cujuſcunque corporis, aut civitatis reſpondet, *l.ult.* §.1.*C.de div.reſcript.*Wiſſenb. *ibid.* Mornac. *ad tit. C. de nov.Cod. fac. in fin.* Aliter Pancirol.1. *lect.*36. Utrumque vel eſt generale, vel ſpeciale. Generale reſcriptum omnes obſtringit, & durat perpetuum, ſpeciale non item, *h.* §. *6. l.* 3. §. 5. *ff. de ſepulch. viol.*

10 Sed ut lex ſi generalis ſit poſſit omnes obſtringere, ut fiat ejus publicatio, inprimis requiritur. Nec ſufficit publicatam in regionis metropoli. Singulas enim urbes in eadem provincia ut poſſit obſtringere, ut ſit etiam in ſingulis publicata, requiritur. Et idcirco legem Politicam non obligaſſe Brielenſes ſcribit judicatum à Supremo Sênatu, qui eſt Hagæ Comitis Iacobus Coren *rer. jud. obſ.* 1. quod lata jam illa lege ſed apud eos non publicata per annos 40. uſi eſſent nihilominus jure Scabinico. Scribit etiam ibidem *Anno* 1618. à conſeſſu Ordinum Hollandiæ judicatum ſimiliter incolas ejus urbis, cui nomen eſt Woudrichem, legi illi Politicæ non obſtrictos intelligi, quia nec apud eos erat publicata tum temporis. Vid. Menoch.2. *præſumpt. n.*11. Sim.à Leuw. *ad conſ.Rynl.art.*58.*cap.*2. *n.*1.Specialis porro lex aut ſpeciale reſcriptum privilegium vocatur. Quint. 2.*Inſt.*4.*in fin. Nec me fallit eas quoque leges eſſe, quæ non in perpetuum rogentur, ſed de honoribus aut imperiis, qualis Manilia fuit, de qua Ciceronis oratio eſt.* A. Gell. 10. *cap.* 20. *Atejus Capito publici privatique juris peritiſſimus, quid lex eſſet, hiſce verbis definivit. Lex, inquit, eſt generale juſſum populi aut plebis, rogante magiſtratu. Ea definitio ſi probe facta eſt; neque de imperio Cn. Pompeji, neque de reditu M. Ciceronis, neque de cæde P. Clodii quæſtio, neque alia id genus populi pleviſve juſſa, leges vocari poſſunt. non ſunt enim generalia juſſa, neque de univerſis civibus, ſed de ſingulis concepta: quocirca privilegia potius vocari debent.*

11 Quid eſt privilegium? Non eſt beneficium, ſed lex lata de ſingulis, qua irrogatur vel pœna vel datur beneficium, *l. ult. ff. de legat. l.*5. §.*ult. ff. de capt. & poſt. rev.* Gell.*ibid. Nam & plebiſcita & privilegia tranſlato nomine leges appellaverunt. Salluſtius quoque proprietatum in verbis retinentiſſimus conſuetudini conceſſit; & privilegium quod de Cn. Pompeji reditu ferebatur, legem appellavit. verba ex ſecunda ejus hiſtoria hæc ſunt. Nam Sullam conſulem de reditu ejus legem ferentem ex compoſito TR.PL.*

C.He-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

C. Herennius prohibuerat. Cic. *pro dom. Cum indemnatum exturbares privilegiis tyrannicis irrogatis.* Ibid. *An de peſte civis, quemadmodum omnes jam Dii atque homines judicarunt, conſervatoris reip. quemadmodum autem tute ipſe confiteris, non modo indemnati, ſed ne accuſati quidem, licuit tibi ferre non legem, ſed nefarium privilegium?* Idem *in Brut. T. Libone tribuno plebis populum incitante, & rogationem in Galbam privilegii ſimilem ferente.* Tacit. 4. *Hiſt. Abrogati inde Domitiano legem ferente conſulatus, quos Vitellius dederat.* Atqui jus in ſingulas perſonas 12
conſtitui non poteſt, *l.* 8. *ff. de legib.* Cicer. *pro dom. Vetant leges ſacratæ, vetant* XII. *tabulæ leges privis hominibus irrogari, id eſt enim privilegium.* Reſpondeo; jus in ſingulas perſonas conſtitui non poteſt, niſi legiſlatori id ipſum placuerit ex juſtiſſima cauſa: intereſt enim aliquando reipubl. ut vel excitetur privilegiis ſingulorum induſtria, vel ſtranguletur edictis nonnullorum abominabilis & execranda protervia. Nequid autem temere ferretur de ſingulis, irrogari privilegia ſtante republica non aliter poterant quam centuriatis comitiis, ut teſtis eſt Cic. 3. *de legib. Admirandum, tantum majores in poſterum providiſſe. In privatos homines leges ferri noluerunt: id eſt enim privilegium, quo quid eſt injuſtius? cum legis hæc vis ſit, ſcitum eſſe & juſſum in omnes. Ferri de ſingulis niſi centuriatis comitiis noluerunt. deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad ſuffragium auxilii, quam fuſe in tribus convocatus. Quo verius in noſtra cauſa vir magni ingenii, ſummaque prudentia L. Cotta dicebat, nihil omnino actum eſſe de nobis: præter enim quam quod illa comitia eſſent armis geſta ſervilibus, præterea neque tributa capitis comitia rata eſſe poſſe, neque ulla privilegia.* Adde Cujac. 15. *obſ.* 8.

Quoties autem privilegium beneficium alicui conceſſum ſignifi- 13
cat, vel eſt perſonæ vel rei conceſſum. Perſonæ conceſſum perſonale vocatur, rei reale, *l.* 68. *ff. de reg. j.* §. 6. *Inſt. h. t.* Perſonæ conceſſum ea deficiente, cui erat indultum, ſtatim extinguitur, *d. l.* 68. *l.* 196. *ff. eod. cap. privilegium* X. *de reg. jur. in* 6. Nec cedi id ipſum, vel etiam in heredem, aut in quemlibet alium poteſt transferri, *l.* 42. *ff. de admin. & per. tut. l.* 19. §. 1. *ff. de reb. auct. jud. poſ.* Merul. *prax. tit.* 4. *c.* 3. *n.* 26. Rei conceſſum videtur id etiam conceſſum heredibus, *d. l.* 196. *l.* 3. §. 1. *ff. de cenſ. l.* 1. §. 1. *&* §. 2. *l.* 4. *ff. de jur. immun. l.* 29. *ff. de re jud. l.* 6. *ff. de in integr. reſt. l.* 1. §. 43. *ff. de aq. quot. & æſt.* Capitol. *in Gord. Familiæ Gordiani hoc ſenatus decrevit, ut à tutelis atque legationibus & à publicis neceſſitatibus, niſi ſi vellent, poſteri ejus ſemper vacarent.* Saltem regulariter: jus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

enim retractus conceſſum cognatis Turonum moribus cedi non poſſe teſtatur Mornac. *ad l.16. ff. de legib.* Utrique Princeps ſolebat olim ſubſcribere atramento purpureo, quod appellatur encauſtum in *l. ſacri affatus 6. C. de div. reſcript.* Neutrum aufertur, niſi ceſſet vel ratio, quæ id ſuaſit
14 concedi, vel eo abutantur, quibus illud conceſſum eſt, §. 2. *Inſt. de h. q. ſui vel al jur.* Ita ſcribit Mornacius ad *l. 2. C. de legib. & ad l. 12. C. de ſerv.* poſt annos quingentos ademptum privilegium quod Eudonis Majoris familiæ conceſſerat Henricus I. Rex Galliarum, cum multi illam peſſimo publico ementirentur familiam. Suſtulit etiam hujus urbis Senatus immunitates abhinc aliquot annos ſtudioſis conceſſas, cum majorem, quam poſſet caveri, vectigalibus fieri fraudem animadverteret, ne quod excogitaverat ad Academiæ commodum ſalubri conſilio, impoſturis & peſſimorum hominum ſcelerata nequitia ad grave nimis Reip. detrimentum erumperet. Concedo alioquin quod ſcribunt Menoch. *conſ.* 1007. *n.* 71. & Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 6. tit.* 1. *n.* 11. ne ob ingratitudinem quidem revocari poſſe privilegium accepta pecunia conceſſum à Principe, talis enim conceſſio vim habet contractus, qui ſemel perfectus reſcindi non poteſt ne à Principe quidem, *d. §. 2. junct. l. 6. C. de reſc. vend. l. 26. C. de donat. int. vir. & ux.* Bald. *in l. digna vox* & ibi Caſtrenſ. *C. de legib.* Decius *conſ.* 58. Pancirol. 2. *lect.* 5. Mornac. *ad l.* 1. *ff. de conſt. princ.* Idem etiam dicendum eſt, ſi conceſſis privilegiis nullam vim ſe facturum eſſe Princeps juraverit: id enim cum juraſſet Philippus II. Rex Hiſpaniarum, nec fidem ſervaſſet, ut tyrannus proſcriptus eſt ab Ordinibus Belgii, & juſtiſſime quidem: tollit enim & evertit Rempublicam, qui evertit privilegia, ſed evertere Principi non licet rempublicam, ad cujus incrementum omnem ſuam operam, curam, & induſtriam collocare tenetur. Jusjurandum eſt juris gentium, *l.* 1. *ff. de pact.* Princeps autem jure gentium non conſideratur ut Princeps, ſed conſideratur ut homo; Joh. Fab. *h. n.* 4. fidem ergo
15 quam dedit, ut quilibet alius religioſiſſime debet exolvere. Nec quicquam obſtabit, ſi velis objicere, Quod principi placuit, habet legis vigorem, *h. §. 6. & l.* 1. *ff. de conſt. princ.* nam ita demum habet legis vigorem, ſi non ſit contrarium naturæ, vel gentium vel ſundamentalibus regni aut reipub. inſtitutis & legibus, ſi ſit juſtum & honeſtum, & ratione ſubnixum, *d. §. 2. l. meminerint 6. C. und. vi.* Amay. 1. *obſ. cap.* 1. Eleganter apud Plinium 10. *epiſt.* 110. Imp. Trajanus. *Quo jure uti debeant Bithynæ vel Ponticæ civitates in iis pecuniis, quæ ex quaque cauſa reip. debebuntur, ex lege cujuſque animadvertendum eſt. Nam ſi habent privilegium, quo cæteris credi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

creditoribus anteponantur, cuſtodiendum eſt: ſi vero non habent, in injuriam privatorum id dari à me non oportebit. Eleganter etiam Rex Theodoricus apud Caſſiod. 1. *var.* 12. *Et quanquam poteſtati noſtræ, Deo favente, ſubjaceat omne quod volumus, voluntatem tamen noſtram de ratione metimur, ut illud magis æſtimemur elegiſſe, quod cunctos dignum eſt approbare.*

Civilibus legibus pleniſſime Principem ſolutum concedo, ſed nego 16
eum non obſtrictum propterea fundamentalibus reipubl. legibus. Si dicas, Leges fundamentales item privilegia ſunt leges civiles; Atqui legibus civilibus ſolutus eſt princeps. Reſpondeo; Non eſt iis princeps obſtrictus idcirco, quia leges civiles ſunt, ſed quia juravit eas violatum non iri. Si poſſet eas evertere, jurijurando non eſſet obſtrictus: ſi jurijurando non eſſet obſtrictus, ſolutus eſſet jure gentium, quo nihil abſurdius. Statim enim ſequeretur, quod poſſet etiam alicui jus quæſitum auferre, cædibus, rapinis, incendiis graſſari, & terris opulentiſſimis ad deplorandam vaſtitatem & exitium redactis viros de Republ. præclariſſime meritos crudeliſſimis ad internecionem exemplis affligere. Nec quicquam proficies, ſi Baldi, Panormitani, Pinelli, aliorumque Doctorum ſecutus ſententiam velis duas in principe poteſtates agnoſcere, abſolutam, qua poſſit facere quicquid ipſi libuerit, & ordinariam, qua poſſit id tantum, quod honeſtum & juſtum eſt: præterquam enim quod hæc diſtinctio deſtituta ſit legibus, eſt evidentiſſime etiam juri contraria, *d.* §. 2. *Inſt. de h. q. ſui vel al. jur. nec cuiquam hominum jus ſuum detrahi oportet, l.* 3. *l.* 7. *C. de precib. Imp. off. l. ult. C. ſi contr. jus vel util. publ. Reſcripta contra jus elicita ab omnibus judicibus refutari præcipimus.* Si velis inſtare: Si poſſit indulgere 17
ſupplicantibus crimen, neceſſario ſequitur, quod ſolutus ſit jure gentium; id enim ratio naturalis toto terrarum orbe dictavit hominibus, ſi velint ſalvam & illæſam eſſe Rempublicam, ut crimina vindicent, *l.* 38. *ff. de rei vind. l.* 50. §. *ult. ff. ad l. Aquil.* Sed poteſt indulgere ſupplicantibus crimen, *d. l.* 7. Dicendum opinor: Aut pœna delicti jure divino vel gentium ſancitur, aut jure civili. Si jure civili, veluti, Abigeus affigatur patibulo, aut Afficiatur ultimo ſupplicio, qui ſpretis edictis venationem exercuit, licet illam pœnam remittere Principi, *d. l.* 7. *l.* 5. *C. ad l. Corn. de ſic.* quia vim & effectum legum civilium, quibus ipſe ſolutus eſt, *l.* 31. *ff. de legib.* inhibere non ſolum, verum etiam jus ipſum civile, cujus ſolus eſt conditor, tollere, mutare, vel corrigere poteſt, *d. l. ult. d. l.* 2. §. 21. *C. de vet. jur. enucl.* §. *ult. Inſt. de libert. nov.* 118. *in præf.* Si vero divi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

no vel gentium jure, pœnam ipſi omnino non licet remittere, quia neutro ſolutus eſt, ideoque nec homicidam dimittere poterit. *Deut.* XVII. *v.* 14.
18 *& ſeqq. d. l. ult. C. ſi cont. jus vel util. junct. d. l.* 51. *§. ult. l. locatio* 9. *§.* 5. *ff. de public.* Nequis autem objiciat 1. *Sam.* 8. *vers* 11. *& ſeqq.* ſciat, quod jam olim obſervatum eſt à viris doctiſſimis, non ibi doceri, quid principi liceat, ſed quid eſſet facturus, ut aperte patebit, ſi cum eo conferatur *d. cap. Deut.* XVII. Bachov. *ad l.* 1. *ff. de conſt. princ. n.* 5. Joſ. Scalig. 1. *epiſt.* 15. Grot. 1. *de jur. bell. & pac. cap.* 4. *n.* 3. Sunt etiam qui putant hæc argumenta procedere; Qui ſolutus eſt legibus, ſolutus eſt etiam naturalibus legibus, quia leges naturales ſunt etiam leges, *l. cum ratio* 7. *ff. de bon. damn.* Atqui princeps ſolutus eſt legibus *d. l.* 31. *ff. de legib.* Item. Si nulla lex eſt civilis, quin aliquod fundamentum in jure naturali vel gentium habeat, *l.* 6. *ff. de juſt. & j.* ergo qui ſolutus eſt jure civili, ſolutus eſt etiam naturalibus legibus. Sed recte, ni fallor, olim Avus meus p. m. *diſp. ad Pand.* 2. ad utrumque reſpondit: Aliud eſt, jus eſſe naturæ, aliud in eo habere fundamentum. Lex naturalis non eſt lex proprie, lex enim rogatur, §. 4. *Inſt. h. t.* Lex naturæ non rogatur, ſed cordibus noſtris eam Deus inſcripſit, ad *Rom. cap.* 2. & idcirco quaſi lex quædam tacita dicitur in *d. l.* 7. *pr. ff. de bon. damn.* Solis igitur civilibus ſolutus eſt princeps, niſi eas ſervatum iri jurejurando adactus promiſerit. Quapropter ſcelerata fuit vox illa Juliæ Caracallæ novercæ, quæ cum privignum invitaret ad ſtuprum, maxima ſui corporis parte nudata, & ille conſpecta pulchritudine corporis id tantum diceret; Quam vellem ſi liceret: petulanter admodum & proterve reſpondit: Si libet, licet; An neſcis te Imperatorem eſſe, leges dare, non accipere. Nec minus tyrannicè Rex Syriæ Seleucus, cum uxorem Stratonicen Antiocho filio daret in matrimonium, advocata concione, inter cætera hæc etiam dixiſſe memoratur apud Appian. Alexandr. *in Syriac. cap.* 88. Καὶ οὐ περσῶν ὑμῖν ἔθη, καὶ ἑτέρων ἐθνῶν μᾶλλον, ἢ τόνδε τὸν κοινὸν ἅπασιν ἐπιθήσω νόμον, ἀεὶ δίκαιον εἶναι τὸ πρὸς βασιλέως ὑμῖν ὁριζόμενον, *Nec vos Perſarum aliarumve gentium mores magis ſpectare jubeo, quam unam illam legem communem omnibus, ſemper æquum eſſe, quod à rege vobis præſcribitur.* Longe ad immortalitatem memoriæ ſapientius Alexander, cui impoſuit Magni cognomen magnitudo rerum tam egregie geſtarum, matri exhortanti, ut inſontem occideret, & ſpe impetrandi eum ſe novem menſes utero portaſſe prægnantem dictitanti reſpondit: *Aliam parens optima poſce mercedem, hominis enim ſalus nullo beneficio penſatur,* ut eſt apud Ammian. *lib.* 14.

No-

Notabile porro quod dicit Ambroſius *de apolog. David. cap. 2. Quod erubeſcunt facere privati, rex non erubuit confiteri. Qui tenentur legibus, audent ſuum negare peccatum, dedignantur rogare indulgentiam, quam petebat, qui nullis tenebatur legibus humanis.* Dicit eum expreſſe rogaſſe veniam peccati, qui legibus humanis non erat obſtrictus, peccati nimirum contra jus divinum & gentium admiſſi cum Bathſeba. *Humanis*, id eſt, ut dicunt JCti, quibuſcunque civilibus. Quarum reſpectu tolerari poterit, quod eſt apud Stobæum in *collect. loc. comm. ſerm.* 147. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀρχὰν ἔχων ἀνυπεύθυνον, καὶ αὐτὸς ὢν νόμος ἔμψυχος, θεὸς ἐν ἀνθρώποις παρεσχημάτισται, *Princeps autem habens imperium nulli obnoxium, & ipſe viva lex exiſtens, velut Dei inter homines formam accepit.* Plutarchus egregie lib. πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον: Ἄρχων εἰκὼν θεοῦ τοῦ πάντα κοσμοῦντος, αὑτὸν εἰς ὁμοιότητα θεοῦ δι' ἀρετῆς καθιστάς, *Princeps imago Dei omnia ornantis ipſe ſemetipſum ad Dei ſimilitudinem virtute conſtituens.* Quicquid ipſi placuerit, habet legis vigorem, ſi ſit juſtum & honeſtum, ut dixi jam ante. Atque ita intelligendum, quod eſt apud Senec. *de clem. cap.* 1. *Ego ex omnibus mortalibus placui, electuſque ſum, qui in terris Deorum vice fungerer: ego vitæ neciſque gentibus arbiter, qualem quiſque ſortem ſtatumque habeat, in mea manu poſitum eſt. Quod cuique mortalium fortuna datum velit, meo ore pronuntiat. Ex noſtro reſponſo lætitiæ cauſas populi urbeſque concipiunt. Hæc tot millia gladiorum, quæ pax mea comprimit, ad nutum meum adſtringentur.* Similiter etiam quod eſt apud Gunther *lib.* 8. *v.* 468. *& ſeqq.*

> *Ipſe quidem quamvis divino munere princeps*
> *Summus in orbe ferar, legumque immunis & expers. &c.*
> *Nunc age divinæ quicquid ſolertia mentis*
> *Dictabit jus eſſe, jube: pro lege voluntas*
> *Principis eſſe ſolet: quicquid decreverit ille*
> *Eſſe ratum, mos eſt & juris habere vigorem.*

Ita quia jure civili ſolutus eſt Princeps, ſolutus eſt etiam *l.* 90. *ff. de acq. her.* & hereditatem per procuratorem acquirere poteſt, *l.* 1. §. *ult. ff. de offic. proc. Cæſ.* Valet ejus teſtamentum etiamſi teſtamento ſolennia deſint, *l.* 19. *C. de teſtam.* ſunt enim ſolennia juris civilis, §. 3. *Inſt. de teſtam.*
ord. jus autem civile in ſcriniis ejus conſtitutum aſſeritur, *d. l.* 19. Quæ lo- 19
cutio necui videatur ridicula, notandum hic obiter fuiſſe moris, ut leges ab Impp. latæ ſcriberentur pugillaribus, atque ita vel ſingulæ, vel etiam omnes ſervarentur in ſcriniis memoriæ & diſpoſitionum, ut obſervavit

20 Cujac. *par.C.pr.* Imperator ergo non eſt male locutus, ſed peſſime Pontifex, ne principi cederet, Papas jura omnia in ſcrinio ſui pectoris continere contendit, *cap.1. ext. de conſt.in* 6. ubi tamen Baldus ſubjunxit veriſſime, quod *licet Papa,ex eo quod eſt Papa, eſt Doctor utriuſque juris, tamen plerumque eſt Doctor auctoritate, ſed non ſcientia,* citans etiam ad teſtimonium Jaſonem in *l.præſcriptione col.2. C.ſi contr. jus vel util.publ. Gregorius forte cum illa ſcribebat, multa bona jura habebat in ſcrinio pectoris ſui, id eſt ventris ſui, ut accidit bonis patribus cum bene pranſi ſunt*, ait Duaren. *ad tit. C. ub. & ap. quem cogn. rest. in int.in fin.* Porro ſi uxori donaverit princeps, valet donatio, *l.* 25. C. *de don.int. vir. & ux.* Si idem fecerit donationem privato, vel etiam ſi privatus donaverit principi, etiamſi quingentos exceſſerit ſolidos, ſine inſinuatione ſortitur effectum, *l.* 34. *pr.C.de donat. nov.* 25. *cap.* 2. *Qui enim ſuis conſiliis ſuisque laboribus pro toto terrarum orbe die noctuque laborant, quare non habeant dignam ſua prærogativa fortunam,* dicit Imp. *in l.ult.in fin.* C. *de quadr præſc.* Sic Princeps

21 in Gallia ſolutus eſt etiam *l.* 1. §. *pen. & ult ff.de min.* & habetur jam major, ſi decimum quartum ætatis annum attigerit, ita ut tempus accipiatur civiliter, & annus inchoatus intelligatur completus, ut teſtatur Mornac. ad *l.* 31. *ff. de legib.* Ita Carolus IX. decimum quartum ætatis annum ingreſſus ab Ordinibus regni declaratus eſt major, Hoſpitalio, cujus erat tum temporis auctoritas maxima, jure civili id recte conſtitutum dicente, ut in honoribus anni inchoati favorabiliter accipiantur pro plenis, ut ſcribit

22 Thuanus *hiſt. lib.* xxv. Eadem *l.* 1. §. *ult.* ſolutos etiam in Luſitania reges Luſitaniæ teſtis eſt idem ille vir inſignis Thuanus *hiſt.lib.*LXV. ſcribens Sebaſtianum generoſiſſimum regem, qui in Africa prælians cum Saracenis occubuit, decimum quartum ętatis annum agentem declaratum majorem, Henrico ejus patruo deponente tutelam, quam adminiſtrandam ſuſceperat. Negat idcirco Tiraquellus *de retract.* §.1. *gloſ.*14.*n.*38.*&* 39. Regem alligatum eſſe regni ſtatutis aut juri retractus, & ita judicatum in comitatu Guinarum, quem rex comparaverat, exploſa jure merito Joh. Fabri ſententia negantis ſolutum eſſe Principem municipalibus legibus, ut refert Mornac. *ad d.l.*31.

23 Quod autem jam dixi conceſſum id Principi, ut poſſit reos eripere decreto ſupplicio, id tempore Principum, qui fixerunt Conſtantinopoli ſedem imperii, non aliter vim aut effectum obtinuit, quam ſi damnati nondum eſſent tranſgreſſi locum Conſtantinopolis, quem à manibus æneis fixis ibi altiſſime, manus dicebant, quod imprimis notabile. Anna Comne-

κα 12. *hiſt.* Καὶ παράγγελμα πέμπεται ὁ τοὺς δημίους ἀπείρξων. Καὶ δὴ ἀπελθὼν προφθάνει τούτους ἔνδοθεν τῶν λεγομένων χειρῶν, ἃς ὁ διαβὰς οὐκ ἔτι ῥύεται τοῦ δεινοῦ. οἱ γὰρ τὰς χαλκᾶς ταυτασὶ χεῖρας βασιλεῖς πήξαντες, ἐπὶ τινος ὑψηλοτάτης περιωπῆς καὶ μετεώρου λιθίνης ἀψῖδος, τοῦτο κρατῦναι ἐβούλοντο. ὡς εἰ μὲν τις ἐντὸς τούτων γένοιτο, ὃν ὁ νόμος θανάτῳ κατέκρινε, καὶ μεταξὺ τῆς ὁδοῦ φθάσει τὰ τῆς αὐτοκρατορόθεν φιλανθρωπίας, ἐλεύθερος ἔσται τῆς συμφορᾶς. &c. *Miſſus eſt confeſtim excæcationis miniſtros inhibiturus. qui quidem quanta potuit maxima velocitate præcurrens feliciter præoccupavit eas quas vocant MANUS, locum quem qui ſemel damnatorum eſt tranſgreſſus, nulla jam ratione gratiave ſupplicio potis eſt eximi. Eo videlicet animo atque inſtituto iſta ex ære ſimulachra manuum à priſcis imperatoribus defixa fuerunt loco late conſpicuo, quippe camerata intus è lapide ſubſtructione ſublimem quaſi ad uſum ſpeculæ tollente verticem; ut quos neci reos criminum addiceret lex, iis opitulari clementia Principum valeret, facienda gratia ſupplicii duntaxat, quamdiu in eo viæ intervallo adhuc eſſent, quod ab Auguſta domo ad has manus patebat.* Manus erant in loco, quod Horreum vocabant. Codin. *de orig. Conſtant.* Ην δὲ πάλαι ὡρεῖον, ἔνθα νῦν ἵστανται κίονες καὶ ἀψὶς πρὸς τὸν λεγόμενον οἶκον κρατεροῦ. ἔνθα ἵστατο καὶ μόδιος χαλκοῦς καὶ Ὠρεῖον, καὶ δύο χεῖρες χαλκαὶ ἐπὶ κοντίων. *Erat olim Horreum, ubi nunc ſtant columnæ & arcus ante domum, quæ appellatur Crateri: ibidem collocata erant modius æreus & horologium, & duæ manus æreæ haſtis infixæ.* Qua autem occaſione eas ibi infixerint, 24
verbis, quæ ſequuntur, ſic oſtendit Codinus: Αἱ δὲ χαλκαὶ χεῖρες ἐκ τότε ἄνωθεν προσετυπώθησαν. τοῦ βασιλέως τὸ κουμούλιον μόδιον νομοθετήσαντος, μὴ ἀντερεῖν δὲ τοῖς ναύταις προστάξαντος, εἷς τῶν ναυτῶν τοῦτο ποιήσας, ἐν τῷ κατωγείῳ μοδίῳ τὴν δεξιὰν χεῖρα ἀπώλεσεν, *Manus æneæ propterea ſupra modium poſitæ ſunt. Cum Imperator ſanxiſſet, ut modius frumenti cumulate venderetur, & naviculariis vetuiſſet edicto obſiſtere, uni eorum contra facienti dextra manus amputata eſt.* De dextra tantum hic loquitur, ſed ſupra referens hanc eandem hiſtoriam utramque illi manum amputatam commemorat *p. 25. edit. Reg.* γνοὺς δὲ ὁ βασιλεὺς, ἔκοψε τὰς δύο αὐτοῦ χεῖρας, καὶ ἀπεστίλωσεν ὀρθάς, ὁμοίως καὶ τὸν μόδιον. *Certior factus imperator utramque manum illi juſſit præcidi, eaſque una cum modio in exemplum publice erigi curavit.* Difficultatem hanc omiſit Lambecius. Puto tamen hæc eſſe non omnino contraria. Si enim utramque, verum eſt utique quod

& dex-

& dextram amiſerit. Sane Codinus, cum dicit δεξιὰν excluſive non loquitur.

Cæterum roganti, quis legibus non ſolum exſolverit principem, verum etiam legum condendarum poteſtatem conceſſerit, reſpondet hic Imp. in §. 6. factum id lege Regia. Quæ autem illa lex Regia fuerit, eſt al-
25 tioris indaginis. Non diſputatur, quid ea ſancitum ſit, id enim jam dictum eſt. Quis eam tulerit, inprimis inquiritur, & quando ſit condita. Hotomannus eam latam à Romulo, repetitam ſub Auguſto & Veſpaſiano putavit. Sed primo quærendum an unquam ſit lata. Fuiſſe latam Imperator affirmat *h. in* §. 6. Affirmat Ulpianus *in l.* 1. *pr. ff. de conſt. princ.* Imperator iterum in *l.* 1. §. 7. *C. de vet. jur. enucl. l.* 3. *C. de teſtam.* & in *l. un.* §. 14. *C. de cad. toll.* ubi appellat eam Auguſtum privilegium. Quibus auctoribus fidem derogare cum exiſtimarem abſurdum, nec ex omni tamen monumentorum memoria legem hujuſmodi poſſem eruere, videretur autem incredibile rem tam memorabilem, ſi extitiſſet aliquando, rerum Romanarum ſcriptores clariſſimos fuiſſe tam alto involuturos ſilentio, olim quidem ita difficultatem illam me ſuſtuliſſe putavi, non lege lata calatis comitiis, ſed inveterata conſuetudine ab Impp. paulatim obtentum, quicquid illa lege memoratur ſancitum, eam autem conſuetudinem uſurpatam ab iis, qui Regum vim & potentiam habebant, legem Regiam appellari in jure: cum conſuetudo etiam vim legis obtineat, & legis ſit ſpecies; ſi legis vocabulum ſumatur latiſſime, *l.* 32. *l.* 33. *ff. de legib. l.* 2. *pr. ff. aq. & aq. pluv. arc. act.* §. 9. *Inſt. h. t.* Videbatur huic opinioni ſubſcribere Tacitus *annal.* 1. *Arma in Auguſtum ceſſere, qui cuncta diſcordiis civilibus feſſa nomine principis ſub imperium accepit. Poſito triumviri nomine Conſulem ſe ferens & ad tuendam plebem tribunitio jure contentum, ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit, inſurgere paulatim, munia Senatus, magiſtratuum legem in ſe trahere nullo adverſante.* Verum jam in contrarium me vocat Dionis oratio, qui id ſpecialiter lege ſancitum videtur innuere, cum expreſſe ſic dicit *lib.* 53. Ἤδη δὲ καὶ ἕτερόν τι, ὃ μηδενὶ τῶν πάλαι Ῥωμαίων ἐς πάντα ἄντικρυς ἐδόθη, προσεκτήσαντο. λέλυνται γὰρ δὴ τῶν νόμων, ὡς αὐτὰ τὰ Λατῖνα ῥήματα λέγει. τουτέστιν ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεως εἰσὶ, καὶ οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχονται, *Aliud porro quoddam jus acquiſiverunt, nulli unquam Romano in omnia palam & aperte conceſſum. Legibus enim ſoluti ſunt imperatores, quemadmodum ipſa verba Latina loquuntur, hoc eſt, ab omni legum neceſſitate ſunt liberi, nec ulla ſcripta lege*

tenentur. Non niſi de verbis alicujus legis id accipi poteſt, dicit hic Vinnius *ad* §. 6. ſecutus Bachovium ad *pr. part. ff. cap. de conſt. princ. n.* 2. Sed jam porro erat probandum legem illam, cujus ibi fit mentio, fuiſſe Regiam nominatam, nam ex verbis Dionis hoc evinci non poteſt, eoque probato ſimul etiam docendum, à quo illi nomen hoc fuiſſet impoſitum.

Sic ergo dicendum eſt: latam fuiſſe legem illam, cum armis Sylla in- 26
vaſiſſet Rempublicam, latam à Flacco, cum is eſſet interrex, ab eo Interrege, cum populum rogaret, ut regiam poteſtatem transferret in Syllam, fuiſſe Regiam dictam. Cicer. 3. in Rull. *Omnium legum iniquiſſimam difficillimamque eſſe arbitror eam, quam L. Flaccus interrex de Sulla tulit, ut omnia, quæcunque ille feciſſet, eſſent rata.* Appian. Alexand. 1. *de bell. civil. c.* 198. Τῇ δὲ βουλῇ προσέταξεν ἑλέσθαι τὸν καλούμενον Μεταξὺ βασιλέα. ἡ μὲν δὴ Οὐαλέριον Φλάκκον εἵλετο. ὁ δὲ Σύλλας ἐπέστελλε Φλάκκῳ γνώμην ἐς τὸν δῆμον εἰσενεγκεῖν, ὅτι χρήσιμον ἡγοῖτο Σύλλας ἐν τῷ παρόντι ἑλέσθαι τῇ πόλει τὴν ἀρχὴν, οὓς ἐκάλουν δικτάτωρας &c. χειροτονοῦσι τὸν Σύλλαν (Ῥωμαῖοι) ἐς ὅσον θέλουσι τύραννον αὐτοκράτορα. τύραννος μὲν γὰρ ἡ τῶν δικτατώρων ἀρχὴ καὶ πάλαι ὀλίγῳ χρόνῳ ὁριζομένη. τότε δὲ πρῶτον ἐς ἀόριστον ἐλθοῦσα, τυραννὶς ἐγίγνετο ἐντελής. τοσόνδε μέντοι προσέθεσαν ἐς εὐπρέπειαν τοῦ ῥήματος, ὅτι αὐτὸν αἱροῖντο δικτάτορα ἐπὶ θέσει νόμων, ὧν αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ δοκιμάσειε καὶ καταστάσει τῆς πολιτείας. οὕτω μὲν δὴ Ῥωμαῖοι βασιλεῦσιν ὑπὲρ τὰς ἑκατὸν ὀλυμπιάδας χρησάμενοι αὖθις ἐπειρῶντο βασιλείας &c. πελέκεις τε γὰρ ἐφέροντο περὶ αὐτοῦ, οἷα δικτάτορος, εἴκοσι καὶ τέσσαρες (ὅσοι καὶ τῶν πάλαι βασιλέων ἡγοῦντο) καὶ φυλακὴν τοῦ σώματος περιέθετο πολλὴν, νόμους τε ἐξέλυεν, καὶ ἑτέρους ἐτίθετο, *Senatum vero juſſit creare interregem, qui Valerium Flaccum elegit. Tum Sulla ſcripſit Flacco, ut rogaret Quirites ex ipſius Sullæ ſententia, velintne jubeantque, quoniam præſens rerum ſtatus ita poſtulet, dictatorem creari &c. Crearunt Syllam tyrannum poteſtate ſingulari, quamdiu voluiſſet. nam & olim dictatura tyrannis erat circumſcripta brevi tempore, ſed tum amotis terminis nihil ei defuit ad abſolutam tyrannidem, verbis tamen res cohoneſtata eſt, dictatorem eum creatum perferendis legibus, quas ipſi ferre viſum fuerit, conſtituendæque reipubl. Sic. Po. Romanus imperio regum aſſuetus circiter centum olympiadas ad regni formam rediit &c. nam & ſecures ei ut dictatori præferebantur viginti quatuor, quemadmodum olim regibus, & frequenti ſtipabatur ſatellitio: adhæc leges alias antiquabat,*

alias ferebat. Idem ferme Plutarch. *in Syll. c.* 66. Erat enim Regis inſtar interrex & Dictatoribus ſimilis. Dion. Halicarn. *lib.2.c.7.* Liv.*l.1.c.17.* *Decem imperitabant, unus cum inſignibus imperii & lictoribus erat: quinque dierum ſpatio finiebatur imperium & per omnes in orbem ibat: annuumque intervallum regni fuit. id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, Interregnum appellatur.* Idem Dionyſ. *l.8. in fin.* Ἀποδείκνυται πρὸς αὐτῶν μεσοβασιλεὺς, Αὖλος Σεμπρώνιος Ἀτρατῖνος, αἱ δὲ ἄλλαι κατελύθησαν ἀρχαί. οὗτος ἐπιτροπεύσας τὴν πόλιν ἀστασίαστον ὅσας ἐξῆν ἡμέρας, ἕτερον ἀποδείκνυσιν, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος ἦν, σπόριον λάρκιον. Porro legem hanc renovatam cum Cæſares Julius & Octavianus Auguſtus eſſent rerum potiti, dubitare nos prohibent, quæ ſcribunt Sueton. *in Jul. c.* 84. *Laudationis loco conſul Antonius per præconem pronuntiavit Senatuſconſultum, quo omnia ei divina ſimul atque humana decreverat, item jusjurandum, quo ſe cuncti pro ſalute unius adſtrinxerant.* Idem *in Aug. c.27. Tribunitiam poteſtatem perpetuam recepit. Recepit & morum legumque regimen æque perpetuum.* Dio Caſſ. *l.*44. Τήν τε τύχην αὐτοῦ ὀμνύναι, καὶ τὰ πραχθησόμενα αὐτῷ πάντα κύρια ἕξειν ἐνόμισαν. Idem *lib.* 53. Πάσης αὐτὸν τῆς τῶν νόμων ἀνάγκης ἀπήλλαξαν, ἵν' ὥσπερ εἴρηταί μοι, καὶ αὐτοτελὴς ὄντως καὶ αὐτοκράτωρ καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν νόμων, πάντα τε ὅσα βούλοιτό ποιοίη, καὶ πάνθ' ὅσα ἂν μὴ βούλοιτο, μὴ πράττῃ. Idem *lib.* 54. Ψηφισάμενοι δὲ ταῦτα, διορθοῦν τε πάντα αὐτὰ, καὶ νομοθετεῖν ὅσα βούλοιτο ἠξίουν, καὶ τοὺς τε νόμους τοὺς γραφησο-
27 μένους ὑπ' αὐτοῦ Αὐγούστους ἐκεῖθεν προσαγόρευον. Siquis autem objiciat loqui illa loca de ſenatuſconſultis non de lege Regia, ſciat non ambigi, quin ſenatuſconſulta legum vim habeant, *l. non ambigitur 9. ff. de legib.* Nec obſtabit etiam, ſiquis quæſiverit, cur ergo Auguſtus, ſi iterata lege Regia Senatus eum exſolverit legibus, ab eodem Senatu expreſſe petierit, ut contra legem Voconiam liceret heredem ſibi ſcribere Liviam. Dio Caſſ. *l.* 56. Ἵνα γὰρ τι καὶ ἐκείνη τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀπόνηται, παρὰ τῆς βουλῆς ᾐτήσατο, τοσοῦτον αὐτῇ καὶ παρὰ τὸν νόμον καταλιπεῖν δυνηθῆναι, *Ut illa quoque patrimonii ſui parte aliqua frueretur, à ſenatu petierat, ut tantum etiam præter legum præſcripta legare ei poſſet.* Reſponderi enim facillime poterit ex §. *ult. Inſt. Quib. mod. teſt. inf.* Principem licet ſolutus ſit legibus, tamen legibus vivere. *Digna vox eſt majeſtate regnantis legibus ſe alligatum principem profiteri, l.* 4. *C. de legib.* Atque ita intelligendum, quod habetur in *l.* 4. *C. ad l. Falcid. l.8. §.2. ff. de inoff. teſt. l. pen. ff. de her. inſt.* item quod apud Plin. *in Panegyr. In Roſtris quoque ſimili religione*

ipſe

ipſe te legibus ſubjeciſti. Legibus Cæſar, quas nemo Principi ſcripſit. Sed tu nihil amplius vis tibi licere quam nobis: ſic fit, ut nos tibi plus velimus. Quod ego nunc primum audio, nunc primum diſco: non eſt Princeps ſupra leges, ſed leges ſupra Principem. Cur enim Principi id ipſum non liceat, quod licet privatis, qui renuntiare poſſunt privilegiis, quandocunque voluerint, *l. 46. ff. de pact. l. pen. C. eod.* Senec. *in excerpt. Quicquid honoris nomine datur, in utramque partem licet, alioquin deſinit præmium eſſe, cui neceſſitas injungitur.* Rex Gothorum Theodahatus apud Caſſiod. 10. *var.* 16. *Imperioſa nimirum res eſt. P. C. pietas noſtra, quando propria voluntate vincimur, qui alienis conditionibus non tenemur. Nam cum Deo juvante poſſimus omnia, ſola nobis licere credimus laudanda.* Cic. pro Corn. Balb. *Hæc ſunt enim fundamenta firmiſſima noſtræ libertatis, ſui quemque juris & retinendi & dimittendi eſſe dominum.*

TEXTUS

§. VII. *Prætorum quoque edicta non modicam obtinent juris auctoritatem. Hoc etiam jus honorarium ſolemus appellare: quod qui honores gerunt, id eſt magiſtratus, authoritatem huic juri dederunt. Proponebant & Ædiles Curules edictum de quibuſdam cauſis, quod & ipſum juris honorarii portio eſt.*

COMMENTARIUS.

1. *Prætoris definitio.*
2. *Ejuſdem diviſio.*
3. *An Prætor olim habuerit merum imperium.*
4. *Explicatur l. 3. pr. ff. de accuſ.*
5. *Item l. 1. in fin. ff. de offic. ej. cu. mand.*
6. *Quæſitor & Quæſtor an & quomodo differant.*
7. *Prætoris edictum.*
8. *Quam vim id habuerit.*
9. *Quamdiu duraverit.*
10. *Edictum perpetuum.*
11. *Quædam de formis Præfectorum prætorio.*
12. *Regulæ Cancellariæ.*

PRætor eſt magiſtratus habens juriſdictionem & mixtum imperium, 1
l. 15. l. 16. l. 17. l. 18. ff. de juriſd. §. 1. Inſt. de oblig. §. 3. Inſt. de act. l. pen. §. ult.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

§.ult.ff.de rit.nupt.l.29.ff.de uſ.& uſufr. leg.l.4.§.3.ff.de damn.inf.junct. l.26.ff. ad municip. l.un.pr.ff.ſiq. jus dic.n.obtemp.l.1.§.3.ff.de vent.inſp. l.1. ff. Qu. met. c. l.9. §. ult. ff. ad l. Jul. pec. Sueton. *in Jul. cap.* 17. *Vettium pignoribus captis & direpta ſupellectile male multatum conjecit in carcerem.* Vel erat urbanus, vel erat peregrinus. Jus dicebat urbanus in-
2 ter cives Romanos; Peregrinus inter cives Romanos & inter peregrinos, *l.2.§.27.& 28.ff.de or.jur.* Liv.8.*cap.15.in fin. Romæ juri dicundo urbana ſors Pomponio, inter cives Romanos & peregrinos P. Furio Philo evenit.* Idem *lib.22.c.35. M. Æmilius Prætor, cujus peregrina ſors erat, juriſdictione M. Atilio collegæ prætori urbano mandata, Luceriam provinciam haberet, legioneſque duas.* Idem *lib.32.cap.28. Urbana Sergio, peregrina juriſdictio Minucio obtigit.* Tacit. *annal.* 1. *Mox celebratio annua ad prætorem tranſlata, cui inter cives & peregrinos jurisdictio eveniſſet.* Prætor urbanus & Prætor urbis non differunt. Liv. *lib.27.cap.22.pr. Licinio Varo urbana, P.Licinio Craſſo pontifici maximo peregrina.* Ibid.*P.Licinio Varo prætori urbis negotium datum.* Ibid. *cap.23.in fin. P.Licinius Varus*
3. *prætor urbis legem ferre ad populum juſſus.* Dixi juriſdictionem & mixtum imperium: merum enim imperium prætor non habuit, *arg. l.1. & t. tit. ff. & C. de offic. præt. §. 10. & 11. Inſt. de ſuſp. tut.* quod jure Digeſtorum eſt omnino veriſſimum. Olim enim ſubactis & triumphatis provinciis, cum Romani nominis fama clareſceret, plures etiam evecti ſunt ad dignitatem Prætoriam, è quibus nonnulli in provincias miſſi, nonnulli etiam merum exercuerunt imperium, *l. 2. §. capta 32. ff. de or. jur.* Lipſ. *ad lib. 1. annal. Tac.* Cic. *pro Murœn. Quid? in ipſa Prætura nihilne exiſtimas inter tuam & iſtius ſortem interfuiſſe? hujus ſors ea fuit, quam omnes tui neceſſarii tibi optabamus, juris dicundi.* Et paulo poſt: *Quid tua ſors? triſtis, atrox, quæſtio peculatus: ex altera parte lacrymarum & ſqualoris: ex altera plena catenarum atque judicum.* Plutarch. *in Cat. Min. cap.* 63. Εἰς δὲ τὸ ἑξῆς ἔτος αἱρεθεὶς ὁ κάτων στρατηγὸς, οὐδὲν ἔδοξε προσθέναι τῇ ἀρχῇ τοσοῦτον εἰς σεμνότητα καὶ μέγεθος, ἄρχων καλῶς, ὅσου ἀφαιρεῖν καὶ καταισχύνειν, ἀνυπόδητος, καὶ ἀχίτων πολλάκις, ἐπὶ τὸ βῆμα προσερχόμενος, καὶ θανατικὰς δίκας ἐπιφανῶν ἀνδρῶν οὕτω βραβεύων. Valer. Max. *lib. 5. cap. 4. Sanguinis ingenui mulierem prætor apud tribunal ſuum capitali crimine damnatam triumviro in carcere necandam tradidit.* Polyb. 1. *hiſt. pr.* Tempore Principum cum urbis Præfecto tradidiſſet Auguſtus poteſtatem continuam, ut *coërceret ſervitia,*

tia,& quod civium audacia turbidum, niſi vim metuat (verba ſunt Tacit.
annal.6.) decrevit paulatim iterum Prætorum auctoritas, cognitione cri-
minum iis tandem adempta, poſt Hadriani imperium; paulo enim ante
Trajani temporibus idem illud jus iis nondum ablatum eſſe teſtis eſt
Plinius *lib. 5.epiſt. ult. Cauſa dilationis, Nepos prætor, qui legibus quærit.
Propoſuerat breve edictum, admonebat accuſatores, admonebat reos, exe-
cuturum ſe quæ SCto continerentur.* Unde non mirum, quod eſt apud
Tacit. *annal.2. Marſuſque Vibius nunciavit Piſoni, Romam ad dicendam
cauſam veniret. Ille eludens reſpondit, adfuturum ubi Prætor qui de ve-
neficiis quæreret, reo atque accuſatoribus diem prædixiſſet.* Nec mirum
etiam, quod eſt apud eundem *annal.14. Pari ignominia Valerius Ponticus
afficitur, quod reos, ne apud Præfectum urbis arguerentur, ad prætorem de-
tuliſſet.* Sed id forte mirabile, quod Paulus in *l. 2. ff. de accuſ.* libellorum
inſcriptionem eſſe tradit hujuſmodi: *Conſul & dies apud illum Prætorem* 4
*vel Proconſulem Lucius Titius profeſſus eſt ſe Mæviam lege Julia de
adulteriis ream deferre*; niſi Præſidem dicas per Prætorem intelligi, quod
eſt veriſimilius. Præſes enim dicitur ſæpiſſime Prætor. Tacit. *annal. 2.
Utendum eventu. Piſonem non Sentium Syriæ præpoſitum. Huic faſces &
jus prætoris, huic legiones datas. Idem annal.1. Nec multo poſt Granium
Marcellum prætorem Bithyniæ,* &c. Liv. *lib. 29. cap.26. Quæ & ad proſe-
quendum Scipionem officii cauſa convenerant, & prætorem provinciæ M.
Pomponium ſecutæ fuerant.* Nequis autem objiciat, *l. 1. in fin. pr. ff. de* 5
offic. ej. c. mand. notandum eſt obiter concedi quidem ea lege Prætori
cognitionem de crimine, ſi dominus à familia dicatur confoſſus, ſed inde
non ſequitur ſimul ipſi conceſſum eſſe merum imperium, quia non ſequi-
tur; De facinoroſis licet cognoſcere Legato Proconſulis, ergo Legatus
habet merum imperium, *l. ſolent. 6. ff. de offic. proc.* Prætor etiam de ſu-
ſpecto tutore cognoſcere poteſt, *§. 1. Inſt. de ſuſp. tut.* ſed inde non ſe-
quitur, ergo ipſi conceſſum eſt merum imperium, *§. 10. & 11. Inſt. eod.*
Cur enim reum ad Præfectum urbi teneretur remittere, ſi haberet ipſe jus
graviter puniendi aut virgis aut fuſtibus, *l. 1. in fin. & l.2. ff. de ſuſp. tut.*?
Olim autem cum de crimine publico Prætores inprimis pronunciarent
ſententiam, & conceſſo alicui mero imperio non omnes ejus partes ſimul
etiam ſtatim intelligantur conceſſæ, *arg.l.6.§.8.ff.de offic. præſ. junct. l.2.
§. 1. ff. de pœn.* idcirco ſpecialiter cautum Senatuſconſultis apud Tacitum
legimus, ut *ſpectantium immodeſtiam exilio multandi poteſtas prætoribus
fieret, annal. 1.* Ut jus virgarum in hiſtriones competeret, *eod. annal. 1.*

V *Actum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Actum de ea ſeditione apud Patres, dicebanturque ſententiæ, ut prætoribus jus virgarum in hiſtriones eſſet.

6 Cæterum quia dixi *diſp.3.ad proœm.Inſt.th.*xxv. Quæſtorem & Quæſitorem apud bonos auctores uſurpari promiſcue, & id ipſum, ni fallor, ſic ibi probaverim, inprimis ex Ammiano, ut negari non poſſit, hic notandum præterea, eum etiam prætorem, qui habebat jus gladii, & præerat cognitioni cauſarum criminalium, Quæſitorem vocari. Aſcon. 2. *in Verr.* QUÆSITOR. *Prætor de pecuniis repetundis quæſtionem exercens. Nam proprie Quæſitores dicuntur criminalium quæſtionum.* Idem *ibid. Cum multi judices in conſilio cum Prætore ſuo judicaturi eſſent, qui quæſitor fuiſſet in publica cauſa, verbi gratia repetundarum, ambitus, majeſtatis &c.* Cicer. *pro Rabir. Accuſavi de pecuniis repetundis, judex ſedi, prætor quæſivi.* Idem *pro Fontej. Etenim ſi quia Galli dicunt, idcirco M. Fontejus nocens exiſtimandus eſt, quid mihi opus eſt ſapiente judice? quid æquo quæſitore?* Sigon. 2. *de antiq. jur. civ. Rom. c.* 18. Brummer. *ad l. Cinc. cap. 6.* Sed eundem etiam propterea nuncupatum Quæſtorem non auſim aſſerere, cum exemplo deſtituar, & Aſconius etiam, quo ex priſcis Grammaticis nemo eruditior, inter *Quæſtorem* & *Quæſitorem* hactenus videatur diſtinguere, cum dubitat, utrum Quæſtorem an Quæſitorem ſit legendum apud Cicer.3.*in Verr. de præt. urb. Si Quæſitorem, inquit, illum ipſum Glabrionem, cujus cura eſt, ut ſociis omnia rapta reddantur. Si Quæſtorem, eum ad quem rediguntur pecuniæ ex proſcripti bonis.* Verba Ciceronis ſunt: *Quid tum hos de te judicaturos arbitratus es, cum viderent te jam non contra accuſatorem tuum, ſed contra quæſtorem ſectoremque pugnare?* Glabrio vero, cujus Aſconius meminit, Prætor erat cognoſcens de criminibus Verris.

7 Porro autem proponebat edictum non ſolum prætor urbanus, verum etiam peregrinus. Erat aliud edictum prætoris urbani, quod urbicum dicitur, *l.55.l.56.ff.de reg.jur.* aliud edictum prætoris peregrini, *l. 9. §. 4. ff.de dol.* aliud edictum proconſulis, cujus fit mentio in *l.19.ff. Qu.met. c.*aliud item edictum Cenſorium. Sueton. *de clar. Rhet.cap.1. Vetus Senatuſconſultum, item Cenſorium edictum ſubjiciam.* Proponebant prætores ſingulis annis edictum in albo, *l.7.ff. de juriſd.* Album erat nihil aliud quam tabula dealbata, ut definit Cujac. 21. *obſ.*24. proponebant edictum non unum idemque, ſed prout placuiſſet, diverſum & varium, ut exemplis aliquot demonſtrarunt Cujac. *ad l. 1.ff. Qu. met.c.* & Guil. Ranchin. 1.
8 *var.lect.*4. Imprimis autem edicebant de iis, de quibus jure civili nihil erat ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

expreſſum, *l. jus civile* 7. §. 1. *ff. de juſt. & j.* Jus civile tollendi non habebant licentiam, *l.* 12. §. 4. *ff. de publ. in rem act. l.* 12. §. 1. *ff. de bon poſſ.* Emendandi, ſupplendi, corrigendi habebant, *d. l.* 7. §. 1. Corrigendi autem, quatenus juris civilis duritiem mitigabant, permittendo interdum per indirectum, ut ajunt, quod jure civili non erat permiſſum, *pr. Inſt. de bon. poſſ.* §. 3. *Inſt. de exher. lib.* §. 9. *Inſt. de her. q. ab int. def.* §. 3. *Inſt. de leg. agn. ſucc.* Verum eſt igitur, quod non modicam obtinuerint juris auctoritatem prætorum edicta, *h.* §. 7. non modicam enim hic magnam ſignificat. Sic jusjurandum, quod eſt fidei firmamentum validiſſimum, πίστιν οὐ μικρὰν appellavit Euripides. Sic alibi Cicero, *Dejotarus homo minime ſtultus*, id eſt, cum primis ſapiens. Idem 3. *in Verr.* de Agyrinenſibus. *Sunt homines Siculi non contemnendi.* & ſtatim. *Agyrinenſes viri fortiſſimi judicium ſe paſſuros eſſe dicebant.* Quæ eſt etiam ratio, cur edictum propoſitum lex appelletur in *l.* 1. §. 2. *ff. und. cogn.* improprie tamen: ſeparatur enim lex à prætoris edicto in §. 3. *Inſt. h. t.* Annuum erat prætoris edictum, lex autem regulariter erat perpetua, *pr. Inſt. de perp. & temp. act.* Quod 9
enim Ulpianus in *l.* 7. *pr. ff. de juriſd.* edicti juriſdictionis perpetuæ cauſa à prætore propoſiti fecerit mentionem, ex eo non ſequitur, quod quædam edicta ultra annum duraverint. Sed dicit *perpetua* ad differentiam eorum, quæ prout res quælibet ſolebat incidere, proponebantur ad tempus breviſſimum, ut ad dies triginta, *l.* 68. *& ſeqq. ff. de jud.* Forner. 5. *quot.* 9. Duaren. 1. *diſp.* 48. Brummer. *ad l. Cinc. cap.* 6. Ante legem Corneliam quam C. Cornelius tribunus pleb. Ciceronis temporibus tulit ad populum, ambitioſe ſæpiſſime variabant prætores in jure dicundo, nec ſimul & ſemel initio magiſtratus proponebant in albo, quemadmodum toto illo anno jus eſſent dicturi, ſed diverſis temporibus diverſa & varia affigebant edicta; cum autem Cornelius rogationem tuliſſet, ut initio magiſtratus edictum affigerent, cui finem afferrent Kalendæ Januariæ, Aſconius Pædian. in *orat. Cic. pro Corn.* edictum illud appellavit perpetuum, non quod longius quam annum duraret, ſed quod integrum annum duraret. Sic enim dicit: *Aliam deinde legem Cornelius, etſi nemo repugnare auſus eſt, multis tamen invitis tulit, ut Prætores ex edictis ſuis perpetuis jus dicerent, quæ res tum gratiam ambitioſis Prætoribus, qui varie judicare aſſueverant, ſuſtulit.* Dio. Caſſ. *lib.* 36. Pancirol. 1. *lect.* 34. *&* 2. *lect.* 12.

Sed ſi edictum prætoris tantum annum duraverit, cur ergo actiones Prætoriæ regulariter omnes annum utilem durant, qui ſemper excedit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

annum illum continuum, quo terminabatur Prætoris imperium, *l.* 14. *§.2.ff. Qu. met.c.l.* 1. *§.39.ff.de vi l.1.pr.& §.annus ff.Qu.de pec.act.ann. l.6.ff. de calum. l.* 1. *ff.uti poſſ.* Conſtat enim trecentis ſexaginta quinque diebus utilibus, quibus eſt experiundi poteſtas in judicio, feriatis exemptis, *l.1.ff. de div. temp. præſcr.l.55.ff.de ædil.edict.l.2.C. Qui adm.ad bon.poſſ.* Forner.2. *quot.*14. Reſpondet Bachovius ad *pr. part. ff. cap. de edict. præt. n.*3. non tam conſiderandum hunc aut illum prætorem, ſed ipſam præturam; invaluiſſe paulatim, ut edicta prætorum vim legis acciperent, & ſequentes etiam prætores ſecundum ea jus dicerent. Sed reſponſionem illam non videntur admittere verba Ciceronis 3.*in Verr.* Sic enim expreſſe: *Si finem edicto prætoris afferunt Kalendæ Januariæ, cur non initium quoque edicto naſcitur à Kalendis Januariis? An in eum annum progredi nemo poterit edicto, quo prætor alius futurus eſt, in illum, quo prætor alius fuit, regredietur?* Puto igitur hoc adſcribendum edicto perpetuo, quod quædam actiones annum utilem durent. Divus enim Hadrianus abolito illo

10 more ſingulis annis proponendi edicta, Salvio Iuliano Iuriſconſulto dedit negotium, ut is componeret edictum perpetuum, unde prætores jus in poſterum dicerent, ne ſingulis annis pro ipſorum libidine jus eſſet mutabile, *l.pen. C.de cond. ind. l.un.§.18.C.de vet. jur.enucl.* Eutrop.*lib.*8. *Poſt eum Salvius Julianus Remp. invaſit, vir nobilis & juris peritiſſimus, nepos Salvii Juliani, qui ſub Divo Adriano perpetuum compoſuit edictum:* Ὃς τὸ διηνεκὲς διάταγμα τοῖς Ἀδριανοῦ χρόνοις συνέταξεν, ὃ μέχρι νῦν Ἀδριάνιον καλεῖται, κατὰ τὴν τῶν Ἰταλῶν φωνὴν ἤδικτον περπέτουον, ut interpres Pæanius. Edictum illud perpetuum in digeſtis exponitur, *l.2.ff. de ſtat. hom.* ejuſque pars eſt edictum Ædilium, *t.tit.ff.de ædil. ed.*

11 *l.5.pr.ff.de verb.obl.* Cujac.8.*obſ.*38. Cæterum notandum eſt, quod ſublatis & abolitis prætorum edictis facta ſit poteſtas præfectis prætorio proponendi edicta, quæ & formæ dicuntur in *l.2.C.de offic.præf.præt.* Quibus tamen non poterant legibus latis quid jubere contrarium, *d.l.2.* ſicut nec prætor olim, uti jam dictum eſt. Hinc Caſſiodor. 6. *var.* 3. *Pene eſt, ut leges poſſit condere, quando ejus reverentia negotium poteſt ſine appellatione finire.* Solebant etiam, ſimulatque legem Imperatoris acceperant, eam edicto publicare propoſito, & vel ipſam illam legem edicto præmittere, vel edictum proponere facta tantum ſimpliciter illius legis mentione, ut notavit Valeſius ad *Euſeb.hiſt. eccleſ.l.9. c.9.* & Iac.Sirmondus *lib. 2. propempt.c.2.* Extat ejuſmodi Caſſiodori edictum, cum præfectus eſſet prætorio, 12. *var. ult.* Tandem autem ſublatis etiam una cum formidabili-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Romanorum imperio præfectis prætorio ſucceſſerunt in Italia quædam edicta Romanorum Pontificum, quæ initio Pontificatus propoſita publice novas Cancellariæ regulas illi barbare dicunt, adjectis nimirum aut immutatis quibuſdam ad veteres regulas, ut dicit Mornacius, *ad l. 7. ff. de juriſd.*

TEXTUS

§. VIII. *Reſponſa prudentum ſunt ſententiæ & opiniones eorum, quibus permiſſum erat de jure reſpondere, nam antiquitus conſtitutum erat, ut eſſent, qui jura publice interpretarentur, quibus à Cæſare jus reſpondendi datum eſt, qui Juriſconſulti appellabantur: quorum omnium ſententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut judici recedere ab eorum reſponſis non liceret, ut eſt conſtitutum.*

COMMENTARIUS.

1. *Quid Juriſconſultus.*
2. *Qui eum conſulebat, qua uſus ſit formula.*
3. *Ubi ille reſponderit.*
4. *Quomodo reſponderit.*
5. *Reſponſorum quæ olim auctoritas.*
6. *Quæ vero hodie.*
7. *De rebus judicatis, & quæ eorum auctoritas.*
8. *Rerum male judicatarum proponuntur exempla.*
9. *De deciſionum ſcriptoribus.*

SExta pars juris ſcripti ſunt Reſponſa prudentum. Prudentes autem ſunt Iuriſconſulti. Juriſconſultus eſt: 1

Qui juris nodos legumque ænigmata ſolvit.

Eos ſolvere quilibet, qui ſtudiorum ſuorum habebat fiduciam, & jus reſpondere litigantibus poterat, ut tradit Pomponius *in l. 2. §. 47. ff. de or. jur.* Qui conſulebant, adhibitis teſtibus utebantur hac formula, *Licet conſulere, d. §. 47.* Cicer. *pro Murœn. Itaque non modo beneficii collocandi ſpem, ſed etiam illud, quod aliquando fuit, Licet conſulere, jam perdidiſtis.* Qui reſpondebant, ut copiam conſulendi cuicunque præſtarent, vel foro tranſverſo ambulare ſolebant, vel domi ſedebant in honorabili ſella, 2 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

quod ſolium dicitur, Cicer. 3. *de Orat. M. vero Manilium nos etiam vidimus tranſverſo ambulantem foro: quod erat inſigne, eum qui id faceret, facere civibus omnibus conſilii ſui copiam, ad quos olim & ita ambulantes, & in ſolio ſedentes domi ſic adibatur, non ſolum ut de jure civili ad eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio aut negotio referretur.* Idem 2. *de Orat. Brute quid ſedes? quid illam anum patri nunciare vis tuo? quid te facere? cui rei, cui gloriæ, cui virtuti ſtudere? an juri civili? eſt paternum. Sed dicet te, cum ædes venderes, ne in rutis quidem cæſis ſolium tibi paternum recepiſſe.* Liv. *epit.* 54. *Sedenſque domi poteſtatem conſulentibus ex inſtituto fecit.* Inprimis autem mane ſedebant in ſolio, quod erat collocatum in atrio domus. Horat. 1. *ſerm.*

Agricolam laudat juris legumque peritus,
Sub galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat.

Valer. Max. 5. *cap.* 8. *Conſulere ſe volentibus vacuas aures accommodavit. Videbat enim ſe in eo atrio conſediſſe, in quo illius Imperioſi Torquati imago poſita erat.* Senec. *epiſt.* 90. *Hi non in foro, nec in conſultorum atrio, ſed*
4 *in Pythagoræ tacito illo ſanctoque ſeceſſu jura didicerunt.* Quod autem notandum. dabant olim conſulentibus verbo reſponſum, non autem in ſcriptis, *d.* §. 47. Tempore principum tradiderunt in ſcriptis, qui jus reſpondendi impetrarant à principe, *d.* §. *l. Titius* 43. *ff. de act. emt.* Menag. *amœn.* 20. Primus pro beneficio jus reſpondendi conceſſit Auguſtus; quo major eſſet reſponſorum auctoritas, quæ paulatim ſic crevit, ut non inepte Manilius Juriſconſultum vocaverit Prætorem perpetuum:

Perpetuus populi privato in limine Prætor.

5 Ejus enim reſponſum vim eandem habebat, quam habebat edictum à Prætore propoſitum, *h.* §. 8. *l.* 2. §. 5. & §. 12. *ff. de or. jur.* Cicer. *in Topic.* paulo poſt pr. *Atque etiam definitiones aliæ ſunt partitionum, aliæ diviſionum.* Partitionum, *cum res ea quæ propoſita eſt, quaſi in membra diſcerpitur: ut ſiquis jus civile dicat id eſſe, quod in legibus, ſenatuſconſultis, rebus judicatis, juriſperitorum auctoritate, edictis magiſtratuum, more, æquitate conſiſtat.* Ante Divum Auguſtum jus erat non ſcriptum, quia tacito conſenſu id receperat populus, *d. l.* 2. §. 5. & §. 12. Auguſtus autem cum ex ſua auctoritate reſponderi voluiſſet, jus ſcriptum effecit,
6 *d.* §. 47. *h.* §. 8. *junct.* §. 3. *Inſt. h. t.* Diſſ. Connan. 1. *comm.* 15. *n.* 4. & 5. Quæ autem ſit hodie reſponſorum auctoritas, ſiquis quæſiverit, ſciat iis juris auctoritatem ademptam per *l. ult. C. de legib. l.* 2. §. 21. *C. de vet. jur. enucl.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

enucl. Ferret. *h.* Valent non aliter, quam ſi legibus latis poſſint defendi. Bart. in *l.* 2. *in fin. ff. de or. jur. Audivi ſæpiſſime conquerentem Ruynum*, dicit Alciatus 12. *parer. ult. quod adverſus ſua conſilia vulgo pronuntiaretur, judiceſque imperitiæ damnantem, cum illi vice mutua eum ſani judicii fuiſſe negarent. Et certe ego ſemper pro judice magis præſumerem*, dicit, *cum id munus ipſi ſpecialiter incumbat, famæque & conſcientiæ ſuæ periculo agat.* Sane cum multa ſint hodie forenſia pecora, togati vulturii, ſutelloſi, ut dicuntur in Gloſſario vetere, δικοῤῥάφοι, & rabulæ, περιτρίμματα τῆς ἄγορας, ut fertur de Æſchine dixiſſe Demoſthenes, qui ut clientem emungant pecuniis, quicquid venit in buccam, conjiciunt in chartam, nihil penſi habentes, utrum verum an falſum conſulenti reſpondeant, nihil eſſet iniquius quam illorum conſiliis adſtringere judicem. Quod ſiquis id de Advocatis præſumendum negaverit, res ipſa loquetur aliquando ex vaniſſimo verborum ſtrepitu, inaniſſimis rationibus, fraudis autem & ſtultitiæ pleniſſimis argumentis concreta conſilia. Loquetur Sannazarius, qui ne ſine reſponſo clientem dimitteret, ſubinde mutabat aliquid ex caſu propoſito, putans ſufficere, ſi ſecundum jus recte procederet petitum conſilium, nec quicquam curans accepto ſalario utrum eſſet clienti profuturum nec ne, quia factum mutaverat. Loquetur Caſtrenſis, qui non conſilia, ſed allegationes ſe ſcripſiſſe cauſatus, ut loco citato teſtatur Alciatus, lecturum monuit, ne in iis exigeret veritatem ſcrupuloſius. Atque hæc hactenus de jure ſcripto ſufficiant.

De rebus judicatis in præſentia non dicam, quas ſiquis partem illius juris eſſe crediderit, meo quidem judicio evidenter impingit in §. 3. *Inſt.h.t. l.7.ff.de juſt.& j.l.*13.*C.de ſent.& interl.l.*12.*ff.de offic. præſ.* non obſtante quod dicitur rerum perpetuo ſimiliter judicatarum auctoritatem obtinere vim legis, *l.* 38. *ff. de legib.* Non enim aliter dicitur obtinere vim legis, quam ſi leges deficiant, quibus deficientibus idcirco vim obtinet, quia tum conſuetudo in judiciis dominatur, conſuetudo autem ſi vocatur in dubium, & obſcura ſit admodum, probabitur facile, ſi robur ipſi addiderit rerum ita perpetuo judicatarum auctoritas, *d. l.*38. *l. cum de conſuetudine* 34. *ff.eod.* Quid alioquin ſentiendum ſit de rebus judicatis non obſcure ſignificavit Hiſpanorum doctiſſimus Franciſcus Amaya ad *l.* 1. *C.de annon. & trib. n.* 6. *Minus patienter*, inquit, *audio rem hanc deciſam juxta opinionem Martæ. quid ad me ſi Senatus illi Guidonis Papæ & Theſauri rem non diligenter calluerint. Abeant, qui ita ſub alio moventur, qui non ex jure, ſed ex aliorum commentario ſapiunt, ut verbis Senecæ loquar, &* 7

ſibi

ſibi plaudunt, cum ita Senatui Pedemontano aut Lucenſi inveniunt placuiſſe. Eorum veneranda monumenta ſuſpicio, ſed quantum veritas ſuggeſſit, tantum ab eis diſcedam, monitus auctoritate Juſtin. in l. nemo 13. *C. de ſent. & interl. Mirum tamen,* dicit eleganter Mornacius vir literatiſſimus *ad l.* 38. *ff. de legib. quantum operæ in offucias iſtas detur à plurimis, qui contempta juris Romani prudentia tot vigiliis excogitata, certas ſcilicet quotidianaſque fori regulas in iis conſtituunt, quæ non in genere, καὶ καθόλȣ, ut ſæpe fit, neque ad quæſtiones legum, ſed pro cauſis tantum & perſonis, ut maxima pars litium, judicata ſunt; nihil eo fallacius.* Et idcirco Drentini *lib.* 3. *ſtat.* §. 56. ſumma ratione ſic expreſſe loquuntur: *Of daer eenige ſaken mochten voor vallen, die in deſen rechten niet beſchreven ſtaen, die ſalmen bereghten nae den beſten rechten, redenen, en billickheden, ſonder te volgen voorgaende Oordelen ofte gelijckeniſſen.* Profecto
8 egregie. Conſtat enim ſæpiſſime male judicatum, *l.* 1. §. 1. *ff. de appell. l.* 37. *ff. de excuſ. tut. l.* 11. §. 2. *ff. de min.* Siquis quærat exemplum, exemplum in promtu eſt. Iudicatum *A.* 1558. 3. *Jul. tuſſchen Adriaen Janſz en Chriſtiana Gerrits* item *A.* 1566. 1. *Jun. tuſſchen Frederick van Hemert en Frederick van de Voort als curateurs van Johanna van de Voort ter eenre, en Willem van Aller, als man ende voocht van ſijn huysvrou ter andere ſijden,* à Senatu hujus Provinciæ, contrahi inter conjuges communionem bonorum etiam ante concubitum, modo tantum acceſſerit benedictio nuptialis, contra hujus civitatis ſtatutum expreſſum, quod requirit concubitum, *rubr. van Houwel. voorw. art.* 1. Quapropter & reſcidit ſupremum illud judicium, quod tum erat Mechliniæ, & ad quod appellandum erat à Senatu hujus Provinciæ, priuſquam in ejus locum ſucceſſiſſet reviſio, *A.* 1574. 8. *Maji.* poſtremam illam ſententiam. Dedi exemplum. Siquis plura deſideret, adeat virum undequaque doctiſſimum Guil. Ranchinum *lib.* 2. *var. lect. cap.* 3.

9 Qua autem fide deciſionum ſcriptores res judicatas interdum obtrudant lectoribus, oſtendam etiam exemplo tantum uno aut altero. Quanti æſtimentur apud eruditos Chriſtinæus & Papo, quorum alter Belgarum, Gallorum autem alter publicavit arreſta, nemo ignorat. De Papone nihilo minus ſic ſcribit Mornac. ad *l.* 11. *ff. comm. præd. Ut autem pleniſſime animum expleas ex applicato hoc textu ad hypotheſim, refert Areſtographus Papo lib.* 14. *tit.* 1. *de ſervit. arreſt.* 8. *litem acerrimam, quæ ut in forenſi ſua regione contigit, terminari inter litigatores nunquam potuit, niſi lato tandem Paris. placito anno* 1554. *ad cujus placiti effectum regula hujus legis adeo*

adeo ſervata eſt, ut verba ejus integra exſcribat. Eo magis iſtud inſero, quod ille non de extraneis quibuſdam & ignotis renuntiet, in quibus ſæpiſſime fucum ſibi fieri paſſus eſt ab iis, per quorum acceptas literas de curiarum placitis ſcripſit, ſed de controverſia, quæ inter populares ſuos nata eſt, & cujus progreſſum atque interitum vidit. Idem de eodem *ad l.90. ff. de leg. 3. A quo cum appellaſſet heres ad infrunitum illum areſtorum, quæ chimæris factiſque infectis affingit amaxarium Joan. Paponem, quippe Mombriſonium judicem, vere expertus eſt, quod magnus ille Chriſtophorus Thuanus primarius præſes, primoreſque noſtri ordinis plurimi dixerunt ſæpius, fere nunquam contigiſſe, ut confirmandæ ullius à Papone prolatæ ſententiæ locus eſſet.* De Chriſtinæo Zypæus *notit. jur. Belg. pr. Ut Chriſtinæus judicatum refert Mechliniæ, penes quem, dum ſæpius eum citamus in hoc opere, fides ſit rerum judicatarum, in quas quidem inquiſivit, non ipſe interfuit, nec Curia ratas hactenus habet ut deciſiones.* De utroque fere judicavit ſimiliter vir Ampliſſimus Rodenburgh. *tr. de jur. q. or. è ſtat. div. tit. 2. cap. 4. n. 3.* De Chanutio idem ille vir eruditus Mornacius ad *l. Titio 58. ff. de uſufr. Notanda hæc ſunt, ne quis fallatur rerum judicatarum exemplis. Tranſcripſit enim quædam Chanutius, ſed areſtographorum provincialium more, qui ſcribunt ex relatu, vel ex aliorum miſcellaneis, atque ἐν ὁμάδι quod non intelligunt, invehuntque ſenſim in forum, neſcio quæ abſolutiſſimi iſtius juris Romani, hodie quaſi vileſcentis atque inſuper habiti faſtidia.* Judex igitur vir cautus & ſapiens non ſemper ſententiis fidem habebit, præterquam enim quod earum quæ allegantur veritas ſæpe poſſit vocari in dubium, obſervandum eſt etiam, quod præclare ſi quicquam aliud retulit Servius ad *lib. 2. Æn. Sententiæ non ſemper generales ſunt, ſed interdum pro negotiorum qualitate formantur, & ad tempus dictæ ſunt.* Nec ſemper rejicere, nec ſemper etiam licet res judicatas admittere, ſed ſequi oportet inprimis illam ſententiam, quam judiciorum frequentiſſimus ordo vel ſemper exercuit, vel comprobavit aut lex aut conſuetudo longiſſima, *l. nam Imp. 38. ff. de legib.* Mantic. *de conject. ult. vol. 11. tit. 2. n. 18.* Sande *deciſ. Friſ. in præf.*

TEXTUS

§. IX. *Sine ſcripto jus venit, quod uſus approbavit. Nam diuturni mores conſenſu utentium comprobati, legem imitantur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

COMMENTARIUS.

1. *Inter legem & conſuetudinem quæ ſit differentia.*
2. *Modi, quibus conſuetudo probatur.*
3. *Cur longa dicatur.*
4. *Ut introducta dicatur, quot anni requirantur.*
5. *Quot actus.*
6. *Quæ ſit ejus auctoritas.*

IUs non ſcriptum aliter conſuetudo vocatur. Conſuetudo jus eſt, quod uſus approbavit, vel, jus tacito populi conſenſu ſancitum, vel diuturni mores conſenſu utentium comprobati, *h.§.9. & §.11.h.t.* Differt ergo conſuetudo à lege. Lex
1 requirit expreſſum conſenſum, ſed ut conſuetudo ſit, ſufficit tacitus. Lex aut in ſcripturam redacta proponitur publice, aut juſſu magiſtratus eam præco promulgat, *l.humanum* 8.*C.de legib.*Chryſoſt.*in cap.6.Matth.homil.*20. *Nec tantam adhibemus Dei legibus reverentiam, quantam regiis edictis ſpectatores adhibent in theatris, ibi quippe cum leguntur hæ literæ, Præfecti, Conſules, Senatores, & populus ſtantes omnino cuncti maxima cum quiete audiunt, quæ leguntur, & ſiquis inter alta illa ſilentia &c.* Rex Athalaricus apud Caſſiod. 9. *var.* 19. *Neceſſaria quædam Romanæ quieti edictali programmate duodecim capitibus, ſicut jus civile legitur inſtitutum, in ævum ſervanda conſcripſimus. Hæc in cœtus veſtri ſplendore recitentur, & per triginta dies Præfectus urbis locis celeberrimis faciat ſolenni more proponi.* Symmach. 10. *epiſt.*80. *Per omnes vero titulos & loca, quæ conventu celebri frequentantur, hæc quæ ſtatuimus proponantur ut univerſis liqueat & noluiſſe nos &c.* Idem 10.*epiſt.*83. *Nam cum ſtatuta cœleſtia per me eſſent recitata populis & Edictis ex more propoſitis publicata.* Conſuetudinem vero inducit vetuſtas, *l.* 1. §. *ult. l.*2. *pr. l.ult.ff.de aq.& aq. pluv. arc. l.* 18. *C. de teſtam.* Lex non probatur, ſed recitatur duntaxat; conſuetudinem vero, ſi contradicatur, probari oportet. Probabitur facile, ſi in ſcripturam redacta ſit, ut dicit Chaſſan. *in procem. ad conſuet.Burg. verb.in ſcripturam redactæ.* Sic conſuetudines feudorum, conſuetudines Britanniæ, conſuetudines plerarumque civitatum in Gallia, quas Reges Galliarum juſſerunt deſcribi, ut difficultati probationis occurrerent, probantur non aliter quam libro aperto & lege monſtrata, Pyrrh.*in procem.ad*
2 *conſuet. Aurel.* Sed conſuetudo, quæ non continetur in ſcriptis, probatur aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

aut teſtibus, aut rebus judicatis & teſtibus ſimul. Sola re judicata probari non poteſt. Si ſola re judicata poſſet probari, faceret conſuetudinem ſententia judicis, ſi faceret conſuetudinem, judex etiam legum condendarum haberet licentiam, quo nihil abſurdius, *l. ult. in fin. C. de legib. h.* §.9. Judex frequentatam jam conſuetudinem tantum declarat, ſiquis vitiliget, ut docet Cujac. 20. *obſ. c.* 1. Omnino igitur deficientibus literis ad probandam conſuetudinem teſtes adſint neceſſe eſt: unus non ſufficit, etiamſi ſit vir illuſtris, aut eruditionis ſuæ fama notiſſimus, *l.* 9. §.1. *C.de teſt.* P.Voet *de ſtatut. ſect.*3. *c.*1.*n.*21. Ne duo quidem ſufficiunt; turbam enim teſtium requirunt pragmatici, Imb. 1. *Inſt. for.* 43. Ratelant. *deciſ.* 31. Turbam autem decem minimum homines Galli ajunt efficere, Papon. 18.*tit.*6.*arr.*28. quod à *l.*4.§.2.*&* 3.*ff.de vi bon.rapt.* non videtur alienum. Diſſ. Maſcard. *concl.*424. *n.* 13. Nec ſufficiet præterea, ſi probaturi conſuetudinem pro teſtimonio dixerint nunquam hoc practicatum, aut nunquam ſe vidiſſe quod quæritur fieri: probandum eſt factum aut obſervatum jam olim in civitate contrarium. Non ſimplici deſuetudine, ſed uſu contrario lex abrogatur, ut dicit Choppin. 2. *de morib. Pariſ. cap.* 8. *pr.* Alioquin tollerentur innumerabiles leges, quæ nunquam ſunt practicatæ, quia forte non contigerunt ejuſmodi caſus, ut recte dixerunt Ang. Aret. *in proœm. Inſt. circ. fin.* Jaſ. *in l.*32. *n.*55. *ff.de legib.* Cyn. *in l.*2.*C.Quæ ſit long.conſ.* Sichard. *in l.*5. *C.de juriſd. n.*3. Molin. *ad conſ. Pariſ. tit.*1.§.1. *gloſ.*4. Vigl. *ad pr. Inſt. de pup. ſubſt.* Parens *de auct. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 34. Kinſchot. *reſp.*109.*n.*34. Gerh. Feltmanni *de juram. perhorr. cap.*15.*n.*10. *& ſeqq.* Hinc non auditus apud Livium Prætor Licinius cum flamini Diali introeundi in ſenatum jus eſſe negabat, quod re inertia flaminum obliterata propemodum nec patrum nec avorum memoria quiſquam uſurpaſſet jus illud vetuſtiſſimum. Locus eſt paulo longior, ſed adſcribam nihilominus, *lib.* 27. *c.* 8. *Rem intermiſſam per multos annos ob indignitatem flaminum priorum repetivit, ut in ſenatum introiret. Ingreſſum eum curiam quum L. Licinius Prætor inde eduxiſſet, tribunos plebis appellavit flamen. Vetuſtum jus ſacerdotii repetebat: datum id cum toga prætexta, & ſella curuli, & flaminio eſſe. Prætor, non exoletis vetuſtate annalium exemplis ſtare jus, ſed recentiſſimæ cujuſque conſuetudinis uſu volebat: nec patrum nec avorum memoria Dialem quenquam id jus uſurpaſſe. Tribuni rem inertia flaminum obliteratam, ipſis, non ſacerdotio, damno fuiſſe, quum æquum cenſuiſſent, ne ipſo quidem contra tendente Prætore, magno aſſenſu Patrum plebiſque, flaminem in ſenatum introduxerunt.* Cæterum conſue- 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſuetudo regulariter longa vocatur, non quod quædam conſuetudo ſit
brevis, ſed quod omnis conſuetudo longo uſu introducatur neceſſe ſit.
4 Quot autem actus aut anni requirantur ut valeat, non eſt definitum, id-
eoque relinquendum arbitrio judicis. Connan. 1. *comm.* 10. Duaren. *de
legib. c.* 11. Doctores communiter decem annorum ſpatium crediderunt
ſufficere, quia longum tempus appellatur decennium, *tit. C. de præſcr. long.
temp.* x. *vel.* xx. *ann.* Mynſ. 6. *obſ.* 41. Gail. 2. *obſ.* 31. Sed perperam om-
nino; nam longum tempus etiam appellatur quinquennium, *l.* 1. §. *quod
dicitur* 13 *ff. de ſepar.* item triennium, *l.* 1. *C. de fideic.* imo & biennium in
l. 56. *ff. locat. & l. ſi mulier.* 22. *C. ad SCt. Vellej.* Contra Hotoman. hic
requirit tempus longiſſimum, quod excedit ætatem & memoriam homi-
num, eo quod conſuetudo appelletur vetuſtas, *d. l.* 2. *pr. & l. ult. ff. de aq. &
aq. pluv.* Sed ne illud quidem admittendum tam facile, vetuſtas enim
interdum dicuntur anni triginta, *l.* 11. *C. de fund. patrim.* quadraginta in-
terdum, *l. ult. C. de fund. rei priv.* interdum viginti, *l.* 2. *C. Th. de long.*
5 *temp. præſcr. d. l.* 1. §. *ult. l.* 2. *pr. & l. ult. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* Ne quod
ad actus quidem procedere poterit Doctorum opinio; putant enim com-
muniter duos ſufficere, ut conſuetudo dicatur, Gail. *d. loc. n.* 7. cum con-
ſuetudo ſit populi, populum autem efficiant minimum quindecim, *d. l.*
4. §. 2. & 3. *ff. de vi bon. rapt.* An ergo quindecim conſuetudinem faci-
unt? Ne id quidem dicendum. Quintil. 1. *Inſt. orat. c.* 6. *in fin. Conſti-
tuendum imprimis, id ipſum quid ſit, quod conſuetudinem vocemus. Quæ
ſi ex eo quod plures faciunt, nomen accipiat, periculoſiſſimum dabit præce-
ptum, non orationi modo, ſed, quod majus eſt, vitæ. Unde enim tantum
boni, ut pluribus quæ recta ſunt, placeant?* Multum igitur hic tribuendum
6 arbitrio judicis. Porro eandem, quam lex habet, conſuetudo vim obti-
net: ut enim lex tollit legem & abrogat, *l.* 4. *ff. de conſt. princ.* ita & conſuetu-
do non ſolum conſuetudinem, verum etiam legem anteriorem emendat
& corrigit, *l.* 32. *ff. de legib.* §. 11. *Inſt. h. t.* Liv. *lib.* 34. *c.* 6. *Ego, quemadmo-
dum ex his legibus, quæ non in tempus aliquod, ſed perpetuæ utilitatis cauſa
in æternum latæ ſunt, nullam abrogari debere fateor, niſi quam aut uſus
coarguit, aut ſtatus aliquis Reipubl. inutilem fecit; ſic quas tempora aliqua
deſiderarunt leges, mortales (ut ita dicam) & temporibus ipſis mutabiles
eſſe video. Quæ in pace latæ ſunt, plerumque bellum abrogat: quæ in bello
pax: ut in navis adminiſtratione alia in ſecunda, alia in adverſa tempeſta-
te uſui ſunt.* Boër. *deciſ.* 263. Felin. *in can. jus generale dict.* 1. Choppin.
de comm. Gall. conſ. præc. part. 3. *cap.* 3. *n.* 1. Sed ut rationabilis ſit conſue-

tudo

tudo requiritur, *l.2.C. Qu. ſit long. conſ. l.39.ff. de legib. nov.134.cap.1.in fin.* Quod enim Juriſconſultus dicit tolerabilia, quæ vetus conſuetudo confirmat in *l.13. ff. de pollicit.* id intelligendum de iis, quæ non ſunt ſimpliciter inhoneſta vel turpia, ſed ut vulgo ſolent dicere, quæ ſunt indifferentia. Mart. *claſſ.* 1. *loc. comm. c.* 10. *n.* 8. Scæva non eſt cogenda ad uſum dextræ, ut Ariſtoteles alibi.

TEXTUS

§. X. *Et non inelegantur in duas ſpecies jus civile diſtributum eſſe videtur: nam origo ejus ab inſtitutis duarum civitatum, Athenarum ſcilicet & Lacedæmoniorum fluxiſſe videtur. In his enim civitatibus ita agi ſolitum erat, ut Lacedæmonii quidem magis ea, quæ pro legibus obſervabant, memoriæ mandarent: Athenienſes vero ea, quæ in legibus ſcripta comprehendiſſent, cuſtodirent.*

COMMENTARIUS.

1. *Jus Ultrajectinum eſt ſimiliter duplex ut jus civile Romanum, ſcriptum & non ſcriptum.*
2. *An facto teſtamento ceſſet jus præcipui introductum ſtatuto.*
3. *An civi duntaxat, an & incolis competat.*
4. *Titulo heredis & non aliter competit.*
5. *An invito marito uxor poſſit contrahere.*
6. *Quædam alia præterea, quæ in uſu ſunt hodie.*
7. *Contra obtrectatores jus civile defenditur.*
8. *Quam ingens ſit hodie ejus juris inſcitia.*
9. *Vera & genuina ratio, cur ab illa vetere gloria jus illud deſciverit.*
10. *Quid proprie ſit praxis, & quinam ſint practici.*

Paragraphus hic non eſt magni momenti. Continet enim Triboniani errorem, quem ita perſtrinxit in commentario Vinnius vir eruditione & claritate ſui nominis victurus æternum, ut iis quæ dicta ſunt, addi non poſſit. Cæterum 1
an jus Ultrajectinum, quo præter jus civile Romanorum hic utimur, non minus ſit duplex, quam jus illud Romanum, quæri hic etiam non incommode poterit. Præter enim hujus urbis Statuta, quæ publice proſtant & habentur excuſa, ſine ſcripto quædam adhuc conſuetudines hic frequentantur & obtinent. Stylum curiæ nonnulli appellant. Sed angu-

ſtius, ni fallor: ſtylus enim curiæ ad modum procedendi præcipue pertinet; plura ſunt autem, quæ pleniſſimam juris vim & effectum ſortiuntur, quam ea quæ deſiderantur ad inſtituendum proceſſum. Sic ſtatutum requirit, ut in ſcripturam redigatur locatio: ſolo conſenſu contracta non valet, inſtrumentum requiritur, ut poſſit probari. Dicit etiam idem ſtatutum expreſſe, *§.ult.tit.van Deffauten in civile ſaken: ende ſullen by geen getuygen ofte anderſins die voornoemde huere niet mogen doceren.* Sed uſu nihilominus longiſſimo placuit quinque teſtium probationem admitti. Qua in re ſequimur opinionem Interpretum Mynſ.*cent.1.obſ.5.*Maſcard.
2 *concl.* 1314. Chaſſ. *ad conſ. Burg. rubr.6.§.3.verb.emancipè n.4.* Similiter hujus civitatis ſtatutum ſoluto per mortem alterutrius conjugio concedit ſuperſtiti & vetuſtiſſimo filiorum bona quædam præcipua, quæ *voordeel goederen* Statutum appellat, *tit. van driederhande voordeel*, non expreſſo tamen ſpecialiter, utrum ab inteſtato, an facto teſtamento lucrum illud à ſuperſtite præcipi poſſit, utrum civi duntaxat an & incolæ competat. Sed inveterata quadam conſuetudine placuit facto teſtamento ceſſare Statutum & jus illud præcipui. Sic enim judicatum à Senatu hujus Provinciæ *A.* 1581. 4. *Februar. in cauſa van Hendrick van Borculo, en Everart van Weede.* Quamvis id tamen non omnino ſit certum, ut ſit inſtar oraculi. Idem enim Senatus judicavit contrarium, *A.*1612. 4. *April. in der ſake van Ir. Joris van den Boetſelaer, contra Vrouwe Sophia van Pallaes*, cum filio eſſent à patre prælegatæ ſindones, juſſo ut abſtineret ſe à jure præcipui. Cenſuit ad illud lucrum admittendum nihilominus, niſi is fortaſſis jam agnoviſſet legatum. Admittendum etiam cenſuit, etiamſi teſtator diſpoſuiſſet generaliter de omnibus bonis, Noviomagi Senatus *A.* 1626. 25. *Ianuar.* Goris *adv. tr.* 1. *cap.* 1. *in not. in fin.* Vid. & Radel. *deciſ.* 6.
3 De eo non dubitatur, quin & incolis competat jus illud præcipui; licet Statutum loquatur de cive §. 2. *Item een Borger t'Utrecht overlevende ſijn huysvrouw, neemt tot ſijn voordeel drie peerden,*&c. Rodeburg. *de jur.*
4 *q.or.è ſtatut. div. tit.2. part.2. cap.4. n.ult.& tit.4.cap.2.n.ult.*Item quod non aliter quam titulo heredis id poſſit competere. Molin. *ad conſ. Pariſ. de matiere feudale §.8.gl.1.n.28.29.& 30. & gl.2.n.1.* Quemadmodum ita ex reviſorum conſilio deciſum ab Ordinibus *A.*1611.15. *Mart.in der ſake van Gerrit Speulde impetr. en verweerder à minima, contra Jan Willemſz als gemachtichde van Doctr. Goort Steech ged.* Sed & uxor præter-
5 ea cum effectu non contrahit marito invito, niſi negotietur, *In welcken gevalle*, dicit *art.4. tit.22. van houwel.voorw. ſy ſchulden ſal mogen maken*

ken in ſaken alleenlijk haer koopmanſchap aengaende. Uſu tamen diuturno jam itidem placuit, ut poſſit etiam æs alienum contrahere, quantum attinet ad exhibendam familiam, Herbaj.*rer.quot.cap.*13.§.12. Rodeb.*de jur. conj tit.* 2.*c.* 1.*n.* 18. Ita etiam in uſu eſt, ut filiusfamilius poſſit facere teſtamentum de bonis adventitiis contra *l. pen. C. Qui teſt. fac. poſſ.* ut pro parte teſtatus pro parte inteſtatus quis poſſit decedere contra *l.* 7. *ff. de reg. jur.* ut ex certo tempore vel ad certum tempus poſſit heres inſtitui contra §. 9. *Inſt. de her. inſt.* ut valeat teſtamentum, etiamſi in teſtamento non inſtitutus ſit heres, ut valeat teſtamentum ſine literis licentiæ de bonis in hac tota provincia ſitis, modo ſit factum apud hujus civitatis acta vel judicem. Baro *ad pr. Inſt. Quibus n. eſt perm. fac. teſt.* Grot. 2.*man.*18. §.*pen.* Gudel. 2. *de jur. nov. c.* 5. Gor. *tr.* 4.*adverſ.* §.12. Groenew. *ad* §.*ult. Inſt. de codic.* Rodeb. *de jur. q. or. è ſtat. div. tr.* 2. *c.* 4. *n.* 3. Et hæc tamen omnia in hujus urbis ſtatutis non leguntur expreſſa. Sed errabit nihilominus, qui hujus urbis ſtatuta jus ſcriptum vocaverit. Conſuetudines enim appellantur expreſſe libelli initio: *Coſtuymen, Uſantien, Policen, ende Styl van Procederen, der Stadt, Jurisdictie, ende Vryheyt van Utrecht* &c. Eas in ſcripturam Carolus V. Imper. redegit, ſed ſola ſcriptura non poteſt ex conſuetudine jus ſcriptum efficere, ut ſupra jam dictum. Quæ cum ita ſe habeant, jus Ultrajectinum, quibuſdam noſtrorum Ordinum novellis exceptis, jus eſt non ſcriptum tacita noſtrorum civium voluntate receptum; ſed jus illud non ſcriptum, aut conſuetudines, quibus utimur, quædam jam ſunt in ſcripturam redactæ, quædam non item. Ideoque cum legiſlator ad jus ſcriptum nos relegat, *tot de beſchreven rechten,* jus civile Romanum aut jus Pontificium ſemper intelligit. Parens *p. m. de crim. lib.* 48. *Dig. tit.* 3. *c.* 2. *n.* 2. *&* *tit.* 4. *c.* 4. *n.* 8. Utinam autem conſuetudines omnes extarent in ſcriptis, non diſputarent, ut ſæpiſſime faciunt, advocati tam acriter, utrum introducta ſit conſuetudo nec ne. Minus eſſet, quam nunc eſt, jus arbitrarium: nec judex de conſuetudine quæſtionem decideret, nec etiam patronis vitilitigandi præberetur occaſio. Exoriatur utinam Flavius aliquis, qui non invitis Ordinibus jus omne, quo utimur, Ultrajectinis excuſum exhibeat, ſic ut eo deficiente ad jus Romanorum recurrendum ſit judici. Dici tum poterit, quod formulas & vanam Juriſconſultorum ſapientiam exagitans Cicero *pro Murœn.* dicit elegantiſſime: *Deinde etiam ſiquid apud majores noſtros fuit in iſto ſtudio admirationis, id enuntiatis veſtris myſteriis totum eſt contemptum & abjectum. Poſſet agi lege, necne, pauci quondam ſciebant: faſtos enim vul-*

go

go non habebant: erant in magna potentia, qui conſulebantur: à quibus etiam dies tanquam à Chaldæis petebantur. inventus eſt ſcriba quidem Cn. Flavius &c.

7 Hac vero ætate quam frequens illud verbum eſt: *Ita jam practicatur. Sic ſtylus eſt Curiæ.* Utrum id pugnet cum jure Romanorum, an cum eo conveniat, ad id non attenditur, licet Ordines juſſerint controverſiam decidi ex jure Romanorum, ſi ſtatuta deficiant. Cauſantur jam omnes, ſed inprimis ignorantes, in ſubtilitatibus jus Romanum conſiſtere, quę moribus hodie, quibus ſpectatur æquitas, admitti non poſſunt. Siquid eſt, quod diſpliceat, vocatur ſubtilitas. Imo quicquid non capiunt, aut non ſunt edocti, aut non poſſunt percipere ſuo illo tam admirando & excellenti ingenio, id appellatur ſubtilitas. Profecto ſi roges: Quid eſt ergo ſubtilitas? Abibunt aut taciti, quia ſunt ignorantes, aut reſpondebunt vix aliud, quam ſubtilitatem eſſe, quicquid ipſi non capiunt, aut ut oſtendant etiam ſubtilitatem ingenii, ſubtilitatem eſſe, cui ratio repugnat, mores autem non aliter jus Romanum admittere, quam quatenus

8 non eſt id rationi contrarium. Et hi quidem videntur ita veriſſime loqui, ſed revera nihilominus jus conſtitutum evertunt, dum per rationem intelligunt, quicquid ipſi non capiunt, aut non poſſunt percipere. Hinc omnes illæ lachrymę! dum unum idemque ab hoc exiſtimatur rationi contrarium, ab illo conveniens, prout hujus aut illius perverſiſſima ratio id poteſt percipere. An non hinc etiam reperiuntur deciſiones tam variæ? An non hinc illa verba? Si non ita ſit conſtitutum, ita debet conſtitui. An non hinc apud veteres Theodorus philoſophus nonnunquam adulterium, furtum & ſacrilegium arbitratus eſt licita? σοφὸν κλέψειν τε, καὶ μοιχεύσειν, καὶ ἱεροσυλήσειν ἐν καιρῷ. μηδὲν γὰρ εἶναι τούτων αἰσχρὸν φύσει, ut eſt apud Laërt. *in Ariſtip. lib. 2. de vit. phil.* Quæ natura tamen & omnium gentium inſtitutis probroſa ſunt, *l. 42. ff. de V.S.* Cic. *lib. 1. de legib. Nec enim ſi regnante Tarquinio nulla erat lex lata de ſtupris, iccirco non contra illam legem ſempiternam Sex. Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit. Erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad recte faciendum impellens, & à delicto avocans, quæ non tum denique incipit lex eſſe, cum ſcripta eſt, ſed cum orta eſt.* An non hinc apud Perſas rem habere cum filia non fuit illicitum? Siquis reſpondeat adduci id perperam, quia nemo non videt id rationi contrarium. Concedo: ſed apud Perſas, & apud Turcas adhuc hodie, videbatur id ſummopere rationi conveniens, ut is, qui ſevit arborem, primus etiam illius

illius arboris fructus perciperet. Rykaut *de repub. Turc. lib.2. cap.12.* Nihil eſt tam ſtultum, tam ſceleſtum, aut atrox, quod ratione defendi aut excuſari non poſſit. Quapropter qui hominem Reipubl. præficit, is belluam præficit, qui vero legem, Deum Opt. Max. Legibus in homines auctoritas competit, non in leges hominibus, dicebat Pauſanias. Variat enim hominis ſæpiſſime ratio. Lex eſt immobilis; & idcirco ſi ratio cum ratione concurrat, ſemper eſt præſumendum pro ea, qua lex aut ſtatutum defenditur. Quod ſi cui nihilominus lex iniqua videatur, quæſo is cogitet, quod eſt apud Tacit. *annal.* 14. *Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra ſingulos, utilitate publica rependitur. Crudele nihil efficit, qui ſequitur leges*, dicit Caſſiodor.7.*var*.8. Ne autem videar hic locutus jam nimium, quid hac de re dixerit Guil. Ranchinus Fiſci Advocatus in ſuprema ſubſidiorum curia Occitana longe doctiſſimus 2.*var.lect*.3. adſcribendum exiſtimo: *Nullum hodie regnum*, inquit, *quod incerto magis jure utatur, quam hoc noſtrum. Hujus rei cauſa non una: ſed præcipua infrænis illa licentia magiſtratuum atque judicum in controverſiis dijudicandis, quam ſibi arrogant malo more, dum leges Romanas, non quaſi leges, ſed quaſi nudas rationes ſibi ſequendas eſſe autumant: dumque pro arbitrio eas conculcare, & ab iis impune reſilire ſe poſſe arbitrantur, levi de cauſa, imo etiam ſine cauſa, &c.* & paulo poſt: *Quæ non ideo cauta, ut juvenes in ſcholis ſtultiſſimi fiant, dum nihil in eis videant eorum quæ in uſi ſint habituri, ut loquitur Petronius. Quod ſane fieret, ſi nullius authoritatis apud nos Romanæ leges, quæ ſolæ in ſcholis & docentur & diſcuntur. Nam ut eatenus valeant, quatenus ratione ſuffultæ ſint, non eſt ſatis. Ruent enim ſtatim, niſi authoritatis clavo figantur, nemine non exiſtente eorum ſaltem, qui ſupremorum judicum titulis inflati tumeſcunt, qui non rationem judicii ſui, quantumvis pravi, male coctam, juriſconſultorum authoritati anteponet.* Cogitet, qui hæc legerit, quam vere locutus ſit. Quam multi ſint hodie, & naſcantur quotidie, qui ſupra leges & jus civile graſſantur.

Cogitet an non hæc vel inprimis ſit ratio, cur tam multi ſint hodie, 9
qui, non dicam bonis literis, ſed jure Romanorum vix ſalutato à limine cruda adhuc ſtudia propellunt in forum. Siquis velit dicere: Profeſſorum hæc culpa eſt, qui rudes & imperitos ad examen admittunt, & admiſſis dant teſtimonium nullo facto diſcrimine, non animadvertit, quam non ſit totum hoc Profeſſorum in manu. Siquis diſſentiat, & imperitum ab examine rejiciendum exiſtimet, erit alius, qui putabit admittendum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

nihilominus, in cujus ſententiam ſi plures diſceſſerint ex Profeſſorum collegio, quid aget diſſentiens? Vincunt ſemper in collegiis plura ſuffragia. Et illi ſane non peccant, qui admittunt nihilominus. Quid enim proficerent, ſi petentem repellerent, ſi vellent eſſe moroſi & admodum rigidi? An non paſſus repulſam ſe conferret in Galliam, vel in aliud Athenæum ad impetrandos honores, atque ita qui hic ſunt per ſummam plane ſtultitiam de manibus nummos & argentum dimitterent? An ita jam efficerent, ne rudes bonarum artium, & qui attigerunt jus Romanum vix primoribus labris, crearentur Doctores. Culpa eorum eſſet, ſi conſpirarent Academiæ, & neminem niſi doctum aut peritum admitterent. Jam imprimis eſt culpa ſummorum tribunalium, quæ juri Romano non eam exhibent reverentiam, ut cauſam ſemper ex eo velint decidere, ſi ſtatuta deficiant. Si quæratur, Quid ita? Quia jam ita practicari non ſolet. Id autem cum jam olim ſtudentium animis prorſus inſederit, jus civile nimirum, cum venerunt in forum, non attendi magnopere. Quid opus eſt, ajunt, ut multum vexemur tam inutili ſtudio? Quicquid jam diſcimus, dediſcendum eſt iterum, aut ſaltem non erit uſui. Aliud jam practicatur. Dimiſſi à Profeſſoribus adhuc nihil profecimus. Incumbendum eſt praxi, & diſcendum quod obtinet. Quid ergo tempus tam inutiliter terimus? Definitionibus & diviſionibus cognitis petamus examen & pergamus ad praxin.

10 Quaſi vero praxin Profeſſores non doceant. Quaſi praxis quicquam ſit aliud, quam juris ſcientiam applicare negotiis, jus autem quicquam aliud, quam id quod continetur aut in jure Romanorum, vel Provinciarum, aut urbium, aut regionum ſtatutis. Sunt tamen, tam ignorantes, ut per praxin nihil aliud quam modum procedendi intelligendum exiſtiment, & exemplo propterea perniciosiſſimo ſtudioſis auctores ſunt, ut juri daturi operam procuratorum etiam excipiant formulas. Quaſi ſoli ſint practici, qui noverunt tot formulas. Quaſi ſoli ſint practici, qui habent & litigandi & agendi peritiam. Multi ſunt ruſtici, qui habent illam peritiam, ergo & illi ſint jure optimo practici. Non ſolæ ſunt formulæ, mihi credite juvenes, non ſolæ ſunt formulæ, quę Advocatum efficiunt. Procuratores glorientur & ſuperbiant formulis. Majus aliquid ab Advocato requiritur, & id quod concernit ipſius cauſæ juſtitiam. Praxin exercet, qui eſt juriſconſultus & exercet juſtitiam. Juriſconſultus eſt, qui jus eſt edoctus. Jus eſt vel civile, vel id quod obſervatur jam in municipiis ſingulis. Id autem quod obſervatur jam paulo eſt difficilius, quia partim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

partim eſt ſcriptum, quod continetur ſtatutis, partim ſunt conſuetudines, de quibus utrum obtineant & adhuc ſint in uſu, diſputatur ut plurimum. Vid. Merul. *prax. lib.*1. *tit.*5. *cap.*5. Et idcirco optavi, ut extarent in ſcriptis. Certum eſſet omnino, quod jam eſt incertum, & multo etiam facilius poſſet quis conſequi plenam illius juris, quod practicatur, notitiam, quod alioquin multi, nec omnino inepte, in ſcriniis judicantium conſtitutum exiſtimant. Verum pergamus.

TEXTUS

§. XI. *Sed naturalia quidem jura, quæ apud omnes gentes peræque obſervantur; divina quadam providentia conſtituta, ſemper firma atque immutabilia permanent; ea vero, quæ ipſa ſibi quæque civitas conſtituit, ſæpe mutari ſolent vel tacito conſenſu populi, vel alia poſtea lege lata.*

COMMENTARIUS.

1. *An abrogari poſſit jus naturale vel gentium.*
2. *Explicatur l.*2. §. 2. *ff. ad SCt. Tertull.*
3. *De jure Sinarum.*
4. *Poteſt lex tolli, etiamſi ſit cautum, ne unquam tollatur.*
5. *Jus aliud eſt ſtrictum, aliud bonum & æquum.*
6. *Quæ tamen diſtinctio ad leges conciliandas adhibetur inepte.*

SEquitur jam alia juris diviſio. Jus eſt vel mutabile, vel immutabile. Jus civile eſt mutabile, immutabile jus gentium, & jus illud naturæ, cujus animadvertimus ſimulachrum in brutis, *h.* §. 11. Cicero *lib* 3. *de Rep. apud Lactant. lib.*6. *cap.*8. *Eſt quidem vera lex, recta ratio, naturæ congruens, diffuſa in omnes, conſtans, ſempiterna: quæ vocet ad officium jubendo, vetando à fraude deterreat. Huic legi nec prorogari fas eſt, nec derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari poteſt. Nec vero aut per Senatum, aut per populum ſolvi hac lege poſſumus, neque quærendus eſt explanator, aut interpres ejus alius. Nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia poſthac. Sed & omnis genteis & omni tempore, una lex & ſempiterna & immutabilis continebit, unuſque erit communis quaſi magiſter & imperator omnium Deus. Ille hujus legis inventor, diſceptator, ſator. Cui qui non parebit, ipſe ſe fugiat, & naturam hominis aſpernabitur: atque hoc ipſo luet maximas pœnas, etiam ſi cætera ſupplicia*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

effugerit. Ratio eſt in *l.* 35. *l.* 100. *l.* 135. *ff. de reg. jur.* Unumquodque
tollitur eo modo, quo colligatum eſt. Conſenſu civitatis jus civile ſanci-
tum eſt, §. 1. *Inſt. h. t.* ejuſdem ergo conſenſu vel expreſſo vel tacito po-
1 teſt illud iterum mutari aut tolli, *h.* §. Contra jus gentium & jus illud na-
turæ, quod nobis eſt natura commune cum brutis, omnium fere gentium
conſenſu receptum eſt, & idcirco omnium fere gentium conſenſus re-
quiritur, ut poſſit in totum mutari aut deſtrui. Dico *in totum*; poteſt
enim pro parte mutari aut corrigi, ſi id ipſum poſtulaverit humana ne-
ceſſitas, §. 2. *Inſt. h. t. pr. Inſt. de libert.* Poteſt etiam interdum juris
naturalis vel gentium impediri effectus, etiamſi jus ipſum abrogari non
poſſit, ut ejus rei eſt argumentum fortiſſimum in *l.* 2. §. 2. *ff. ad SCt. Ter-
tyll.* §. 6. *Inſt. de cap. dem.* Perit jus cognationis ſervitute cognati, *d.* §. 6. jus
cognationis, id eſt, ejus effectus: manet enim cognatio, ſive ſanguinis vin-
culum, quod juris naturalis eſt, & tolli non poteſt, *l.* 8. *ff. de reg. jur.* perit
2 ejus effectus, qui eſt juris civilis, *d.* §. Ita liberis in ſervitutem redactis
eorum mater hereditatem vindicare non poteſt, quia mater eſſe deſinit
hujusmodi filiorum, *d. l.* 2. §. 2. Vinculum ſanguinis inter matrem &
filios extingui non poteſt, *d. l.* 8. ſed mater eſſe filiorum nihilominus de-
ſinit, quia idem illud vinculum jure civili non ſortitur effectum, nec ſer-
vientibus filiis, *d.* §. 6. *l.* 3. §. 1. *ff. de V. S.* nec etiam manumiſſis, *d.* §. 2. *l.* 7.
ff. und. cogn. Manumiſſus enim, qui in vitam ex morte revocari putatur,
l. 63. §. *ult. ff. pro ſoc.* non ad priſtinum ſtatum revertitur protinus, *l.* 21. *ff.
de ſtat. hom.* ſed novum hominis genus efficitur *d. l.* 7. *l.* 98. §. 8. *verſ. ho-
mini ff. de ſolut. pr. Inſt. de libert. l.* 1. §. *filio* 4. *ff. ad SCt. Tertull.* licet enim
conſecutus ſit una cum libertate civitatem Romanam, hæret tamen ip-
ſius capiti ſervilis quædam macula, *l. cum precum* 9. *C. de lib. cauſ. No-
vell. Martian. de matrim.* quæ auferri non poteſt, niſi princeps natalibus
manumiſſum reſtituat, *l.* 2. *l. ult.* §. 1. *ff. de natal. reſt.* Bachov. *ad
τὰ πρῶτα cap. de jur. n.* 7. Grot. 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 2. *n.* 5. Pet. Fab.
2. *Semeſt.* 12. Cum autem jus civile mutetur ſæpiſſime, vix videtur credi-
3 bile, quod ſcribit Maffej. 6. *hiſt.* jus civile Sinarum ſcriptum & ſancitum
abhinc annos bis mille viguiſſe tam firmiter, ut exinde nulla unquam illi
lege derogatum appareat. Sed quid ſi lege nominatim ſancitum ſit, ne-
4 quis illam unquam infirmet aut corrigat? Nullum illa clauſula ſortietur
effectum, quia par in parem non habet imperium, *l.* 13. §. *tempeſtivum* 4.
ff. ad SCtum Trebell. nec ſe quis prohibere, nec alium poterit, quominus id
quod utilitas publica ſuaſit conſtitui, eadem flagitante reddatur inutile,

l. pen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

l.pen.ff.de recept.q.arb.rec. Cicer. egregie 3.*epiſt.ad Attic.*23.*Scis Clodium*
ſanxiſſe, ut vix, aut omnino non poſſet nec per ſenatum, nec per populum
infirmari ſua lex. Sed vides nunquam eſſe obſervatas ſanctiones earum le-
gum, quæ abrogarentur. nam ſi id eſſet, nulla fere abrogari poſſet: neque
enim nulla eſt, quæ non ipſa ſe ſepiat difficultate abrogationis. ſed cum lex
abrogatur, illud ipſum abrogatur, quo non eam abrogari oporteat. Vid.
Forner. *ad l.*102.*ff.de V.S.* Et hæ quidem, quas expoſui, diviſiones ſunt
juris,quæ proponuntur hoc titulo: eſt & alia cujus in jure ſit frequentiſſi-
ma mentio. Jus aliud eſt ſtrictum, aliud bonum & æquum, *l.placuit* 8. 5
*C.de jud.l.*13.*ff. de lib.& poſth her.inſt.l.*12.*ff.de injuſt.rupt.irr.teſt.l.*17.
*ff.eod. l.*7.§.5.*ff. de acq. rer. dom.* Jus ſtrictum iniquum eſt, *l.* 12. §. 1.
ff. Q. & a quib.man. l.pen.ff. ad exhib. Cicer. 1. *de offic. Exiſtunt etiam*
ſæpe injuriæ calumnia quadam,& nimis callida & malitioſa juris interpre-
tatione; ex quo illud,Summum jus, ſumma injuria, factum eſt jam tritum
ſermone proverbium, quo in genere etiam in rep. multa peccantur. ut ille,
qui cum triginta dierum eſſent cum hoſte factæ induciæ, noctu populabatur
agros, quod dierum eſſent factæ, non noctium induciæ. Columell. lib. 1.
Summum jus antiqui ſummam putabant crucem. Terent. *in Heaut. Ve-*
rum illud Chreme dicunt. Jus ſummum ſæpe ſumma malitia eſt. Quia
autem jus iniquum appellatur jus ſtrictum, latius appellatur,quod eſt bo-
num & æquum in *l.*111.*ff. de V. O.* Nec latius tantum, ſed verum etiam
vocatur. Liv. *lib.* 32. *cap.* 33. *Suas populique Romani conditiones has eſſe:*
cæterum & ſociorum audiri poſtulata verum eſſe. Idem *lib.*40.*c.*16. *Verius*
fuiße, conſules, quorum provincia eſſet, quam ſe, quid è republica eſſet, de-
cernere. Poſſet tamen dubitari, an daretur jus ſtrictum, quia jus in ge-
nere definitur ars boni & æqui, ſed tollunt dubitationem jam ea quæ
dixi. Jus eſt genus analogum, quod ſuis ſpeciebus ex æquo non compe-
tit. Eſt genus ejuſmodi, quod Logici ſolent appellare πρὸς ἕν, cum ge-
neris vim obtinet primaria ſpecies. Eodem modo hæc ſubſiſtit diviſio,
quo uſusfructus dividitur, in verum & quaſi. Quaſi enim uſumfructum
nemo proprie loquendo uſumfructum vocaverit, *l.* 5.*pr.ff. ſi uſusfr.pet.*
pr.§.1.*&* 2.*Inſt.de uſufr.l.*26.*ff.de ſerv.præd.urb.* Hoc tantum notandum 6
eſt, quod licet hæc omnino ſit bona diſtinctio, ad leges tamen concilian-
das adhiberi non poſſit. Si enim lex altera de bono & æquo, altera vero
de ſtricto jure loquatur, leges inter ſe ſunt evidenter contrariæ. Adeo
enim contraria ſunt æquum & iniquum, ut Ajo & Nego. Atque hæc
fuit olim etiam ſententia Bartoli, ut dicit Pancirol. 2. *lect.* 66. Sive igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

dicam, eſt antinomia, ſive dicam, lex altera loquitur de ſtricto jure, altera vero de bono & æquo, ſive reſpondeam, eſt diſſenſio inter veteres, dico tantundem, & agnoſco antinomiam. Nec idcirco immerito vulgarem illum in diſſolvendis antinomiis morem imperitorum appellat Viglius vir eruditiſſimus in §. *in extraneis Inſt.de her.qual. & diff.*

TEXTUS

§. XII. *Omne autem jus, quo utimur, vel ad perſouas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Et prius de perſonis videamus. Nam parum eſt jus noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur.*

COMMENTARIUS.

Juris objecta tria ſunt, perſonæ, res, & actiones. Jus adminiſtratur perſonis de rebus, & adminiſtratur per certa remedia, quæ appellantur actiones, ut recte Bachovius ad *pr.part.ff.tit.de jur.perſ.pr.* Actionis verbum hic latiſſime ſumitur, ut complectatur non ſolum actiones in perſonam & actiones in rem, ſed & accuſationes *arg. tit. C. Qu. civ. act. crim. præj. l.4. C.de edend. l.15. §.3. ff. ad SCtum Turpill.* Donell. *ad pr. tit. de act.n.10.* quinetiam judicia, in qnibus omnis actio debet inſtitui, *l.pen.ff. ad l. Jul. de vi priv. l. 13. ff. Qu. met. c. l. 14. C. de Jud.* Ad actiones etiam pertinet reſtitutio in integrum. Paul. 1. *ſent. 7. Integri reſtitutio eſt redintegrandæ rei vel cauſæ actio.*

TITULUS III.
DE
JURE PERSONARUM.

1. *Quæ inſcriptio melior, de ſtatu hominum, an de jure perſonarum.*
2. *An ſervi perſonam habeant.*
3. *Servi quot modis conſiderentur in jure.*

1 HOtomannus ad *rubr. h.t.* rectius in Pandectis de *Statu hominum*, quam in Inſtitutionibus de *jure perſonarum* eſſe ſcriptum exſtimat. Contra Weſembecius ad *rubr. h.t.* hanc inſcriptionem prætulit ei, quæ in Pandectis occurrit, quod libro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

libro primo Inſtitutionum agatur de nuptiis, de patria poteſtate, tutelis,& curationibus, quibus vox *Status* vix ſatis conveniat. Sed in re nihili, niſi me fallit animus, magno conatu uterque nugatus eſt. Status enim eſt generale vocabulum. Status eſt triplex, ut norunt omnes, qui vel à limine juriſprudentiam ſalutare cœperunt, libertatis, civitatis & familiæ. Unuſquiſque vel eſt in aliena familia, vel propriam habet alterius ſacris & poteſtate ſolutus. Poteſtate ſoluti ſunt etiam pupilli, qui ſunt in tutela, *l. 95. §. 2. ff. de V. S.* Qua occaſione de tutelis tractatur, & iis qui reguntur curatorum auxilio. Poteſtati ſubjecti ſunt filiifamilias. Subjecti ſunt autem poteſtati parentum. Patria poteſtas acquiritur nuptiis, *pr. Inſt. de patr. pot.* Vox igitur Status his omnibus convenit,& perinde propterea,de Statu hominum, an de Jure perſonarum hic fiat inſcriptio. Quod enim Hoto- 2
mannus conetur ſervis perſonam detrahere, quia ſervi perſonam mutuantur à domino, *l. 3. pr. ff. de her. inſt. pr. Inſt. de ſtip. ſerv.* & perſonæ vocabulum ſit nomen civile, cujus ſervi communionem omnino non habent, *l. 32. ff. de reg. jur.* id impingit apertiſſime in *l. in perſonam 22. ff. eod. l. 215. ff. de V. S. l. 3. ff. neq. eum q. in jus voc. vi ex. l. 82. §. ſervo alieno ff. de leg. 2.* Perſona nomen eſt non ſolum civile, verum etiam naturale. Perſonæ vocabulum hic naturaliter ſumitur, & denotat hominem, ut ſatis apparet ex *pr. Inſt. h. t. §. 6. Inſt. de publ. jud. l. 34. ff. de inj. l. 7. C. de inc. nupt.* Corn. Celſus: *neminem periclitari velle in ſplendida perſona.* Cicer. *pr. M. Cœl. Sed quid ego, judices, ita gravem perſonam induxi, ut & verear, ne ſe idem Appius repetente convertat, & Cœlium incipiat accuſare illa ſua gravitate cenſoria.* Nec obſtat, quod ſervi æquiparentur quadrupedibus, *pr. Inſt. de leg. Aq. l. 2. §. 2. ff. eod.* quod comparentur mobilibus, *l. 32. §. 2. ff. de leg. 2. l. 73. §. pen. ff. de leg. 3.* & interdum etiam cenſeantur eſſe pars prædiorum, *l. ſiquis inquilinos 112. pr. ff. de leg. 1. l. 2. l. 7. C. de agric. & cenſ. l. 3. ff. de div. & temp. præſcr. l. 12. §. 32. & ſeqq. ff. de inſt. & inſtr. leg.* quadrupedes autem & res inanimatæ perſonam non habeant. Servus enim in jure conſideratur dupliciter, vel quatenus eſt in 3
bonis & commercio hominum. Eatenus ad objectum de perſonis non pertinet, ſed ad ſecundum, quod agit de rebus; Et eo reſpectu eſt apud Terent. *Andr. act. 5. ſc. 2. Cura aſſervandum vinctum. atque audin. quadrupedem conſtringito.* Et apud Juvenal. *Sat. 6.* imperioſa illa mulier marito pro ſervo, quem ad necem poſtulabat, his verbis intercedenti,

Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa eſt,

indignabunda reſpondet:

O de-

O demens ita ſervus homo eſt !

Vel quatenus contrahit, quatenus ſtipulatur, quatenus ipſi relinquuntur legata, inſtituitur heres,& cum ipſo etiam domino quodammodo litigat, quatenus agitur de eo manumittendo, & qualitatibus aliis, quarum intuitu ſervus ut res conſiderari non poteſt, ſed ut perſona duntaxat, *l.8. C. de lib. cauſ.* §.10. *Inſt .de act. l.1. pr. ff. de verb. obl.l.2.ff. rem.pup.ſalv.*§.1. *Inſt.de her. qual. & diff. d.l.82.ff.de leg.* 2. & quarum intuitu *Mercis appellatione homines non contineri Mela ait , & ob eam rem mangones, non mercatores, ſed venaliciarios appellari ait, & recte, l.207.ff. de V.S.* Eadem ergo ratione ſervus poteſt dici non habere perſonam, qua negatur habere caput in §.4. *Inſt. de cap. dem.* caput nimirum conſideratum civiliter, *d.l.32.ff.de R.J.* Bachov.*ad tit.ff.de ſtat. hom.cap.de diviſ.perſ.n.*8.

TEXTUS

Summa itaque diviſio de jure perſonarum hæc eſt : quod omnes homines aut liberi ſunt, aut ſervi.

COMMENTARIUS.

1. *Tertium genus hominum an ſint ſtatuliberi.*
2. *An libertini.*
3. *An ob æs alienum creditoribus nexi.*
4. Ἀπελεύθερος & ἐξελεύθερος *differunt.*
5. *Diſputatur de adſcriptitiis.*
6. *Gynæciarii quinam.*
7. *Murileguli quinam.*
8. *Quæ hodie adſcriptitiorum conditio.*
9. *Quæ olim apud veteres Germanos & Friſios.*
10. *Non ſunt ſervi, qui loco ſervorum ſunt.*
11. *Griginarii, Dedititii, Laſſi, Lati, & Liti.*
12. *Lati unde.*
13. *Quid Hoba, Hobarius.*
14. *Keurmedige quinam.*
15. *Hoffhoirige mannen.*
16. *Taliabiles quinam.*
17. *Hominum liberorum & adſcriptitiorum quam varia conditio.*
18. *Refutatur Donellus.*

19. *Ex-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

19. *Explicatur Lampridius.*
20. *Item l. 1. C. comm. de ſucceſſ.*

NOn datur ergo tertium genus hominum, qui partim ſunt liberi, partim ſunt ſervi. Statuliberi enim revera ſunt ſervi, 1
l.9.l.25.l.29.ff. de ſtatulib. Nec ſtatus ipſorum vocatur ambiguus, *l.14.ff.de quæſt.* Sed appellatur ambigua, ſub qua iis libertas eſt relicta, conditio, quia ſemper incertum eſt, utrum ſit extitura conditio nec ne. Ambiguum conditionis, id eſt, ambigua conditio. Libertini ſunt liberi, *§. ult. Inſt. h. t.* nec Juſtinianus in *fin.pr.Inſt.* 2
de libert. tertium genus hominum dicit eos efficere,ſed ſumens dupliciter liberorum vocabulum pro liberis in genere, & ingenuis in ſpecie,qui etiam ſunt liberi,*pr.Inſt.de ingen.*libertinos ingenuis, liberos in genere vero ſervis opponit, & quod ſumme notandum eſt, varie quidem homines dividuntur in jure,ſunt enim vel maſculi vel fœminæ, vel liberi,vel ſervi, vel libertini,vel ingenui, & ingenui rurſus vel peregrini, vel cives Romani, vel ſui, vel alieni juris, vel filiifamilias, vel patresfamilias, vel pupilli vel minores, ſed una tantum perſonarum eſt ſumma diviſio, *pr. h. t.* cujus forte pars ſi ſubdiviſio fiat, ut in *fin.d.pr.* plura conſtituentur tum quidem hominum genera,ſed non tamen ejuſmodi, qui partim ſunt liberi, partim ſunt ſervi. 3
Ob æs alienum creditoribus nexi, donec ſolviſſent, erant loco ſervorum. Dionyſ. Halicarn. *lib. 6. c. 4.* Διαλῦσαί μου τὸ χρέος οὐκ ἔχων ἀπήχθην δοῦλος ὑπὸ τοῦ δανειστοῦ σὺν υἱοῖς δυσίν. ἐπιτάττοντος δὲ τοῦ τῶν οὐ ῥαδίων ἔργων τι, ἀντεῖπον αὐτῷ πληγὰς λαβὼν μάστιξι πολλάς, *Cum ſolvendo non eſſem a creditore una cum duobus filiis in ſervitutem abductus ſum; imperanti autem quiddam durius cum reſponſaſſem, cæſus ſum etiam affatim verberibus.* Liv. *lib. 6. cap. 14. Centurionem nobilem militaribus factis, judicatum pecuniæ, quum duci vidiſſet, medio foro cum caterva ſua occurrit, & manum injecit. Inde rem creditori palam populo ſolvit, libraque & ære liberatum emittit.* Serviebant creditoribus, ſed ſervi non erant ita proprie dicti. Varro *6. de ling.Lat. in fin. Liber, qui ſuas operas in ſervitute pro pecunia, quam debeat, dum ſolveret, Nexus vocatur, ut ab ære Obæratus.* Quintil. *5. Inſt. cap. 3. Quæritur, an addictus, quem lex ſervire, donec ſolverit, jubet, ſervus ſit; altera pars finit ita, Servus eſt, qui eſt jure in ſervitute. Altera, qui in ſervitute eſt eo jure, quo ſervus: aut, ut antiqui dixerunt, qui ſervitutem ſervit. Quæ finitio etiam ſi conſtet æquo: niſi tamen propriis & differentiis adju-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

adjuvetur, inanis eſt. Dicet enim adverſarius ſervire eum ſervitutem, aut eo jure quo ſervum. Videamus ergo propria differentiaque liberorum, quæ libro quinto leviter in tranſitu attigeram. Servus cum manumittitur, fit libertinus: addictus recepta libertate eſt ingenuus. Servus invito domino libertatem non conſequetur: addictus ſolvendo citra voluntatem domini conſequetur. Ad ſervum nulla lex pertinet: addictus legem habet. Propria liberi, quæ nemo habet niſi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum: habet hæc addictus. Sigon. I. *de antiq. jur. civ. Rom. cap.* 6.

4 Quocirca Græci eum, qui ob æs alienum in ſervitutem ſe dederat, ſi fuiſſet manumiſſus, non, ut vulgo ἀπελεύθερον, ſed ἐξελεύθερον dicebant. Ammonius: Ἀπελεύθερος καὶ ἐξελεύθερος διαφέρουσιν. Ἀπελεύθερος μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἐκ δούλου ἐλευθερωμένος. Ἐξελεύθερος δὲ ὁ γενόμενος διὰ χρέα προσήλυτος, ἢ κατὰ ἄλλην τινά αἰτίαν δουλεύσας, εἶτα ἐλευθερωθείς. Quod ſi addictum revera fuiſſe ſervum velis contendere, nec inter Chriſtianos ſervitutem hodie ſublatam fateberis, quo eſt nihil abſurdius. Saxones enim revocato jure veteri poſt addictionem judicialiter factam creditori permittunt habere debitorem ſuum domi in vinculis, quoad operis ſuis quod debet exſolverit. Coler. *de proceſſ. exec. part.* I. *c.* 6. *n.* 114. *& ſeq. cap.* 7. *n.* 16. P. Heig. *quæſt.* 35. *n.* 38. Dico, *jure veteri*, quia jure noviſſimo debitores creditoribus ſervire prohibiti nexu abolito, *l.* 22. *C. de O. & A.* Liv. *lib.* 8. *cap.* 28. *Victum eo die ob impotentem injuriam unius ingens vinculum fidei: juſſique conſules ferre ad populum, ne quis, niſi qui noxam meruiſſet, donec pœnam lueret, in compedibus aut in nervo teneretur. Pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium eſſet. Ita nexi ſoluti: cautumque in poſterum ne necterentur.* Diſſ. Bachov. *ad tit. ff. de ſtat. hom. cap. de mod. quib. conſt. ſerv. n.* 3.

5 Adſcriptitios quod attinet: ſeparantur à liberis, ſeparantur à ſervis etiam in *l.* 21. *C. de agric. & cenſ.* nec tamen propterea quemadmodum Florus ſecundum genus hominum dixit mancipia, 3. *hiſt.* 20. tertium genus hominum eos dicere licet. Nonnulli enim ſervi *l.* 24. *pr. C. eod.* nonnulli omnino erant homines liberi, *l.* 6. *l. agricolarum* 18. *l. cum ſatis* 23. §. 1. *C. eod. l.* 1. *l.* 11. *C. de murileg.* & idcirco non ſolum ſeparantur à ſervis in *d. l.* 23. §. 1. verum etiam à liberis, quia quidam eorum, ſicut cæteri ſervi, conſtituti erant in poteſtate dominica, *d. l.* 21. *in fin. d. l.* 24. Cujac. *in comm. ad d. l.* 23. §. 1. Diſſ. Donell. 2 *comm.* 19. *n.* 2. Omnes tamen, qui erant terris adſcripti, ſeu ſervi, ſeu liberi, ad alias terras invito agrorum domino migra-

migrare non poterant, *l. 6. C.eod.* Sicut officio, cui ſemel erant addicti, ſine venia Principis non poterant eximi gynæciarii, murileguli, metallarii, monetarii, *l. ult. C. de metall. l. 1. l. 11. l. 13. l. 15. C. de murileg.* Gynæciarii erant homines adſcripti textrinæ vel officinæ, in qua tingebant veſtes imperatorias liquore purpureo confecto ex murice, *l. 11. C. de veſtib. holov.* Muricum piſcatores dicebant murilegulos, ut ſcribunt Hotom. *comm. verb. jur.* Bachov. *ad tit. ff. de ſtat. hom. cap. de diviſ. perſ. n. 9.* Conchylilegulos etiam Impp. appellant in *l. 15. C. eod de murileg.* Moribus hodiernis non ſolum ex agris non poſſunt diſcedere, ſed ne nuptias quidem ſine domini conſenſu cum alterius ſortis aut curtis hominibus poſſunt contrahere. Goris *tr. 3. part. 1. c. 13. n. 14.* Grot. 1. *man.* 4. Apud Japonios ſi ex agris diſceſſerint Toni injuſſu, id enim eſt domino nomen impoſitum, poſſunt ab eodem trucidari impune, ſi deprehendantur, ut eſt apud Maffejum *epiſt. Japon. p.* 527. Apud Hollandos cum iis mitius agitur; jus enim adepti cujuſcunque civitatis, ſi annum & diem civitatem inhabitaverint, præſcriptione temporis adverſus dominum tueri ſe poſſunt, contra quam apud Gallos uſitatum commemorat Chaſſan. *ad conſ. Burg. tit.* 9. Sic enim Grotius loco jam allegato: *Dat meer is, volgens de Handveſten van de Steden van Hollant, werden vry alle Poorters jaer ende dagh binnen de ſteden gewoont hebbende, ſulks dat niemant deſelve als eygenen mach aenſlaen ofte invinnen.*

6 (rii, monetarii … Gynæ-) 7 (holov. …) 8 (Conchylilegulos …)

Apud veteres Germanos & Friſios ſimiliter nonnulli erant ſervi, nonnulli adſcriptitiorum erant homines liberi. Donatio Lotharii Imp. Ansfrido in Geizefurt. *In nomine omnipotentis Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Lotharius divina præveniente clementia Rex. Dignum eſſet, ut regalis celſitudo procerum ſuorum petitionibus tanto libentius annuat, & annuendo ad effectum perducat, quando eos viderit ac noverit in ſuis obſequiis perſtare efficaces. &c. Cujus precibus &c. hos eminentiæ noſtræ apices fieri decrevimus, per quos memorato Ansfrido in pago Hattuarienſi, & in villa, quæ vocatur Geizefurt, ſuper fluvium Nerſe manſos quatuor cum omnibus ſuis appenditiis, terris ſcilicet cultis & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, exitibus & regreſſibus, nec non & mancipiis utriuſque ſexus ibidem aſpicientibus: ſeu etiam & in pago Laumenſi in villa Sodeja ſuper fluvium Geldione, manſum unum cum omnibus ad ſe pertinentibus, terris ſcilicet cultis & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, exitibus & regreſſibus, nec non ab mancipiis utriuſque ſexus ibidem pertinentibus ei ad proprium tribuimus, & de jure* 9

noſtro in jus & dominationem ipſius perenniter manſurum transfundimus :
quatenus per hanc noſtram authoritatem potiſſimam habeat ex eiſdem re-
bus vel mancipiis faciendi licentiam , quicquid elegerit vel voluerit , ſicut
& de reliquis proprietatis ſuæ rebus , remota cujuſlibet inquietudine vel
contrarietate : ita tamen ut nuſquam à noſtra diſcedat fidelitate &c. Fuit
hic Lotharius Ludovici Pii filius natu maximus , & extat hoc monumen-
tum apud Freher. *in Palat Orig.* Auctor incertus *vet. form. ſec. leg. Rom.*
cap. 44. *Domino magnifico illi , Ego enim ille. Dum & omnibus habetur*
percognitum , qualiter ego minime habeo , unde me paſcere vel veſtire de-
berem , ideo petii pietati veſtræ , & mihi decrevit voluntas , ut me tam de
victu , quam de veſtimento , juxta quod vobis ſervire & promoveri potue-
ro , adjuvare vel conſolare debeas. Et dum ego in caput advixero , inge-
nuili ordine , tibi ſervitium vel obſequium impendere debeam , & me de
veſtra poteſtate , vel mundeburde , tempore vitæ meæ poteſtatem non habe-
am ſubtrahendi , niſi ſub veſtra poteſtate vel defenſione diebus vitæ meæ de-
beam permanere. Ingenuili , &c. id eſt , libero ordine. Quod teſtatur
Nithardus 4. *hiſt.* de Saxonibus ſcribens : *Quæ gens omnis tribus ordini-*
bus diviſa conſiſtit. Sunt enim inter illos , qui Edlingi , ſunt qui Frilingi ,
ſunt qui Laſſi illorum lingua dicuntur , Latina vero lingua hoc ſunt , No-
biles , ingenuiles , atque ſerviles. Nemo autem adſcriptitium ejuſmodi
partim fuiſſe liberum , partim ſervum exiſtimet , quia liberaliter ſe ſer-
10 viturum promittit , qui in ea formula ſupplex proponitur. Aliud eſt ſer-
vum eſſe , aliud velut ſervum exhibere ſervitium. Mercede conducti e-
rant loco ſervorum , *l.4 pr. ff. de uſ. & hab. l.* 1. *§. familiæ* 18. *& §. familias*
20. *ff. de vi & de vi arm.* & erant tamen liberi, ut & dixi de nexis. Cujac.
in l. deteſtatio 40. *ff. de V.S.* Ipſa plebs apud Gallos dicitur à Cæſare fuiſ-
ſe loco ſervorum 6. *de bell. Gall.* & erat tamen libera : *In omni Gallia*
eorum hominum , qui aliquo ſunt numero atque honore , genera ſunt duo :
nam plebs pene ſervorum habetur loco , quæ per ſe nihil audet , & nulli ad-
hibetur conſilio : plerique cum aut ære alieno , aut magnitudine tributo-
rum , aut injuria potentiorum premuntur , ſeſe in ſervitutem dicant nobi-
11 *libus. In hos eadem omnia ſunt jura , quæ dominis in ſervos.* Dedititios
dicebant , qui ita ſe mancipaverant , ut tradidit Siccama ad *leg. Friſior. tit.*
1. Cæteros Griginarios , qui concepti & nati erant litis parentibus. Ad-
ſcriptitios enim Friſii , cæterique Germani aut Laſſos , aut Latos , aut Li-
tos vocabant. Lex Friſiorum *tit.* 11. §. 2. *Si litus ſemetipſum propria pe-*
cunia à domino ſuo redemerit , & unum , & duos , & tres , vel quotlibet
annos

annos in libertate vixerit, & iterum à domino de capitis ſui conditione fuerit calumniatus &c. Otto Rex in charta libertatis Rypershout apud eundem Siccamam *d. tit.* 1. *Quædam noſtri juris mancipia, litam videli-Thiedſaiden dictam, cum filiis ejus & filiabus tradidimus.* Liti in ea charta appellantur mancipia. Mancipium enim eſt generale vocabulum. Verum cum à lito illud ipſum diſtinguitur, ejuſmodi, ni fallor, tum adſcriptitium ſignificat, qui omnino eſt ſervus. Donatio domnæ Williswindæ, & filii ejus Cancronis Comitis, de Hagenheim: *Anno duodecimo regnante domino noſtro Pippino Rege, ſub die* IIII. *Id. Julii, ego Williswinda Deo ſacrata, & filius meus Cancor Comes, pro Dei intuitu vel pro animæ noſtræ remedio, ſeu & pro æterna retributione, ut non inveniat in nobis ultrix flamma quod devoret, ſed Domini pietas quod coronet, ideoque nos in Dei nomine donamus &c. donatumque in perpetuum eſſe volumus & promtiſſima voluntate confirmamus: hoc eſt villam noſtram in pago Wormatienſe, in loco qui dicitur Hagenheim, ſuper fluvium Saluſiam, quæ mihi de parte genitoris mei nomine Adelhemi legibus obvenit, vel undecunque tam de alode quam de comparato, ſeu de quolibet adtractu ad nos noſcitur perveniſſe, cum integritate ſua, terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, vineis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, farinariis, litis, libertis, conlibertis, mancipiis, mobilibus & immobilibus, peculio utriuſque ſexus tam majore quam minore genere vel ætate, quicquid dici aut nominari poteſt, re inexquiſita, cum omni ſupellectile, ſicut à nobis moderno tempore poſſideri dignoſcitur, donamus, tradimus, atque transfundimus. &c.* Extat. apud. Freherum *ibid.*

Latos autem à relinquendo appellavit vetuſtas, quia captos in bello 12
cum victor trucidare vel in vincula perpetua poſſet conjicere, maluit eis agros colendos relinquere, Germanis autem relinquere *laten* ſignificat. Inde *laten recht*, & *latenrichter*, id eſt, judex de jure colonorum ſervilium, qui & *haveſrichter*, *havesſchultes* & *hoffrichter* appellatur in *Reform. haveſrechten Stifts Eßen art.* 3. & 11. *tit.* 3. *ſtatut. deſ. Haves tho Hanſelaer lib.* 1. *cap.* 2. & 3. *van Santens biſſchops hoffrecht.* Gerh. Feltmanni *de juram. perhorr. cap.* 21. *n.* 28. & 29. *Have* pro *Hoff.* Barbare *Hoba*, cujus colonum dicebant etiam *Hobarium.* Donatio vetus Anſel- 13
mi Abbatis apud Freherum: *Perſolvere autem debent hobarii unam carradam vini, &* XXX. *malter ſiliginis &c. Præterea ſolvant hobarii villico præpoſiti &c.* Ita tamen erat agros relinquere ſolitus, ut cenſui non ſolum, ſed & aliis oneribus eſſent obnoxii, quæ cum vulgariter dicerentur

Cormede, dici adſcriptitii cœperunt *Keurmedige*, ſicut *Schotbare mannen* à cenſu præſtando, ut teſtis eſt Parens meus *p.m. parœm.2. n.43.* A *Keur*,
14 *Curmede*, quod electionem ſignificat. Quid autem id ſit non obſcure nos docet diploma Gerhardi Gelrorum Comitis, quod eſt apud Pontanum avum meum maternum *hiſtor. Gelr. lib. 6. Ego Gerhardus Comes Gelrenſis & Zutphanienſis, omnibus præſentem paginam inſpecturis in perpetuum notum fore cupio, quod divinæ remunerationis intuitu, & fidelium meorum interventu quandam libertatem conceſſi hominibus in terra mea Velua manentibus, ſive adhuc venturis de quacunque terra advenerint, & in ea manſionem facere volentibus, hanc ſcilicet, ut qui habuerunt natos non legitimos, de quacunque conditione ſive advocatia pertineant, ſive de Freſonibus, dabunt mihi poſt mortem eorum curmedam, quod eſt unum optimum quid de ſua poſſeſſione, legitimi vero heredes in bona pace eorum accipiant hereditates: Si vero nullus fuerit heres, ad uſus meos cedet. Siqui vero de iſtis à jure meæ donationis ſe alienare voluerint per contractum matrimonii ad homines alienorum dominorum, ego eorum hereditatem accipiam. &c. Hujus facti teſtes &c. Acta ſunt hæc* MCCXXVII. *anno dominicæ incarnationis.*

15 In Gelria hodie *hofhoirige mannen*, in Clivia etiam *hoirige hoevener*, vel *hoirige thynſgenoten* plerumq; vocantur, ut ſcribunt Goris *adv.tr.3. part.1. c.13.* Feltman *de jur.in re c.6.n.17.& 18.* Quibus comparantur, qui vel in Clivia *Lyfgewins goederen*, vel bona dominica, aut *Heeren goederen*, in Gelria poſſident. Goris *tr.1.c.3.n.9.* Sand. *de feud.Gelr.c.1.n.25. & ſeqq.* Feltman *ibid. Hofhoirige* dicuntur à curia domini, quam tenentur agnoſcere, cujuſmodi curias in comitatu Zutphanico Goris ibi enumerat; *Den Hoff toe Zutphen, toe Loechem, toe Baeck, toe Hengeloe, toe Oxe.* Curia vero, & villa, vel ager, quem ſolebant incolere, non ſunt unum & idem. Villam enim veteres appellabant colonicam, manſum, coloniam, hobam, hobunnam, ejus autem colonos dicebant etiam manſarios, manſos, manſoarios, manentes, commanentes, hobarios, & Caroli Magni temporibus accolas, ut docent Bignon. *ad Marculf. 1. form. 13. 21. & 30.*
16 Fred. à Sande *tr.prælim. de feud.Gelr.cap.1.n.25. & ſeqq.* Quidam etiam adſcriptitios dixerunt *taliabiles*, & taliabilia bona quæ poſſident, ut tradidit Parens meus *p.m. 2. de auction. cap.4. n.22.* Videntur autem à *talea* taliabiles dicti, ut idem ibi conjicit, id eſt, ſciſſione lignorum, quia dominus ex bonis adſcriptitii defuncti quaſi quædam excidere & deducere ſolet. Nonius *in verb. taleas.* Goris *d. tr. 3. part. 1. c. 13.* Grot. 1. *man. 4.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

man. 4. Dico excidere, quia tandem deleta ſervitutum memoria dominus adſcriptitio non ſuccedit ex aſſe, ſed ex parte duntaxat, niſi ſine liberis inteſtatus obierit. Choppin. 2. *de privil. ruſt. part.* 2. *cap.* 2. *in fin.* Sand. *d. loc. n.* 30. Bodin. 1. *de repub. cap.* 5. *p.* 61. *& ſeqq.*

Nec mirum videatur, quod ſi dicamus fuiſſe nonnullos ex adſcriptitiis liberos, nonnullos vero ſervos, omnino neceſſe ſit, ut inter hominem liberum & adſcriptitium liberum faciamus differentiam. Habemus exemplum quo ſervus manumiſſus liberatus eſt quidem poteſtate dominica, ſed adſcriptitius nihilominus fuit obſtrictus ad præſtationem operarum ſervilium. Verba manumiſſionis apud Forn. 6. *quot. ult.* extant ejuſmodi: *Univerſis Chriſti fidelibus Franco Dei permiſſione S. Maximini monaſterii Abbas totuſque ejuſdem loci conventus ſalutem in perpetuum. Norint univerſi, præſentes, præteriti & futuri, quod nos de voluntate, & aſſenſu reverendiſſimi domini noſtri Ludovici Francorum regis illuſtriſſimi, quoſdam de ſervis noſtris & ancillis manumiſimus, cum heredibus ſuis, qui jam nati ſunt, & ex eis ſunt amodo naſcituri, ſalvis tamen talliis noſtris, juſtitiis, conſuetudinibus, redhibitionibuſque, quas habemus in terris noſtris, & quas nobis debent homines liberi, qui manent, vel qui domos habent in terris & villis noſtris, à quibus omnibus ſupradictis ſeſe vel heredes eorum non poterunt excuſare occaſione eis corporalis à nobis præſtitæ libertatis.* Habemus etiam exemplum, quo adſcriptitius eo jure quidem liberatur, quo obſtrictus eſt domino, ſed cenſum nihilominus & præſtationem annuam tenetur exſolvere. Vetus monumentum, quod eſt apud Pontanum *hiſt. Gelr. lib.* 7. *Wy Reinolt by der gnaden Godts Hertoge van Gelre und Grave van Zutphen, doen kont und toe weten allen den genen, die deſen brief ſullen ſien of hooren leſen, dat wy om oirboor, bate ende nut, ende onſe erfgenamen ende nakomelingen, ende ons gemeinen lants, ende om ſonderlinge gonſt, die wy hebben tot onſen gueden luyden van Venloe, &c. Voort geven wy hoen qwyt, vry ende los van allen lyfgewinne, van allen gueden die binnen den Kerſpele van Venloe gelegen ſyn, als van onſen gueden, die Heer Willems van Millen waren, ende van gueden Heeren Johans van Broichuyſen, Gerhart ter Moelen, ende Johans ter Moelen, die wy nue tegen hem gekocht hebben, ende van andere gueden, diemen van ons te leen heldt, ende Heeren Otten van Cleve Proeſt van Sent Gereon te Collen, ende Johans Aelbrechts ſoon van Willre, &c. ende van anderen Goedtshuyſen gueden, als den Abt van Sybrechten, &c. daer door ſy hebben ſullen als van hunnen lyfgewinne tweyvoldigen erftins, gelycke dat*

wy

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

wy van onſen lyſgewinne, ende van allen onſen tynsgueden daer hadden, ende te huyden toe getoiſt hadden, tweevoudigen e ſtins hebben ende gehouden ſullen, &c. ende van den vierthien meetampten, die te Venloe zijn, derie ſeven lyſgewin waren, ſullen wy hebben tot erſtins van elcken XII. *penninck gueden Brabantſchen penningen guets gelts, &c.* Non omnes liberi aut ſtatus ejuſdem, aut ejuſdem erant originis. Aut enim libertini, aut erant ingenui, aut peregrini, aut cives Romani, & peregrinos quod attinet, aut erant exteri, Alani, Indi, Hunni, Gothi, & Vandali, aut erant dedititii, vel Latini Juniani, aut etiam proſcripti, quibus Principum tempore tandem acceſſerunt etiam nonnulli vel officinæ, vel officio, vel terris adſcripti, *d. l.* 12. *C. de murileg. d. l.* 18. *l.* 23. §. 1. *C. de agric. & cenſ.*

18 Nec juvat Donellum, qui omnes adſcriptitios fuiſſe ſervos aſſeruit 2. *comm.* 9. ſecutus Connanum 2. *comm.* 10. *n.* 2. quod liberi ſequantur conditionem maternam nati altero parente libero. altero adſcriptitio, exemplo ſervorum, *d.l.*12.*l.ult.C.de agric.& cenſ.l.*7.*C.de rei vind.* Patrem enim liberi ſequuntur non aliter, quam ſi ſint procreati ex legitimis nuptiis, *l.*19.*ff. de ſtat.hom.* Cujac. 4. *obſ.*28. Quibus ſe natos non poſſunt adſerere, qui alterum parentem adſcriptitium habent, *pr. Inſt.de nuptiis.* Atque ita de adſcriptitiis Juſtinianus conſtituit, ut ſit liber, non adſcriptitius, cujus mater eſt libera, *d. l. ult.* correcto jure veteri, quo liber erat non aliter, quam ſi & pater & mater eſſent homines liberi. Si pater eſſet adſcriptitius, mater vero libera, ſequebatur tum nihilominus conditionem paternam. Juſtinus Imp. Juſtiniani ſucceſſor in ſanctione pragmatica, quam corpori juris etiam habemus inſertam: *Cum divina lex promulgata fuiſſet, conſtituens creatos ex libera matre, & adſcriptitio marito liberos eſſe, quod contrarium eſt legibus antiquis, cum illæ manifeſtæ decreverunt talem ſobolem adſcriptitiam eſſe.* Sidon. Apollin. 5. *epiſt.* 19. *Culpæ calentis impunitatem ſub conditione concedo, ſi ſtupratorem pro domino jam patronus originali ſolvas inquilinatu. Mulier autem illa jam libera eſt, quæ tum demum videbitur non ludibrio addicta, ſed aſſumpta conjugio, ſi reus noſter pro quo precaris, mox cliens factus e tributario, plebejam potius incipiet habere perſonam, quam colonariam.*

19 Cave vero confundas eos adſcriptitios, de quibus locutus ſum, cum iis, qui nihil aliud quam ſupernumerarii quidam milites erant ad commoda ſolum & emolumenta participanda relati in numeros & militares cohortes. De quibus Lampridius in vit. Alexand. *Jurejurando deinde*

conſtrinxit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

conſtrinxit, ne quem adſcriptitium, id eſt, vacantem haberet, ne annonis Remp. gravaret. Trebell. Pollio *in vit. Balliſt. Eſt & alia ejus epiſtola, qua gratias Baliſtæ agit: in qua docet ſibi præcepta gubernandæ Reipub. ab eodem data, gaudens quod ejus conſilio nullum adſcriptitium, id eſt, vacantem haberet, & tribunum nullum ſtipatorem, qui non vere pugnaret.* Sueton. *in Claud. cap.* 25. *Inſtituit & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur SUPRA NUMERUM: quo abſentes & titulo tenus fungerentur.* Ut ergo concludam tertium genus hominum reperietur non facile, niſi quis ſingulare quoddam exemplum contendat exiſtere in *l.* 1. *C. comm. de manum.* Servus enim communis, cujus eſt apud alterum nuda proprietas, apud alterum uſusfructus, ab alterutro manumiſſus & liber & ſervus eſt. Sic enim diſerte dicta *l.* 1. videtur ſtatuiſſe. Sed ſiquis negaverit remanere ſervum manumiſſum ab eo, apud quem eſt proprietas, ſed ut *d. l.* 1. clariſſime loquitur, quamdiu vivit uſufructuarius, ſervi inſtar tantummodo uſufructuarium obſervare teneri; ab uſufructuario vero manumiſſum manere nihilominus in ejus poteſtate, apud quem eſt proprietas, extra quàm quod ei operas, donec vivit uſufructuarius, præſtare non teneatur, fruſtra *d. l.* 1. ad id quod intenditur, demonſtrandum adducitur. Vid. Cujac. *par. C. d. t. & par. C. de h. q. à non. dom. man.*

TEXTUS

§. I. *Et libertas quidem, ex qua etiam liberi vocantur, eſt naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, niſi ſiquid vi aut jure prohibetur.*

COMMENTARIUS.

1. *Explicatur hæc definitio.*
2. *An & ſervis aut ſervituti hæc definitio competat.*

BIſariam vocabulum libertatis accipitur: Aut enim naturalem aliquid faciendi facultatem ſignificat, aut majeſtatem & magnitudinem populi non agnoſcentis imperium ſuperioris aut Regis aut Principis, τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν δυναστείαν τοῦ δήμου, ut dixit Polybius. Sed Juſtinianus intellexit hic ſolum naturalem aliquid faciendi aut omittendi licentiam, non vagam, effrenem, aut infinitam licentiam, ſed moderatam, legitimam, & ratione ſubnixam, idcirco adjiciens, niſi ſiquid vi aut jure prohibetur. Bachov. *ad tit. ff. de ſtat. hom. cap. de diviſ. perſ. n.* 10. Cicer. *Parad.* 5. *Quid eſt enim libertas? poteſtas vivendi,* 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ut velis, quis igitur vivit, ut vult? niſi profecto, qui recta ſequitur, qui gaudet officio, cui vivendi via conſiderata atque proviſa eſt, qui legibus quidem non propter metum paret, ſed eas ſequitur atque colit, quia id ſalutare maxime eſſe judicat, qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique niſi libenter ac libere. Cujus omnia conſilia, reſque omnes, quas gerit, ab ipſo proficiſcuntur, eodemque referuntur, nec eſt ulla res, quæ plus apud eum polleat, quam ipſius voluntas atque judicium. Idem *pro Cluent. Legum miniſtri, magiſtratus: legum interpretes, judices: legum denique idcirco omnes ſervi ſumus, ut liberi eſſe poſſimus.* Nequis autem exiſtimet definitionem hanc definito latiorem, quia ſervis etiam ejuſmodi libertas videatur competere, poteſtas nimirum faciendi quod libet, niſi prohibeantur, dicendum præterea vim illam eſſe juſtam, qua ſervi prohibentur, eſt enim dominica; qua liberi, injuſtam & plane tyrannicam; liberos poſſe facere quodcunque placuerit, niſi jus iis impedimentum objiciat; nihil ſervos omnino, niſi id dominus nominatim permiſerit, *l. 32. l. 209. ff. de reg. jur. l. 32. §. ſi donator ff. de donat. int. vir. & ux. l. qui teſtamento 20. §. ſervus ff. Qu. teſt. fac. poſſ.*

TEXTUS

§. II. *Servitus autem eſt conſtitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur.*

COMMENTARIUS.

1. *Servitus eſt juris gentium.*
2. *Quando aut quo tempore introducta ſit ſervitus.*
3. *Cur juri naturali dicatur contraria.*
4. *Explicatur Ariſtoteles.*
5. *Quando ſervitus iterum in deſuetudinem ierit.*
6. *Bella Chriſtianorum ſunt bella civilia.*
7. *Capti bello civili non fiunt capientium.*
8. *Turcæ nec Perſam in ſervitutem abripiunt, nec etiam Armenium.*
9. *Iterum de ſervis, quando eſſe deſierint.*
10. *An omnino nulli ſint hodie.*
11. *Quotuplex ſervitus.*

1 CONſtitutio juris gentium, id eſt, res conſtituta jure gentium. Recte refertur enim ad jus gentium ſervitus, licet quædam fuerint nationes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

tiones & populi, ut Alani, & Indi, quibus fuit incognita. De Alanis Ammianus *lib.* 31. *Alani, ſervitus quid ſit, ignorabant, omnes generoſo ſemine procreati.* De Indis Diod. Siculus *lib.* 2. *cap.* 39. *Indorum legibus cautum fuit: ne quiſquam omnino ſervus inter ipſos eſſet: ſed ut liber unuſquiſque cum aliis æquitatem coleret.* Sufficit enim ad conſtituendum jus gentium plerarumque gentium voluntas & ratio, ut ſupra jam dictum eſt. Tempus autem, quo primum introducta ſit ſervitus, ignoratur omnino, nec quicquam aliud reſponderi hic poterit, quam uſu exigente & humanis neceſſitatibus, cum atrocius videretur trucidare captivos, longe vero periculoſius omnes dimittere, ſervitutem inventam, §. 2. *Inſt. de jur. nat. gent.* Eam nondum inventam Saturni temporibus tradunt Macrobius 1. *Saturn. cap.* 7. *Regni ejus tempora feliciſſima feruntur, cum propter rerum copiam, tum etiam quod nondum quiſquam ſervitio vel libertate diſcriminabatur, quæ res intelligi poteſt, quod Saturnalibus tota ſervis licentia permittatur.* & Plutarch. in Num. cap. 44. Ἔνιοι δὲ τοῦτο ὑπόμνημα τῆς Κρονικῆς ἐκείνης ἰσονομίας ἀποσώζεσθαι μυθολογοῦσιν, ὡς μηδενὸς δούλου μηδὲ δεσπότου, πάντων δὲ συγγενῶν καὶ ἰσοτίμων νομιζομένων, *Quidam hoc monumentum priſtinæ illius, quæ ſub Saturno fuerit, æqualitatis relictum ferunt, ubi nemo ſervus, nemo liber, ſed omnes ejuſdem generis dignitatiſque habiti ſint.* Nec ante diluvium in veteri fœdere ſervorum fit mentio, ſed longo poſt tempore cum Abraham à Deo juſſus eſſet circumcidere omnes, qui erant ex ipſius familia & vernas & emptos, Gen. *cap.* 17. Ad Noæ ætatem Alcimus Avitus ejus originem referendam exiſtimat *lib.* 4. his verſibus:

— primum inde repertum
Servitii nomen; cuncti nam ſemine ab uno
Prodiimus: patremque omnis ſibi vindicat unum
Poſteritas: deque ingenuo mala crimina ſervum
Efficiunt:

reſpiciens ad hæc verba, ni fallor, viri ſanctiſſimi, Gen. *cap.* 9. *Maledictus Canaan, ſervus ſervorum erit fratribus ſuis.* Contra Nemrodum facit ejus auctorem Joannes Sareſberienſis Polycratic. *lib.* 1. *cap.* 4. *Primus ergo ponitur Nemroth robuſtus venator contra dominum. Traditur hic in tantam elationis erupiſſe vecordiam, ut non vereretur jura temerare naturæ, cum conſortes conditionis & generis, quos ingenuos illa creaverat, hic addiceret ſervituti.* Verum cum ſimpliciter de famulis & eorum obſequiis poſſint intelligi, quæ à Noa dicuntur, non autem de ſervis, de quibus hic

loquimur, & de Nemrode præterea, quod ſervitutem invenerit, in ſacris
literis ſit altum ſilentium, nihil certi omnino in conjecturis ejuſmodi de-
prehendere poſſumus. Sufficiet ergo, ſi ad tempus incertum referamus
originem, ad illud nimirum, quo uſus eam flagitavit & humana neceſſi-
3 tas, *d.* §. 2. Unde non mirum, quod juri naturali dicatur contraria *d.*§. &
contra naturam, *h.*§. Omnes enim erant ab initio liberi, *pr. Inſt. de libert.*
Ab initio, id eſt, jure gentium primario, quod una cum humano genere
rerum natura dicitur prodidiſſe, §. 11. *Inſt. de rer. div.* A quo ſecunda-
rium fecit divortium, non quod illud ratio naturalis defecerit, ſed
quod illa ratio, quæ id ſuaſit admitti, priorem illam rationem, quæ
omnes ad libertatem indiſtincte vocaverat, velut victam ſubegerit. Ra-
tio poſtulaverat, ut incognita ſervitute omnium nationum homines na-
ſcerentur ingenui, ſed bellis exortis cum ab omni ratione videretur alie-
num occidere cunctos à calvo ad calvum, nec eſſet conſultum, ut ſtatim
jam dixi, eos omnes dimittere, ſucceſſit alia fortior & priori contraria,
quæ ingens illud inter homines faciendo diſcrimen ſervitutem induxit.
Senec. *de clem. Neminem natura fecit liberum: neminem ſervum. Im-
poſuit fortuna nomen hoc ſingulis.* Hæc autem ſi vera ſunt, cur Ariſtoteles
4 igitur ſecundum naturam eſſe ſervitutem aſſeruit. Dicit enim expreſſe
Τίς μὲν οὖν ἡ φύσις τοῦ δούλου, καὶ τίς ἡ δύναμις, ἐκ τούτων δῆλον. ὁ γὰρ
μὴ αὑτοῦ φύσει, ἀλλ' ἄλλου, ἄνθρωπος δὲ, οὗτος φύσει δοῦλός ἐστιν,
*Quæ igitur ſervi natura, ejuſque vis, ex his perſpicuum. Nam qui natura
non ſuus, ſed alterius eſt, cum ſit homo, hic natura eſt ſervus.* Ibid.
Ὅσων ἐστὶν ἔργον ἡ τοῦ σώματος χρῆσις, καὶ τοῦτ' ἐς' ἀπ' αὐτῶν βέλ-
τιστον, οὗτοι μὲν εἰσι φύσει δοῦλοι. ἔστι γὰρ φύσει δοῦλος, ὁ δυνάμενος
ἄλλου εἶναι, *Quorum vero opus eſt corporis uſus, hocque ab iis optimum;
hi natura ſunt ſervi. Nam natura eſt ſervus, qui alterius eſſe poteſt.* Ibid.
in fin. Ὅτι μὲν τοίνυν εἰσι φύσει τινὲς, οἱ μὲν ἐλεύθεροι, οἱ δὲ δοῦλοι,
φανερὸν, οἷς καὶ συμφέρει τὸ δουλεύειν, καὶ δίκαιόν ἐστιν, *Perſpicuum
eſt igitur, eſſe quidem natura alios quidem liberos, alios vero ſervos: quibus
& utile ſit ſervire & juſtum.* Sed notandum eſt, quod Ariſtoteles inter
naturalem & legitimam ſervitutem diſtinguat. Sic enim *cap.* 4. quod ſe-
quitur: Διχῶς λέγεται τὸ δουλεύειν, καὶ ὁ δοῦλος. ἔστι γὰρ τις κατὰ νό-
μον δοῦλος, καὶ δουλεύων, ὁ γὰρ νόμος ὁμολογία τίς ἐστιν. ἐν ᾧ τὰ κα-
τὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναί φασι, τοῦτο δὲ τὸ δίκαιον,
*Servire & Servus bifariam dicitur. Lex enim pactum quoddam eſt, quo
bello victa victorum eſſe ajunt. Jus autem hoc &c.* Naturalem vocat,
quam

quam ſerviunt homines, qui propter imbecillitatem ingenii ſe & ſua tueri non poſſunt, præditi tamen eo robore corporis, ut & ferre labores, & obire poſſint vel exequi aliorum negotia. Legitimam vero, quam ſerviunt illi, qui vel bello ſuperati, vel certis ex cauſis redacti ſunt in jus & poteſtatem alterius, etiamſi ſatis ipſi valerent ingenio. Hanc autem adeo non naturalem agnoſcit, ut ibidem etiam diſputet, utrum ſit juſta. Bachov. *ad tit. ff. de ſtat. hom. cap. de ſervit. n.* 1. Ut autem tempus illud præciſe
5
deſignari non poteſt, quo jus ſervitutis in orbe receptum eſt, ita nec quiſquam tam accurate definiet, quando idem jus illud in deſuetudinem ierit. Conſtat id tantum, quod non ſimul & ſemel, ſed omnino paulatim ab uſu receſſerit: prout enim deleto & extincto propemodum Romanorum imperio, ad religionem Chriſtianam hæc aut illa gens ſemetipſam applicuit, ſimul etiam Chriſtianos, cum quibus erat bellum, captos in ſervitutem redigere deſiit. Niceph. Gregor. 4. *hiſt.* Νόμος γὰρ ἐστιν οὗτος ἄνωθεν ἐκ διαδοχῆς ἀεὶ κατιὼν ἐς τοὺς ἀπογόνους ἀκήρατος, οὐ μόνον Ῥωμαίοις καὶ Θετταλοῖς, ἀλλὰ καὶ Ἰλλυριοῖς καὶ Τριβαλλοῖς καὶ Βουλγάροις, διὰ τὴν τῆς πίστεως ταυτότητα, τὰ μὲν πράγματα μόνα σκυλεύειν, τὰ δὲ σώματα μὴ ἀνδραποδίζεσθαι, μηδὲ φονεύειν ἔξω τῆς πολεμικῆς παρατάξεως μηδένα, *Inſtitutum enim hoc à majoribus conſtanter ad poſteros propagatum ſervatumque fuit, non modo à Romanis & Theſſalis, ſed Illyriis etiam & Triballis & Bulgaris propter eandem religionem ſpolia tantum auferenda: homines vero nec ad ſervitutem rapiendos, nec extra aciem occidendos eſſe.* Pœnæ ſervitutem, quæ in metallum damnatis irrogari ſolebat, & eam quam Senatuſconſultum Claudianum induxerat, Juſtinianus è republica ſuſtulit, *nov.* 22. *c.* 8. *§. un. Inſt. de ſucceſſ. ſubl.* eam autem, qua homo liber ad pretium participandum ſe diſtrahere poterat Imperator Romanorum, qui fuit in Oriente, Emanuel Comnenus. Cinnamus 4. *hiſt.* Οὗτος ὁ αὐτοκράτωρ καὶ ἔθος τι τῶν ἀτοπωτάτων μικροῦ καὶ ἐς νόμου τελέσαι δεῆσαν, ἐκ μέσου τῆς Ῥωμαίων ἐποίησατο πολιτείας. Ὁποῖον δὲ τοῦτο ἦν, ἤδη λέγομεν. Ἡ τοῦ ζῆν ἀπαραίτητος τοῖς ἀνθρώποις ἀνάγκη πολλά τε κατὰ τὸν βίον ἐκενοτόμησεν ἄλλα, καὶ δὴ καὶ μισθοῦ τὴν ἐλευθερίαν ἀποδόσθαι πολλοὺς ἀναγκάζει. Βασιλεὺς δὲ περιέρριζον ἀπὸ μέσης ἐξευπακέναι τῆς πόλεως αὐτὸ βουληθεὶς γράμμασι τὴν ἐλευθερίαν, οἷον φύσει τὸ ἐλεύθερον, ἐπεψήφισε, *Idem hic Imperator iniquiſſimum morem, & jam prope in neceſſitatem legis verſum è media republica exterminavit, is autem qualis fuerit, memorabimus. Victus quærendi inexorabilis neceſſitas tum alia quæ ad vi-*

tam pertinent immutavit, tum autem mercede ipſam vendere libertatem
multos mortales adegit. Imperator autem pravam illam conſuetudinem
volens exſcindere, edictis libertatem haud aliter atque a natura innatam,
omnibus donavit. Tandem autem cum Chriſtiana religio præconum di-
vini numinis invicta quadam & indefeſſa virtute pervaſiſſet Europam,
ſublatis ſervitutibus capti in bello lytro perſoluto dimitti cœperunt. Chri-
ſtianorum enim bella ſunt bella civilia, cum omnes ſint cives civitatis Dei
6 ter Opt. Max. Anna Comnen. 9. *hiſt.* Δέχεται τοίνυν τὸν Βάρβαρον ἀσμέ-
νως ὁ αὐτοκράτωρ ἀποστρεφόμενος τὴν ἐμφύλιον μάχην, κἂν γὰρ Δαλ-
μάται ἦσαν, ἀλλ' ὅμως Χριστιανοί, *Accepit perlibenter Barbari legatio-*
nem Imperator, averſatus civile bellum; licet enim eſſent Dalmatæ, erant
tamen Chriſtiani. Georg. Pachymer. 3. *hiſt.* 26. Πολὺς ὁ Πατριάρχης
κωλύων ἦν τὸν Βασιλέα κατὰ Χριστιανῶν ἐκστρατεύειν, ὡς οὐκ εὐοδήσοντα
πάντως ἐμφυλίους κινοῦντα πολέμους. *Multus jam fuerat Patriarcha in*
dehortando Imperatore ab expeditionibus adverſus Chriſtianos ſuſcipien-
7 *dis, denuncians ipſi non ſucceſſura feliciter illa bella civilia.* Bellis autem
civilibus & præliis capti non fiunt capientium, nec vertuntur in prædam,
l. ſiquis 21. §. 1. *ff. de capt. & poſtl. rev.* Tacit. *lib.* 2. *hiſt.* Plutarch. *in Othon.*
c. 19. Ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις χρῆσθαι οὐκ ἔστι τοῖς ἁλισκομένοις, *In*
civilibus bellis eorum qui capiuntur nullus eſt uſus. Bartol. *in l. hoſtes* 24.
ff. h. t. n. ult. Fab. *in* §. *item ea* 17. *Inſt. de rer. div.* Donell. 2. *comm.* 12.
Weſenb. *par. ff. h. t. n.* 1. Nec mirum quod inter Chriſtianos Chriſtianæ
legis hoc reverentia fecerit, cum idem inter Mahumetiſtas obtineat, ſi ſuæ
ſortis hominibus bellum indixerint. Busbeq. *epiſt.* 3. Grot. 3. *de jur.*
bell. & pac. c. 7. *n. ult.* Ducas *hiſt. cap.* 16. Νόμος γάρ ἐστιν οὗτος ἄνω-
θεν ἐκ διαδοχῆς ἀεὶ πρὸς τοὺς ἀπογόνους καλῶν ἀκήρατος, οὐ μόνον
Ρωμαίοις, ἀλλὰ καὶ Πέρσαις, καὶ Τριβάλλοις, καὶ Σκύθαις διὰ τὴν ταυ-
τότητα τῆς πίστεως τὰ μὲν πράγματα μόνα σκυλεύειν, τὰ δὲ σώματα
μὴ ἀνδραποδίζεσθαι, μηδὲ φονεύειν ἔξω τῆς πολεμικῆς παρατάξεως
μηδ' ἕνα, *Hanc equidem legem à majoribus ad poſteros derivatam non*
ſolum Romani, ſed etiam Perſæ, Triballi, & Scythæ, quod eandem religio-
nem profiteantur, inviolatam ſervant, ſola auferre bona, corpora libera
8 *dimittere, nullumque interficere extra prælium aut aciem.* Quod autem
notandum, Turcæ nec Perſam in ſervitutem abripiunt, nec etiam Arme-
nium, licet Chriſtiani ſint omnes Armenii. Sandys *itin. p.* 106. Laon. Chal-
cocond. 3. *hiſt.* *Ex Armeniis ſolis, quamvis ab ipſis in religionis negotio*
diſſentiant, mancipia non rapiunt. Quia quidam Armenius vaticinatus
eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

eſt gloriam Mahometis per univerſum orbem propagandam. Eſtque hæc unica cauſa: viri honori id tribuentes, quod nulla ab Armeniis mancipia abducant. Licet autem Busbequius loco jam allegato dubitare ſe dicat, an ſervitute ſublata rei Chriſtianæ ſit ſatis conſultum, certum eſt tamen, 9
quod exciſis per Europam paganorum reliquiis, ſervi fuerunt temporibus Frederici II. anno nimirum MCCXII. aut nulli omnino, aut admodum pauci, ut ſcribit Barlæus *lib. de reb. à Maurit. Princ. in Braſil. geſt.* vel ut ſcribit Bodin. 1. *de repub. cap.* 5. paulo poſt Imperatoris Frederici ætatem anno MCCL. Ante Fredericum quod ſervitus nondum in deſuetudinem ierit, pręſtant argumentum decreta Pontificum de conjugiis ſervorum, Alexandri III. Urbani III. & Innocentii III. Vixit autem Alexander & creatus eſt Pontifex, ut dicit Bodinus, anno MCVIII. Urbanus MCLXXXV. Innocentius MCLXXXVIII. Probat etiam manumiſſio, cujus apud Fornerium 6. *quot. ult.* eſt exemplum hujuſmodi: *Ego Hugo decanus totumque eccleſiæ Aurelianenſis capitulum omnibus ad quos præſentes literæ devenerint, notum fieri volumus, quod nos Stephanum filium Radulphi Euterii hominis S. Maximini & Agnetis ancillæ ſanctæ crucis cum abbate & conventu S. Maximini ita manumiſimus, quod in clericatus ordine Deo ſerviret, ſub tali etiam conditione, quod de reliqua prædictorum Radulphi ſcilicet & Agnetis inter nos & monaſterium S. Maximini æqua ſecundum conſuetudinem partitionum hujus territorii fieret partitio. Et ne ſuper hoc in poſterum oriretur diſſenſio, Abbas & monachi præſentes literas noſtras habuerunt, & nos ſimiliter eorum literas ſuſcepimus præſcriptam pactionem continentes. Actum publice in vigilia purificationis B. Mariæ, Anno verbi incarnati,* MCLXXXIV. Clarius adhuc probat hoc vetuſtiſſimum donationis exemplum, quod ſuppeditavit vir hujus urbis antiquitatum peritiſſimus & Conſularis graviſſimus Cornelius Booth. Meretur autem ut apponam hic integrum: *Arnoldus Scapekyn propter Deum & animæ meæ remedium libere contuli Eccleſiæ Beati Ioannis Bapt. in Trajecto quædam mancipia tam viros, quam mulieres &c. Et proprio ac Eccleſiæ ejus ſigillo feci communiri. Teſtibus Wilhelmo de Scalewyc, & Egidio ejus filio, Henrico de Loenreſlote & fratre ejus Gerardo Splinter, Henrico de Abbekenwalde, Waltero de A, & Theodorico ejus filio, Frederico de Horſt, & Bernardo ejus fratre, Harmanno Sculteto de Worthene, & Godeſcalco ejus fratre, Arnoldo de Everiksdorpe, & duobus generis ejus, Ioanne de Aldwic, & Giſelberto de Turri, Alberto Pyl & fratribus ejus, Theodorico Reygere, & Gerardo Blome. Actum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

præſentibus Alberto ipſius Eccleſiæ Sancti Ioannis Præpoſito, Gerardo Decano, Henrico de Wercunde, aliiſque Canonicis. Anno MCLXXXVI. *Imperante Frederico, dilecto filio ejus Henrico regnante, Balduino Trajecti præſulante feliciter.* Bartolus ſane, qui floruit anno MCC. in *l.hoſtes* 24. *ff.de capt. & poſtl. rev.* ſua ætate omnino negat extitiſſe mancipia, nec uſquam haberi venalitios homines. Quod enim alibi legitur reges Galliarum Ludovicum Hutinum anno MCCCXIII. libertatem impoſuiſſe mancipiis omnibus, Henricum II. anno MDXLIX. reſtituiſſe natalibus ſervos Borbonios, de adſcriptitiis Bodinus interpretandum exiſtimat. Sed ſiquidem Bartolus vera narraverit, cum laxamento & amplitudine temporis, ἐν πλάτει, ut dicit JCtus in *l.* 12. §. 2. *ff.rat. rem hab.* erit accipiendum, quod Grotius ait 1. *man.* 4. fuiſſe ſervitutem adhuc in Hollandia cognitam abhinc annos trecentos. Sic enim dicit: *Tuſſchen de onmondigen plagh te zijn onderſcheyt van eygenen ende oneygenen, ofte vryen ende onvryen: Welk onderſcheyt in deſe landen noch binnen de drie hondert jaren is bekent geweeſt.* Numerum rotundum pro paulo majore numero poſuiſſe credendum eſt, ut ab aliis etiam & bonis auctoribus factum ſæpiſſime. Sic centum & quinque conſtituebant centumvirale judicium, qui tamen regulariter appellantur centumviri. Feſtus *in Centumviralia.* Bachov.*ad l.2.§.deinde cum eſſet* 29.*ff.de orig. jur.* Wiſſenb.*ad l.ult.C.de*

10 *petit. her.* Quod autem dixi ſepultam omnem apud Chriſtianos ſervitutis memoriam, procedit imprimis, ſi ſit bellum ſuſceptum cum Chriſtianis hominibus. Turcas enim Hiſpani ſolent jure talionis in ſervitutem redigere. Belgis etiam Indi in India ſerviunt. Dico *in India,* quia ſimulac fuerint ingreſſi Hollandiam, dimittuntur ut liberi. Gudelin. *de jur. nov. lib.*1.*cap.*4. Rooſeb. 39. §.2. Zyp. *not. jur.Belg.lib.*6.*tit.*1. Clenard. *epiſt.* 1. Groenew. *ad pr. Inſt. de h. q. ſu. vel al. jur.* Quod apud Gallos etiam uſitatum eſſe tradunt Mornac. *ad l.*20.*ff.ex q.c.maj.* Boër. *ad conſ. Bitur.* 1. §. 1. *gl.*2. Charond. *Pand. du droit francois lib.*2.*cap.*2.Bodin.1.

11 *de repub. cap.* 5. Thuan. *hiſt.* 11. Cæterum erat ſervitus vel privata vel publica; Publica, quam ſervus publicus ſerviebat Reipublicæ; Privata vero, quam privatus privato, *l.* 1. *pr. ff.de V.O. l.*2.*ff.rem pup.ſalv.*Plaut. *Capt.act.*2. *ſc.*2. *Sed is privatam ſervitutem ſervit illi an publicam ?* Plin. 10. *epiſt.* 40. *In pleriſque civitatibus maxime Nicomediæ & Niceæ, quidam vel in opus damnati, vel in ludum, ſimiliaque his genera pœnarum, publicorum ſervorum officio miniſterioque funguntur, atque etiam, ut publici ſervi, annua accipiunt.* Lipſ. 2. *elect. cap.*22. P. Fab. 2. *Sem.*23.

TEX-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

TEXTUS

§. III. *Servi autem ex eo appellati ſunt, quod Imperatores captivos vendere, ac per hoc ſervare, nec occidere ſolent: qui etiam mancipia dicti ſunt, eo quod ab hoſtibus manu capiuntur.*

COMMENTARIUS.

1. *Servi unde.*
2. *Ambacti.*
3. *Pueri.*
4. *Limocincti.*
5. *Emendatur l. 8. §. 2. ff. de pœn.*
6. *Servi venales.*
7. *Servorum venalium quodnam indicium.*
8. *Quomodo venditi.*
9. *Quibus pactionibus.*
10. *Quodnam eorum pretium.*

SIc etiam Pomponius in *l. pupillus* 239. §. 1. *ff. de V. S.* & Florentinus in *l.* 4. §. *pen. ff. de ſtat. hom.* nec non Iſidorus 5. *etymol.* 27. & Auguſtin. *lib.* 1. *in Geneſ. quæſt.* 153. citati à Fornerio ad *d. l.* 239. §. 1. Donat. *in Adelph. act.* 2. *ſc.* 1. *Mancipia dicuntur, quod manu capta ſunt: Servi, qui ſervati ſunt, quum eos occidi oporteret jure belli. unde Virgilius ſic inducit captivum rogantem,*

Per patrios manes, per ſpes ſurgentis Juli
Te precor hanc animam ſerves natoque patrique:

Sunt qui à ſerviendo vocabulum ſervus derivandum exiſtimant. Ab 1
Æolico σέρϐος deducit Salmaſius *lib. de uſur. p.* 256. Sed præſtat ut eamus in Bodini ſententiam, qui 1. *de republ. cap.* 5. fatetur quidem hujus vocis eſſe Græcam originem, ſed ab ἐρύω deducit quod τὸ φυλάττω ſignificat, ut dicit Euſtathius. Homer. *Odyſſ.* ὁ δ' ἐρύσατο, καὶ μ' ἐλέησεν, *ſervavit & mei miſertus eſt.* Ab *eruo* fit *ſervo*, ut ex *ero* fit *ſero*, & *eritudinem* Feſtus pro *ſervitudinem* dixit. Porro ſervi non ſolum 2
appellantur mancipia, verum etiam ambacti. Cæſar. 6. *de bell. Gall. Ut quiſque eſt genere copiiſque ampliſſimus, ita plurimos circum ſe ambactos clienteſque habet, hanc unam gratiam potentiamque noverunt.* Vett.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Gloſſ. *Ambactus*, δοῦλος μισθωτὸς, ὡς Ἔννιος. Scaliger *ad Feſt. in voce*
Ambactus. Videtur autem Ambactus vox origine Gallica, ut dicantur
ambacti quaſi *ambachti*, ab *ambacht*, vocabulo Belgis, qui Gallorum
3 erant fortiſſimi, uſitatiſſimo. Bignon. *ad leg. Salic. tit.* 1. Dicuntur,
etiam in genere & ſimpliciter pueri, etiamſi ſint ſenes, *l.* 204 *ff. de V. S.*
*l.*79. *ff. eod. l.*27. §. 5. *in fin. ff. de rei vind. l.*117. *ff. de leg.*1. *l.*41. §. *teſta-*
mento ff. de leg. 3. Moſchopulus: λέγεται παῖς, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ παρὰ
τοῖς Ἀττικοῖς, ὁ δοῦλος, κἂν ᾖ γέρων. Symmach. 6. *epiſt.* 8. *Puer ve-*
ſter inconſultis atque ignorantibus nobis urbe diſceſſit: ut eſt ſervis familia-
ris improbitas. Ambroſ. *lib.* 1. *de Abraham cap.*9. *Diſce hinc quod etiam*
ætatis ſenioris ſervuli pueri dicantur à dominis. Δοῦλοι non ſolum dice-
bantur à Græcis, verum etiam σώματα, ut teſtatur Fornerius 2. *rer.*
quot. cap. ult. Vett. Gloſſæ: σωματέμπορος, *venaliciarius, mango.* Har-
pocration: Ἀνδραποδοκάπηλος, ὁ νῦν λεγόμενος, σωματέμπορος,
4 παρὰ τὸ καπηλεύειν τὰ ἀνδράποδα, ὅ ἐστι πιπράσκειν. Limocinctos
autem Romani dicebant ſpecialiter ſervos Reipublicæ. Vetus inſcriptio,
quæ eſt apud Pignor. *tract. de ſervis.*

HONORI

M. GAVI. M. F.

POB. SQUILIANI.

EQ. PUB. IIII. VIR. J. D.

IIII. VIR. AP. UB.

CURATORI VICETINOR.

APPARITORES ET LIMOCINCTI.

TRIBUNALIS EJUS.

Iſidor 19. *Orig. cap.* 33. *Limus eſt cinctus, quem publici habent ſervi: ita*
dictus, quia tranſverſas habet purpuras, id eſt, limas. Idem *lib.*15. *cap.*14.
Tranſverſa omnia antiqui lima dicebant. Hinc & limus vocabulum acce-
5 *pit, cingulum, quo ſervi publici cingebantur.* Nequis autem id, quod Ju-
ſtinianus hic dicit, contrariari exiſtimet *l.*8. §.2. *ff. de pœn.* pro *Hoſtes au-*
tem item transfugæ, cum Cujacio 4. *obſ.*9. legendum eſt, *Ad hoſtes autem*
transfugæ: Faciebant enim Romani maximum quæſtum ex captorum
ſectio-

ſectionibus, præſertim cum ſectiones urbium univerſas diſtraherent, tan-
tum abeſt ut vivos exuſſerint. Horat. 1. *epiſt.* 16.

Vendere cum poſſis captivum occidere noli,
Serviet utiliter, ſine paſcat durus, aretque,
Naviget, ac mediis hyemet mercator in undis,
Annonæ proſit, portet frumenta penuſque.

Servos venales aſſervabant cataſtis. Martial. 9. epigr. 60. 6

Sed quos arcanæ ſervant tabulata cataſtæ,
Et quos non populus nec mea turba videt.

Venalium nota erant pedes gypſati. Tibull. *lib.* 2. 7

Nota loquor. regnum ipſe tenet, quem ſæpe coëgit
Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.

Plin. *de creta lib.* 35. *cap.* 17. *Eſt & viliſſima, qua Circum præducere ad*
victoriæ notam, pedeſque venalium trans mare advectorum denotare inſti-
tuerunt majores. Venum ibant aut pileati, aut induti coronis, ut Cœlius
Sabinus apud Gellium dicit *lib.* 7. *cap.* 4. *Sicuti*, inquit, *antiquitus man-*
cipia jure belli capta coronis induta venibant, & idcirco dicebantur ſub co-
rona venire. namque ut ea corona ſignum erat captivorum venalium, ita
pileus impoſitus demonſtrabat ejuſmodi ſervos venum dari, quorum no-
mine emtori venditor nihil præſtaret. Aut ornati præterea, aut ſine orna-
mentis. Plaut. *Sticho* : *Venalis ſum cum omnibus ornamentis.* Idem
Curcul. Emi virginem triginta minis, veſtem, aurum, & decem pro his
coaccedunt minæ. Guil. Forner. *ad l.* 74. *ff. de V. S.* Erant denudandi 8
cum emptor accederet, ut ſiquid eſſet vitii, poſſet animadvertere. Senec.
epiſt. 80. *Detrahis veſtimenta venalibus, nequa vitia corporis lateant; ho-*
minem involutum æſtimas? Mangones, quicquid eſt quod diſpliceat, ali-
quo lenocinio abſcondunt. Itaque ementibus ornamenta ipſa ſuſpecta ſunt:
ſive crus alligatum, ſive brachium adſpiceres, nudari juberes & ipſum ti-
bi corpus oſtendi. Tranquill. *in Auguſt. cap.* 69. *& conditiones quæſitas*
per amicos, qui matresfamilias & adultas ætate virgines denudarent, at-
que perſpicerent, tanquam Thoranio mangone vendente. Vett. Gloſſæ *in*
Perſ. Sat. ult. Apud antiquos venales gladiatores in cataſta ponebantur, ut
in eis poſſent omnia membra inſpici. Forner. 2. *rer. quot.* 26. Venditor ve- 9
ro ſolebat interdum pactiones adjicere, ne in Italia moraretur mancipi-
um, ne manumitteretur, ne eſſet emptori proſtituendi facultas, *l. ſi ven-*
ditor 6. *l.* 7. *l. Titius* 9. *ff. de ſerv. export.* Senec. 1. *controv.* 2. *Nuda in*
littore ſtetit ad faſtidium emptoris: omnes partes corporis & inſpectæ &

contrectatæ ſunt. Vultis auctionis exitum audire? Vendit pirata, emit
10 *leno, excipitur nihil.* Servorum pretium vix unquam minus fuit quindecim ſolidis, ſed majus regulariter, *l.35. §.3.C.de donat.l.3.pr. C.comm. de leg.* prout ſcilicet requirebat ſingulorum ætas, doctrina, ingenium, robur, & inſtitutio, *d. l. 3. l. 31. pr. ff. de ſolut.* Scribit enim Polybius in *excerpt. Vales. lib.* 31. πολλοὺς μὲν ἐρώμενον ἠγορακέναι ταλάντου, *fuiſſe multos, qui puerum delicatum compararent talento.* Quemadmodum Turcæ quadraginta vel quinquaginta coronatis ſolent æſtimare vulgare mancipium, ſed ſi commendetur illud vel ætate, vel forma, vel robore corporis, pretium duplicatur, ut ſcribit Buſbequius *epiſt.* 3. Creſcit etiam aut minuitur ſervorum æſtimatio pro qualitate regionum. Noſtri enim in India, cum adhuc obtinerent pulcherrimam illam inſulam Formoſam imperio, decem imperialibus ſingulos ſuos filios inſulani noſtris mangonibus vendidiſſe traduntur. O. Dapper *lib. de legat. miſſ. ad Tart.*

TEXTUS

§. IV. *Servi autem aut naſcuntur, aut fiunt. naſcuntur ex ancillis noſtris: fiunt aut jure gentium, id eſt, ex captivitate: aut jure civili, cum liber homo major viginti annis ad pretium participandum ſe venundari paſſus eſt.*

COMMENTARIUS.

1. *Modi quibus acquiritur ſervorum dominium.*
2. *An fiant ſemper capientium capti in bello.*
3. *Quæ requirantur, ut fiant emtoris, qui ad pretium participandum ſe patiuntur venundari.*
4. *Quo pretio jam hodie dimittantur captivi.*
5. *Quo pretio interim ſint alendi in carcere.*
6. *Jus redimendi in quibus locum non habeat.*
7. *An Romanis incognitum.*
8. *An conſequantur pretium univerſum ſe paſſi venundari.*

1 AUt jure gentium nobis acquiritur ſervorum dominium, aut jure civili. Modi acquirendi ex jure gentium ſunt tres: acceſſio, occupatio, & etiam traditio. Acceſſione nobis acquiritur vernarum dominium. Vernis eſt nomen ex ancilla conceptis. Feſtus *in voce Vernæ.* Cujus eſt ancilla, ad eum etiam pertinet partus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

partus ancillæ, ſive ſervus, qui eſt in familia domini, ſive ſervus alienus, ſive dominus ipſe cum ea coierit, *l.5.§.idem ſcribit ff.de rei vind. l.partum 7.C.eod.l.52.§.ſiquis aſinum ff.de furt.l.3.C.comm.de manum.* Cedit enim principali acceſſio, *l.cum aurum* 19.§.13.*ff. de aur. & arg. leg.* Occupatione fiunt noſtra mancipia, quæ in bello capiuntur, *§.item ea* 17.*Inſt. de rer.div.* Xenoph. *lib.7. de inſtit. Cyri in fin.* Νόμος ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιος ἐστιν, ὅταν πολεμούντων πόλεις ἁλῶντι, τῶν ἀλούντων εἶναι καὶ τὰ σώματα καὶ τὰ χρήματα. Eſt autem bellum, quod indictum eſt hoſtibus, *l.24. pr. ff. de capt. & poſtl.* Capti à latronibus liberi permanent, *l.19.§ 2.ff. eod.* Manent etiam ingenui, qui à cive capiuntur in bello civili, ut ſupra jam dictum eſt *l.ſiquis ingenuam* 21.§.1.*ff.eod.* Sed fecerant tamen olim ab ea lege divortium inſtituta Græcorum, qui Græcos etiam ſolebant in ſervitutem redigere. Plutarch. *in Cleomen. cap.* 24. Οὕτω γὰρ ἐπραττόν τε πρὶν ταπεινά, καὶ βοηθεῖν ἀδυνάτως εἶχον, ὥστε πέντε μυριάδας ἀνδραπόδων ἐμβαλόντας εἰς τὴν Λακωνικὴν Αἰτωλοὺς ἀπαγαγεῖν. Diodor. Sic. *lib.* 15. *cap.* 80. *Thebani Orchomenon infeſtis armis aggrediuntur, ac ſtatim urbe in poteſtatem redacta, quicquid virorum erat trucidant, imbellem ætatem ac ſexum ſub haſta vendunt.* Idem *lib.17.c.14.* de Thebis ab Alexandro exciſis: *Urbem evertit, magnumque pavorem Græcis defectioni obnoxiis inflixit. E captivorum autem diſtractione talenta argenti* CCCC *&* XL. *coëgit.* Traditione conſequimur eorum dominium, qui emuntur, donantur, aut dantur in dotem, §.40. *Inſt.de rer. div. pr. Inſt. Qu. alien. lic. vel non, junct. l.3. C. de jur. dot.* Dionyſ. Halicarn. *l.4.c.3.* Ἐτύγχανον δὴ τοῖς Ῥωμαίοις αἱ τῶν θεραπόντων κτήσεις κατὰ τοὺς δικαιωτάτους γινόμεναι τρόπους. ἢ γὰρ ὠνησάμενοι παρὰ τοῦ δημοσίου τοὺς ὑπὸ δόρυ πωλουμένους ἐκ τῶν λαφύρων, ἢ τοῦ στρατηγοῦ συγχωρήσαντος ἅμα ταῖς ἄλλαις ὠφελείαις καὶ δορυαλώτους τοῖς λαβοῦσιν ἔχειν, ἢ πριάμενοι παρ' ἑτέρων κατὰ τοὺς αὐτοὺς τρόπους κυρίων γενομένων ἐκέκτηντο τοὺς δούλους, *Romani multis modis juſtiſſimis ſervos ſibi parabant; aut enim ementes à Rep. eos, qui ex præda ſub haſta vendebantur, aut imperatore permittente militibus, ut una cum reliqua præda captivos etiam haberent, quos cepiſſent, aut ementes ab aliis, qui eodem modo ſibi eos comparaſſent, ſervos poſſidebant.* Jure civili rediguntur in ſervitutem, qui ad beſtias, ad gladium, vel in metallum damnantur, *§.3.Inſt.Qu.mod.j.patr.pot.l.8.§.11.& 12.ff. de pœn.* Cujac.10.*obſ.cap.*13. Qui, cum luſtrum à cenſoribus conditur, nomen non profitentur in cenſu inter reliquos cives. Dionyſ. Halicarn. *lib.4.c.2.* Τῷ δὲ μὴ τιμησα-

μένῳ τιμωρίαν ὥρισε τῆς τε οὐσίας στέρεσθαι, καὶ αὐτὸν μαστιγωθέντα
πραθῆναι. *Ei vero, qui cenſus non fuiſſet, hanc pœnam propoſuit, ut bonis
ſpoliaretur, & virgis cæſus ſub haſta veniret.* Qui detrectant militiam, &
citati à Conſule ſacramento non dicunt, *l. 4. §. 10. ff. de re milit.* Liberti
erga patronum ingrati, *l. 21. pr. ff. Qu. met. c. l. 5. pr. ff. de jur. patr.
l. 2. & ult. C. de libert. & eor. lib.* & qui ad pretium participandum ſe ſub-
jiciunt præconi, *h. §. l. 1. l. 3. ff. Quib. ad lib. proc. non lic. l. 1. C. eod. l. 2. ff. ſi
lib. ing. eſſ. dic. l. 7. §. 2. ff. de lib. cau. l. cum pacto 40. ff. eod.* Bachov. *ad tit. ff.*
3 *de ſtat. hom. cap. Quib. mod. conſt. ſerv. n. 3.* Sed horum venditio ut ſortia-
tur effectum, imprimis etiam requiritur, ut ignoraverit emptor hominem
eſſe liberum, qui venalis exponitur, *d. l. 7. §. 2. l. ſi in emptione 34. §. 2. ff. de
contr. empt. l. qui ſciens 33. ff. eod. l. ult. ff. Quib. ad lib. procl. non lic.* Cujac.
par. C. eod. Apud Francos olim id non erat neceſſe. Auctor incertus *vett.
form. ſec. leg. Rom. cap. 10. Domino ſemper meo illi, ego ille. Placuit mi-
hi, ut ſtatum ingenuitatis meæ in veſtrum deberem obnoxiare ſervitium:
quod ita & feci. Unde accepi à te pretium, in quod mihi bene complacuit.
ſol. tantos, ita ut ab hodierna die, quicquid de me ſervo tuo ſicut & de reli-
quis mancipiis tuis facere volueris, à die præſente liberam habeas poteſta-
tem. Et quod fieri non credo, ſi fuerit ulla qualibet perſona, quæ contra
hanc venditionem, quam ego mea ſpontanea voluntate fieri rogavi, aut qui
contra eam aliquid agere, vel calumniam generare conaverit, illud quod
repetit, non vindicet, & contra cui litem intulerit, auri libram unam &
argenti pondo quinque coactus exſolvat, & hæc venditio firma permaneat.*
Ubi erudite Bignon. *in not.* Ne apud Moſcovitas quidem, qui ſervis ad-
huc etiam utuntur indigenis, id ipſum requiritur. Adam. Olear. *itin.
Perſ. p. 156.* Verum eſt quidem, quod hominis liberi ſit nulla venditio,
*l. ult. ff. de h. q. effud. vel dej. §. ult. Inſt. de empt. vend. l. 34. §. 1. ff. de contr.
empt. §. ult. Inſt. Qu. & ex q. cau. man.* ſed eſt hic à regula ſpecialis ex-
ceptio, *l. 2. ff. ſi ingen. eſſe dic.* Bachov. *d. cap. Qu. mod. conſt. ſerv. n. 1.*

CAPTIVITATE. Apud nos jam, jure ſervitutum abolito, capienti-
bus menſtruo à gregario milite exſoluto ſtipendio, à Duce cohortis equi-
tum mille florenis, centum & quinquaginta ab ejuſdem ſignifero, ſexcentis
autem à ductoribus peditum, & ſexaginta duntaxat ab eorum ſigniferis,
dimittuntur captivi. Grot. *lib. 3. hiſt.* Aitzem. *lib. 2. hiſt.* Pagani, ſi
captus ſit, lytrum incertum eſt. Solvit quantum exigitur, aut manet in
carcere. Auctor Anonym. *de ſtat. fœd. Belg. cap. 6. n. 17.* Sed avorum
memoria, quod videtur notabile, cum prælio Flandrico cepiſſet Men-
doſam

doſam magnum illum Ducem Hiſpanorum exercitus, & ſummum Architalaſſum regni Arragoniæ Princeps Mauritius, dimiſſi ſunt ſine pretio, quotquot ex noſtris tum erant hoſtium potiti, ut idem à noſtris dimitteretur incolumis. Abiit è carcere pactionibus habitis, & in tantum Mendoſa valuit apud regem Philippum, ut pactis acceſſerit. Grot. *lib.* 11. *hiſt.*
Porro dum apud hoſtes ſunt capti in vinculis, ſi meruerint pedites, denis 5
in diem ſtuferis alendi ſunt interim, ſi vero equites, tantummodo quindecim. Quod ſi fuerint Præfecti aut Duces cohortium, prout ipſis placuerit, aluntur in diem. Aluntur enim de ſuo & impenſas reſtituunt, cum
dimittuntur è carcere. Sed hæc quæ dixi non habent locum in fœminis. 6
Non habent locum in pueris, qui nimirum adhuc nondum ſunt annorum duodecim. Statim enim dimittuntur, & quidem ſine pretio, ſi ſint hoſtium potiti. Non habent locum in proditoribus, proſcriptis, aut transfugis. Statim enim trucidantur, aut aguntur in crucem. Non habent locum in hoſtibus, qui in aquis interioribus & fluminibus capiuntur remotis ab hoſtico. Solent enim ſtatim etiam trucidari ſimiliter. Et ita quidem obtinuit inter nos & Hiſpanos adhuc bellis ardentibus. Aitzem. *lib.* 2.
hiſt. Auctor. Anonym. *de ſtat. fœd. Belg. d. cap.* 6. Jure civili olim licet 7
ſervi efficerentur, qui erant capti ab hoſtibus, redimendi tamen licentia non erat incognita, non magis quam hodie inter nos & Saracenos aut Turcas in Africa. Licebat redimere, ſed ingenti pecunia, & redemtus non ſuis, ſed nummis alterius detineri ſolebat ab eo, qui redemerat, quaſi vinculo quodam pignoris, quoad redemtor illam recepiſſet pecuniam, *l.* 2. *C. de capt. & poſtl. rev. l. qui teſtamento* 20. §. 1. *ff. Qu. teſt. fac. poſſ.* Demoſthen. Οἱ νόμοι κελεύουσι, τοῦ λυσαμένου ἐκ τῶν πολεμίων εἶναι τὸν λυθέντα, ἐὰν μὴ ἀποδῷ τὰ λύτρα.

PARTICIPANDUM. Univerſum ergo non conſequitur pre- 8
tium, ſed, ni fallor, ejus dimidium, *arg. l.* 164. §. 1. *ff. de V.S.* Forner. *ibid.* Niſi forte convenerit, ut plus conſequatur. Quo caſu ſervandum eſt, quod initio convenit, *l.* 23. *ff. de reg. jur.* Ἐσθ᾽ ὅτε γὰρ διαλέγομαί τινι, ὥστε με πωλῆσαι νομισμάτων, λόγου χάριν, κʹ, καὶ αὐτὸν μὲν ἀποκερδάναι εʹ, ἐμοὶ δὲ παρασχεῖν ιεʹ. *Egi enim fortaſſe cum aliquo, ut me, verbi gratia viginti aureis venderet, & ſibi pro lucro quinque haberet, & quindecim mihi redderet.* Theoph. *h.*

TEX-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

TEXTUS

§.V. *In ſervorum conditione nulla eſt differentia: in liberis autem multæ, aut enim ſunt ingenui, aut libertini.*

COMMENTARIUS.

1. *Solvitur objectio ex* §. 7. *Inſt. de inj.*
2. *Servorum diſcrimina.*
3. *Quæ capiatur utilitas ex tractatu de ſervis.*

1 Videtur obſtare, quod dicit Juſtinianus in §. 7. *Inſt. de inj.* Videtur obſtare, quod dicit Plaut. *in Pſeud. act.* 2. *ſc.* 2. Ha. *Quid iſtuc verbi eſt?* Pſeu. *Condus promus procurator peni.* Ha. *Quaſi te dicas atrienſem.* Pſeu. *Ego? imo atrienſi ego impero.* Videtur obſtare, quod dicit Claudianus 1. *in Eutrop.*

— diſcrimina quædam
Sunt famulis ſplendorque ſuus

2 Breviter autem ut quædam enumerem, erant ſervi

Actores, qui conficiendis rationibus & Calendario præerant, *l.* 26. §. 2. *ff. de V.O. l.* 2. §. *ult. ff. de ſerv. corr.* qui & diſpenſatores in *l.* 166. *ff. de V.S.* & arcarii dicuntur in *l.* 41. §. *ult. ff. de fidei. lib.* Actus eorum exercitatio nominatur in *l.* 6. §. 5. *ff. de inj. rupt. irr. teſt.* Pancirol. 1. *lect.* 56. Cujac. *in l.* 1. *C. neq. lib. inv. act. ger. cog.*

Atrienſes, qui emundabant ſupellectilem & diſponebant in atrio. Diætariis etiam & Diætarchis eſt nomen, *l.* 12. §. 42. *ff. de inſtr. & inſtr. leg.* Atriariis etiam in *l.* 1. §. *caupones ff. naut. caup. ſtab.* Cujac. *ad l.* 203. *ff. de V.S. &* 10. *obſ.* 34. Pancir. 1. *lect.* 56.

Aucupes, qui venatum exibant, *l.* 99. *ff. de leg.* 3.

Capſarii, qui libros filiorum herilium portabant in ſcholam, *l.* 13. *ff. de manum. vind.* Juvenal.

Quem ſequitur cuſtos anguſtæ vernula capſæ.

Coci, *d. l.* 203. *ff. de V.S.*

Cubicularii, *d. l.*

Curſores, *d. l.* 99. §. *ult.* qui rhedam domini ſequebantur currentem, ut apud Tranquill. *in Neron. cap.* 30. *Nunquam carrucis minus mille feciſſe iter traditur, ſoleis mularum argenteis, canuſinatis mulionibus, armillata atque phalerata cum Mazacum turba, atque curſorum.* Panc. 2. *lect.* 80.

Diſpen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Diſpenſatores, qui præfecti erant adminiſtrandis rationibus domini, εἰωθότες ἐκδανίζειν τὰ δεσποτικὰ χρήματα, *l.* 12. *ff. de inſt. act. l.* 1. *in fin. ff. de aur. & arg. leg. l. ult. §. ſi inter ff. de V. O. l.* 51. *l. diſpenſatorem* 62. *ff. de ſolut.* Theoph. *tit. Inſt. de mand.* Quorum uſus tam neceſſarius, ut iis paterfamilias carere non poſſet, *l. Caji* 35. *ff. de fideic. lib.*

Focarii, qui focum curantes ſolebant eum ſuccendere, *l. quæſitum* 12. §. 5. *ff. de inſtr. & inſtr. l.* 1. §. *cæterum ff. naut. caup. ſtab.* Salmuth. *ad mem. Pancir. part* 2. *tit.* 22. Aliter Pancirol. 2. *lect.* 210.

Fornicarii, qui fornacem accendebant in balneis, *l.* 27. §. 9. *ff. ad l. Aquil.* qui & furnarii, *in l.* 27. §. 7. *ff. de damn. inf.* Pancir. 2. *lect.* 251.

Lecticarii, qui dominum recumbentem in lectica ferebant, *d. l.* 99. §. 4.

Mediaſtini, qui quævis miniſteria ad artificium non pertinentia in domo exercent, *l. ult. pr. ff. de oper. ſerv.* Pancirol. 1. *lect.* 45. Idem vero eſſe Meſonautam in navi, quod mediaſtinus in ædibus, teſtatur Mornac. *ad l.* 1. §. 4. *ff. naut. caup. ſtab.*

Nomenclatores, qui ſingulorum civium Romanorum nomina tenebant memoria, eaque dominis magiſtratum ambientibus ſolebant ſuggerere. Pancirol. 1. *memor. tit.* 63.

Oſtiarii qui in catenis excubabant ad oſtium aperturi pulſantibus. Sueton. *de clar. Rhet. L. Otacilius Pilitus ſerviſſe dicitur, atque etiam oſtiarius, veteri more, in catena fuiſſe.* Senec. 3. *de ira cap.* 37. *Iratum vidiſti amicum tuum oſtiario cauſidici alicujus aut divitis, quod intrantem ſubmoverat: & ipſe pro illo iratus extremo mancipio fuiſti. Iraſceris ergo cathenario cani? & hic cum multum latravit, objecto cibo manſueſcit.*

Saltuarii, qui cuſtodiebant vel fines agrorum, ὁροφύλακες Græcis, vel fructus eorum, qui κτηματοφύλακες, *l.* 12. §. 4. *ff. de inſtr. & inſtr. leg.* Caſaub. ad Theophr. περὶ μικρολογίας.

Scoparii, qui pavimenta verrebant, *l.* 8. *ff. de inſtr. & inſtr. leg.* Cujac. *ad l.* 206. *ff. de V. S.* In ſcopiarium atrienſis habebat imperium teſte Cujacio 10. *obſ.* 34.

Strigilatores, qui ſtrigili dominum tergebant in balneo, Cujac. *ad d. l.* 203. Inter quos & *unctores* (ita pro *junctores* legendum in illa lege monuerunt Cujac. & Forner. *ibid.*) non multum intererat. Stringentis in balneo & fricantis imaginem expreſſit Arrianus *ad Epictet. lib.* 3. *cap. ult.*

ult. Ἵν' ἐν τῷ βαλανείῳ ἐκδυσάμενος, καὶ ἐκτείνας σεαυτὸν, ὡς οἱ ἐσταυρωμένοι, τρίβῃ ἔνθεν καὶ ἔνθεν. Εἶθ' ὁ ἀλείπτης ἐπιστὰς λέγῃ: Μετάβηθι, δὸς πλευρὰν, κεφαλὴν αὐτοῦ λάβε, παράθες τὸν ὦμον, *Commove te, cedo latus, caput ejus tene, humerum præbe. &c.*

Textores, qui & Hiſtones, nam ἱστὸς eſt tela, dicit idem Cujac. *ad d. l.* 203.

Erant præterea vel urbani vel ruſtici ; ſed exempli cauſa hæc retuliſſe ſufficiat : plura plena manu congeſſit Pignor. *tract. de ſerv.* Quæ tamen non probant fuiſſe differentiam in conditione ſervorum, ſed tantum in miniſteriis, operis, & diverſis officiis, quæ ſtatum ipſorum immutare non poterant : Licet enim ordinarios habuiſſe velut dominium in ſervos vicarios Ulpianus ſignificet in *l. ſi ſervus* 17. *ff. de pecul.* ordinarii tamen non minus erant ſervi, quam erant vicarii, §. *ſiquis ancillas* 17. *Inſt. de legat.* Diſcrimen quod erat, pendebat univerſum ab arbitrio domini, qui ex ordinario vicarium facere, & ad alium uſum, ad aliud opus vel urbanum vel ruſticum ſervos, ſi vellet, traducere poterat, *l. textoribus* 61. *l. legatis* 65. *ff. de leg.* 3. Cicer. *Parad.* 5. *Atque ut in magna familia ſtultorum, ſunt alii lautiores, ut ſibi videntur ſervi, ſed tamen ſervi, atrienſes ac topiarii, ſtultitiæ ſuæ; quos ſigna, quos tabulæ, quos cœlatum argentum, quos Corinthia opera, quos ædificia magnifica nimio opere delectant.* P. Fab. 2. *Sem. cap.*
3 12. Marcil. *h.* Et hæc quidem, ni fallor, ita dici oportuit, nequis alioquin nimis multa de ſervis, quorum jus apud nos jam ab uſu receſſit, me contendat conſcribere. Sciat enim utilem hujus rei notitiam non ſolum Hiſpanis, ſed & Belgis in India, & iis omnibus populis qui Pontificem Maximum velut ſummum venerantur ſacrorum antiſtitem : frequens enim eſt argumentum apud Pontificios à ſervis ad monachos, cum ſervis per omnia comparentur propemodum. Habentur enim monachi ſicut ſervi pro mortuis, *cap. cum olim ext. de privil.* Bald. *ad l.* 4. *C. comm. de ſucceſſ.* Accurſ. *in nov.* 123. *cap.* 38. Mornac. *ad l.* 6. *ff. de cap. min.* Ut ſervi obligantur naturaliter tantum, *l.* 14. *ff de obl. & act.* ſic etiam monachi, Mornac. *ad l.* 14. *ff. de pign.* Ut nulla cognatio, quantum ad ſucceſſiones attinet, conſideratur in ſervis, *l.* 4. §. 8. *ff. de grad. & aff. l.* 4. *C. comm. de ſucceſſ.* ſic etiam nulla ſpectatur in monachis, Mornac. *ad l.* 14. *ff. de rit. nupt.* Reſp. Holl. *part.* 1. *conſ.* 135. Ut ſervus interdum habetur pro derelicto, ſic etiam monachus, Mornac. *ad l.* 36. *ff. de ſtip. ſerv.* & ut facto defunctus uſumfructum amittit, nec quicquam habere proprium vel acquirere poteſt. Mornac. *ad l.* 10. *ff. de cap. min. & ad l.* 20. *ff. de ann. leg.*

Fru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Fructuoſum præterea jus ſervorum cognoſcere, quia Turcæ jus illud receperunt ut proprium. Sic enim Conſtantinopoli accepiſſe Bullialdum à rerum Turcicarum peritiſſimis viris teſtatur Menagius *amœn. cap.* 26. Eleganter Imbertus 1. *Inſt. for.* 20. *lit. b. Prius & poſterius decretum apud nos jam diu obſoleverunt. Nec tamen prorſus ſunt negligenda, quæ de his tradita ſunt: quippe inde plurima eſt ſumere, quæ his etiam temporibus eſſe poſſint uſui; quemadmodum ex legibus illis de jure ſervorum conſcriptis: licet hodie nuſquam, aut certe paucis in locis, apud eos, qui Chriſtianiſmo ſunt initiati, reperiantur ſervi.*

TITULUS IV.

DE

INGENUIS.

TEXTUS

Ingenuus eſt is, qui ſtatim ut natus eſt, liber eſt: ſive ex duobus ingenuis matrimonio editus eſt, ſive ex libertinis duobus, ſive ex altero libertino, & altero ingenuo. Sed & ſiquis ex matre naſcitur libera, patre vero ſervo, ingenuus nihilominus naſcitur, quemadmodum qui ex matre libera, & incerto patre natus eſt; quoniam vulgo conceptus eſt. Sufficit autem liberam fuiſſe matrem eo tempore, quo naſcitur, licet ancilla conceperit. Et è contrario ſi libera conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit eum qui naſcitur, liberum naſci: quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre eſt. ex his illud quæſitum eſt, ſi ancilla prægnans manumiſſa ſit, deinde ancilla poſtea facta peperit, liberum, an ſervum pariat? Et Martianus probat liberum naſci. Sufficit enim ei, qui in utero eſt, liberam matrem vel medio tempore habuiſſe, ut liber naſcatur. Quod & verum eſt.

COMMENTARIUS.

1. *An fiant ingenui.*
2. *Aurei annuli ingenuorum inſignia.*
3. *Ante D. Severum plebs uti ſolebat adhuc ferreis annulis.*
4. *Refellitur Lipſius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

5. *Ancilla nonnunquam etiam parit ingenuum.*

ASſentitur Marcianus in *l.* 5. *ff. de ſtat. hom.* Non ſolum
1 autem naſcuntur ingenui, ſed & fiunt interdum. Tribus
vero modis potiſſimum fiunt. Siquis ſit ingenuus pronuntiatus à judice, *l.* 25. *ff. eod.* Siquis natalibus ſit reſtitutus à principe, *l.* 2. 3. 5. *ff. de natal. reſt.* Siquis aureos annulos ab eodem ſit
2 conſecutus, *l.* 4. 5. *& ult. ff. de jur. aur. ann.* Hi enim erant ingenuorum inſignia, quibus ſolis olim Senatoribus & Romanis equitibus erat uti permiſſum. Plin. *lib.* 33. *cap.* 1. *Longo certe tempore ne Senatum quidem Romanum habuiſſe aureos manifeſtum eſt; ſiquidem his tantum, qui legati ad exteras gentes ituri eſſent, annuli publice dabantur: credo, quoniam ita exterorum honoratiſſimi intelligebantur, &c.* Ibid. *Anuli diſtinxere alterum ordinem à plebe, ut ſemel cœperant eße celebres, ſicut tunica ab anulis Senatum tantum.* Dio Caſſ. *lib.* 48. Οὐδενὶ τῶν πάλαι Ῥωμαίων, οὐχ' ὅτι τῶν δουλευσάντων ποτὲ, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐν ἐλευθέρῳ γένει τραφέντων, δακτυλίοις χρυσοῖς, πλὴν τῶν τε βουλευτῶν, καὶ τῶν ἱππέων χρῆσθαι ἐξῆν. Liv. *lib.* 32. *cap.* 12. *Ad fidem deinde tam lætarum rerum effundi in veſtibulo curiæ juſſit annulos aureos. Adjecit deinde verbis, quo majoris cladis indicium eſſet, neminem, niſi equitem,*
3 *atque eorum ipſorum primores id gerere inſigne.* Cæteri habebant in digitis ferreos, quos veteres etiam appellarunt condalia, ἀπὸ τῶν κονδύλων, à digitorum articulis, ut dicit Salmaſius. Feſt. *in Condulus.* Plaut. *Trinumm. act.* 4. *ſc.* 3. Appianus *in Punicis c.* 49. Ὁ δ' ἐρευνησάμενος τὰ νεκρὰ, καὶ ἀπὸ τῆς σφραγῖδος εὑρὼν (χρυσοφοροῦσι γὰρ τῶν στρατευομένων οἱ χιλίαρχοι, τῶν ἐλαττόνων σιδηροφορούντων) ἔθαψεν αὐτοὺς, *Ille quæſitos inter cadavera, & aureorum anulorum agnitos indicio (his enim differunt à vulgo militum ferreos geſtantium) ſepeliit.* Statius *in lachrymis Etruſci*:

> *Mutavitque genus, lævaque ignobile ferrum*
> *Exuit, & celſo natorum æquavit honore.*

4 Guil. Forner. 3. *ſelect.* 4. Nec puto plebejos excipiendos cum Lipſio 2. *elect.* 8. qui argenteis anulis eos uſos exiſtimat deſtitutus auctoribus. Plinius enim ab eo allegatus 33. *hiſt. cap.* 12. id ipſum non innuit: *Argentum aliquando ſuccedit & auro, luxu fœminarum plebis compedes ſibi ex eo facientium, quas induere aureas mos triſtior vetat.* Quid illi argento de quo ibi loquitur commune cum annulis? Iſido-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Iſidorum quod attinet puto eum ibi recte refutatum à Lipſio, dum aureum annulum attribuit liberis, ſervis ferreum, libertinis argenteum *lib.* 19. *etymol.cap.*32. Quod enim ad liberos ſatis etiam, ni fallor, refutatur à Plinio. De libertinis autem non eſt alius, qui unquam hoc dixerit, & quî hoc credibile, ſi nec olim ingenui, qui erant ex plebe, eos unquam geſtaverint? Velle enim accipere pro annulis compedes videtur ineptum, & quî hoc etiam credibile, cum olim nec milites, quorum ſemper tam ingens fuit favor in jure, tot extant privilegia, *l.*1.*pr.l.*6.*l.*11.*l.*13.§.2.*l.*11.§.4.*l.* 17.§.*ult. l.*19.*pr. l.*36.*pr.ff.de teſt. mil.l.*27.§.2.*ff. de inoff. teſt.* ſint uſi argenteis? Quæ quæſo fuiſſet ratio adimendi plebejis jam adſcriptis militiæ? Accedit, quod non plebi, ſed primis militibus legamus aureos annulos à Severo conceſſos. Herodian. 3. *hiſt.* Τοῖς τε στρατιώταις ἄλλα τε πολλὰ συνεχώρησεν, ἃ μὴ πρότερον εἶχον. καὶ γὰρ τὸ σιτηρέσιον αὐτοῖς ηὔξησε πρῶτος, καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς χρήσασθαι ἐπέτρεψε. *Cum alia multa indulſit militibus, quæ antea nunquam eis erant conceſſa, tum & ſummam frumenti primus adauxit, & aureis annulis uti permiſit.* Porro autem credibile, poſtquam Imp. eos conceſſerat militi, paulatim omnes etiam ingenuos iis uti cœpiſſe, *l.un.C.ad leg. Viſell.nov.*78. *cap.*1.*& cap.*5. Dico *ingenuos.* Libertini enim incurrebant in legem Viſelliam, ſi deprehenderentur in ejuſmodi annulis, niſi jus & licentiam eos geſtandi impetraſſent à principe, ſicut legimus eos pro ſummo beneficio ab Auguſto adeptum Antonium Muſam, medicum quidem, ſed Auguſti libertum, cujus opera potiſſimum è graviſſimo morbo reſtitutus erat in valetudinem priſtinam. Dio Caſſ. *lib.* 53. Pancirol. 1. *lect.* 14. Connan. 2. *comm.* 12.

Cæterum quod vel medio tempore matrem liberam fuiſſe ſufficiat, ut 5
naſcatur ingenuus, non eſt tam mirabile: ea interdum etiam, quæ nunquam eſt manumiſſa, parit ingenuum, *l.*1.§.1.*ff.de ſuis & leg.her.l.*14.*C. de fideic.lib.l.*3.*C.ſi manc.ita fu.al.l.*22.*ff.de ſtat. hom. l.*26.§.1.*l.*53.*ff.de fideic. lib.* Bachov.*ad tit.ff.de ſtat. hom. p.* 189. Quod ipſum tamen apud Indos non obtinet, qui Coream inhabitant, Sinis finitimi; ſervi enim naſcuntur, qui alterum parentem ſortiti ſunt ſervum. Ibridas eos appellabant Romani, ut ſcribit Coler. *ad Valer. Max.lib.*8.*cap.*6. Nec prorſus tamen apud eam nationem eſt abolita regula, quam ex *l.* 7. *C. de rei vind.* fecerunt interpretes. Si enim ſervus imprægnaverit ancillam alterius, ejus eſt, cujus eſt ancilla, quod naſcitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

TEXTUS

§. I. *Cum autem ingenuus aliquis natus ſit, non officit ei in ſervitute fuiſſe, & poſtea manumiſſum eſſe; ſæpiſſime enim conſtitutum eſt natalibus non officere manumiſſionem.*

COMMENTARIUS.

Qui ſunt in ſervitute, ſerviunt ſervitutum injuſtam, exceptis addictis. Quibus idcirco non obeſt manumiſſio, quia manent ingenui, *l. poſtliminium* 19. §. 1. *ff. de capt. & poſt. l. ſiquis* 21. §. 1. *ff. eod.* Quintil. 5. *Inſt. cap.* 10. *Aliud eſt ſervum eſſe, aliud ſervire: qualis eſſe in addictis quæſtio ſolet. Qui ſervus eſt, ſi manumittatur, fit libertinus, non idem addictus: & plura, de quibus alio loco.* Locum intelligit, quem ſupra citavi, 7. *Inſt. cap.* 3. Juſta eſt ſervitus, quam aut jus gentium, aut jus civile conſtituit, §. 4. *ſupr. de jur. perſ.*

TITULUS V.
DE
LIBERTINIS.

TEXTUS

Libertini ſunt, qui ex juſta ſervitute manumiſſi ſunt. Manumiſſio autem eſt de manu datio. nam quamdiu aliquis in ſervitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitus eſt; & manumiſſus liberatur à domini poteſtate. Quæ res à jure gentium originem ſumpſit, utpote cum jure naturali omnes liberi naſcerentur: nec eſſet nota manumiſſio, cum ſervitus eſſet incognita. Sed poſtquam jure gentium ſervitus ingenuitatem invaſit, ſecutum eſt beneficium manumiſſionis: & cum uno communi nomine omnes homines appellarentur, Iure gentium tria hominum genera eſſe cœperunt: liberi, & his contrarium, ſervi, & tertium genus, libertini, qui deſierant eſſe ſervi.

COMMENTARIUS.

1. *Liberti & libertini an differant.*
2. *Quæ manumiſſionis ſit vera definitio.*

1 APpii Claudii Cœci temporibus libertini erant ingenui procreati manumiſſis, ipſi autem manumiſſi dicebantur liberti. Tranquil. *in Claud.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Claud. cap. 24. Sed ſublato illo diſcrimine liberti & libertini in jure non
differunt, niſi quod libertus opponatur patrono, libertinus ingenuo.
Vinn.*h.* Manumiſſio regulariter non facit ingenuum, *l.*21*.ff.de ſtat.hom.*
ſed qui ſunt manumiſſi, dicuntur liberti, & vice verſa ſimiliter, qui eſt li-
bertus, eſt manumiſſus à domino, ſaltem regulariter. Sunt enim non
pauci, qui ſine manumiſſione ad libertatem perveniunt, *t. tit. ff. Q. ſin.*
man. ad lib.perv. & tamen liberti, *l.*2*.l.qui ob necem* 5*.ff.eod.* quorum in-
tuitu rectius libertinos ita definiendos exiſtimavit Bachovius *ad tit. ff. de*
ſtat. hom. cap. Subdiviſio perſonarum, n. 1. Qui ex juſta ſervitute ſunt li-
bertatem adepti. Sed utcunque definitio, quam Juſtinianus propoſuit, 2
poſſit ſubſiſtere, manumiſſio nihilominus non hic ſatis exacte de manu
datio definita videtur. De manu datio eſt etiam traditio, & tamen tra-
ditio non eſt manumiſſio. Si definiatur eſt actus legitimus, quo ſervi li-
berantur poteſtate dominica, ſolam definitio continere videbitur, quæ
fiebat vindicta: ea enim ſola eſt actus legitimus, quia nec iterari, ut ado-
ptio, potuit, *l.* 37. §. 1*.ff. de adopt. l.*77*.ff.de reg.jur.*§.13*.Inſt.de act.*nec
per alium peragi, *l.*123*.ff.de reg.jur.l.ult.C.de his qui à non.dom.man.l.*2*.*
*l.*3*.C.de vind.lib.l.*2*.C.Qu.man.non poſſ.*niſi caſu excepto *l.*30. §.1*. ff. Q.*
*& à quib. man. l.*1*.*§*.ult.C.comm.de manum.*ub. Cujac.*in parat.*P.Fab.2.
*Semeſt.*20.Wiſſenb.*ad Inſt.diſp.*5*.th.*14.Ulpian.*in fragm.tit.*3. *Iteratione*
fit civis Romanus qui poſt Latinitatem, quam acceperat, major triginta
annorum, iterum juſte manumiſſus eſt ab eo, cujus ex jure Quiritium ſer-
vus fuit. Plin. 7*. epiſt.* 16*. Hic nunc proconſul provinciam Bœticam per*
Ticinum eſt petiturus. Spero, imo confido facile me impetraturum, ut ex
itinere deflectat ad te. Si voles vindicta liberare, quos proxime inter ami-
cos manumiſiſti, nihil eſt quod verearis, ne ſit hoc illi moleſtum. Tacit. *an-*
nal. 13*. Quin & manumittendi duas ſpecies inſtitutas, ut relinqueretur*
pœnitentiæ, aut novo beneficio locus. Quos patronus vindicta non libera-
verit, velut vinculo ſervitutis attineri. Præſtat igitur, ut ſequamur Theo-
philum, qui manumiſſionem definivit generaliter libertatis dationem,
δόσιν τῆς ἐλευθερίας, ut dicit etiam Ulpianus *l.* 4*. ff. de j. & j.*

TEXTUS

§. I. *Multis autem modis manumiſſio procedit: aut enim ex ſacris conſtitutionibus in ſacroſanctis eccleſiis, aut vindicta, aut inter amicos, aut per epiſtolam, aut per teſtamentum, aut per aliam quamlibet ultimam voluntatem. Sed & aliis multis modis libertas ſervo competere poteſt, qui* tam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

tam ex veteribus quam ex noſtris conſtitutionibus introducti ſunt.

COMMENTARIUS.

1. *Manumiſſi non omnes fiebant cives Romani.*
2. *Quænam manumiſſio quæ cenſu fiebat.*
3. *Manumiſſio quæ fiebat in ſacroſanctis eccleſiis.*
4. *Duplex manumiſſio quæ fiebat in teſtamento.*
5. *Manumiſſio vindicta.*
6. *Omnes manumiſſi ante D. Auguſtum fiebant cives Romani.*
7. *Dionyſius Halicarnaſſeus & Livius conciliantur.*
8. *Lex Junia Norbana.*
9. *Explicatur, quod habetur hic in fin. §.*
10. *Longobardi olim quemadmodum ſervos manumiſerint.*
11. *Quemadmodum Franci.*
12. *Item Iſlandi.*
13. *Adſcriptitiorum manumiſſio.*

1 FAciebat quidem liberum omnis manumiſſio, ſed ad civitatem Romanam ea tantum manumiſſum perducere poterat, quæ fiebat teſtamento, vel vindicta, vel cenſu. Ulpian. *in*
2 *fragm. tit. 2. de libert.* Cenſu autem ſolebant manumitti, cum in campum Martium deducti à dominis inter reliquos cives cenſum & patrimonium raſo capite profitebantur pileati. Ulpian. *d. tit.* Sigon. 1. *de jur. civ. Rom. cap.* 6. Cont. 2. *lect.* 9. Cujac. 17. *obſ.* 20. Cicer. 1. *de Orat. Quid de libertate, quo judicium gravius eſſe nullum poteſt, nonne ex jure civili poteſt eſſe contentio, cum quæritur is, qui domini voluntate cenſus ſit, continuone, an ubi luſtrum conditum liber ſit?* Boët. *in Top. Cic. Faciendi liberi tres ſunt partes: una quidem ut cenſu liber ſit. Cenſebantur enim antiquitus ſoli cives Romani. Siquis ergo conſentiente vel jubente domino nomen detuliſſet in cenſum, civis Romanus fiebat, & ſervitutis vinculo ſolvebatur: atque hoc erat cenſu fieri liberum, per conſenſum domini nomen*
3 *in cenſum deferre & effici civem Romanum.* Sed cenſu abolito ſucceſſit manumiſſio in ſacroſanctis eccleſiis, quæ teſte toto eccleſiaſtico cœtu ſolebat celebrari ante cornu altaris, *l. 1. & 2. C. de h. qu. in ecl. man.* Cujac. *par. C. eod.* Auctor incertus *vett. form. cap.* 8. *Ego ille minimus ſervorum Dei famulus, eccleſiæ Senonicæ Archiepiſcopus per hunc libellum manumiſſionis, te fratrem noſtrum, quem ſervilis conditio hactenus addictum tenuit, inter*

hujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

hujus eccleſiæ familiam, quia fratrum teſtimonio, inter quos enutritus es, dignus ad ſacerdotalem honorem ſuſcipiendum prædicaris, cenſeo te atque ſtatuo, ante ſacri altaris cornu, in conſpectu ſacerdotum, & cleri, & populi adſtantis, à præſenti die & deinceps ab omni jugo ſervitutis humanæ abſolutum fore, civemque Romanum appellari. Libellum manumiſſionis conficiebat diaconus, ſubſcribebat manumiſſor, ſignabat epiſcopus, *d. l.* 1. Leg. Ripuar. *tit.* LX. *Qui ſervum ſuum pro animæ ſuæ remedio, ſeu pro pretio ſecundum legem Romanam liberare voluerit, ut in eccleſia coram presbyteris, diaconibus, ſeu cuncto clero, & plebe, in manum Epiſcopi ſervum cum tabulis tradat, & Epiſcopus archidiacono jubeat, ut ei tabulas ſecundum legem Romanam, qua eccleſia vivit, ſcribere faciat, & tam ipſe quam omnis procreatio ejus liberi permaneant, & ſub tuitione eccleſiæ conſiſtant.* Auctor *vett. form. cap.* 56. *Quod ſecundum legem Romanam actum eſt, nullatenus revocetur. Itaque ſub die illo, anno illo regni domini noſtri, illius regis, indictione illa, ille vir venerabilis, ille diaconus teſtatur eis, qui tabulis ſubſcriptis manumittere in eccleſia illa, vindictaque liberare famulum illum ſuum bene ſibi meritum cupiunt, ſecundum conſtitutionem bonæ memoriæ Conſtantini faciant, legiſque qua dicitur, ut omnes qui ſub oculis Epiſcoporum, Presbyterorum, ſeu diaconorum in eccleſia manumittuntur, ad civitatem pertinere Romanam & ab eccleſia defenſantur.* Add. Forner. 1. *ſelect.* 4. Primum hujus manumiſſionis auctorem Conſtantinum imperatorem facit Sozomenus 1. *hiſtor. eccleſ. cap.* 9. 4
Manumiſſio teſtamento aut fideicommiſſariam libertatem tribuebat, aut libertatem directam. Verbis imperativis dabatur directa, *Stichus liber eſto*, fideicommiſſaria vero verbis precariis, *Rogo te heres, fidei tuæ committo, ut Stichum manumittas*, §. 2. *Inſt. de ſing. reb. per fideic. rel.* Illis verbis manumiſſum Romani appellabant libertum Orcinum: his, libertum heredis, *d.* §. 2. *l. directis* 10. *C. de man. teſtam. l.* 1. §. *per contrarium ff. de dot. præl.* Ulpian. *in fragm. tit.* 3. §. *is qui directo.* Orcinum ab Orco, ad quem manumiſſor deſcenderat moriens, χαρωνιανὸν eum vocat Theophilus, Papinianus libertum familiæ, *l.* 48. *ff. de man. teſt.* quia licet Orcum tantummodo patronum agnoſceret, pertinebat tamen ad defuncti familiam, *l.* 3. §. *plane ff. de legit. tut. l. un.* §. *ſed et ſi* 4. *C. de Lat. lib. toll.* Cujac. 3. *obſ.* 23.

Manumiſſio vindicta fiebat apud judicem verbis ſolennibus, impoſito 5
capiti ſervi manumittendi ſcipione ſeu virgula, quam vel à ſervo Vitelliorum Vindicio, qui primus hoc genere memoratur manumiſſus, vel à vindicando dicebant vindictam, *l.* 2. §. 24. *ff. de or. jur.* Liv. *lib.* 2. *cap.* 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Plutarch. *in Poplic. cap.* 10. Plaut. *Mil. Glor. act.* 4. *ſc.* 1. *Quid ea n? ingenua, an feſtuca facta libera eſt.* Boët. *in Topic. Cicer. Erat etiam pars altera adipiſcendæ libertatis, quæ vindicta vocabatur. Vindicta vero eſt virgula quædam, quam lictor manumittendi ſervi capiti imponens eundem ſervum in libertatem vindicabat, dicens quædam verba ſolennia, atque ideo illa virgula vindicta vocabatur.* Ea vero lictor cum caput attingeret, inflictis alapis dominus, quem volebat manumittere, circumagebat in gyrum ita dicere ſolitus: Hunc hominem liberum eſſe volo, *nov.* 81. *in præfat. l. ult. C. de emanc. lib.* Feſtus *in voce Manumitti.* Perſ. *Sat.* 5.

——— Quibus una Quiritem
Vertigo facit: hic Dama eſt, non treſſis agaſo,
Vappa, & lippus, & in tenui farragine mendax,
Verterit hunc dominus, momento temporis exit
Marcus Dama.

Appian. 4. *de bell. civ. cap.* 34. Ἐπέσκηψε τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς παισὶ περὶ ὧν ἐβούλετο, καὶ τὰ γράμματα φέρειν ἔδωκε τοῖς οἰκέταις, τοῦ δὲ πιστοτάτου τῆς δεξιᾶς λαβόμενος, καὶ περιστρέψας αὐτὸν, ὡς ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις ἐλευθεροῦν. Senec. *epiſt.* 8. *Philoſophiæ ſervias oportet, ut tibi contingat vera libertas. Non differtur in diem, qui ſe illi ſubjecit & tradidit. ſtatim circumagitur. hoc enim ipſum Philoſophiæ ſervire libertas eſt.* Vett. Gloſſæ *in Perſ. Sat.* 5. *Quos manumittebant, eos alapa percuſſos circumagebant, & liberos confirmabant.* Claudian. *lib.* 4. *de conſulat. Honorii.*

Te faſtos ineunte quater, ſolennia ludit
Omina libertas, deductum Vindice morem.
Lex celebrat, famuluſque jugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeat ſecurior ictu.
Triſtis conditio pulſata fronte recedit
In civem, rubuere genæ, tergoque removit
Verbera promiſſi felix injuria voti.

Vid. Cujac. 5. *obſ.* 13. Ræv ard. 4. *var.* 9. Briſſon. 1. *antiq.* 11. P. Fab. 2. *Sem.* 20. *pr. & ad l.* 2. *ff. de reg. jur.* Guil. Forner. 1. *ſelect.* 5. Progreſſu vero temporis abierunt in deſuetudinem verba ſolennia, & expediri paulatim etiam ſine lictoribus tacente domino cœpit hæc manumiſſio, *l. ego* 8. *l.* 23. *ff. de man. vind.* Bachov. *ad tit. ff. de ſtat. hom. cap. Quom. ſerv. ad lib. perv. n.* 3. Quo forte referendum, quod ſcribit Harmenopulus, ab ipſo magiſtratu, Prætore vel Conſule, ſervi caput ſcipione percuſſum: Βιν-

δικτα,

δίκτα, inquit, ἡ ῥάβδος, μεθ' ἧς ὁ ἄρχων ἢ ὁ πραίτωρ τὴν τοῦ ἐλευθερουμένου κεφαλὴν ἔπαιον φάσκοντες, Φαμὲν τόν παρόντα ἄνθρωπον ἐλεύθερον καὶ πολίτην ῥωμαίων, *Vindicta virga eſt, qua magiſtratus vel Prætor, caput ejus, qui manumittebatur, percutientes, dicebant: Profitemur hunc præſentem hominem eſſe liberum & civem Romanum.*

Et hi quidem modi, de quibus jam dictum eſt, Ciceronis temporibus 6
ſoli videntur & recepti & cogniti. Nec enim aliter id argumentum procedit, quod habet in *Topic.* paulo poſt *pr.* ubi ſic loquitur: *Tum partium enumeratio, quæ tractatur hoc modo, Si neque cenſu, neque vindicta, nec teſtamento liber factus eſt, non eſt liber; neque eſt ulla earum rerum; non eſt igitur liber.* Boet. *ibid.* Nec alios frequentatos ante Divum Auguſtum Dionyſ. Halicarn. graviſſimus auctor, qui vixit ſub Auguſto, indicare videtur 4. *hiſt. cap.* 3. *in fin.* Ὁ δὲ τύλλιος καὶ τοῖς ἐλευθερουμένοις τῶν θεραπόντων, ἐὰν μὴ θέλωσιν εἰς τὰς ἑαυτῶν πόλεις ἀπιέναι, μετέχειν τῆς ἰσοπολιτείας ἐκέλευσεν, ἐπιτρέψας γὰρ ἅμα τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐλευθερίαν καὶ τούτοις τιμήσασθαι τὰς οὐσίας, εἰς φυλὰς κατέταξεν αὐτοὺς τὰς κατὰ πόλιν τέσσαρας ὑπαρχούσας, ἐν αἷς καὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων ταττόμεναι διετέλουν, *At Tullius, vel ipſos ſervos, qui libertate donabantur, niſi in ſuam patriam redire maluiſſent, in civitatem & juris æquabilitatem recipi juſſit. Quum enim iſtis quoque permiſiſſet, ut libere cum cæteris ingenuis ſuas fortunas cenſerent, eos diſtribuit in quatuor tribus urbanas, in quas ad noſtra uſque tempora referri ſolent.* Ibid. Χωρὶς δὲ τοῦ κοινῇ χρησίμου, καὶ ἰδίᾳ πολλὰ ὠφεληθήσεσθαι τοὺς εὐπορωτάτους Ῥωμαίων, ἐὰν τοὺς ἀπελευθέρους ἐῶσι τῆς ἐκκλησίας μετέχειν, ἐν ἐκκλησίαις τε καὶ ψηφοφορίαις καὶ ταῖς ἄλλαις πολιτικαῖς χρείαις τὰς χάριτας ἐν οἷς μάλιστα δέονται πράγμασι κομιζομένους. τοιαῦτα λέγοντος αὐτοῦ συνεχώρησαν οἱ πατρίκιοι τὸ ἔθος εἰς τὴν πολιτείαν παρελθεῖν, καὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, ὡς ἕν τι τῶν ἱερῶν καὶ ἀκινήτων νόμων διατελεῖ τοῦτ' ἐν πόλει φυλαττόμενον. Ex quo jam intelligas, quid ſit id, quod dicit Juſtinianus in §. *ult. Inſt. h. t. à primis urbis Romæ cunabulis una atque ſimplex competebat libertas*, *id eſt*, *eadem, quam habebat manumiſſor.* Tribuum vero nomina, quarum Dionyſius 7
facit mentionem, apud Livium memorantur *lib.* 20. *Libertini in quatuor tribus redacti ſunt, quum antea diſperſi per omnes fuiſſent, Æſquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam.* Quod nequis miretur, cum dicat Dionyſius factum id jam olim à Servio Tullio, videtur notandum, quod ſcribit Sigon. 2. *de antiq. jur. civ. Rom. cap.* 14. poſt reges exactos ſæpe mu-

mutatum, ſæpe repetitum, quod erat egregie conſtitutum à Tullio. Conf. Liv. *l.* 9. *in fin. l.* 45. *c.* 15. *& epit. l.* 48. Poſt exceſſum Auguſti mutatum id iterum. Sic enim accipio *l. patronus* 35. *pr. ff. de leg.* 3. ubi liberto, manumiſſor rogat, ut tribus ematur, quia non erat in poteſtate patroni tribum concedere, ſicut ſervum, ſi vellet, ad civitatem Romanam perducere poterat. Cujac. 7. *obſ.* 14. Cæterum Auguſtus cum invaſiſſet imperium *magni exiſtimans*, ut dicit Sueton. *in ej. vit. cap.* 20. *ſincerum atque ab omni colluvione peregrini ac ſervilis ſanguinis incorruptum ſervare populum, & civitatem Romanam parciſſime dedit, & manumittendi mo-*
8 *dum terminavit.* Eo enim imperante cum peſſimum quemque codicillis, inter amicos, aut per epiſtolam Romani cœpiſſent manumittere, remotos à civitate manumiſſos ejuſmodi lex Junia Norbana juſſit appellari Latinos Junianos, ut Imperator ſignificat *in l. un. pr. C. de Lat. lib. toll.* Dionyſ. Halicarn. *d. cap.* 3. *pr. l. qui abſenti ff. de acq. poſſ.* Inter amicos cum manumiſſio fieret, quinque teſtium requirebatur præſentia, qui manumiſſioni in ſcripturam redactæ ſolebant ſubſcribere, *d. l. un.* §. 2. Deſiderabantur in codicillis vel epiſtola totidem, *d. l. un.* §. 1. *l. ult.* §. *ult. C. de codic.* Totidem etiam, cum, ut mancipium manu emitteret, manumiſſor inſtrumenta ſervitutis conſcinderet, *l. un.* §. 11. *C. de Lat. lib. toll.* Sed & aliis modis dicit Juſtinianus *h. in fin.* §. competebat libertas: Ut ſiquis teſtatoris aut heredis permiſſu vel funus dominicum præceſſiſſet pileatus, vel ſtans in lectulo ventilaſſet cadaver, *d. l. un.* §. 5. Siquis ſervum donaſſet in cubiculum principis, *l.* 4. *C. de præpoſ. ſacr. cub.* Si ſervum apud acta dixiſſet quis filium, *d. l. un.* §. 10. Si dominus ſervum adoptaſſet in filium, §. *ult. Inſt. de adopt.* Si ſervus æger eſſet derelictus à domino, *d. l. un.* §. 3. *l.* 24. *C. de epiſc. aud.* Sueton. *in Claud. cap.* 25. *Cum quidam ægra & affecta mancipia in inſulam Æſculapii tædio medendi exponerent, omnes qui exponerentur, liberos eſſe ſanxit, nec redire in ditionem domini, ſi convaluiſſent.* Suidas in κλαύδι☉. Xiphil. *in Claud.* Dio Caſſ. *lib.* 60. Adde modos, qui habentur in *d. l. un.* §. 9. *C. de Lat. lib. toll. l.* 6. *&* 7. *C. Qui mil. poſſ. nov.* 123. *cap.* 17. *nov.* 142. *cap.* 2. *nov.* 144. *l.* 1. *&* 2. *C. de long. temp. præſcr. q. pr. lib. non adv. lib. opp. l. ult.* §. *pen. & ult. C. de teſt. man.* ub. Cujac. *in parat.*

9 Apud Longobardos manumiſſio per ſagittam fiebat. Paul. Diacon. *lib.* 1. *de geſt. Longobard. cap.* 13. *Longobardi tandem in Mauringam pervenientes ut bellatorum poſſint ampliare numerum, plures à ſervili jugo ereptos, ad libertatis ſtatum perducunt, utque rata eorum haberi poſſet libertas,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

bertas, ſanciunt more ſolito per ſagittam, immurmurantes nihilominus ob
rei firmitatem, quædam patria verba. Apud Francos aut ante regem ja- 10
ctato denario, aut inter privatos per privatam epiſtolam, aut in ſacris eccle-
ſiis per chartam aut tabulam, ut ſupra jam dictum eſt. Lex Salica. *Tit.*
28. *Siquis lidum alienum, qui cum domino ſuo in hoſte fuerit, ſine conſilio*
domini ſui ante regem per denarium ingenuum dimiſerit. Auctor incertus
*vett. formul. cap.*47. *Quod ego in antilla nomine illa te generavi, & poſtea*
ante dominum illum Regem, jactante denario, ſecundum legem Salicam te
ingenuum dimiſi. Capitula Caroli M. Leg. Bajuv. addita: *Qui per char-*
tam ingenuitatis dimiſſi ſunt liberi, ubi nullum patrocinium & defenſio-
nem elegerint, ſimiliter Regi componantur XL. *ſol.* Gregor. Turon. *lib.*
9. *c.* 26. *Ingoberga Chariberti Regis vidua, ſubitanea ægritudine fatigata,*
migravit à ſæculo, multos per chartulas liberos derelinquens. Lex Ripuar.
tit. 63. *Siquis ſervum ſuum libertum fecerit, & civem Romanum, portaſ-*
que apertas conſcripſerit, ſi ſine liberis diſceſſerit, non alium niſi fiſcum no-
ſtrum habeat hæredem. Denarius nummus erat aureus vel argenteus,
quem ſervi è manu, qui erat manumittendus, ſolebant excutere. Bignon.
ad Marculf. 1. form. 22. Vet. form. apud Fr. Pithæum *ad leg. Salic. tit.*
28. *Inde quendam ſervum N. ut eum ob mercedis augmentum liberum*
dimitteremus, rogarunt. Nos vero manu propria noſtra excutientes de ma-
nu ſupradicti N. denarium, vel nummum, vel argenteum, vel aureum, vel
dragmam, vel ſeſtertium, vel minam, ſecundum legem Salicam eum libe-
rum dimiſimus, & ab omni jugo ſervitutis abſolvimus. Denariales per
denarium manumiſſos, per chartam aut tabulam, Chartularios dicebant.
Cujac. 4. *obſ.* 5. Bignon. *ibid.* Apud Iſlandos manumittendus rogatu do- 11
mini à Provinciæ Præfecto deductus in forum & civium provincialium
albo inſcriptus jurejurando corporaliter præſtito ſe obſtringebat, ut ſe-
quitur: *Vos præſentes teſtes eſtote. Ego per ſanctam crucem dejero ob*
temperaturum me legibus publicis, ut decet ingenuum, & in poſterum
velle juris & legum manere participem. Quod ſi fidem fefellero, Deus
mihi ſuccenſeat. Sic autem manumiſſus offerebat Præfecto nummum
unum aut alterum pro inſcriptione, velut quoddam χαριστήριον. Arn-
grim. Jonas *rer. Iſland. lib.* 1. *cap.* 8. Sublatis autem ſervitutibus apud Bel- 12
gas nihilominus adſcriptitiorum fuit quaſi manumiſſio, quæ tabulis pu-
blicis ſolebat comprehendi ad rei memoriam. Exemplum eſt apud do-
ctiſſimum Goris *tract.* 3. *part.* 1. *cap.* 13. *n.* 17. unde, quæ ſequuntur, adſcri-
bere placuit: *Wy Arnold van der genaden Gods, Hertoge van Gelre, ende*

van Gulich, ende Grave van Zutphen doen kont, Alſoo Gerrit Oeldinck onſe eygen hoffhoirige man is in onſen hof tot Hengloe, van ſijnen goede te Oeldinck, ende alſoo Johan Oeldinck zijne broeder onſe koermediſch is, ſoo bekennen wy voor ons, onſen erven ende naekomelingen, dat wy Gerrit Oeldinck van der eygenſchap voorſz. ende Johan Oeldinck van der Koirmoedſchap quijt geſcholden hebben, ende quijtſchelden ſy daer af met deſen brieve van nue voortaen ten eeuwigen dage toe, &c.

TEXTUS

§. II. *Servi vero à dominis ſemper manumitti ſolent: adeo ut vel in in tranſitu manumittantur: veluti cum Prætor, aut Præſes, aut Proconſul in balneum vel in theatrum eunt.*

COMMENTARIUS.

De manumiſſione, quæ fiebat vindicta, debet intelligi, quod Juſtinianus hic dicit: ea enim ſola fuit actus legitimus ad juriſdictionem voluntariam pertinens, *l. ult. C. de his q. à non dom. man. l.* 2. *l.* 3. *ff. de offic. proc.* Voluntariam magiſtratus in volentes habebat, *h.* §. 2. Donell. 17. *comm.* 8. Bachov. *ad τὰ πρῶτα p.* 378. Nemo manumittebat mancipium invitus, nec quiſquam invitus ſolebat manumitti, *l. in re mandata* 21. *C. mand. l.* 69. *ff. de R. J. l. pen. C. de emanc. lib.* Forner. 4. *rer. quot.* 3. Volens volentem ubicunque locorum liberabat vindicta; nec erat indignum majeſtate prætoria ſervis de plano imponere pileum, cum non eſſet neceſſe, ut ſedens pro tribunali adminiſtraret juſtitiam, *l. non eſt* 7. *l. ego* 8. *ff. de man. vind.* Quæ deſiderabant, ut cauſam cognoſceret, exigebant tribunal, *l. omnia* 71. *ff. de reg. jur. l. cum ſententiam* 6. *C. de ſent. & interl. l.* 4. *C. de dilat.* Non deſiderabat id ipſum manumiſſio, niſi vellet manumittere minor annis viginti: *d. l.* 7. *d. l.* 8. §. 4. *tit. ſeq.* Nihil ergo prohibebat, quominus vel in tranſitu ſervum ad libertatem perducere poſſet. Cujac. 14. *obſ.* 11. Robert. 1. *recept. lect.* 13. *l.* 4. §. 1. *ff. de interr. in jur. fac.*

TEXTUS

§. III. *Libertinorum autem ſtatus tripertitus antea fuerat: nam qui manumittebantur, modo majorem & juſtam libertatem conſequebantur, & fiebant cives Romani: modo minorem, & Latini ex lege Junia Norbana fiebant: modo inferiorem, & fiebant ex lege Ælia Sentia dedititii.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Sed quoniam dedititiorum quidem peſſima conditio jam ex multis temporibus in deſuetudinem abierat: Latinorum vero nomen non frequentabatur: ideoque noſtra pietas omnia augere & in meliorem ſtatum reducere deſiderans, duabus conſtitutionibus hoc emendavit, & in priſtinum ſtatum reduxit: quia & à primis urbis Romæ cunabulis una atque ſimplex libertas competebat, id eſt, eadem quam habebat manumiſſor: niſi quod, ſcilicet, libertinus ſit, qui manumittitur, licet manumiſſor ingenuus ſit. Et dedititios quidem per conſtitutionem noſtram expulimus, quam promulgavimus inter noſtras deciſiones: per quas ſuggerente nobis Triboniano Viro excelſo, Quæſtore noſtro, antiqui juris altercationes placavimus: Latinos autem Iunianos, & omnem, quæ circa eos fuerat, obſervantiam, alia conſtitutione per ejuſdem Quæſtoris ſuggeſtionem correximus, quæ inter imperiales radiat ſanctiones. Et omnes libertos (nullo nec ætatis manumiſſi, nec domini manumittentis, nec in manumiſſionis modo diſcrimine habito, ſicut jam antea obſervabatur) civitate Romana decoravimus: multis modis additis, per quos poſſit libertas ſervis cum civitate Romana, quæ ſola eſt in præſenti, præſtari.

COMMENTARIUS.

1. *Duplex libertas.*
2. *Diſcrimen inter dedititios & Latinos Iunianos.*
3. *Inter cives Romanos & Latinos Iunianos.*
4. *Unde Iuniani.*
5. *Unde Latini.*
6. *Quodnam diſcrimen inter libertinum & ingenuum cives Romanos.*
7. *Pilei forma.*
8. *Diſcrimen inter filios libertinorum & ingenuorum.*
9. *Omnes manumiſſi jure noviſſimo fiunt ingenui.*
10. *Quis Antonimus, qui omnes qui ſunt in orbe Romano, civitate donavit.*
11. *Juſtinianus notatur.*
12. *Solvebat manumiſſor pro manumiſſo viceſimam.*
13. *Unde ſervi à liberis dignoſci potuerint.*
14. *Unde poſſint hodie apud Turcas dignoſci.*
15. *Unde apud eos ab ingenuis hodie dignoſcantur liberti.*

DUplex, ut apparet hic, fuit libertas: Plena, quæ adferebat etiam ci- 1
vitatem Romanam, & minus Plena, quæ vel erat melior, vel erat dete-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

deterior: melior efficiebat Latinum Junianum, deterior dedititium. Tacit. *annal.* 13. *Quin & manumittendi duas ſpecies inſtitutas. &c.* Senec. *de vit. beat. c.* 24. *Hominibus prodeſſe natura jubet, ſervi, liberive ſint, ingenui an libertini; juſtæ libertatis, an inter amicos datæ.* Dedititii conditio erat omnium peſſima: Certis enim modis Latinus Junianus civitatem Romanam acquirere poterat, ſi jus Quiritium impetraſſet à principe, ſi adſcriptus vigilibus ſex annos militaſſet, ſi Romam ſex annis frumentum portaſſet, ſi decies mille modiorum fabricaſſet navigium, ſi ſuſtuliſſet tres liberos. Dedititius non item. Ulpian. *in fragm. tit.* 2. Gajus 1. *Inſt.* 1. §. 3. & 4. Guil. Forner. *ad l.* 139. *ff. de V.S.* Sueton. *in Auguſt. cap.* 40. *Servos non contentus multis difficultatibus à libertate, & multo pluribus à libertate juſta removiſſe: cum & de numero ac differentia eorum, qui manumitterentur, carioſe caviſſet, hoc quoque adjecit, ne vinctus unquam tortuſve ullo libertatis genere civitatem Romanam adipiſceretur.* Per vinctum & tortum dedititium intelligit. Eleganter Theophilus: *Dedititios* ἐπενόησεν ὁ Αἔλιος Σέντιος. Φησὶ γὰρ ἐὰν τις ἐν τῷ καιρῷ τῆς δουλείας ὑποπέσῃ ἑνὶ τῶν παθῶν τῶν ὑπ' αὐτοῦ εὑρεθέντων, οἷον διὰ τι πταῖσμα λάβῃ στίγματα κατὰ τοῦ μετώπου, ἤγουν ἐμβληθῇ ἐν δημοσίᾳ εἱρκτῇ ἢ καὶ διὰ τι πταῖσμα τυπτόμενος, ὁμολογήσει τὸ πταῖσμα, καὶ μετὰ ταῦτα εὔνους γενόμενος τῷ δεσπότῃ ἐλευθερωθῇ, ἐγένετο ἀπελεύθερος δεδιτίκιος ἀπελεύθερος, *Dedititios invenit lex Ælia Sentia. Ait enim, Siquis tempore ſervitutis inciderit in aliquod ex his vitiis, quæ in ea commemorantur, veluti ſi ob delictum notis in fronte & ſtigmatis punctus, vel in publicos carceres conjectus, aut propter delictum aliquod verberibus affectus, delictum confeſſus ſit: ac deinde gratia cum domino inita, manumiſſus ab eo fuerit: Libertinus Dedititius ſit.* Unde cognoſci facillime
2 potuit, utrum manumiſſus dedititius eſſet, an Latinus Junianus. Frontem enim inſcriptos dicebant dedititios, ab iis, qui rebelles, & victi deinde in Romanorum ditionem ſemetipſos dediderant, ut ibidem Theophilus. Iſidor. 8. *orig. cap.* 4. *Dedititii primum à deditione ſunt nuncupati. Deditio enim dicitur, quando ſe victi aut vincendi hoſtes victoribus tradunt: quibus hæc origo nominis fuit. Dum quondam adverſus populum Romanum ſervi armis ſumptis dimicaſſent, victi ſe dederunt, comprehenſique varia turpitudine affecti ſunt. Ex his quidam poſtea à dominis manumiſſi propter ſuppliciorum notas, quas manifeſte perpeſſi ſunt, ad dignitatem civium Romanorum non pervenerunt.* Ubi tamen anguſtius à devictis mancipiis dedititiorum arceſſit originem, & fefellit eum præterea, ni fallor, opinio, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſervos olim rebelles à Romanis ſubactos, & poſtea manumiſſos ad civitatem pervenire non potuiſſe putaverit. Omnes manumiſſi ante Divum Auguſtum, ut dixi jam ante, fuerunt ſimul etiam admiſſi ad civitatem Romanam. Simplex & una competebat libertas, Latinis & Dedititiis ante leges ſancitas Juniam Norbanam & Æliam Sentiam prorſus incognitis, licet olim non minus quam Auguſti temporibus ſervorum frontem & faciem notis inſcriberent. Diod. Sicul. in excerpt. Vales. lib. 34. Οἱ περὶ τὰς γεωργίας ἀσχολούμενοι τῶν Ἰταλικῶν, παμπληθεῖς οἰκέτας ὠνούμενοι καὶ πάντας χαράττοντες τοῖς στίγμασι, τροφὰς μὲν οὐχ' ἱκανὰς παρείχοντο, τῇ δε βαρύτητι τῶν ἔργων κατέξαινον τὴν παρ' αὐτῶν ταλαιπωρίαν. Macrob. 1. *Saturn.* 11. *Antium Reſtionem proſcriptum ſolumque nocte fugientem, diripientibus bona ejus aliis, ſervus compeditus inſcripta fronte, cum poſt damnationem domini aliena eſſet miſericordia ſolutus, fugientem perſecutus eſt.* Vid. Diod. Sicul. *d. lib.* 34. Columell. *lib.* 1. *cap. ult.* Briſſon. 2. *antiq.* 9. Cujac. *par. C. de dedit. lib. toll.*

Utrum autem manumiſſus eſſet civis Romanus, an Latinus Junianus 3
ex modis manumittendi id cognoſci oportuit. Manumiſſi vindicta, cenſu, aut teſtamento erant cives Romani, cæteri omnes, Latini Juniani, aut ſi forte frontem haberent inſcriptam, erant dedititii. Cujac. 15. *obſ. cap.* 7. Cives Romani accipiebant frumentum, & annonam gratuitam, Græcis σιτηρέσιον, habebant connubium, patriam poteſtatem, & teſtamenti factionem: nihil horum Latini, *pr. Inſt. de nupt.* §. 2. *Inſt. de pat. pot. l.* 3. *ff. Qui teſt. fac. poſſ.* Cornut. *in Perſium*: *Romæ erat conſuetudo, ut, qui ex manumiſſione cives Romani efficiebantur, in numero civium Romanorum frumentum publicum acciperent.* Nec facere teſtamentum, nec heredes poterant in teſtamento inſtitui. Vivebant ut liberi, moriebantur ut ſervi, §. 4. *Inſt. de ſucceſſ. lib.* ſicut aureos annulos conſecuti à Principe vivebant ingenui, decedebant liberti, *l.* 3. *pr. ff. de bon. lib. l. ſi is qui jus* 42. *ff. ad l. Jul. de adult.* Briſſon. *tr. ſing. ad d. l. verb. VIRO ADULTERUM.* Nic. Mercerius *ad Alex. ab Alexand. lib.* 4. *cap.* 10. Cujac. 4. *obſ.* 5. Salvian. *lib.* 3. *ad eccleſ. cath. More ergo illorum uteris, qui ſervos ſuos non bene de ſe meritos, quia civitate Romana indignos judicant, jugo Latinæ libertatis addicunt, quos ſcilicet jubent quidem ſub libertorum titulo agere viventes, ſed nolunt quicquam habere morientes: negato enim his ultimæ voluntatis arbitrio, etiam quæ ſuperſtites habent, morientes donare non poſſunt.* Juniani dicebantur à Junio Silano, qui Conſul una cum L. 4
Norbano anno ab urbe condita DCCCLXXI. tulit legem illam Juniam

Norbanam imperante Tiberio. Auguſtin. *de legib. & ſenatuſc.* Latini
5 à Latinis Italię populis, qui nec ipſi habebant olim cum Romanis connubium, niſi ab iis id impetraſſent ſpecialiter, *d. l. un. pr. C. de Lat. lib. toll.* Liv. *lib.* 41. *cap.* 8. *Lex ſociis ac nominis Latini, qui ſtirpem ex ſeſe domi non relinquerent, dabat, ut cives Romani fierent, ea lege male utendo, alii ſociis, alii populo Romano injuriam faciebant.* Idem *lib.* 38. *cap.* 36. *Petierunt, ut ſibi cives Romanas ducere uxores liceret: & ſiqui prius duxiſſent, ut habere eas; & ante eam diem nati, ut juſti ſibi liberi heredeſque eſſent: utraque res impetrata. De Formianis, Fundaniſque municipibus, & Arpinatibus C. Valerius Tappus tribunus plebis promulgavit, &c.* Sigon. 2. *de antiq. jur. civ. Rom. cap.* 14. *in fin.*


6 Civis autem Romanus utrum libertinus an ingenuus eſſet, apparebat ex eo, quod inſigni libertatis impoſito pileo & raſo capite manumiſſi prodirent, contra ingenui promiſſis capillis & aperto capite ſolerent incedere, excepto Flamine Jovis Opt. Max. & exceptis ægrotis. Ovid.

Arguat & macies animum. nec turpe putaris
Pileolum nitidis impoſuiſſe comis.

Appian. Alex. *lib.* 1. *de bell. civ. cap.* 185. Λούκιον Μερόλαν ἐχειροτόνησεν ἀντ' αὐτοῦ. λέγεται δ' οὗτος ὁ ἱερεὺς Φλαμέντας, καὶ πιλοφορεῖ μόνος ἀεὶ, τῶν ἄλλων ἱερέων ἐν μόναις πιλοφορούντων ταῖς ἱερουργίαις, *Surrogavit in locum ejus L. Merulam, qui tum flamen erat Dialis. Huic ſacerdoti uni omnium jus eſt perpetuo geſtandi apicis, quo tantum inter ſacra inſigniuntur cæteri.* Ibid. *cap.* 189. Μερόλας μὲν τὰς φλέβας ἐνέτεμεν ἑαυτοῦ, καὶ πινάκιον αὐτῷ περικείμενον ἐδήλου, ὅτι κόπτων τὰς φλέβας τὸν πῖλον ἀποθοῖτο. οὐ γὰρ ἦν θεμιτὸν ἱερέα περικείμενον τελευτᾶν, *Merula quidem ſibimetipſe venas incidit, ſcripta prius tabella teſtatus ſe id feciſſe depoſito apice, erat enim nefas flaminem mori pileatum.* Adde Lipſ. *de amphith. c.* 19. *& ſeq.* De raſo capite teſtes ſunt Plaut. *Amphit. act.* 1. *ſc.* 1. *in fin. Ut ego hodie raſo capite calvus capiam pileum.* Liv. *lib.* 34. *cap.* 52. *in fin. Præbuerunt ſpeciem triumpho capitibus raſis ſecuti, qui ſervituti exempti fuerant.* De pileo *l.* 10. *C. de teſt. manum. l. un. §. ſed & qui domini C. de Lat. lib. toll.* Liv. *lib.* 30. *in fin. lib.* 33. *cap.* 23. *lib.* 38. *cap.* 55. *lib.* 45. *in fin.* Plutarch. *in Flamin. cap.* 24. Rad. Forn. 4. *quot.* 4. Polyb. *excerpt.* 97. Aurel. Vict. *in Neron. Cæterum adeo cunctæ provinciæ omniſque Roma interitu ejus exultavit, ut plebs induta pileis manumiſſionum, tanquam ſævo exemta domino, triumpharet.* Valer. Max. *lib.* 8. *cap.* 6. *C. Marius cum magnum & ſalutarem reip. civem in L. Saturni-*

no

*no opprimendo egiſſet, à quo in modum vexilli pileum ſervituti ad arma
capienda oſtentatum erat, L. Sylla cum exercitu in urbem irrumpente ad
auxilium ſervorum pileo ſublato confugit.* Pileus erat inſtar ovi dimidii, 7
ut ex Luciano in Dapſidibus ſcribit Pancirol. 2. *lect.* 220. quem inter duos
pugiones videre licet in numiſmatis Bruti & Caſſii cum inſcriptione *Re-
cepta libertas*, ut dicit *ibid.* Nummum autem ejuſmodi nobis exhibuit
Joachimus Oudaan *l.* 5. *de magnit. Rom. tit. Vryheyt.*



Sed & ferreis annulis utebantur liberti, aureos vero geſtabant ingenui, 8
l. un. C. ad leg. Viſell. Nec tantum ingenuos à libertis dignoſcere fuit factu
facillimum, ſed & filios eorum qui erant manumiſſi, ab iis, qui habebant
parentem ingenuum: hi enim inſignes erant aurea bulla, illis pro bulla
erat lorum in collo, ut tradit Macrob. 1. *Saturn. cap.* 6. Aurel. Victor.
de vir. illuſtr. cap. 6. *Tarquinius Priſcus filium* XIII. *annorum, quod in
prælio hoſtem percuſſiſſet, prætexta & bulla donavit: unde hæc ingenuorum
puerorum inſignia eſſe cœperunt.* De prætexta quod dicit, id non diu du-
ravit. Macrob. *ibid.* Verum Juſtinianus, qui gaudet audire ſervientium 9
manumiſſor *nov.* 22. *cap.* 8. diſcrimen omne quod erat inter manumiſſos
aboluit, *h.* §. 3. *l. un. C. de Lat. lib. toll. l. un. C. de dedit. lib. toll.* admiſſis
ad civitatem ſervituti exemptis nullo diſcrimine, *d.* §. quo abolito peni-
tus tandem etiam noviſſimè libertinorum conditionem è repub. ſuſtulit,
& omnes manumiſſos eſſe juſſit ingenuos, *nov.* 78. *cap.* 5. Vinn. *h.* Gudel.
1. *de jur. nov. cap.* 6. *n.* 15. Quod apud Francos deinceps etiam fuit rece-
ptum. Marculf. 2. *form.* 32. *Ego in Dei nomine ille, & conjux mea illa,
pro remedio animæ noſtræ, vel retributione æterna, te illum, aut illum,
ex familia noſtra, a præſente die, ab omni vinculo ſervitutis abſolvimus.
Ita ut deinceps tanquam ſi ab ingenuis parentibus fuiſſes procreatus, vitam
ducas ingenuam, & nulli heredum ac proheredum noſtrorum, vel cuicun-
que ſervitium, nec libertinitatis obſequium debeas.* Ibid. *cap.* 34. *Ego illa*

propter nomen Domini ac retributionem æternam te illum ab omni vinculo ſervitutis abſolvimus. Ita ut ab hac die vitam ducas ingenuam, tanquam ſi ab ingenuis parentibus fuiſſes procreatus, & nulli heredem ac proheredum meorum, vel cuicunque ſervitium impendas.

Ut igitur omnes Antoninus ingenuos, quotquot erant in ditione Romanorum, civitate donaverat, *l.* 17. *ff. de ſtat. hom.* ita Iuſtinianus libertinos ſimiliter, & quolibet modo manumiſſos à dominis conceſſa civitate creavit iugenuos, *d.* §. *d. nov.* Antoninum autem non Pium, aut Marcum, ſed Caracallam intellige. Locus
10 eſt notabilis apud Dion. Caſſ. *in excerpt. Valeſ. lib.* LXXVII. Χωρὶς τῶν τε τελῶν, τῶν τε ἄλλων, ἃ καινὰ προκατέδειξε, καὶ τοῦ τῆς δεκάτης, ἣν ἀντὶ τῆς εἰκοστῆς ὑπέρ τε τῶν ἀπελευθερουμένων, καὶ ὑπὲρ τῶν καταλειπομένων τισὶ κλήρων καὶ δωρεῶν ἐποίησε, πάσας τάς τε διαδοχὰς, καὶ τὰς ἀτελείας ἐπὶ τούτοις, τὰς δεδομένας τοῖς πάνυ προσήκουσι τῶν τελευτώντων καταλύσας. οὗ ἕνεκα καὶ Ῥωμαίους πάντας τοὺς ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ λόγῳ μὲν τιμῶν, ἔργῳ δὲ ὅπως πλείω αὐτῷ καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου προσίῃ, διὰ τὸ τοὺς ξένους τὰ πολλὰ αὐτῶν μὴ συντελεῖν ἀπέδειξεν, *Præter vectigalia tum alia, quæ ab ipſo primum reperta ſunt, tum vectigal decimæ, quam pro viceſima conſtituit, tam eorum qui manumitterentur, quam hæreditatum ac legatorum: cum ſuccedendi jus & immunitates omnes, quæ proximis defunctorum ac genere conjunctiſſimis conceſſæ legibus erant, ſuſtuliſſet, cujus rei cauſa etiam omnibus, qui in orbe Romano erant, civitatem dedit: ſpecie quidem ipſa eis honorem tribuens, ſed revera ut fiſcum ſuum augeret: quippe cum peregrini pleraque horum vectiga-*
11 *lium non penderent.* Quod omnino notandum, quia Juſtinianus, quem, ut opinor, hic fefellit memoria, id Pio adſcribit, *d. nov.* 78. *cap.* 5. Viceſi-
12 mæ vero, cujus ibi apud Dionem eſt mentio, primus fuit inventor Manlius conſul in caſtris ad Sutrium. Liv. *lib.* 7. *cap.* 16. *Ab altero conſule nihil memorabile geſtum: niſi quod legem novo exemplo ad Sutrium in caſtris tributim de viceſima eorum, qui manumitterentur, tulit.* Inde aurum viceſimarium, cujus meminit Livius *lib.* 27. *cap.* 10. *Cætera expedientibus, quæ ad bellum opus erant, conſulibus; aurum viceſimarium, quod in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſervabatur, promi placuit.* Solvebat id manumiſſor, ut teſtatur Arrianus *lib.* 2. *diſſert. Epict. cap.* 1. Ὅταν οὖν στρέψῃ τις ἐπὶ στρατηγοῦ τὸν αὐτοῦ δοῦλον, οὐδὲν ἐποίησεν; ἐποίησε. τί; ἔστρεψε τὸν αὐτοῦ δοῦλον. ἄλλο οὐδέν; ναί. καὶ εἰκοστὴν αὐτοῦ δοῦναι ὀφείλει, *Cum quis ſervum ſuum verterit apud Prætorem, nihilne fecit? fecit. quid?*

*quid? vertit ſuum ſervum. Numquid amplius? Certe. vigeſimam pro
eo dependet.* Siquis autem fortaſſis jam porro quæſiverit unde ſervi à li- 13
beris dignoſci potuerint, uno verbo dicendum diſcrimen id fuiſſe difficil-
limum cognitu. Senec. I. *de clem. cap.* 24. *In Senatu dicta eſt aliquando
ſententia, ut ſervos à liberis cultus diſtingueret: deinde apparuit, quantum
periculum immineret, ſi ſervi noſtri numerare nos cœpiſſent.* Lamprid.
*in Alex. In animo habuit omnibus officiis genus veſtium proprium dare, &
omnibus dignitatibus, ut à veſtitu dignoſcerentur & omnibus ſervis, ut in
populo poſſent agnoſci.* Proavorum memoria Hiſpani, cum Indiam ſervi-
tute multaſſent, Indorum omnium faciei & brachiis, ut poſſent dignoſci
ab Indis nondum in ſervitutem redactis, literam C. ſolebant inurere.
Quod & erat argumentum Hiſpanorum ſævitiæ. Benzo I. *hiſt. cap.* 3.
Apud Turcas ex barba ab hominibus liberis dignoſcuntur mancipia. Ra- 14
dunt eam mancipia, alunt vero liberi, ut teſtis eſt Sandys I. *itin.* p. 60.
Et apud eos ut dignoſcantur à libertis ingenui, palliis albis, quæ ab Alge- 15
rienſibus dicuntur Albornos, & rubris pileolis, prodeunt, qui manumiſſi
ſunt, Chriſtiani imprimis. Emanuel d' Aranda *lib. cui tit. Servitus
Turcica.*

TITULUS VI.

Qui & ex quibus cauſis manumittere non poſſunt.

TEXTUS

Non tamen cuicunque volenti manumittere licet. Nam is qui in fraudem creditorum manumittit, nihil agit: quia lex Ælia Sentia impedit libertatem.

COMMENTARIUS.

1. *Politiani error inſignis.*
2. *Exponitur Cicero & objectio ſolvitur.*
3. *Legis Æliæ Sentiæ quot fuerint capita.*
4. *Manumiſſio facta in fraudem creditorum eſt ipſo jure nulla.*

POlitianus *miſcell.* LXXXI. Iunium Norbanum Latinis Junianis indi- 1
diſſe cognomen, legem Æliam Sentiam ab Ælio Sentio eſſe latam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

exiſtimat, errore craſſiſſimo. Nomen dederunt legi Æliæ Sentiæ, qui tulerunt eam Conſules Auguſti temporibus Sex. Ælius, Cajus Sentius,
2 ut ſcribit Hotom. *h.* Cui non obſtat, quod ab aſſenſu deterruit Viglium ad *pr. Inſt. de her. qual. & diff. n.* 6. Ciceronem etiam hujus legis feciſſe mentionem *in Topic.* non enim Æliam Sentiam ibi Cicero meminit, ſed Æliam Sanctiam. Verba ſunt hæc: *Cum lex Ælia Sanctia aſſiduo vindicem aſſiduum eſſe jubeat, locupletem jubet locupleti.* Verum cum pro *Sanctia* in pleriſque exemplaribus expreſſum ſit *Sentia*, Goveanus & Hotomannus utrumque vocabulum arbitrantur delendum, ut eo inducto lex intelligatur XII. tabl. qua ita fuiſſe cautum auctor eſt A. Gellius 16. *noct. Attic.* 10. *Aſſiduo vindex aſſiduus eſto. Proletario quoi quis volet vindex eſto.* Repugnare enim exiſtimant hiſtoriæ veritatem, ſi legamus apud Ciceronem Ælia Sentia, cum illa diu ſit lata poſt Ciceronem defunctum. Sed quid ſi dicamus & aliam fuiſſe legem, cujus Cicero meminit, & alium Sentium, qui eam tulit tum temporis. Plures enim quominus fuerint leges Æliæ, & Sentiæ, quid obſtat, aut impedit? Aſcon. *in Piſon. Obnuntiatio, qua pernicioſis legibus reſiſtebatur, quam Ælia lex confirmaverat, P. Clodii lege, ut nequis per eos dies, quibus cum populo agi liceret de cœlo ſervaret, ſublata fuit.* Ceſſabit difficultas, ſi ita dicamus, nec erit neceſſe, ut apud Ciceronem deleatur vox *Sentia.* Non enim hoc ſequitur: Legis Æliæ Sentiæ etiam Cicero meminit, ergo eam intellexit, de qua Imp. hic agit.

3 Cæterum ejus, de qua jam hic agitur, animadverti hæc potiſſimum capita: Ne vinctus, tortuſve, vel ſubverbuſtus, ut dicit Cujac. *par. C. de dedit. lib. toll.* ullo libertatis genere conſequeretur civitatem Romanam, *l.* 216. *ff. de V. S.* ub. idem Cujac.

Ut juſti eſſent liberi, & in poteſtate parentum, nati ex nuptiis per ignorantiam contractis inter civem Romanum, & Latinam, aut peregrinam, cauſa erroris apud conſilium reddita. Ulpian. *in fragm. tit.* VII.

Ut haberet accuſationem ingrati patronus adverſus libertum, *l.* 70. *ff. de V. S. l.* 30. *ff. Q. & à quib. man.* Cujac. 21. *obſ.* 6. Guil. Forner. *ad d. l.* 70.

Ut jura patroni & patronatus amitteret, qui libertum non aleret, aut ab eodem jusjurandum exigeret, ne contraheret matrimonium, *l.* 33. *ff. de bon. libert. l.* 15. *ff. de jur. patr. junct. l.* 6. *ff. eod.*

Duo ſunt præterea, de quibus hic agitur *pr. & §.* 4. *h. t.* Primum eſt, nequis ſervum manumittat in fraudem creditorum, *pr. h. t.* Unuſquiſq; quidem

habet

habet liberam de bonis ſuis diſponendi licentiam, *l.21.C.mand.* ſed expedit Reip. nequis iis abutatur in fraudem alterius, *§. 2. Inſt. de h. q. ſui vel al. jur.* Bonis autem abutitur in fraudem creditorum, qui ad eos fraudandos manumittit mancipia, & idcirco manumittens hic nihil agere dicitur. Ipſo enim jure non valet libertas, ipſo jure reſcinditur, revocatur, retrahitur, *l.1.C.Qu.man.non poſſ.l.5.§. ſi Titius ff. Qu. & à qu. man. l. 7. & 24. ff. eod.* Cajus 1. *Inſt.* 1. *§. non tamen omnes.* Baro & Hotom. *h.* nequis eam exiſtimet reſcindi aut revocari actionis remedio. Actio nulla eſt, qua poſſit reſcindi. Actio enim Pauliana non reſcindit libertatem, quæ eſt ſervis impoſita, ſed reſcindit res cæteras in fraudem creditorum tranſlatas in alium, *l. 38. §. 4. ff. de uſur. §. 6. Inſt. de action.* Natura libertatis eſt omnino ejuſmodi, ut ſi ſemel conceſſa ſit, reſcindi non poſſit, *l. 9. in fin. & l.10.ff.de min.l.4.§.2.ff.de fideic.lib.l.49.ff.de man. teſt. t. tit. C. ſi adv. lib. l. 16. §. 3. ff. Qu. & a qu. manum.* Sic dicitur ipſo jure revocari ſententia, quæ nullius momenti eſt, *l. 1. & t. tit. C. Qu. ſent. ſin. app. reſc.* & ipſo jure reſcindi, quæ in fraudem legis eſt adſcripta conditio, *l.64. §.1. ff. de cond. & dem.* Cujac. 9. *obſ.27. in fin.* Contra leges quod factum eſt, id ipſo jure nullum & nullius momenti eſt, *l. non dubium 5. C. de legib.* ergo & mannmiſſio contra legem Æliam Sentiam, licet forte debitori ſit heres homo ditiſſimus, *l. 5. l. 18. ff. Qu. & à quib. man. l. 5. C. de teſt. man.* Cujac. *par. C. Qu. man. non poſſ.* De ſuo enim heres creditoribus hereditariis non cogitur ſolvere, *l.ult §.4. C. de jur. delib.* Manet interim nihilominus in ſuſpenſo libertas, donec conſtet, an creditoribus bona ſufficiant. *l.1.ff.de ſtatul.* Bachov. *ad tit. ff. de ſtat. hom. cap. Quom. ſerv. ad lib. perv. n.11.* Nec tantum in teſtamento impeditur libertas, ſi in fraudem creditorum ſit ſervis impoſita, verum etiam inter vivos conceſſa mancipiis, *§.un.Inſt.de leg.Fuſ.Can.toll.l.1.l.5.C.Qu.man.non poſſ.l.15.ff. Qu. in fraud. cred. l.23. & t.tit.ff.Qu.& à qu. man.* 4

TEXTUS

§. I. *Licet autem domino, qui ſolvendo non eſt, in teſtamento ſervum ſuum cum libertate heredem inſtituere, ut liber fiat, hereſque ei ſolus, & neceſſarius: ſi modo eis nemo alius ex eo teſtamento heres extiterit: aut quia nemo heres ſcriptus ſit, aut quia is qui ſcriptus eſt, qualibet ex cauſa heres ei non extiterit. Idque eadem lege Ælia Sentia proviſum eſt, & recte: Valde enim proſpiciendum erat, ut egentes homines, quibus alius heres extiturus non eſſet, vel ſervum ſuum neceſſarium heredem haberent, qui* ſatis-

ſatisfacturus eſſet creditoribus: aut hoc eo non faciente, creditores res hereditarias ſervi nomine vendant, ne injuria defunctus adficiatur.

COMMENTARIUS.

1. *Quis neceſſarius heres.*
2. *Romanis ignominioſa bonorum venditio.*

REgula hæc eſt: Qui non eſt ſolvendo, in fraudem creditorum non poteſt manumittere. Hæc autem exceptio: Obærato unum ex ſervis in fraudem creditorum licet manumittere, ſi eum neceſſarium heredem inſtituat. Hujus exceptionis & hæc eſt exceptio: Niſi pignori dederit, quem vult manumittere. Hic enim non aliter ad libertatem perveniet, quam ſi ſolutum ſit debitum, *l.1. C.de neceſſ. ſerv. her. inſt. l.1. C.de ſerv. pign. dat.man.l.3.ff. de manum.l.29.ff.Qu.& à quib.man.* Cujac. *par.C.ad d.l.1.de nec.ſerv.her.*
1 Forner *ad l.114.ff.de V.S.* Ut autem quis dicatur neceſſarius heres, requiruntur hæc tria: Ut ſervus ſit inſtitutus: Ut ſit inſtitutus à domino, qui non eſt ſolvendo: Ut vel ſolus ſit inſtitutus, vel ſolus ſaltem hereditatem acquirat & adeat, *h.§.§.1. Inſt.de her.qual.& diff.l.42.l.43.l.83.§.1.ff.de her.inſt.* Appellatur autem hic idcirco neceſſarius heres, quia nec habet repudiandi beneficium conceſſum extraneis, nec abſtinere ſe poteſt, ut ſuis permiſſum eſt, ſed invitus etiam ad adeundam hereditatem compellitur: *d.§.1.Inſt.de her.qual.& diff.§.2.& 5.Inſt.eod.*Cujac.*ibid.* Quod idcirco receptum, ne defuncti exiſtimatio macula quadam aſpergeretur infamiæ, ſi ſucceſſionem repudiantibus ſcriptis heredibus creditores ejus nomine
2 patrimonium voci præconis ſubjicerent. Romanis enim erat ignominioſa bonorum venditio. Cicer. *pro Quint. Cujus bona venierunt, ejus non modo illæ ampliſſimæ fortunæ, ſed etiam victus veſtituſque neceſſarius ſub præcone cum dedecore ſubjectus eſt, is non modo ex numero vivorum exturbatus, ſed ſi fieri poteſt, infra etiam mortuos amandatur. Ergo hercule, cujus bona ex edicto poſſidentur, hujus omnis fama & exiſtimatio cum bonis ſimul poſſidetur: de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, de quo homine præconis vox prædicat, & pretium conficit; huic acerbiſſimum vivo videntique funus ducitur.* Nec tamen juris irrogabat infamiam, ſed facti duntaxat, *arg.l.1.ff.de h.qu.not.inf.junct.l.11.C.eod.l.ult.C. Qu. bon.ced. poſſ. junct.nov.135.l.23.ff. Qu.in fraud. cred.* quam Iuſtinianus hic appellat injuriam.

TEXTUS

§. II. *Idemque juris eſt, etſi ſine libertate ſervus heres inſtitutus eſt. Quod noſtra conſtitutio non ſolum in domino, qui ſolvendo non eſt, ſed generaliter conſtituit, nova humanitatis ratione, ut ex ipſa ſcriptura inſtitutionis etiam libertas ei competere videatur: cum non ſit veriſimile, eum, quem heredem ſibi elegit, ſi prætermiſerit libertatis dationem, ſervum remanere voluiſſe, & neminem ſibi heredem fore.*

COMMENTARIUS.

LIcet non ſolum unum in fraudem creditorum ſervituti eximere, ſi inſtituatur neceſſarius heres, verum etiam inſtitutus libertatem nanciſcitur, etiamſi teſtator eum ipſum non manumiſerit, *h.* §. Non ſtatim eſt inſtitutus, qui in ultima voluntate eſt manumiſſus à domino, ſed intelligitur manumiſſus, qui ſcriptus eſt heres, niſi forte ſit ſcriptus velut heres extraneus ab eo, qui obæratus creditori, quod debet, non poteſt exſolvere. Scriptus eſt autem velut heres extraneus, præter quem plures ſunt inſtituti à domino, §. 1. *Inſt. h. t.* Nova Iuſtinianus id humanitatis ratione ſanxiſſe ſe dicit, non quod primus hujus juris ſit auctor, ſed quod primus id voluerit obtinere vim juris: nam Attilicino id jam olim placuerat, ſed ejus ſententiam non admiſerant cæteri, *pr. Inſt. de her. inſt.* Ulpian. *in fragm. tit.* 23. §. *ſervus.* Donell. 8. *comm.* 17.

TEXTUS

§. III. *In fraudem autem creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore, quo manumittit, ſolvendo non eſt, vel qui datis libertatibus deſiturus eſt ſolvendo eſſe. Prævaluiſſe autem videtur, niſi animum quoque fraudandi manumiſſor habuerit, non impediri libertatem, quamvis bona ejus creditoribus non ſufficiant: ſæpe enim de facultatibus ſuis amplius, quam in his eſt, ſperant homines. Itaque tunc intelligimus impediri libertatem, cum utroque modo fraudantur creditores, id eſt, & conſilio manumittentis, & ipſa re, eo quod ejus bona non ſunt ſuffectura creditoribus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

COMMENTARIUS.

1. *Creditorum definitio.*
2. *Quando fiat manumiſſio in fraudem creditorum.*
3. *Fraus interdum æſtimatur ex ſolo eventu.*

1 CReditores dicuntur, quibus aliquid debetur. Pure, in diem, an ſub conditione debeatur; ex contractu, ex delicto, an ex cauſa populari, nihil refert aut intereſt, *l.* 10. *l.*11. *l.*12. *ff.de V.S. l.* 8. *ff. Qu. & à quib. man. l.* 54. *ff.de V.S.* Forner. *ad d. l.*54. In fraudem autem creditorum ut facta ſit manumiſſio, requirun-
2 tur hæc tria: Ut animum fraudandi manumiſſor habuerit, §.3. *Inſt. h.t.* Ut eventu ipſo creditores fraudaverit, *l.* 79. *ff. de reg. jur. d.* §. 3. Et ut fraus in eorundem creditorum perſona concurrat, *l.* 15. *ff. Qu. in fraud. cred.* Si enim creditoribus ſatisfactum ſit poſtea, in quorum fraudem erat facta manumiſſio, & qui non erat ſolvendo creditoribus aliis obligatus deceſſerit, valet manumiſſio *d. l.* 15. niſi forte priores fuerint dimiſſi poſteriorum pecunia *l.* 25. *ff. Qu. & à quib. man.l.*10. §.1.*l.*16.*ff.Qu. in fraud.cred.* Bachov. *h.* Si autem concurrant ea tria, quæ dixi, fraudati dicuntur creditores idcirco, quia ſi manſiſſent in poteſtate dominica ſervi manumiſſi, creditores eos vendidiſſent, & nomine debiti retinuiſſent pecuniam ex venditione redactam, ut factum accepimus, cum Æmilius Paulus, qui devicerat Perſeum regem Macedoniæ, deceſſiſſet tam pauper, ut unde bona dotalia redderentur uxori, non eſſet in bonis. Polyb. *in excerpt. Valeſ. lib.* 18. Μεταλλάξαντος γοῦν αὐτοῦ τὸν βίον οὐ πολὺ κατόπιν τοῦ πολέμου, βουληθέντες οἱ κατὰ φύσιν υἱοὶ Πόπλιος Σκιπίων, καὶ Κόϊντος Μάξιμος ἀποδοῦναι τῇ γυναικὶ τὴν φερνὴν εἴκοσι τάλαντα καὶ πέντε, ἐπὶ τοσοῦτον ἐδυσχρήσθησαν, ὡς οὐδ' εἰς τέλος ἐδυνήθησαν, εἰ μὴ τὴν ἐνδουχίαν ἀπέδοντο καὶ τὰ σώματα, καὶ σὺν τούτοις ἔτι τινὰς τῶν κτήσεων, *Cum haud multo poſt bellum illud cum Perſeo geſtum abiiſſet è vita, P. Scipio & Q. Maximus naturales ejus filii, cum uxori dotem quinque ac viginti talenta reſtituere vellent, tanta difficultate pecuniæ laboraverunt, ut prorſus tandem diſſolvere id nomen non potuerint, niſi domeſtica ſupellectile & mancipiis & præterea prædiis aliquot prius diſtra-*
3 *ctis.* Sufficit tamen ſi libertas relicta ſit per fideicommiſſum, ut eventu ipſo ſint creditores fraudati, *l.ult.C. Qu.man.non poſſ.l.* 4.§. *ſi in fraudem* 19.*ff.de fideic.lib.* Directa libertas præſtatur à nemine, ſed ſtatim ex teſtamento

mento ſolet ſervis competere, ſimulac nimirum eſt hereditas adita, *§. 2. Inſt. de ſing. reb. per fid. rel. l. nam cum 8. ff. Qu. di. leg. ced.* Et idcirco non aliter declaratur hæc nulla, quam ſi præter eventum & fraudandorum creditorum acceſſit conſilium, *l. 1. C. Qu. man. non poſſ.* Per fideicommiſſum vero ſervis relicta, cum debeatur, non data ſit, (oportet enim ut heres eos manumittat, *d. §. 2. l. 24. ff. de excuſ. tut.*) neceſſario ſequitur, ut re adhuc integra eventus ſufficiat.

TEXTUS

§. IV. *Eadem lege Ælia Sentia domino minori viginti annis non aliter manumittere permittitur, quam ſi dicta apud conſilium juſta cauſa manumiſſionis approbata fuerit manumiſſio.*

COMMENTARIUS.

1. *Tempus quot modis computetur in jure.*
2. *Conciliatur l. 6. ff. de obl. & act. cum l. 15. pr. ff. de div. temp. præſcr.*
3. *Quid conſilium.*

Est hoc alterum caput legis Æliæ Sentiæ, de quo tractatur hic, ne minor annis viginti aliter manumittat, quam reddita cauſa manumiſſionis apud conſilium. Minor annis viginti eſt, qui annum viceſimum nondum implevit. Impleviſſe putatur, qui ultimum diem ejus anni jam attigit, *l. 1. ff. de manum.* Tempus enim in jure computatur dupliciter, nonnunquam naturaliter, nonnunquam civiliter. Computatur civiliter, cum, ut ultimus dies inchoatus ſit, ſufficit, *d. l. 1.* Naturaliter autem, cum ultimum diem attigiſſe non ſufficit, ſed omnino requiritur, ut ultimus dies ſit plane completus, *l. 3. §. 3. ff. de min.* Naturaliter tempus ſupputatur in nuptiis, *nov. 100. cap. 2.* in actionibus temporalibus, *l. 6. ff. de obl. & act.* tutelis, *pr. Inſt. Quib. mod. tut. fin.* immunitatibus, *l. 2. ff. de excuſ. tut.* item cum in integrum reſtitutio petitur, *d. l. 3. §. 3.* aut venia ætatis impetratur à principe, *l. 2. C. de h. qu. ven. æt. impetr.* Civiliter vero in teſtamenti factione, *l. 5. ff. Qu. teſt. fac. poſſ.* præſcriptione temporis, *l. 15. pr. ff. de div. temp. præſcr.* & manumiſſionibus, *d. l. 1.* Forner. *ad l. 134. ff. de V. S.* Per actiones autem temporales 2 perſonales intelligo, nequis alioquin inter duas illas leges antinomiam exiſtimet, *l. 6.* nimirum *ff. de obl. & act. & l. 15. pr. ff. de div. temp. præſcr.* Non recte rem noſtram vindicare contendimus die noviſſimo, quo im-

 pletur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

pletur uſucapio, *d. l.* 15. ſed quod nobis debetur illo ipſo tamen die non prohibemur exigere, *d.l.6.* Dixi etiam *civiliter* in manumiſſionibus. Minor enim habetur in hac lege jam major, ingreſſus ultimum diem anni vigeſimi, quo poteſt manumittere, etiamſi apud conſilium non reddiderit
3 cauſam, cur velit hoc facere. Erat autem conſilium conſeſſus juridicus, cui Romæ quidem quinque Senatores & equites quinque, in provinciis vero viginti cives Romani intererant, qui & recuperatores dicuntur frequentius, Liv. *lib.* 43. *cap.* 2. *L. Canulejo prætori, qui Hiſpaniam ſortitus erat, negotium datum eſt, ut in ſingulos, a quibus Hiſpani pecunias peterent, quinos recuperatores ex ordine ſenatorio daret, patronoſque, quos vellent, ſumendi poteſtatem faceret. Cum M. Titinio primum, qui prætor A. Manlio, M. Iunio conſulibus in citeriore Hiſpania fuerat, recuperatores ſumpſerunt. Bis ampliatus, tertio abſolutus eſt reus.* A. Gellius *lib.* 20. *cap.* 1. *Prætores poſtea hanc aboleſcere & relinqui cenſuerunt: injuriiſque æſtimandis recuperatores ſe daturos edixerunt.* Inde judicium recuperatorium apud Tranquill. *in Veſpaſ. cap.* 3. *Inter hæc Flaviam Domitillam duxit uxorem Statilii Capellæ equitis Rom. Sabratenſis ex Africa deligatam olim, ſed mox ingenuam & civem Romanam recuperatorio judicio pronuntiatam.* Prætor porro præerat Romæ conſilio, in provinciis vero Proconſul aut Præſes. Ulp. *in fragm. tit.* 2. §. 8. Theoph. & Baro *h.* Conſilium autem & concilium differunt, ut fuſius id ipſum oſtendit Gronovius *not. ad Liv. lib.* 44. *cap.* 2.

TEXTUS

§. V. *Juſtæ autem manumiſſionis cauſæ hæ ſunt, veluti ſiquis patrem, aut matrem, filium, filiamve, aut fratres, ſororeſve naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum alumnamve, aut collactaneum manumittat, aut ſervum procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonii habendi cauſa: dum tamen intra ſex menſes in uxorem ducatur, niſi juſta cauſa impediat: & ſervus, qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem & ſeptem annis manumittatur.*

COMMENTARIUS.

1. *Quid pædagogus.*
2. *Quid procurator, & quem procuratorem hic Imp. intelligat.*
3. *Ut poſſit quis fieri procurator ad lites, requiritur, ut natus ſit annos* XVII.

4. *Quæ*

4. *Quæ ætas legitima.*
5. *Natus annos 17. poteſt creari & Advocatus & miles.*
6. *Quid reſponſitare.*
7. *Ad l. 12. C. de procurat.*
8. *Inter procuratorem & defenſorem jam hodie vix licet diſtinguere.*

PATREM. Pater poteſt manumitti à filio, ſi filius patris ſit conſecutus dominium, quod contingit, cum filius eſt ſcriptus heres à domino, *l. ſi domus 71. §. 3. ff. de leg. 1.*

PÆDAGOGUM. Pædagogus eſt dux & moderator ſtudiorum herilibus liberis datus à domino, quem propter imperium morum & diligentiæ, quod exercebat in puerum, domini dominum appellat Manilius *lib. 4.* 1

Et dominum dominus prætextæ lege ſequatur.

Inter quem & magiſtrum quoddam etiam videtur extitiſſe diſcrimen. Quintil. 1. *Inſt. orat.* 2. *Optimus quiſque magiſter frequentia gaudet, ac majore ſe theatro dignum putat: at vero minores ex conſcientia ſuæ infirmitatis hærere ſingulis, & officio fungi quodammodo pædagogorum non indignantur.*

PROCURATORIS. Procurator eſt, qui rem alterius obit 2
& curat. Si litem alterius, eſt procurator ad litem, ſi vero negotia, procurator ad negotia. Multum autem hic digladiantur interpretes, quem procuratorem hic Imp. intelligat. Ego ad litem intelligendum exiſtimo, quia ſervum manumittere, ut procuret negotia, cauſa manumittendi non videtur ſat juſta, cum ſervus etiam poſſit procurare negotia, *l. 7. §. 1. ff. de inſtit. act.* & cum poſſit etiam pupillus extra judicium aliena negotia procuranda ſuſcipere, *d. l. 7. §. 2. l. 3. §. ult. ff. de min.* neceſſario ſequitur, quod procurator ad negotia non poſſit intelligi, quia Iuſtinianus in eo qui manumittitur, ut fiat procurator, expreſſe requirit hic annos XVII.

Deciſa eſt igitur vulgatiſſima quæſtio, an minor poſſit eſſe procurator 3
ad lites, minor nimirum, qui nondum annum vigeſimum quintum exceſſit: poteſt enim experiri ut procurator ad litem, quicunque major eſt annis XVII. *h. §. & l. 1. §. 3. ff. de poſtul.* Is autem eſt major, qui ingreſſus annum ætatis octavum & decimum explevit in totum ultimum diem anni decimi ſeptimi, ne graviter alioquin videatur obſtare *l. 13. ff. de man. vind.* ubi requiritur, ut procurator non minor ſit annis octodecim. Dici enim quis poterit non minor annis octodecim ratione inchoati anni de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

cimi octavi, & idem etiam nihilominus non minor annis ſeptendecim
ratione completi & exacti omnino anni decimi ſeptimi, *d.* §. 3. Cujac. 22.
obſ. 16. In ſuis cauſis etiam pupillo experiri conceſſum eſt, *l.* 1. §. *ſufficit* 2.
ff. de adm. & per. tut. in cauſis alienis nemo habet legitimam perſonam
4 ſtandi in judicio, niſi jam natus ſit annos ſeptendecim, *d. l.* 1. §. 3. Quæ eſt
ætas legitima, quam Imp. intelligit in *l.* 12. *C. de procur.* Varie enim ſumi-
tur ætas legitima: nonnunquam ſignificat annos quatuordecim, *l.* 5. *ff.*
Qu. teſt. fac. poſſ. §. *ult. Inſt. de Attil. tut. pr. Inſt. Qu. mod. tut. fin.* nonnun-
quam octodecim, §. 4. *Inſt. de adopt.* viginti quinque regulariter, *pr. Inſt.*
de curat. l. ult. C. de his qu. ven. æt. impet. Briſſon. 3. *antiq.* 2. interdum
ſeptendecim, *d.* §. 3.

5 Qui enim eos exceſſit & procurator, & advocatus, & miles creatur.
Mornac. *ad l.* 51. *ff. de procur.* Sand. 1. *tit.* 3. *def.* 3. A. Gell. *lib.* 16. *cap.*
28. *C. Tubero hiſtoriarum primo ſcripſit Servium Tullium, regem populi*
Romani, quum illas quinque claſſes juniorum cenſus faciendi gratia inſti-
tueret, pueros eſſe exiſtimaſſe, qui minores eſſent annis ſeptendecim, atque
inde ab anno ſeptimo decimo, quod idoneos jam eſſe Reipub. arbitraretur,
milites ſcripſiſſe. Choppin. 2. *de mor. Pariſ.* 7. *n.* 10. Budæ. *ad l. ult. ff. de*
ſenat. Savaro *ad Sidon. Apollin.* 1. *epiſt.* 6. Sane Nerva natus tot annos
publice de jure reſponſitaſſe narratur in *d. l.* 1. §. 3. non, ut putat Mornaci-
us ad *d. l.* 1. de certis quibuſdam partibus & regulis juris, forſan, ut dicit,
de duodecim tabulis, quod ab iis fit vulgo, qui publico examini theſin
ſubjiciunt, ſed ut peritiſſimus cauſarum patronus de quacunque quæſtio-
6 ne ad eam eruditionem evectus ingenio. Pancirol. 2. *var. lect.* 18. Idem
enim quod reſpondere reſponſitare ſignificat, ut oſtendit Menagius
amœn. cap. 2. A. Gell. de Antiſtio Labeone 13. *noct. Attic. cap.* 2. *Iuris*
quidem civilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de
jure publico reſponſitavit. Cicer. *lib.* 1. *de legib. Summos fuiſſe in civi-*
tate noſtra viros, qui id interpretari populo & reſponſitare ſoliti ſunt.

7 Vulgo tamen de defenſore *d. l.* 12. Doctores intelligunt. Procurator
major annis XVII. læſus in judicio non poteſt reſtitui, *l.* 23. *ff. de min.* con-
demnatus enim, quod ſolvit, per actionem mandati à mandante recupe-
rat, qui imputet ſibi, quod litem perſequendam minori commiſerit, *l.* 10.
§. 10. *l.* 27. §. 4. *ff. de min. d. l.* 23. Defenſor autem qui ſine mandato ad li-
tem abſentis & ignorantis acceſſit, victus, quod ſolvit, actione mandati
non poteſt repetere, quia caret mandato: actione negotiorum geſtorum
non poteſt, quia non utiliter geſſit negotium, §. 1. *Inſt. de Obl. qu. quas ex*
cont.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

*cont.naſc.l.*25.*l.*27.*pr. l.* 43.*ff.de neg.geſt.l.*2.*C. eod.* Nihil ſupereſt igitur, quam ut in integrum petat reſtitui. Sed ne ſemper eluſorium reddat judicium reſtitutus in integrum, Prætor eum à defenſionis officio non injuſte depellit, *d. l.* 12.*l.* 51.*ff. de procur.* Cujac. *de præſcr. temp. cap.* 29. Wiſſenb. 1. *diſp. ad Pand.* 11.*th.*3.

Videtur hæc diſtinctio multum laudabilis, ſed moribus noſtris non 8
omnino procederet. Ut ut enim procurator non poſſit reſtitui, ob ejus tamen negligentiam dominum nihilominus reſtituendum in integrum à Senatu hujus Provinciæ ſuperiore ſeculo judicatum accepi *in der ſake van Ian Willemſz van der Heyde contra quendam Vorncop*, nullo facto diſcrimine utrum procurator eſſet minor, an major, & utrum eſſet idem ſolvendo nec ne. Et ita pronuntiatum etiam à Senatu Sabaudiæ. Ant. Fab. *C. Quor. appell. non recip. def.*12. Defenſorem autem quod attinet: mores eum hodie non videntur agnoſcere, quia ſine mandato nemo jam ſolet ad agendum admitti. Zyp.*notit. jur. Belg. in fin. pr. de procur.* Mornac.*in l.*35.§.*ult.ff.de procur.*Groenew.*ad* §.3.*Inſt.de ſatisd.*

AUT ANCILLAM. De tali ancilla ſine dubio loquitur vetus hoc epitaphium, quod Romæ adhuc viſitur.

Liberta & conjux Petronia cara patrono
Thalluſa hoc tumulo condita luce caret,
Hanc ſic aſſidue deflet Petronius, ut jam
Deficiant oculos lumina cara ſuos.

T E X T U S

§. VI. *Semel autem cauſa approbata, ſive vera ſit, ſive falſa, non retractatur.*

COMMENTARIUS.

1. *Solvitur objectio ex l.* 1. *& t. tit. C. ſi ex fals. inſtr.*
2. *Item ex l.* 51.*ff. de rit. nupt.*

ATqui ſententia ex falſis inſtrumentis pronunciata reſcinditur, *l.ſi prætor* 75.*ff. de jud. l. Divus* 33.*ff. de re jud.l.*1.*& t. tit. C.ſi ex fals. inſtr. l.*1. *&* 2.*C.ſi tut. fals. alleg. excuſ.mer.* Reſpondent Cujac. Baro, & Hotom. *hic*, favorem libertatis hic expreſſiſſe contrarium, quæ ſemel ſi comperat, reſcindi vix poteſt, *t.tit. C.ſi adv. lib.l.*9.*in fin.& l.*10 *ff. de min.* Nec ſemper tamen dimitte- 1

tur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

tur impune, qui falſis allegationibus manumittendi impetravit licentiam; ſiquis enim juratus ſe manumiſſurum ancillam promiſerit, ut ducat uxorem, & inira ſex menſes uxorem non duxerit, illa quidem nihilominus ad libertatem perveniet, ſi fuerit manumiſſa *h.* §. 6. ſed is qui pejeravit, ſuſtinebit extraordinariam pœnam perjurii, *l.* 13. *ff. de manum. vind. l.* 13. §. *ult. ff. de jurej l. ult. ff. ſtellion.* Prius enim quam manumittat, jurare com-
2 pellitur, *d. l.* 13. Nec contrariatur Rufinus, dum facit matrimonio renuntiandi licentiam ei qui manumiſit in *l.* 51. *ff. de rit. nupt.* Aut enim loquitur de eo qui manumiſit major annis viginti, aut ſaltem de caſu, quo nuptiis impedimentum objecit lex Iulia, patrono evecto ad dignitatem ſenatoriam, *l.* 44. *pr. ff. de rit. nupt.* §. 5. *Inſt. h. t.* Sed id jure noviſſimo reperitur correctum, *auth. ſed novo jure C. de nupt. nov.* 78. *cap.* 3. Dixi *lex Iulia*, quia *l.* 2. *C. de inut. ſtip. l.* 71. §. 1. *ff. de cond. & dem.* nullum impedimentum potuerunt objicere, fuit enim ab initio in poteſtate patroni contrahere matrimonium, quodcunque placuiſſet. Bachov. *ad* §. 5. *Inſt. h. t.*

TEXTUS

§. VII. *Cum ergo certus modus manumittendi minoribus* XX. *annis dominis per legem Æliam Sentiam conſtitutus eſſet: eveniebat, ut qui* XIV. *annos expleverat, licet teſtamentum facere, & in eo ſibi heredem inſtituere, legataque relinquere poſſet, tamen ſi adhuc minor eſſet* XX. *annis, libertatem ſervo dare non poßet. Quod non erat ferendum. nam cui totorum ſuorum bonorum in teſtamento diſpoſitio data erat, quare non ſimiliter ei, quemadmodum alias res, ita & de ſervis ſuis in ultima voluntate diſponere, quemadmodum voluerit, permittimus, ut & libertatem eis poſſit præſtare? Sed cum libertas inæſtimabilis res ſit, & propter hoc ante* XX. *ætatis annum antiquitas libertatem ſervo dare prohibebat; ideo nos mediam quodammodo viam eligentes, non aliter minori* XX. *annis libertatem in teſtamento dare ſervo ſuo concedimus, niſi* XVII. *annum impleverit, &* XVIII. *attigerit. Cum enim antiquitas hujuſmodi ætati & pro aliis poſtulare conceſſerit, cur, non etiam ſui judicii ſtabilitas ita eos adjuvare credatur, ut ad libertatem dandam ſervis ſuis poſſint pervenire?*

COMMENTARIUS.

NEc inter vivos, nec in ultima voluntate minor annis viginti ſervum aliter manumittere poterat, quam ſi cauſam manumiſſionis reddidiſſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

diſſet apud conſilium, *l.5.C.de fideic.lib.l.4.C.de teſtam.mil.* Cujac.*par.*C. *de teſtam. man.* Sed Juſtinianus *h. in §. ult.* legi Æliæ Sentiæ derogavit eatenus, quod majori annis ſeptendecim in ultima voluntate manumittendi poteſtatem conceſſerit, etiamſi cauſam non approbaſſet conſilium. Novella conſtitutio, qua hoc ipſum ſanciverat, injuria temporum omnino intercidit, nec deſideranda tantopere, cum minori annis ſeptendecim, majori autem quatuordecim, cui leges conceſſerant teſtamenti factionem, *l.5.ff. Qu.teſt.fac.poſſ.* permiſerit ſervos etiam in teſtamento manumittere, etiamſi cauſam manumiſſionis non exponat apud conſilium, *nov.119. cap. 2. Vinn. h.* Dico *in teſtamento*, quia ſi velit inter vivos hoc facere minor annis viginti, reddat, oportet, juſtam, ut olim, cauſam manumiſſionis apud idem conſilium, *arg. l. 27. C. de teſtam. l. 32. in fin. C. de appell.* Theoph. Accurſ. Bachov. *h.*

TITULUS VII.

DE

LEGE FUSIA CANINIA TOLLENDA.

TEXTUS.

Lege Fuſia Caninia certus modus conſtitutus erat in ſervis teſtamento manumittendis: quam quaſi libertates impedientem, & quodammodo invidam, tollendam eſſe cenſuimus: cum ſatis fuerat inhumanum vivos quidem habere licentiam totam ſuam familiam libertate donare, niſi alia cauſa impediat libertatem: morientibus autem hujuſmodi licentiam adimere.

COMMENTARIUS.

1. *Quando lata lex Fuſia Caninia.*
2. *Quid ea cautum.*
3. *Quæ ratio ferendi.*
4. *Quis eam ſuſtulerit, & quæ ratio tollendi.*
5. *Ab actu inter vivos ad ultimas voluntates argumentum an valeat.*

A Nominibus Conſulum lex Fuſia Caninia nomen accepit. 1
Tulerunt eam, cum imperaret Auguſtus, Furius Camillus & C. Caninius Gallus. Hotom. *h.* Fuſia dicitur, quia veteres pro *Furiis Fuſios* dicebant, ſicut *aſam* pro *ara*, & pro

 Va-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

leriis, interdum *Valeſios, l.2.§.poſt hunc Appius Claudius 36.ff. de Or.jur.* Gellius 4.*noct. Attic.*9.Liv. *lib.*3. *cap.*4. *Furios, Fuſios ſcripſere quidam, id admoneo, nequis immutationem virorum ipſorum eſſe, quæ nominum eſt, putet.* Erat ea ſancitum, nequis ſervos, quot vellet, poſſet in teſtamento ſervituti eximere, ſed ut duos poſſet ad libertatem perducere, qui tres haberet in poteſtate dominica, vel quinque, qui decem, aut quadraginta, qui centum, aut centum, qui haberet quingentos in bonis, aut plures quingentis; nam ultra centum manumitti non poterant, ut docent id latius Ulp. *in fragm.tit.*1.*§.Lex Furia* 19.Caj.1.*Inſt.*4. Paul. 4.*ſent.*14 Vop.*in Tacit. Servos urbanos omnes manumiſit utriuſque ſexus, intra centum tamen, ne Caniniam tranſire videretur.* Si plures in teſtamento, quam eſt lege definitum, ad libertatẽ vocaſſet, primo loco manumiſſi ad legitimum numerum ſoli in libertatẽ ſe aſſerere poterant, *arg.l.*83.*§.*1.*ff.de her.inſt.* Si ſcripſiſſet permixtim, & manumittendos collocaſſet in circulo, ut qui prior eſſet nominatus, qui vero poſterior, non poſſet agnoſci, omnium erat impedienda libertas, *arg.l.*42.*&* 43.*ff.eod.* Caj. *d.lib.*1.*Inſt.tit.*4.*§.*2.Cujac.*ad Ulpian. d.tit.*1. Forner.*ad l.*215.*ff. de V.S.* Vivus tamen univerſam familiam manumittere poterat,
3 *h.§.* quia quiſque, dum vivit, non eſt tam liberalis, ut bonis ſe ſpoliet, moriens autem cum bonorum dominium cogatur dimittere, ſolet eſſe profuſior, & ſolet etiam facilius liberare mancipia, dum beneficentiæ gloriam quærit, ut eo ſplendidius efferatur extinctus, quo plures eunt pileati exequias. Dionyſ. Halicarn. *lib.* 4. *cap.* 3. Ἐγωγ᾽ οὖν ἐπισταμαί τινας τοῖς δούλοις συγκεχωρηκότας εἶναι ἐλευθέροις, μετὰ τὰς ἑαυτῶν τελευτάς, ἵνα χρηστοὶ καλῶνται νεκροί, καὶ πολλοὶ ταῖς κλίναις αὐτῶν ἐκκομιζομέναις παρακολουθῶσι τοὺς πίλους ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς ἔχοντες. ἐν οἷς ἐπόμπευόν τινες, ὡς ἦν παρὰ τῶν ἐπισταμένων ἀκούειν, ἐκ τῶν δεσμωτηρίων ἐξεληλυθότες κακοῦργοι ἀρτίως, μυρίων ἄξια διαπεπραγμένοι θανάτων, *Equidem ſcio quoſdam, qui teſtamento omnes ſuos ſervos libertate donarunt, ut poſt obitum ſuum probitatis laudem adipiſcerentur, & multi pileati funus ſuum proſequerentur. In qua pompa quidam erant (quemadmodum ab illius rei gnaris audire eſt) malefici recens è carcere egreſſi, qui ſcelera innumeris ſuppliciis capitalibus digna perpetrarant.* Ne autem manumiſſis numeroſiſſimis ſervorum familiis vincerent tandem libertini ingenuos, & contaminarent civitatem Romanam ſordidiſſimi quilibet, circumſcripſit lex Furia infinitam illam manumittendi in teſtamento licentiam.

4 Sed Iuſtinianus nihilominus legem Fuſiam Caniniam è republica ſuſtulit,

ſtulit, quod iniquum videretur non idem concedere iis, qui moribundi in extrema ſtant tegula, quod erat à lege conceſſum viventibus, *h.* §. *& l. un. C. de leg. Fuſ. Can. toll.* Cujac. *in parat. ibid.* Quæ tamen ratio eſt tantum probabilis. Quod inter vivos conceſſum eſt, non ſemper etiam idem in teſtamento conceſſum eſt. Ab actu inter vivos ad ultimas voluntates argumentum quidem procedit interdum, ſed interdum non item. Sic inter vivos eſt filiofamilias diſponendi poteſtas de bonis adventitiis, quorum patri uſusfructus non competit, *nov.* 117. *cap.* 1. §. 1. & tamen de iis ipſi teſtari non licet, *pr. Inſt. Qu. non eſt perm. fac. teſt. l. 6. ff. Qu. teſt. fac. poſſ.* Libertus dum vivit, donare non prohibetur, legare vero ne bene merentibus quidem ipſi permiſſum eſt, quo patroni nimirum minuat portionem legitimam, *l. 9. ff. ſiq. in frau. patr.* Forner. *ad l. 145. ff. de V. S.* Oldamtinis inter vivos omnia bona donationibus in alium transferre conceſſum eſt, & tamen morientibus donare non licet ultra decem taleros. *Old-ambſt. Lantrecht. lib. 3. tit. 6.* §. 1. Gelris etiam dum vivunt transferre licet dominium bonorum immobilium, & tamen ſi de iis teſtamentum condiderint, teſtamentum non valet. Goris *adverſ. tract.* 4. §. 10. Quod idem etiam apud Normannos in uſu eſt, ut affirmat Choppin. 1. *mor. Pariſ.* 1. *n.* 22. Similiter monachis donare licet peculium, quod Abbatis velut conniventibus oculis compararunt ut proprium, & tamen de eo facere teſtamentum non poſſunt. Mornac. *ad l.* 3. §. *etſi heres ff. de min.* Imo apud Gallos in municipiis pluſculis conſtat habere vivos omnia ſua bona donandi licentiam, teſtantes autem non plus poſſe relinquere quam eorum trientem, aut ad ſummum quincuncem, ut teſtatur Choppin. *de comm. Gall. conſ. præc. part. 2. cap. 3. n. 2.* Viciſſim etiam ad actus inter vivos ab ultima voluntate regulariter quidem, ſed non tamen ſemper argumentum procedit, *l. 8. ff. de alien. jud. mut. c. fact.* Poteſt enim teſtari major annis quatuordecim, etiamſi non accedat curatoris auctoritas, & tamen inter vivos alienare non poteſt, niſi curatorem auctorem adhibeat, *l. 5. ff. Qu. teſt. fac. poſſ. pr. Inſt. Qu. mod. tut. fin. l. 3. C. de in integr. reſt. min. l. 20. ff. de rit. nupt.* Mornac. *ad d. l.* 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

TITULUS VIII.

DE

His qui ſui vel alieni juris ſunt.

TEXTUS

Sequitur de jure perſonarum alia diviſio. Nam quædam perſonæ ſui juris ſunt, quædam alieno juri ſubjectæ. Rurſus earum, quæ alieno juri ſubjectæ ſunt, aliæ ſunt in poteſtate parentum, aliæ in poteſtate dominorum. Videamus itaque de his, quæ alieno juri ſubjectæ ſunt. Nam ſi cognoverimus, quæ iſtæ perſonæ ſunt, ſimul intelligemus, quæ ſui juris ſunt. ac prius diſpiciamus de his, quæ in poteſtate dominorum ſunt.

COMMENTARIUS.

1. *Quotuplex poteſtas.*
2. *Quid poteſtas dominica.*

1 POteſtas eſt duplex, vel privata, vel publica. Publica, quam magiſtratus, aut Princeps, aut Ordines exercent in ſubditos. Hinc illud apud Liv. 1. *hiſt. Eſtne populus Collatinus in ſua poteſtate*? Et Campani cum neceſſitate ſubacti ſe, urbemque Capuam, agros, delubra Deum, divina humanaque omnia dedidiſſent Romanis, ut eſt apud Livium lib. 2. *cap.* 31. *alienæ poteſtatis* dicuntur effecti. Idem Liv. *lib.* 1. *cap.* 25. *Imperio alteri aucti, alteri ditionis alienæ facti.* Grot. 1. *de jur. bell. & pac. cap.* 3. *n.* 8. Rad. Forner. 4. *quot.* 24. Privatam quod attinet, duplex eſt iterum patria, vel dominica. Poteſtas dominica eſt jus, quod habet herus in ſervos acquiſitos aut jure gentium, aut jure civili, §. 1. *Inſt. h. t.* §. 4. *Inſt. de jur. perſ.*

TEXTUS

In poteſtate itaque dominorum ſunt ſervi. quæ quidem poteſtas juris gentium eſt. nam apud omnes peræque gentes animadvertere poſſumus dominis in ſervos vitæ neciſque poteſtatem fuiſſe: & quodcunque per ſervum acquiritur, id domino acquiri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

COMMENTARIUS.

1. *Quinam effectus poteſtatis dominicæ.*
2. *Servi bona propria habere non poſſunt.*
3. *Solvuntur quæ obſtant.*
4. *Apud omnes hic ſignificat apud omnes propemodum.*
5. *An recte poteſtas vitæ & necis in ſervum dicatur hic juris gentium.*

DUo potiſſimum poteſtatis dominicæ traduntur effectus : 1
Quod ſervi nihil ſibi poſſint acquirere, ſed omnia domino : Quod domini in eos habeant jus vitæ & necis. Cur autem 2
nihil ſibi poſſint acquirere, in promtu eſt ratio, quia ſunt ipſi in patrimonio domini, *l.* 32. §. 2. *ff. de leg.* 2. *l.* 112. *pr. ff. de leg.* 1. *d.* §. 4. & idcirco etiam omnia, quæ ipſi aut acquirunt, aut habent, aut poſſident, §. 3. *Inſt. per qu. perſ. c. acq.* Cedit enim principali acceſſio, *l.* 19. §. 13. *ff. de aur. & arg. leg.* Menander *in excerpt. legat.* Ο γὰρ δεσπόσας τοῦ ἡγεμονικοῦ, πῶς οὐχ' ἕξει τὸ ὑποβεβηκὸς, *Qui dominium aſſequitur ejus quod imperat, qui fieri poteſt, ut non quoque dominus ſit ejus, quod ſubeſt & paret.* Paterfamilias non poteſt habere peculium, quemadmodum nec ſervus bona, dicit Iuriſconſultus in *l.* 182. *ff. de V. S.* Conceſſum quidem eſt ſervis peculium, ſed conceſſum à domino, qui poteſt illud adimere, quandocunque placuerit, *l.* 40. *ff. de pecul.* Alioquin ſervis nec uſusfructus peculii, nec proprietas competit, *l.* 32. *ff. de reg. jur.* Quod enim memorentur ſuis nummis redempti in *l.* 53. *ff. de jud.* id omnino improprie de iis accipiendum, quos oculis conniventibus domini ipſis retinere permittunt, *l.* 4. §. 1. *ff. de manum.* Plinius eleganter 8. *epiſt.* 14. *Permitto ſervis quoque quaſi teſtamenta facere, eaque ut legitima cuſtodio. Mandant, rogantque quod viſum : pareo ocyus : Suis dividunt, donant, relinquunt duntaxat intra domum.* Senec. 7. *de benef. cap.* 1. *Nunquid dubium eſt, quin ſervus cum peculio domini ſit ? dat tamen domino ſuo munus. Non enim ideo nihil habet ſervus, quia non eſt habiturus, ſi dominus illum habere noluerit, nec ideo non eſt munus cum volens dedit : quia potuit eripi, etiam ſi voluiſſet.* Nec in contrarium nos vocat §. 2. *Inſt. de ſtip. ſerv.* ubi iter & 3
actum videntur acquirere ſtipulati, ut ſibi ire, agere liceat. Sunt autem in bonis etiam iter & actus, *l.* 49. *ff. de V. S. l.* 15. §. 8. *ff. Qui vi aut cl.* Verum notandum, quod longe aliud ſit iter & actus, aliud autem ire, agere,

aut vehiculum ducere, *l. 17. ff. de ſtip. ſerv.* iter & actus ſunt jura prædiorum, *pr. Inſt. de ſervit. l.1. ff. de ſerv. præd. ruſt.* ire, agere vero ſunt facti: facta porro non computantur in bonis, ne alioquin feris etiam aſſignemus dominium, quæ non minus quam ſervi eunt, agunt, ambulant, edunt, & dormiunt. Proinde quicquid conſequuntur, aut acquirunt mancipia, ne momento quidem ſubſiſtit in ipſorum perſona, ſed ſtatim ejus dominium tranſit in dominum, *§.1. Inſt. de ſtip. ſerv. l.79. ff. de acq. her.* & idcirco neceſſe eſt, ut §.3. *Inſt. de noxal. act.* loquatur de caſu, quo ſervus ab amicis corrogavit pecuniam, ea lege, ne proprietas aliter quam ſervo manumiſſo tranſiret in dominum. Atque ita intelligendum, quod eſt apud Tacit. *annal. 14. Haut multo poſt præfectum urbis Pedanium ſervus ipſius interfecit; ſeu negata libertate, cui pretium pepigerat; ſive amore exoleti infenſus, & dominum æmulum non tolerans.*

4 Cæterum quod habetur hic, apud omnes peræque gentes fuiſſe dominis vitæ neciſque poteſtatem in ſervos, de omnibus fere gentibus intelligatur oportet. Aliud enim apud Parthos obtinuit. Juſtin. *lib. 41. hiſt. Servorum vulgus, nulli manumittendi poteſtate permiſſa, ac per hoc omnibus ſervis manentibus, in dies creſcit. Hos pari ac liberos ſuos cura habent, & equitare & ſagittare magna induſtria docent.* Germanos item & Grecos. Tacit. *de morib. Germ. Verbere ac vinculis ſervum coërcere nefas.* Philoſtr. *de vit. Apollon. lib. 10. cap. 6.* Οὐκέτι ἀποκτείνουσι τοὺς οἰκέτας ἀδικοῦντας, ὡς ξυνεχώρει ὁ Λυκοῦργος, ἀλλ' ἡ αὐτὴ καὶ ἐπ' ἐκείνους μάστιξ. Grot. 3. *de jur. bell. & pac. 14. n. 6.* Dixi apud *Parthos*: Perſæ enim *callidi, ſuperbi, crudeles, vitæ neciſque poteſtatem & in ſervos, & in plebejos vindicabant obſcuros*, ut teſtatur Ammianus *lib. 22. hiſt. in fin.*

5 Sed an recte etiam juris gentium dicatur illa poteſtas, quod dominus impune poſſit ſervum occidere, quæri hic omnino non immerito poterit. Fuit quidem in uſu apud omnes fere nationes & populos, ſed inde non ſequitur, ergo eam juri gentium adſcribi oportuit. Non quicquid apud omnes fere gentes in uſu eſt, ſtatim eſt juris gentium. Apud omnes fere gentes ſunt in uſu peccata, ſed inde non ſequitur, ergo ſunt juris gentium. Quod ratio naturalis inter omnes aut ſaltem pleraſque nationes introduxit & ſtatuit, id eſt juris gentium §. 1. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Non videtur autem hæc ratio dediſſe dominis vitæ neciſque poteſtatem in ſervos, cum juris naturalis, quod vetat homicidium, ſervis etiam non denegetur communio, *l.3. ff. de juſt. & j. l. hos accuſare 12. §.4. ff. de accuſ. l.32. ff. de reg. jur. l.1. §.2. ff. ad l. Corn. de ſic.* Senec. 1. *de clem. cap. 18. Cum in ſervum*

vum omnia liceant, eſt aliquid quod in hominem licere commune jus animantium vetet. Ibid. *In mancipio cogitandum eſt, non quantum illud impune pati poſſit, ſed quantum tibi permittat æqui bonique natura: quæ parcere etiam captivis & pretio paratis jubet.* Idem *epiſt.*47. *Servi ſunt, imo homines: ſervi ſunt, imo contubernales: ſervi ſunt, imo homines amici: ſervi ſunt, imo conſervi.* Pet. Fab. 3. *Semeſt.*15. Amay. 3. *obſ.*7. *n.*2. Grot. 3. *de jur. bell. & pac. cap* 14. Macrob. 1. *Saturn. cap.*11. Rad. Forner. 1. *rer. quot.*3. Verum plerique cum ſervos omnino conſiderarent ut beſtias, *pr. Inſt. de leg. Aq. l.*2. §. 2. *ff. eod.* rationi naturali non putarunt contrarium, ſi domino de ſervis daretur pro arbitrio ſtatuendi poteſtas, cum unuſquiſque ſit rerum ſuarum pleniſſimus dominus, *l.*21. *C. mand.* Egiſſe tamen cum iis humanius vetuſtiſſimos Romanorum oſtendit Plutarchus *in Coriol. cap.* 37. Ἐχρῶντο πρὸς τοὺς οἰκέτας ἐπιεικείᾳ τότε διὰ αὐτουργίαν, καὶ τὸ κοινωνεῖν διαίτης ἡμερώτερον ἔχοντες πρὸς αὐτοὺς καὶ συνηθέστερον. ἦν δὲ μεγάλη κόλασις οἰκέτου πλημμελήσαντος, εἰ ξύλον ἁμάξης, ᾧ τὸν ῥυμὸν ὑπερείδουσιν, ἀράμενος διεξέλθοι παρὰ τὴν γειτνίασιν. ὁ γὰρ τοῦτο παθὼν, καὶ ὀφθεὶς ὑπὸ τῶν συνοίκων καὶ γειτόνων, οὐκέτι πίστιν εἶχεν, ἐκαλεῖτο δὲ Φουρκίφερ, *Eo tempore Romani ſervis ſe admodum humanos exhibebant, nimirum ipſi quoque in partem laborum ruſticorum venientes, & cum ſervis communi victu utentes, videbaturque magna pœna ſervo peccanti irrogata, ſi lignum, quod temonem currus fulcit, per viciniam circumgeſtaſſet, qui enim viſus erat hoc modo punitus, deinde apud domeſticos & vicinos nullam fidem inveniebat, furciferque appellabatur.* Hinc alibi Seneca: *Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam majores noſtri dominis, omnem contumeliam, ſervis detraxerint? dominum patremfamiliæ appellaverunt, familiares ſervos.* Deinceps vero cum jus conceſſum exercerent atrocius, intolerabilem ſævitiam Antoninus coërcuit; ut ſtatim jam ſequitur.

TEXTUS

§. II. *Sed hoc tempore nullis hominibus, qui ſub imperio noſtro ſunt, licet ſine cauſa legibus cognita in ſervos ſuos ſupra modum ſævire. Nam ex conſtitutione Divi Antonini, qui ſine cauſa ſervum ſuum occiderit, non minus puniri jubetur, quam ſi alienum ſervum occiderit. Sed & major aſperitas dominorum ejuſdem Principis conſtitutione coërcetur. Nam Antoninus conſultus à quibuſdam præſidibus provinciarum de his ſervis, qui ad ædem ſacram vel ad ſtatuam Principum confugiunt, præcepit, ut ſi intolera-*

bilis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

bilis videatur ſævitia dominorum, cogantur ſervos ſuos bonis conditionibus vendere, ut pretium dominis daretur. & recte. Expedit enim Reipublicæ, ne ſua re quis male utatur. Cujus reſcripti ad Ælium Martianum miſſi verba ſunt hæc: Dominorum quidem poteſtatem in ſervos ſuos illibatam eſſe oportet, nec cuiquam hominum jus ſuum detrahi: ſed & dominorum intereſt, ne auxilium contra ſævitiam vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis, qui juſte deprecantur. Ideoque cognoſce de querelis eorum, qui ex familia Julii Sabini ad ſacram ſtatuam confugerunt, & ſi vel durius habitos, quam æquum eſt vel infami injuria adfectos eſſe cognoveris, venire jube, ita ut in poteſtatem domini non revertantur. Quod ſi meæ conſtitutioni fraudem fecerit, ſciat me hoc admiſſum adverſus ſe ſeverius executurum.

COMMENTARIUS.

1. *Quando impune liceat ſervum occidere.*
2. *Quem Antoninum hic Imp. intelligat.*
3. *Qui ſuum ſervum occidit, in l. Corn. de ſic. incidit, non in l. Aquil.*
4. *An jure civili aſyla ſint licita.*
5. *An moribus noſtris.*
6. *An cogi poſſit invitus rem ſuam diſtrahere.*
7. Bonis conditionibus *quid.*
8. *An Princeps poſſit alicui jus ſuum auferre.*
9. *Solvuntur quæ obſtant.*
10. *Exponitur Zonaras.*

1 S*ine cauſa legibus cognita.* Si adſit igitur cauſa legitima, licet occidere, *l.69.ff.de V.O.l.53.§.3.ff.de leg.*1. Adeſt cauſa legitima, cum latronem occidimus, *l.1.& 2. C. Qu. un. lic. ſin. jud. ſe vind.* cum uxoris vel filiæ trucidamus adulterum, *l.20.& ll. ſeqq. l.24. pr. ff. ad l.Iul. de adult.* cum occidimus hominem ad defendendam vel vitam vel pudicitiam noſtram aut liberorum noſtrorum, ſi periculum aliter evitari non poſſit, *l.3. ff. de juſt. & j.l.4.l.45.§.4. ff. ad l. Aquil. l.8.§.2. ff. Qu. met. c. l. 1. §. pen. ff. ad l. Corn. de ſic.* Grot. 1. *de jur. bell. & pac. cap.3.n.2.*

Divi Antonini. Divum Pium intelligit, *l 2. ff. h. t.* qui primus tamen non hoc ita conſtituit, ſed Divus Hadrianus, *d. l.* Spartian. *in Adrian. Servos à dominis occidi vetuit, eoſque juſſit damnari per judices.* Poſt

Adria-

Adrianum cum invaluiſſet iterum dominorum ſævitia legem illam dormientem Imp. Antoninus revocavit in uſum, & caſtigatione permiſſa tantummodo vindicari juſſit homicidium capitali ſupplicio, *h.* §. *junct. l.* 1. §. 2. *ff. ad l. Corn. de ſic. l. un. C. de emend. ſerv.* Cujac. *par. C. ibid.* Brummer. *ad l. Cinc. cap.* 3. Unde non mirum, quod apud Agathiam 2. *hiſt.* Narſes Juſtiniani dux bellicoſiſſimus nobilem quendam Herulum ad mortem damnaverit, quia levi de cauſa ſuum ſervum occiderat, etiamſi ille diceret ἐφεκτὸν εἶναι τοῖς κεκτημένοις τοὺς σφετέρους δούλους ἢ βούλονται μετιέναι, ὅτι τε καὶ οἱ ἕτεροι εἰ μὴ σωφρονοῖεν, ἀλλὰ γὰρ καὶ οἵδε παραπλήσιον πείσονται, *liberam eſſe dominis poteſtatem de ſervis ſuis pro arbitrio decernendi, ut & alii ſcirent, niſi officium facerent, ſimiliter ſecum actum iri.* Priſcus *in legat. excerpt.* Οὐ δὴ γὰρ οὐδὲ αὐτοῖς θάνατον, ὥσπερ Σκύθαις ἐπάγειν θέμις, *Nec enim ſervos morte afficere, ſicut apud Scythas, fas eſt.* Hactenus tamen ut Antoninus conſtituit, qui proprium 3
ſuum ſervum ad necem adegit, non minus punitur, quam ſi alienum ſuſtuliſſet è medio, quod in legis Corneliæ, quæ eſt de ſicariis, pœnam incurrat. In legem Aquiliam non poteſt incidere, quia lex Aquilia punit eum duntaxat, qui mancipium alienum trucidavit aut ſuſtulit, *pr. Inſt. de leg. Aquil.* Qui ſuum occidit, non occidit alienum. Adverſus eum præterea, qui ſervum trucidavit, dominus experitur actione legis Aquiliæ, ſed nemo ſe ipſum aut trahit ad judicem, aut adverſus ſe ipſum actionem inſtituit, *arg. l.* 4. *ff. de jud.* Ante Adrianum erat quidem domino occidendi poteſtas, ſed ſervi nihilominus crudeliter habiti queri poterant de dominorum injuriis. Senec. 3. *de benef. cap.* 23. *Manumiſit utrumque è veſtigio illa: nec indignata eſt ab his ſe vitam accepiſſe, in quos vitæ neciſque poteſtatem habuerat.* Idem 3. *de benef. cap.* 22. *Atqui de injuriis dominorum in ſervos, qui audiat, poſitus eſt, qui & ſævitiam & libidinem & in præbendis ad victum neceſſariis avaritiam compeſcat.*

Qui ad ædem ſacram. De aſylis hic quæritur. Aſylum locus eſt, ad 4
quem ſi ſupplex confugerit, tutus eſt, niſi crimen commiſerit. Sic enim expreſſe Iuſtinianus conſtituit *nov.* 17. *cap.* 7. cum olim alioquin ad aſyla confugerent etiam facinoroſiſſimi peſſimo publico, ut eſt apud Tacit. *annal.* 3. *Crebreſcebat Græcas per urbes licentia atque impunitas aſyla ſtatuendi. Complebantur templa peſſimis ſervitiorum. eodem ſubſidio obœrati adverſum creditores, ſuſpectique capitalium criminum receptabantur. Nec ullum ſatis validum imperium erat coërcendis ſeditionibus populi, flagitia hominum, ut cærimonias Deum protegentis.* Antiquiſſimo tempore,

 cum

cum Principes nondum invaſiſſent imperium, Romuli templum & Dianæ tantummodo jus aſyli habebat, ut eſt apud Dionyſium 4. *hiſt. cap.* 3. *in fin.* Dio Caſſ. *lib. hiſt.* 47. Ἀπηγόρευσαν δὲ μηδένα ἐς τὸ ἡρῷον αὐτοῦ καταφυγόντα ἐπ' ἀδείᾳ, μήτε ἀνδρηλατεῖσθαι, μήτε συλᾶσθαι, ὅπερ οὐδενὶ οὐδὲ τῶν θεῶν, πλὴν τῶν ἐπὶ τοῦ Ῥωμύλου γενομένων ἐδεδώκεισαν, *Edixere præterea, nequis qui impunitatis cauſa in templum D. Julii confugiſſet, inde ejici vel abripi poſſet, quod ante ne Deo quidem cuiquam conceſſum, exceptis iis, quæ ad Romuli aſylum pertinent.* Quod autem dicit, *ne Deo quidem cuiquam*, id ita intelligendum, quemadmodum id, quod eſt in §. 2. *Inſt. de rer. div.* flumina omnia ſunt publica, id eſt, fere omnia, ne alioquin obſtet, quod de templo Dianæ teſtatur Dionyſ. *loc. cit.* Principes vero cum occupaſſent Rempublicam templa non ſolum, ſed & ſtatuæ Principum præſtiterunt inviolabiles, qui ad eas confugerant, *h.* §. *l. un. C. de his qu. ad ſtat. conf. l. 2. l. ult. pr. C. de h. qu. ad eccl. conf.* Plaut. *Moſtell. act.* 5. *ſc.* 1. Lipſ. *ad Tacit. annal.* 3. Zoſim. 5. *hiſt.* Ὁ δὲ βασιλεὺς Ὀνώριος τὴν μὲν γαμετὴν Θερμαντίαν, παραλυθεῖσαν τοῦ βασιλείου θρόνου, τῇ μητρὶ προσέταττε παραδίδοσθαι, μηδὲν διὰ τοῦτο ὑφορωμένην. τὸν δὲ Στελίχωνος υἱὸν Εὐχέριον ἀνιχνευθέντα πανταχόθεν ἀναιρεθῆναι. καὶ τοῦτον ἔν τινι τῶν κατὰ τὴν Ῥώμην ἐκκλησιῶν πεφευγότα εὑρόντες, διὰ τὴν τοῦ τόπου τιμὴν εἴασαν. Iudæis tamen jus aſyli non proderat *l. 1. C. de h. qu. ad eccleſ. conf.* Et obæratos quod attinet, licet inviti non abriperentur eccleſiis, conventi nihilominus ſe debebant defendere, *l. ult.* §. 3. *&* 4. *C. de h. qu. ad eccleſ. conf.* ub. Cujac. *in parat.* Hodie
5 vero licet apud Pontificios vix videatur receptum, ut templis ſceleratum extrahere liceat, monaſteriis tamen eundem extrahendum & tradendum carnifici ſcripſit Mornac. *ad l. 2. ff. de cap. min.* Et idcirco apud Gallos etiam ſpecialiter obtinet, nequis vel clericus vel fiat cœnobita, qui non ære prius alieno ſe ſolutum juraverit. Mornac. *ad d. l. 1. C. de h. qu. ad eccl. conf. & ad l. un. C. An ſerv. pr. ſu. fact. poſt manum.* Apud nos, ubi viget reformata religio, nec præſtant eccleſiæ ſceleratis perfugium, nec urbes, in quas obærati ſe conferunt: lippis enim eſt & tonſoribus notum paucos abhinc annos famoſum illum raptorem, cui nomen Mortaigne, qui virginem vi Culenburgum abduxerat, decreto Ordinum Hollandiæ miſſis apparitoribus extrahi juſſum, & in vincula conjici.

Si intolerabilis. Exemplum eſt apud Socrat. *lib. 7. hiſt. eccleſ. cap.* 33. Οἰκέται ἑνὸς τῶν μεγάλα δυναμένων, βάρβαροι ὄντες τὸ γένος, ἀπηνοῦς τοῦ δεσπότου πειρώμενοι, τῇ ἐκκλησίᾳ προσφεύγουσι. καὶ ξιφηφορο-

φοροῦντες, εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσεπήδησαν. παρακαλούμενοί τε ἐξελθεῖν, οὐδενὶ τρόπῳ ἐπείθοντο. ἀλλ' ἐμποδὼν ταῖς ἱεραῖς λειτουργίαις ἐγίνοντο. ἐπί τε ἡμέρας πολλὰς τὰ ξίφη γυμνὰ κατέχοντες, ἕτοιμοι πρὸς τὸ ἀμύνασθαι πάντα τὸν προσιόντα ἐγίνοντο. καὶ δὴ ἕνα τῶν κληρικῶν ἀποσφάξαντες, καὶ ἄλλον τραυματίσαντες, τέλος ἐπικατέσφαξαν ἑαυτούς.

Cogantur. Etſi nemo regulariter rem ſuam invitus diſtrahere cogitur, 6 *l.* 9. *ff. de act.rer.amot.* ſolet tamen compelli, ſi vel favor religionis id ipſum flagitaverit, vel utilitas publica, *h.* §. *l.*12. *pr.ff. de rel.& ſumpt.fun.l.* 11. *ff. de evict.* Quo caſu etiam Principi jus ſuum alicui detrahere licet. Atque ita judicatum eſt ab Ordinibus noſtris *An.* 1611. 15. *Mart. tuſſchen die gemeene geerfdens reſorterende onder de Langevliet requir.jegens die regeerders der Stadt Utrecht gerequireerde.* Bis etiam ſuperiore ſeculo propterea judicatum à Suprema hujus diæceſeos Curia Præfectis aggerum circa pagum, cui nomen à noſtratibus Bunſchoten eſt inditum, terram eſſe de prædiis vicinis ad reficiendos aggeres detrahendi licentiam, dato tantum poſſeſſoribus parvo quodam ſolatio trium ſcilicet ſtuferorum pro ſingulis decempedis, ſi intra aggerem detraheretur de prędiis, ſi extra eundem obolorum viginti, *An.*1535. 8.*Jun.& An.*1568.20. *Decemb.* Scribit etiam aliquoties ſic judicatum Mornacius *ad l.invitum C.de contr. emt.* Quibus addunt interpretes ex *cap.*1.*ext.de rer.perm.* poſſe rem eccleſiaſticam quantumvis immobilem comparari à Principe, licet id fiat vel invitis œconomis, ſi vel reddat meliorem vel æque pretioſam. Boër.*deciſ.* 322.Molin.*ad conſ.Pariſ.*§.16.*n.*98. Tiraquel. *tract.de pœn. temp.in præfat.n.*35. Ferron. *ad conſ. Burdig. tit. de feud.* §. 10. Speculator *ad rubr. tit.de exec.ſent.* Oldrad.*conſ.*161. Alberic. *ad l.*3. *C. de prec. Imp.off.& ad l. ult. C.ſi cont. jus vel util. publ.*

Bonis conditionibus. Id eſt, juſto pretio. Hotom. & Vinn. *h.* Vel, ut 7 dicit Theophilus, ne ſervi ea lege vendantur à dominis, ut apud emtorem conjiciantur in carcerem, vel ut ſint apud eum in perpetuis vinculis. Quo alluſit Propertius *lib.*4.

Lygdanus inprimis omnis mihi cauſa querelæ
Veneat, & pedibus vincula bina trahat.

Ne vendantur ea lege, ut exportentur in locum, ubi gravis eſt aër, & cœlum eſt peſtilentius, ἐπὶ τῷ οἰκεῖν αὐτοὺς ἐν χώρᾳ βαρυτάτους ἀέρας ἐχούσῃ τοῖς ἀήθεσι, ut narratur de Oaſi, in quam relegati vexabantur culicibus grandioribus muſcis, atque ita miſerabiliter ſolebant tandem occumbere.

Scholiaſtes Βασιλικῶν *lib.* 60. *tit.* 52. Ne vendantur ea lege, ne liceat em-
tori eos unquam manumittere. Sic enim qui diſtrahunt, ſervos coërcent,
& quodammodo cruciant, ne domini melioris experiantur clementiam,
ut ait Ulpianus *l.* 24. *ff. de fideic. lib.* Guil. Forner. 3. *ſelect.* 9. *&* 10.

8 *Nec cuiquam hominum.* Decidit hic locus quæſtionem agitatam in-
ter Martinum & Bulgarum ab Imp. Frederico Ænobarbo conſultos u-
trum Regi aut Principi jus quæſitum ex plenitudine poteſtatis cuiquam
auferre, vel bona privatorum diripere liceat. Iuri enim civili id non ſo-
lum repugnat, ſed & juri divino eſt omnino contrarium, *h.* §. 2. *l. meminе-
rint* 6. *C. und. vi, l. ſi teſtamentum* 10. *C. de teſtam. l. ult. C. ſi cont. jus vel
util. pub. l.* 7. *C. de prec. Imp. off. l. jubemus nullam* 10. *C. de ſacros. eccl. l.* 2.
§. 2. *C. eod. l.* 4. *C. de emanc. lib. Deut.* 17. *vers.* 16. *& ſeqq. Ezech.* 46. *vers.*
16. 1. *Reg.* 21. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt.* 48. Fachin. 8. *contr.* 63. Pet.
Gregor. *lib.* 6. *de repub. cap.* 13. *n.* 16. Oſwald. *in Donell. lib.* 5. *cap.* 3. *lit.*
9 *A.* Mar. Giurb. *conſ.* 57. *n.* 6. *&* 7. Amay. 1. *obſ.* 1. *n.* 49. Nec adverſantur
l. 11. *ff. de evict. l.* 15. §. 2. *ff. de rei vind. l.* ἀξίωσις 9. *ff. de leg. Rhod.
de jact. l.* 3. *C. de Quadr. præſcr.* §. 6. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ. l.* 2. §. 16. *ff.
neq. in loc. publ.* 1. *Sam.* 8. *vers.* 11. *& ſeqq.* Ad *l.* 11. *&* 15. §. 2. reſponden-
dum eſt reddito poſſeſſori à Principe pretio fundum publicatum & aſſi-
gnatum militibus cum id ipſum flagitaret utilitas publica. Modicum
enim honoris gratia poſſeſſori conceſſum in *d. l.* 15. ſignificat pretium,
quod & alio nomine appellatur *ſolatium* in *l.* 13. §. 1. *ff. comm. præd. l. ult.
C. de ſilent. l.* 11. *C. de proxim. ſacr. ſcrin.* Cic. *pro Sext. Roſc. Quam ob cau-
ſam à Chryſogono tantis præmiis donabantur? ſi nihil aliud fecerunt, niſi
rem detulerunt, nonne ſatis fuit his gratias agi? denique ut perliberaliter
ageretur, honoris aliquid haberi.* Symmach. 10. *epiſt.* 62. *Quaſi vero ſimile
eſſet exemplum, ut tenuis honor quo ſubſcriptores ob amicitiam defunctus
aſperſerat, legitimum poſſet abolere judicium, &c.* Mox. *Piget dicere in
quinque uumero ſolidos potiſſimum ſubſcriptoris fuiſſe legatum.* Sic & honor
accipitur in *l.* 6. *pr. ff. mand.* Ad *l.* ἀξίωσις, conſequentiam nullam eſſe;
Imperator ſe dominum mundi affirmat, ergo & de bonis omnium, quæ
ſunt in mundo, Imperatori eſt diſponendi poteſtas. Eſt dominus mun-
di imperio tantum, non autem dominio; juriſdictione non proprietate,
ut ajunt interpretes; quamvis & illud Antonini reſponſum non minus ſit
hyperbolicum, quam id quod Danielem in veteri teſtamento dixiſſe le-
gimus Nebucadnezari. 4. *Dan.* 22. *Amplitudo tua ita crevit, ut pervene-
rit ad cœlum, & dominium tuum ad finem terræ.* Senec. 7. *de benef. cap.* 4.

Jure

Jure civili omnia regis ſunt : & tamen illa, quorum ad regem pertinet univerſa poſſeſſio, in ſingulos dominos deſcripta ſunt, & unaquæque res habet poſſeſſorem ſuum. Itaque dare regi & domum, & mancipium, & pecuniam poſſumus : nec donare illi de ſuo dicimur. Ad reges enim poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas. Ad *l.*3. nihil inde probari, cum Imperator ibi non agat de jure ſingulorum, aut de bonis privati, ſed de bonis ejuſmodi, quæ ſolius ſunt Principis, quæ nimirum dicuntur vel patrimonialia, vel bona fiſcalia. Duplex enim erat ærarium Principis, privatum & publicum. Spartian. *in Adrian. Damnatorum bona in fiſcum privatum redigi vetuit, omni ſumma in ærario publico recepta.* Vulcat. Gallic. *in Avid.Caſſ.Senatus illum hoſtem appellavit, bonaque ejus proſcripſit, quæ Antoninus in privatum ærarium congeri noluit : quare Senatu præcipiente in ærarium publicum ſunt relata.* Treb. Pollio *in Claud. Epiſtola Valeriani ad Zoſimionem procuratorem Syriæ. Huic ſalarium de noſtro privato ærario dabis annuos frumenti modios tria millia, hordei ſex millia, laridi &c.* Comes ſacrarum largitionum publico præerat. Comes vero rerum privatarum privato, *arg.d.l.*3.*l.*3.*pr.C.ub.ſen.vel clariſſ.* Cujac.*par.* C.*de offic. Com.ſacr.larg.& de offic.Com.rer.privat.*

Ad §.6. jam ſupra reſpondi. Quod principi placuit, habet legis vigorem, ſi ſit juſtum & honeſtum, & in ratione fundatum. Ad *l.* 2. §. 16. uno verbo dicendum non deberre referri ad Principem verba, *niſi forte quis hoc impetraverit*, ſed ad eum duntaxat cum cujus incommodo vicinus ædificat. Ad locum citatum 1.*Sam.*8.*v.*11. *& ſeqq.* non doceri quid Princeps eſſet jure facturus, ſed ſimpliciter tantum, quid eſſet facturus. Bachov. *ad l.*1.*ff.de conſt. princ.n.*5. Grot.1.*de jur.bell. & pac.cap.*4.*n.*3. Parens *p.m. de crim.tit.de furt. cap.* 4. *n.* 4. Merul. *prax.tit.*4.*cap.*2.*n.*45. Car.Molin.*ad conſuet.Paris.tit.*1.§.1.*gl.*5.*n.*65.Bodin.1 *de republ.cap.*10 Diſſ.Angel.*in d.l.item ſi verberatum* 15. §.2.*ff. de rei vind.* Bald. *in d.l.*3. C.*de Quadr.præſcr.*Peregrin.*de fideic.art.*52.*n.*118. Panciro l.3. *var. lect.* 23. in quorum opinionem jam olim diſceſſerat portentum illud & prodigium Romanorum Caligula, ut teſtatur Sueton *in ej.vit.cap.*47. *Scripſit & procuratoribus triumphum appararent quam minima ſumma, ſed quantus nunquam alius fuiſſet : quando in omnium hominum bona jus haberent.* Sed præter ea, quæ dixi, vehementer adhuc obſtat locus illuſtris, quem *d.loc.* Pancirolus citavit ex Zonara *in vit. Claud.* Κλαύδιος δὲ χρηστὸς τυγχάνων ἀνὴρ, καὶ δικαιοσύνῃ στοιχῶν, ἀπηγόρευσε πᾶσι ζητεῖν ἐκ βασιλέως ἀλλότρια χρήματα. νενόμισται γὰρ τοὺς βασιλεῖς δύνα- 10

σθαι δωρεῖσθαι καὶ τὰ ἀλλότρια. ὅθεν καὶ οἱ ἔτι κείμενοι νόμοι παρὰ τῇ πολιτείᾳ ἐσχήκασι τὴν ἀρχὴν, *Claudius cum vir bonus juſtitiæque ſectator eſſet interdixit, ne ultra quiſquam bona aliena ab Imperatore peteret. Receptum id enim moribus erat Imperatores etiam aliena donare quandoquidem idem jus ſtanti Reipubl. per leges fuerat.* Verum recte nihilominus doctiſſimus Faber 1. *Semeſt. ult.* hunc locum explicuit de bonis vacantibus, de bonis reorum, & eorum qui damnati ſunt capitali ſupplicio, quæ ſi fiſco nondum ſint nuntiata vel addita, ſunt aliena quodammodo, *l.* 2. C. *de petit. bon. ſubl.* poſſunt enim uſucapi, ſiquis emtor extiterit, etiamſi res fiſci non poſſit uſucapi *l. quamvis* 18. *ff. de uſucap.* §. *res fiſci* 6. *Inſt. eod.* Hæc ſunt quæ Claudius peti prohibuit, cujus ſanctionem confirmarunt Impp. in *l.* 1. *&* 2. C. *de pet. bon. ſubl.* ub. Cujac.

Fraudem. Κατὰ πρώτην μὲν ὄψιν τὸν οἰκέτην πωλήσας, ἰδίᾳ δὲ συμφωνήσας, ὥστε τοῦτον αὐτῷ ἀναδοθῆναι, *Palam quidem & ad ſpeciem ſervum venundans, ſed tacite paciſcens, ut ſibi reddatur.* Theoph. *h.*

TITULUS IX.
DE
PATRIA POTESTATE.

TEXTUS

In poteſtate noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex juſtis nuptiis procreavimus.

COMMENTARIUS.

1. *Quid patria poteſtas.*
2. *Mater liberos in poteſtate non habet.*
3. *Liberorum appellatione quinam hic veniant.*
4. *Differentia quæ eſt inter naturales & ſpurios.*
5. *Quintiliano lux quædam affunditur.*
6. *Pater an habeat filiorum dominium.*
7. *Modi quibus patria poteſtas acquiritur.*
8. *Sponſalia quid.*
9. *Sponſaliorum diviſio & an recte ſic dividantur.*

10. *Hodie*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

10. *Hodie quid requiratur ut valeant ſponſalia.*
11. *Quid ut valeat matrimonium.*
12. *Quibus fiat benedictio.*
13. *Apud Pontificios matrimonium eſt juſtum, etiamſi non ſit ſolenniſatum in cœtu eccleſiæ.*
14. *Quod hic etiam obtinuit avorum memoria.*
15. *Sed conjecturis tum inquirendum in filiorum natales.*
16. *Incertitudini natalium occurſum à Jutis.*
17. *Moris eſt antiquiſſimi ſponſis benedicere.*
18. *Quis dicatur Chartophylax.*
19. *Proclamationes intra quod tempus ſequatur benedictio.*
20. *Proclamationes ſi jam omnes præceſſerint, an adhuc reſilire liceat à contractis ſponſalibus.*
21. *Si ſecuta ſit benedictio, an locus ſit pœnitentiæ.*
22. *Filius conceptus poſt contracta ſponſalia, ſi factis proclamationibus ſponſus ante benedictionem in fata conceſſerit, an naſcatur legitimus.*
23. *Exemplum memorabile & caſus qui hîc contigit multum notabilis.*

HActenus actum de poteſtate dominica. Patria poteſtas eſt jus, quod pater habet in liberos ex juſtis nuptiis procreatos, vel legitimatos vel adoptatos. Patris appellatione complector etiam avum, proavum, abavum, atavum, tritavum, & cæteros omnes, qui appellantur majores, *l.4.ff. de in jus voc.* Avus enim utrumque habet in poteſtate, nepotem & filium, proavus avum, nepotem, & filium, abavus, ſi ejuſmodi caſus aliquando eveniat, proavum, avum, nepotem, & filium, *§. ult. Inſt. h.t.§.7. §.9.Inſt. Quib.mod. j. patr. pot. ſolv.* Avus dum vivit, pater filium in poteſtate non habet, quia ipſe avi eſt poteſtati ſubjectus; qui autem ipſe non eſt ſui juris, alium in poteſtate habere non poteſt, *l.21.ff.ad l. Jul.de adult.* Pater ergo cum dicimus, ſolum matrem excludimus & aſcendentes maternos, *l.nulla 13.ff.de ſuis & leg. her. §. fœminæ 10. Inſt. de adopt. §.3. Inſt. de her. qual. & diff. l.196.ff. de V.S.* Idcirco enim ſpecialiter de patria poteſtate, non autem ſimpliciter de poteſtate parentum inſcriptio facta eſt. Utrumque quidem honorare debemus patrem & matrem. Sic enim Deus mandavit & juſſit, *Exod.20.vers.12.* Sed uterque liberos in poteſtate non habet. Aliud eſt reverentia, quæ debetur parentibus, aliud poteſtas, *l.4.ff.de in jus voc.*

1 (margin, beside first line) · 2 (margin, beside "Pater ergo cum dicimus")

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

l.4. C. de patr. pot. l.ult. ff. de h.q. not.inf. l.5. §.utrum ff. de agn. & al. lib. Reverentia parentibus æqua debetur. Sed poteſtas inæqualis eſt, *l. 4. ff. de curat. fur. & prod.* Nec id etiam dici poteſt rationi contrarium. Natura enim mas tantum eſt familiæ caput, & capax imperii, non autem fœmina, cujus ſexus eſt imbecillis & conſilium laborat adverſus propria commoda, *l.2. §.verba ff. ad SCt. Vellej. l.4. C. de ſponſal.* Τό τε γὰρ ἄῤῥεν φύσει τοῦ θήλεος ἡγεμονικώτερον, dicit Ariſtoteles 1. *polit.* 8. Ibid. Ὁ μὲν γὰρ δοῦλος ὅλως οὐκ ἔχει τὸ βουλευτικόν. τὸ δὲ θῆλυ ἔχει μὲν, ἀλλ' ἄκυρον. *Nam ſervus quidem prorſus non habet vim conſultandi: fœmina vero habet illa quidem, ſed infirmam.* Sane cum poteſtas marito in uxorem conceſſa ſit, *Gen.3. vers. 16. Num.30. vers.6.* uxoris eadem, quæ mariti in liberos, poteſtas eſſe non poteſt. Auguſtin. *epiſt.* 191. *Filius ex legitimis nuptiis ſuſceptus magis in patris eſt, quam in mariti poteſtate.* Chryſoſtom. 1. *ad Corinth.* 11. Εἰκότως ὑποτέτακται τῷ ἀνδρὶ ἡ γυνή· ἡ γὰρ ἰσοτιμία μάχην ποιεῖ. Idem *ad Ephes. cap.* 4. Ἀρχὴ δευτέρα ἐστὶν ἡ γυνή, μήτε οὖν αὕτη τὴν ἰσοτιμίαν ἀπαιτείτω (ὑπὸ γὰρ τὴν κεφαλήν ἐστι) μήτε ἐκεῖνος ὡς ὑποτεταγμένης καταφρονείτω, σῶμα γάρ ἐστι. Gregoras *lib. 7. de Irene & Andronico Palæologo.* Προστιθεμένου δὲ καὶ τοῦ, μείζονα δύνασθαι τῆς μητρὸς τὸν πατέρα, τὸ κωλύον οὐδὲν τὴν τοῦ πατρὸς τελεσθῆναι βούλησιν ἐπὶ τῷ παιδὶ μᾶλλον ἢ τῆς μητρός, *Addebat ille plus matre patrem poſſe, nec quicquam intercedere, quominus patris de filio valeret voluntas, etiam præ materna.* Grot. 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 5. *pr.*

3 Dixi *in liberos* ut excluderem monſtra; nam monſtra non ſunt liberi, nec eſſe cenſentur in poteſtate parentum, *l. non ſunt liberi* 14. *ff. de ſtat. hom.* etiamſi profuerint ad pœnam evitandam lege Iulia & Papia conſtitutam in orbos, *l. quæret aliquis* 135. *ff. de V. S.* Orbi enim tantum ſemiſſem capiebant eorum, quæ teſtator ipſis in teſtamento reliquerat, *l. cum ei* 42. *ff. de leg.* 2. *l.* 82. *ff. de acq. her.* Sozom. 1. *hiſt. eccleſ.* 9. Pancirol. 2. *var. lect.* 230. Eo caſu excepto, tantum abeſt, ut veteres numero liberorum etiam monſtrum habuerint, ut impune licuerit ex 12. tabulis illud ipſum occidere. Cicer. 3. *de legib. Deinde cum eſſet cito necatus tanquam ex* XII. *tabb. inſignis ad deformitatem puer.* Dionyſ. Halicarn. *lib.* 2. *hiſt. cap.* 2. Ἀποκτιννύναι δὲ μηδὲν τῶν γενομένων νεώτερον τριετοῦς προσέταττε, πλὴν εἰ τι γένοιτο παιδίον ἀνάπηρον ἢ τέρας. Menoch. *de arb. quæſt. caſ.* 350. *n.*82. Forner. *ad d.l.* 135. Apud nos ſuffocatur, ſi animalis alterius, quam hominis formam id videatur referre, ut teſtis eſt Grotius 1. *man.* 3.

Dixi porro *in liberos ex juſtis nuptiis procreatos, pr. Inſt. h.t. l.5. ff. de in jus*

jus voc. ut excluderem liberos naturales & ſpurios. Naturales ſunt liberi 4
vel ex concubina, vel ex contubernio ſervi cum ancilla ſuſcepti, §, *ult. Inſt. de nupt. nov.* 89. *cap. ult. pr. l. ult. ff. de h. qu. ſu. vel al. jur. l. pen.* §. 12. *in fin. ff. de leg.* 2. *l.* 6. *pr. ff. ad l. Jul. de adult. l.* 23. *l.* 24. *C. eod.* Spurii ſunt omnes, qui naſcuntur ex matrimonio contra leges contracto, §. 12. *Inſt. de nupt. l. vulgo concepti* 23. *ff. de ſtat. hom. l. Paulus* 11. *ff. eod. d. nov.* 89. *cap. ult.* Differunt ergo naturales & ſpurii, quemadmodum differunt concubinatus, & matrimonium quod eſt legibus vetitum. Concubinatus enim matrimonium appellari non poteſt, ne illegitimum quidem, *l.* 3. §. 1. *ff. de don. int. vir. & ux.* Naturales ex concubina legitimantur interdum, ſpurii non item, §. *ult. Inſt. de nupt. nov.* 89. *cap.* 9. *cap.* 11. *& cap. ult.* Naturales & nothi ſunt unum & idem. Spuriis nunquam hæc appellatio competit, *t. tit. C. de natur. lib.* Forſter. *lib.* 6. *de ſucceſſ. ab inteſt. cap.* 32. Cujac. 5. *obs.* 6. Quintil. 1. *Inſt. orat. cap.* 6. Νόθον *qui non ſit legitimus, Græci dicunt. Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam teſtatus eſt, non habemus, ideoque utimur peregrino.* Ubi nomen Latinum recte negat exi- 5
ſtere. Vox enim naturalis eſt nimis ambigua, cum naturales dicantur etiam ex ancilla ſuſcepti, *d. l. pen.* §. 12. *in fin. ff. de leg.* 2. dicantur etiam legitimi, nimirum cum adoptivis opponuntur in jure, *pr. Inſt. de adopt.* Patri præterea naturales ab inteſtato poſſunt ſuccedere, *auth. licet. C. de natur. lib.* ſpurii non item, *d. auth. d. cap. ult.* quia ſpurii patrem ne illegitimum quidem intelliguntur habere, *d. cap.* §. 12. *Inſt. de nupt.* naturales ſaltem illegitimum, *d. auth. nov.* 89. *cap.* 12. Unde poſſunt etiam ab eodem in teſtamento inſtitui, ſpurii non item, *d. auth.* Sed in eo conveniunt, quod neutri ſint in poteſtate paterna, *h. pr.*

Adjeci præterea *vel legitimatos, vel adoptatos*; quia hi etiam non differunt à legitimis liberis, quantum attinet ad poteſtatem paternam, *d.* §. *ult. pr. Inſt. de adopt.* Ideoque plena non eſt definitio, quam habet Cujac. *par. C. de patr. pot.* Patria poteſtas eſt quaſi proprietas, quam patres jure
civili habent in liberos ſuos juſte procreatos. Recte vero dicit, quod ſit 6
quaſi proprietas: pater enim licet filium vindicare non poſſet, quemadmodum ſervum aut quamcunque rem aliam, cujus verum & plenum habebat dominium, vindicare tamen poterat *ex lege Quiritium, l.* 1. §. 2. *ff. de rei vind.* Potuit & vendere & occidere filium, §. 6. *Inſt. Qu. mod. j. pat. pot. ſolv. l.* 3. *ff. de cap. min. l.* 2. *C. de patr. qu. fil. diſtr. l. in ſuis* 11. *ff. de lib. & poſth. her. inſt.* quod feciſſet injuria, ſi filiorum non habuiſſet ſaltem quaſi
dominium. Ut autem innuit definitio jam ante propoſita, modi ſunt 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

tres, quibus patria poteſtas nobis acquiritur. Primus eſt matrimonium, ſecundus legitimatio, tertius adoptio. Matrimonium, ut contrahatur, præcedunt ſponſalia.

8 Sponſalia ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum, *l.* 1. *ff. de ſponſal.* Μνήμη καὶ ἐπαγγελία τῶν μελλόντων γάμων, ut Græci definiunt. Fiunt conſenſu, quemadmodum nuptiæ, *l.* 4. *ff. de ſponſal.* Jure veteri ſtipulatio etiam adhiberi ſolebat, *l.* 2. *ff. eod.* & decem aderant teſtes, ut docet Ambroſius *lib. ad virginem lapſam cap.* 5. *Si inter decem teſtes*, inquit, *confectis ſponſalibus, nuptiis conſummatis, quævis fœmina viro conjuncta*
9 *mortali, ſine magno periculo adulterium &c.* Quemadmodum dividantur, eſt vulgo notiſſimum, ſed in definitionem impingit diviſio. Si enim ſint repromiſſio futurarum nuptiarum, neceſſario ſequitur, quod nulla de præſenti contrahantur ſponſalia, de futuro ſint omnia. De præſenti enim quæ fiunt, contrahuntur his verbis; *Duco te uxorem, Nubo tibi, cap. inter* 31. *ext. de ſponſal. cap.* 1. *ext. de ſponſ. duor.* jam autem hic nulla mentio futurarum nuptiarum. Quibus ergo ſponſaliorum definitio non convenit, iis nec definitum, ut dicunt Philoſophi. Diſſentiunt Canoniſtæ, ſed argumentis, quæ deſumuntur ex jure Canonico. Jus autem Canonicum licet moribus noſtris in cauſis matrimonialibus videatur receptum, diviſio tamen non videtur admiſſa, quia jure Canonico ſponſalia de præſenti vix poſſunt diſtingui à legitimis nuptiis, præſertim quod attinet ad conjugii vinculum.

10 Apud nos autem hodie, licet ita quis dixerit, *Te uxorem accipio*, matrimonium tamen non cenſetur contractum, & quod adhuc plus eſt, ne quidem ſponſalia. Ea enim ut valeant & ſortiantur effectum, coram notario & duobus minimum teſtibus conficiantur oportet, ut noviſſima noſtrorum Ordinum conſtitutio requirit, *Placaet opt ſtuck van den echten ſtaet art.* 9. *& art.* 10. Nimirum ut valeant, & cogi poſſit invitus ad conſummanda ſponſalia. Caſu enim quo uterque confitetur contracta, ut adiit notarius & fiat inſtrumentum, fruſtra requiritur. Inſtrumentis enim probatur, quod vocatur in controverſiam, *l.* 4. *ff. de fid. inſtrum. l.* 4. *ff. de pign.* ſed ubi nullum eſt dubium, aut non eſt controverſia, non eſt opus probatio. Vaſq. 1. *contr.* 2. *n.* 11. Quæ eſt ratio, cur Ordines ſic alternative in edicto loquantur, *art.* 9. *ten ware dat beyde partyen vry ſijnde, te weten noch ouders noch mombers hebbende, &c. confeſſeerden den anderen getrout te hebben, &c. ofte dat daer van bleecke by een publijck in-*
11 *ſtrument &c.* Porro vero matrimonium eſt nullius momenti, niſi tres

pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

proclamationes in eccleſia præceſſerint, & ſacra benedictio. Parens *p. m. parœm.* 2. *n.* 10. Ut fiat proclamatio, rogatur ſynedrium, vel ſiquis ſit Pontificius, aut religionis alterius, magiſtratus illius loci, ubi habent domicilium contracturi conjugium. Nec fit proclamatio, niſi prius inſerta ſint contrahentium nomina vel judicialibus actis vel actis ſynedrii. Sim. à Leuwen *ad cons. Rynl. art.* 58. *cap.* 3. *n.* 1. *& ſeqq.* Benedictio fit ſpon- 12
ſis. Et hæc apud eos qui diſceſſerunt à Pontificiis videtur ſufficere. Sed apud Pontificios jam olim etiam annuli & coronæ coëuntium conſecrantur à ſacrificulis hujuſmodi precibus: *Bene* X *dic Domine annulum iſtum & coronam iſtam, ut ſicut annulus circumdat digitum hominis & corona caput, ita gratia Spiritus circumdet ſponſum & ſponſam, ut videant filios & filias ad tertiam generationem: qui collaudent nomen viventis atque regnantis in ſecula ſeculorum. Amen.* Laur. Pign. *ſymb. epiſt.* 19.

Nec tamen apud eos, ſi deſit hęc benedictio, nullum eſt matrimo- 13
nium. Juſtum eſſe præſumitur, ne liberi ſint illegitimi, etiamſi non ſit ſolenniſatum, ut loquuntur Pragmatici, in cœtu eccleſiæ. Abbas *in cap. lator ext. qui fil. ſint. leg.* Quod & olim in hac diœceſi obtinuit, ut patet ex ſententia, quam Ordines pronuntiarunt ex Aſſeſſorum conſilio *An.* 14
1610. 29. *Jun. tuſſchen Joncker Dirck Hoeck Impetr. en Willem van Montfoort ged.* Quia enim cohabitaverant, & cui cohabitaverat vir uxorem in literis frequenter vocaverat, & agnati mariti ad filium natum ex ea conjunctione plerunque ſic ſcripſerant, *Edele, Erentfeſte, &c.* declaratum eſt id matrimonium fuiſſe legitimum. Proceſſu autem pendente, an ſit uxor legitima, ex bonis defuncti eam interim alendam bis eſt judicatum à Senatu hujus Provinciæ, ſemel *An.* 1543. 3. *April in cauſa van Eliſabeth Jooſt Pauwels wed. en Claes Jooſtens cum ſoc.* & iterum *An.* 1551. 26. *Maji, in cauſa van Maria de Wit, en Aert Aertsz van Steen,* cui tamen quadraginta tantum floreni ſunt decreti à Curia ſolvendi quatuor penſionibus annuis. Nec enim auctæ tum temporis tam ingentem in modum erant privatorum divitiæ. Non eſt ergo tam mirum, quod olim ſponſalia ſic, ut dixi, diviſerint. Quia enim nec in uſu erat proclamatio nuptialis, nec erat benedictio de ſubſtantia nuptiarum, fiebant ſponſalia ſimul & matrimonium eadem hora propemodum verbis illis nimirum, *Te uxorem accipio.* Sed conjecturis non raro tum erat inquirendum 15
in filiorum naturales. Semper enim tam exacte de conſenſu contrahentium conſtare non poterat. Quapropter ut incertitudini occurrerent 16
Iutæ, qui ſunt Daniæ populi, concubinam, quæ cum cœlibe vixiſſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

triennium uxorem eſſe legitimam lege ſanxerunt, *lib. 1. leg. Iut. cap. 27.* Lex eſt notabilis: *De eine Byſchleperinne, mit ſick in ſinem have, effte in ſinem Huſe hefft, unde he geit apenbarlick mit er tho Bedde, Unde ſe hefft Schlote unde Schlotel in erer vorwaringe, Stahn unde gahn apenbarlick thoſamende, tho dem Diſche, unde van den Diſche, Eten unde Drincken mit ein ander, dre Winter, dat is, dre Jar, ſe ſchal ſine Echte unde Rechte Frouwe ſijn,* id eſt, *Cui domi eſt concubina, cum qua palam concumbit, & illa claves ſimul ædium & ſeras cuſtodiat, ſimul eant & ambulent, ad menſam accedant, & de menſa diſcedant, ſimul edant, & bibant tres hyemes, id eſt, tres annos, erit ea ipſius juſta & legitima conjux.*

17 Fuit alioquin moris id antiquiſſimi ſponſis benedicere. Concil. Carthag. 4. *can. 13. Sponſus & ſponſa, cum benedicendi ſunt à ſacerdote, à parentibus ſuis vel paranymphis offerantur.* Sacerdotem ut benediceret eligebat epiſcopus. Apud Græcos Conſtantinopoli Chartophylacis id erat curæ commiſſum, ut vel ipſe benediceret, vel ſacerdoti, quem vellet, id faciendum injungeret. Georg. Pachymer. 3. *hiſt. cap. 24.* Τοῦ Βέκκου τὸ χαρτοφυλακικὸν ἀξίωμα ἔχοντος, προνόμιον δ' ἐστὶ τὸ προτροπαῖς ἐκείνου τὰς ἱερολογίας γίνεσθαι, *&c. Vecco Chartophylacis dignitatem obtinente, cui juxta uſum ac leges id juris competit, ut ſine illius nutu & aſſenſu*

18 *nuptiales benedictiones non adminiſtrentur.* Poſſin. *ibid. in not.* Erat autem Chartophylax cleri de corpore, conſiſtere ſolitus prope ſacra myſteria celebrante Pontifice. Idem 5. *hiſt.* 13. κληρικὸς βασιλικὸς, *Clericus Regius,* καὶ μέγας Σκευοφύλαξ, *ſupremus Cuſtos ſacræ ſupellectilis.* Idem 5. *hiſt. cap. 24. & d. cap. 24. lib. 3.* Codin. *de offic. Conſtant.* Ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ, ὅταν λειτουργεῖ ἀρχιερεὺς, ἵσταται πλησίον τῶν ἁγίων μυστηρίων. ἔχων δὲ καὶ τὰς ἱερολογίας τῶν μνηστειῶν, ἱερολογῶν αὐτὰς, καὶ ἀποστέλλων τῷ ἱερεῖ τοῦ ναοῦ, τοῦ δεῖνος, εὐλογεῖν αὐτὰς, *Prope ſacra myſteria ſtat magnus Chartophylax celebrante Pontifice. Sacra inſuper regiſtra matrimoniorum penes ſe habet, quæ in acta cum retulit, ad alicujus eccleſiæ mittit presbyterum, ut iis benedicat.*

19 Porro proclamationes benedictio ſequitur, benedictionem vero porro concubitus, ut eſt vulgo notiſſimum. Sed quando neceſſe ſit, ut proclamationes ſequatur benedictio, vel intra quod tempus, non eſt lege ſancitum, & idcirco relictum arbitrio contrahentium, qui licet proclamatio-

20 nes jam omnes præceſſerint, adhuc tamen à ſponſalibus poſſunt diſcedere conſenſu mutuo, ſi eos pœniteat, *arg. l. 35. ff. de reg. jur.* Leuwen *ad conſ. Rynl. art. 58. cap. 3. n. 11.* Sed ſi ſecuta ſit benedictio, ceſſat hæc pœnitentia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

tia. Sunt enim jam conjuges, licet multis in locis non prius reputentur 21
maritus & uxor, quam accedat concubitus, & prima die nuptiarum ab amicis ſalutentur adhuc ſponſus & ſponſa, ſed id vel refertur ad communionem bonorum, quæ non niſi concubitu ſæpe contrahitur, *Coſtuym. van Utrecht rubr.* 22. *art.* 1. vel alioquin fit ob cauſam nullam aliam, quam quia concubitus conſummat matrimonium, benedictio vero duntaxat id perficit. Neoſtad. *de pact. anten. obſ.* 15. 16. 17. Leuwen *Rooms-Holl. Recht lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 3. Sed quid ſi proclamationes jam 22
omnes præceſſerint, ſponſus autem moriatur, priuſquam benedictio impetrari potuerit, conceptus interim poſt contracta ſponſalia an erit legitimus, ſi ſponſo jam mortuo edatur in lucem? Non erit ſine dubio, quia natus non eſt ex legitimis nuptiis, *arg. l.* 5. *ff. de in jus voc.* §. 12. *Inſt. de nupt.* Sed contigit aliquando hic caſus notabilis. Gisbertus Knuyt civis 23
hujus urbis contractis ſponſalibus puellam compreſſit; proclamationibus deinde publice factis, priuſquam porro poſſet accedere benedictio, peſte corripitur, quæ cum allatura crederetur exitium, per amicos non ſemel à Paſtoribus petiit, ut hoc ſtatu ad ægrotantem vel unus ex iis dignaretur accedere benedicturus & domi ipſius peracturus ſolennia. Sed inconſulto Senatu detrectantibus illis in ſe hoc ſuſcipere, conſuli autem tum temporis magiſtratus non poſſet, quod non eſſet coactus, nec die Saturni, quo fiebat hæc petitio, mos eſſet cogendi, expirat decumbens interim & in fata concedit. Dolens autem vehementer puella, cujus erat jam delibata virginitas, ſpem ademtam conjugii morte præpropera, ne partus eſſet illegitimus, oblato libello ſupplice ab Ordinibus petiit declarari ſe defuncti legitimam conjugem, & impetravit reſcriptum, cujus hoc eſt exemplum: *De Gedeputeerde van de Staten 's Lants van Utrecht, vermogens haer Ed. Mog. reſolutie van den* XVIII. *Jul. voorleden deſen aengaende ter beſchryvinge genomen, hier op geſien het advys van den Hove deſer Provincie, mitsgaders gelet, dat niet alleen van trouwbeloften in deſen verhaelt behoorlyck conſteert, ſo by verſcheyde gerecoleerde atteſtatien, ende getuygen op interrogatorien voor den Gerechte der ſtadt Utrecht gehoort, als oock by teſtamente voor Notaris en getuygen by Gysbert Knuyt in deſen genoemt op den* 13. *Auguſt.* 1636. *gepaſſeert, dat tuſſchen hem en de ſuppliante formele ondertrouw was opgerecht, en daerenboven dienvolgende drie houwelyckſche proclamatien ſijn gegaen. Dat oock by den voornoemden Knuyt in mortis articulo, als hy aen de peſte doot ſieck lach, groote inſtantie is gedaen, om met de ſuppliante getrouwt te mogen werden, 'twelk*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

door de doot alleenlyck is belet, door dien mede ſoo nae Goddelycke, beſchreven wereltlycke als oock Canonycke rechten claer genoech gededuceert wort in ſulcken kas wettich huwelyck te ſijn, Soo verſtaen ende verclaren haer Ed. Mog. by deſen, dat de trouwe tuſſchen den voornoemden Gysbert Knuyt en haer ſuppliante wettige trouwe geweeſt is, en ſy ſuppliante echte huysvrouwe van den voornoemden Gysbert Knuyt te weſen, ende alſulcks het kint by den anderen verweckt een echt ende ex legitimo matrimonio geboren kint te ſijn. Gedaen t'Utrecht den 13. Aug. 1639.

Onder-ſtont

Ter ordinantie als boven

Ant. van Hilten.

Dici hoc poteſt non minus ſingulare quam reſcriptum Impp. in *l.57.ff. de rit. nupt.* Nomen autem mulieris erat *Anneken Altyns.*

TEXTUS

§. I. *Nuptiæ autem, ſive matrimonium eſt viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens.*

COMMENTARIUS.

1. *Nuptiæ & matrimonium an unum & idem.*
2. *Unde dictæ ſint nuptiæ.*
3. *Deductio ſponſæ quibus facta ſolennibus.*
4. *Solennitas, qua olim Impp. Orientis filias alicui collocarunt in matrimonium.*
5. *Facta deductio in domum mariti.*
6. *Nymphæum quid.*
7. *Nummum nova nupta afferebat marito.*
8. *Celibaris haſta.*
9. *Nuptiale convivium.*
10. *Repotia.*
11. Ανακαλυπτήρια.
12. *Morghangeba quid.*
13. *Amicis miſſa munuſcula à parentibus eorum qui contraxerant nuptias.*
14. *Sponſi amicis donum etiam apud Græcos olim miſſum à ſponſa.*

15. *Poly-*

15. *Polygamia ſimultanea omni jure prohibita.*
16. *Succeſſiva permittitur.*
17. *Permittendi quæ ratio.*
18. *Dei diſpenſatio in veteri teſtamento.*
19. *Peccant contra jus gentium, qui ſimul & eodem tempore plures habent uxores.*
20. *Primus apud Romanos quis duas in matrimonium uxores aſſumpſerit.*
21. *Valentiniani conſtitutio peſſima.*
22. *Turpis & ſcelerata quædam Platonis opinio.*
23. *Polygamiæ quæ hodie pœna.*
24. *Mores Turcarum.*
25. *Item Indorum.*
26. *Concubinatus non eſt jure permiſſus.*
27. *Reſpondetur objectionibus Viri Clariſſimi.*
28. *Quotuplex olim fuerit conjunctio legitima.*
29. *Exponitur Cicero in orat. pro Flacco.*
30. *Refutatur Fornerius.*
31. *Coëmptionis origo.*
32. *Ejus veſtigium apud Mauros & Indos adhuc hodie reperitur.*
33. *Apud Francos etiam ſimiliter.*
34. *Contractum etiam matrimonium uſu & farre.*
35. *Utrum ſit matrimonium an concubinatus unde poſſit cognoſci.*
36. *Intentio contrahentium.*
37. *Uxor propria.*
38. *Tribus tantum ex cauſis factum ex lege Romuli cum uxore divortium.*
39. *Primus quis cum uxore divortium fecerit.*
40. *Probatur quod Romani etiam uxores invicem commodaverint.*
41. *Moribus hodie quot cauſæ divortii.*
42. *Finis eſt matrimonii procreatio liberorum.*
43. *Impotens quis..*
44. *Ex lege Solonis ter ſingulis menſibus congrediendum cum conjuge.*

NUptiæ & matrimonium hic idem ſignificant; ſed ſeparantur 1
in §. 12. *Inſt. de nupt.* quia ſi ἔτυμον & vim verbi conſideres, propriè ſolennitatem & feſtivitatem nuptialem ſignificant nuptiæ,

ptiæ, matrimonium vero vinculum, quod eſt inter conjuges, & conjunctionem legitimam. Quintil. *decl.* 306. *Vis ſcire quid ſint nuptiæ? aſpice illam virginem, quam pater vendidit, euntem die celebri, comitante populo.* Arnob. *lib.* 1. *Ipſi homines denique non matrimonia copulant nuptiarum*
2 *ſolennibus juſtis*? Ab obnubendo enim Grammaticis dictæ ſunt nuptiæ, quia flammeo velatam ſolebant deducere. Tertullian. *cap.* 12. *de vel. virgin. Apud ethnicos velatæ ad virum ducuntur.* Feſtus *in Flammeo. Flammeo amicitur nubens ominis boni cauſa, quod eo aſſidue utebatur Flaminica, id eſt, Flaminis uxor, cui non licebat facere divortium.* Deducebant eam
3 pueri iiſdem parentibus nati & editi, ἀμφιθαλεῖς, ut eos Græci appellant, ut autem Romani, patrimi matrimi. Scaliger. *not. ad Catull. pr.* Inde idem Catull. *in epithal.*

Mitte brachiolum teres
Prætextate puellulæ. &c.

Prælatis facibus ſolebant deducere. Juſtin. *lib.* 11. *hiſt. Nonnulli facem nuptiis filiæ accenſam patris rogo ſubditam dolebant.* Plutarch. *ſympoſ.* 4. *q.* 3. *Nuptialis autem menſa indicem habet hymenæum alta voce inclamantem, & facem & tibiam, quæ Homerus ait mulieribus ad fores ſtantibus eſſe admirationi.* Plaut. *Caſin. act.* 1. *Primum omnium lucebis huic novæ nuptæ facem.* Apulej. 4. *metam. in fin. Tedaſque nuptiales, quibus præluxerant, ibidem lacrymis ſuis extinctas relinquentes.* Ovid. 4. *metam.* 2.

Sed longe cunctis longeque beatior illa eſt,
Siqua tibi ſponſa eſt, ſiquam dignabere teda.

Vetus inſcriptio, quæ eſt apud Fornerium 3. *rer. quot.* 29. *Antoninam Volumniam virginem volentem auſpicato à parentibus ſuis coëmit, & quatuor facibus in domum deduxit.* Noctu enim hæc fiebat deductio. Servius *ad Virgil. eclog.* 8. *Antea non niſi nocte ducebantur ab ſponſis.* Prius autem, quam deducerent, ſumebant auſpicium. Valer. Max. *lib.* 2. *rer. mem. cap.* 1. *Apud antiquos non ſolum publice, ſed etiam privatim nihil gerebatur, niſi auſpicio prius ſumpto, quo ex more nuptiis etiamnum auſpices interponuntur. Qui quamvis auſpicia petere deſierint, ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis veſtigia uſurpant.* Servius *ad Virgil.* 4. *Æneid.* Po-
4 ſterioribus ſeculis cum Impp. Orientis filias alicui collocarent in matrimonium, ſolebant ſub dio quadam in planitie tabulatum erigere, erecto ibidem etiam Imperatoris tentorio, in quo pernoctans, quę dabatur in matrimonium, una cum Auguſta & ſororibus cæteris, ſi fortaſſis exiſterent

(noctem

(noctem enim Imp. agebat in caſtris) ſola conſcendebat illud tabulatum poſtridie, & remotis aulæis, quibus in circuitu erat plane contectum, ſe conſpiciendam exhibebat cuilibet. Cantacuzen. 3.*hiſt. cap.* 95. Καὶ ἐκέλευε περὶ τῆς πόλεως ἐν τῷ πεδίῳ πρόκυψιν ποιεῖν ἐκ ξύλων, ἵν’ ἐπ’ αὐτὴν ἡ βασιλέως νυμφευομένη θυγάτηρ στᾶσα, πᾶσι γένοιτο καταφανής. οὕτω γὰρ ἔθος εἶναι τοῖς βασιλεῦσι ποιεῖν ἐπὶ ταῖς θυγατράσι πρὸς γάμον ἀγομέναις *&c.* Locus eſt paulo longior.

Dixi ſponſam apud Romanos deductam à pueris. Apud Græcos ſolebat à ſocru deduci. Apollonii interpres *lib.* 4. & Euripides *in Phœniſſis*: Ἔθος ἦν τὴν νύμφην ὑπὸ τῆς μητρὸς τοῦ γαμοῦντος μετὰ λαμπάδος εἰσάγεσθαι. Solebant etiam aqua nubentem aſpergere, cum ad virum deducerent, *l. pen. ff. de don. int. vir. & ux.* Feſt. *in Facem. Facem in nuptiis in honorem Cæſaris præferebant, aquaque ſpargebatur nova nupta : ſive ut caſta puraque ad virum veniret, ſive ut ignem atque aquam cum viro communicaret. Hæ,* enim, *duæ res humanam vitam maxime continent,* ut dicit idem in voce *Aqua.* Ovid.

Quos fecit juſtos ignis & unda viros.

Deducentes inclamabant hanc vocem Talaſſio. Liv. *lib.* 1. *cap.* 9. *Unam longe ante alias ſpecie ac pulchritudine inſignem à globo Talaſſii cujuſdam raptum ferunt, multiſque ſciſcitantibus, cuinam eam ferrent, identidem nequis violaret, Talaſſio ferri clamitatum. inde nuptialem hanc vocem factam.* Aurel. Vict. *de vir. illuſtr. cap.* 2. Plutarch. *in Romul. cap.* 18. Cantabant Hymenæum, & invocabant cornicem concordiæ ſymbolum. Plaut. *Caſ. act.* 4. *ſc.* 3.

Age tibicen. dum illam educunt huc novam nuptam foras,
Suavi cantu concelebra omnem hanc plateam hymenæo.
Io hymen hymenæe ! io hymen.

Cic. *lib.* 4. *ad Herenn. Non illæ te nuptiales tibiæ ejus matrimonii commonebant. Nam hæc omnis ſanctimonia nuptiarum uno ſigno tibiarum intelligitur.* Catull. *in epithal.*

Collis ô Heliconei
Cultor, Uraniæ genus
Qui rapis teneram ad virum
Virginem, ô Hymenæe, Hymen

Ælian. *de animal.* Ἀκούω δὲ τοὺς πάλαι καὶ ἐν τοῖς γάμοις μετὰ τὸν ὑμέναιον τὴν κορώνην καλεῖν σύνθημα ὁμονοίας τοῦτο τοῖς συνιοῦσιν ἐπὶ παιδοποιΐᾳ διδόντες. Fiebat deductio in domum mariti, *l. mulierem* 5. *ff. de rit. nupt.* 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

*l.15.ff.de cond.& dem.l.6.C.de don.int.vir.& ux.l.quæſitum 9.ff.de ſponſal.l.32.§.ſiquis ſponſam ff.de don.int. vir.& ux. l.2.§.1.ff.de h.qu.ut ind. l.13.§.6.ff.ad l.Jul.de adult.*Briſſon.*lib.1.antiq.*18. Mornac.*ad l.5.§. interdum ff.commod.* Vel ſi domo careret, in Nymphæum fiebat. Cedren.
6 *tom.1.hiſt.cap.*135. Νυμφαῖον, ἐν ᾧπερ οἱ γάμοι ἐγένοντο τῶν οὐκ ἐχόντων οἴκους. Cum eo veniſſent mulier interrogata, quodnam haberet nomen, dicebat ſe Cajam, eamque ſublatam, ne limen ædium tangeret, geſtabant in ædes. Valer.Max.*lib.10.in fin.Fertur* C. *Cæciliam Tarquinii Priſci regis optimam lanificam fuiſſe: & ideo inſtitutum eſſe, ut novæ nuptæ ante januam mariti interrogatæ, quænam vocarentur, Cajam eſſe ſe dicerent.* Plutarch.*in Romul. d.loc.* Διαμένει δὲ μέχρι νῦν, τὸ τὴν νύμφην αὐτὴν ἀφ' ἑαυτῆς μὴ ὑπερβαίνειν τὸν οὐδὸν εἰς τὸ δωμάτιον, ἀλλ' αἰρομένην εἰσφέρεσθαι, διὰ τὸ καὶ τότε κομισθῆναι βιασθείσας μὴ εἰσελθεῖν. ἔνιοι δὲ λέγουσι καὶ τὸ τὴν κόμην τῆς γαμουμένης αἰχμῇ διακρίνεσθαι δορατίου σύμβολον εἶναι τοῦ μετὰ μάχης καὶ πολεμικῶς τὸν πρῶτον γάμον γενέσθαι. Plaut. *Caſin. act.* 4. *ſc.* 4.

> *Senſim ſuper attolle limen pedes, nova nupta: ſoſpes*
> *Iter incipe hoc. &c.* *age Olympio*
> *Quando vis, uxorem accipe hanc à nobis.*

Dio Caſſ. *de Nerone*: Ἐκδόντος αὐτὸν τοῦ Τιγελλίνου, ὥσπερ ὁ νόμος κελεύει. Sueton. *in Neron. cap.* 28. *Puerum Sporum exſectis teſtibus etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus cum dote & flammeo per ſolenne nuptiarum, celeberrimo officio, deductum ad ſe pro uxore habuit.* P. Fab. 3.
7 *ſemeſt. cap.* 23. Deducta tres aſſes afferebat marito. Nonius Marcell. *cap. de Doctorum indagine: Nubentes veteri lege Romana aſſes tres ad maritum venientes, ſolere pervehere, atque unum, quem in manu tenerent, tanquam emendi cauſa, marito dare; alium, quem in pede haberent, in foco Larum familiarium ponere; tertium quem in ſacciperione condidiſſent, &c.* Atque inde Virgil. *lib.1. Georg.*

> *Teque ſibi generum Tethys emat omnibus undis.*

Mornac. *ad l.pen. ff. de don. int. vir. & ux.* Sed de haſta quod dictum
8 eſt, vel αἰχμῇ δορατίου, ut eſt apud Plutarch. aſſentiuntur Ovidius:

> *Nec tibi, quæ cupidæ matura videbere matri,*
> *Comat virgineas haſta recurva comas.*

Feſt. *in Celibari. Celibari haſta caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris ſtetiſſet abjecti, occiſique, ut quemadmodum illa conjuncta fuerit cum corpore gladiatoris, ſic ipſa cum viro ſit.* Arnob. *lib.2. adv.gentes:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

tes: *Cum in matrimonia convenitis, toga ſternitis lectulos, & maritorum genios advocatis, nubentium crinem celibari haſta mulcetis.* Et hæc erant 9
ſolennia, quibus peractis ſequebatur convivium. Tacit. *annal.* 11. *Nedum conſulem deſignatum cum uxore principis, prædicta die, adhibitis qui obſignarent velut ſuſcipiendorum liberorum cauſa conveniſſe: atque illam audiſſe auſpicum verba, ſubiſſe, ſacrificaſſe apud deos, diſcubitum inter convivas, oſcula, complexus, noctem denique actam licentia conjugali.* Dies au- 10
tem ſequentes idem illud convivium dicebantur repotia. Acro *in Horat. Repotia dicuntur dies, qui ſequuntur nuptias, quoniam mutuis conviviis ſe frequenter invitant.* Græci eos dicebant etiam ἀλληλοκλητώρια, ἀνακαλυπτήρια, ἐπαύλια, ὀπτήρια, θεώρητρα, quia vultum & faciem nupta tum retegebat, ut conſpici poſſet. Cujac. 16. *obs.* 39. Jul. Pollux *onomaſt. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 4. Harpocration: Ἀνακαλυπτήρια, δῶρα διδόμενα 11
ταῖς νύμφαις παρά τε τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τῶν οἰκείων, καὶ φίλων, ὅταν τὸ πρῶτον ἀνακαλύπτωνται, ὥστε ὁρᾶσθαι τοῖς ἀνδράσι. καλεῖται αὐτὰ καὶ ἐπαύλια. Ἀνακαλυπτήρια, *dona quæ ſponſis dantur à marito, neceſſariis, & amicis, ſimulac vultus novæ nuptæ retegitur, ut aſpici poſſit. Vocantur etiam* ἐπαύλια. Ὄρθρια δῶρα appellantur Heſychio. De quibus oportet ut Juvenalem intelligas *Sat.* VI.

——————— nec illud
Quod prima pro nocte datur, cum lance beata.
Dacicus & ſcripto rutilat Germanicus auro

Vid. Meurſ. *gloſſ. Græcobarb. in voce* θεώρητρον. Mornac. *ad l.* 5. *ff. de rit. nupt.* Guil. Forner. *ad l.* 194. *ff. de V. S.* Morghangebam etiam, cum de- 12
coxiſſet Latinitas, poſteriori ætate dixerunt Longobardi, quæ vox, ut apparet, eſt origine Belgica, ex *morgen* & *gave*, ut videtur compoſita, ut ſit quaſi donum, quod amiſſæ virginitatis velut præmium datur poſtridie nuptiarum. Ziegler. *ad Grot. lib.* 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 7. *n.* 8. Cujus & regulariter ita tranſit dominium, ut marito præmortuo uxor illud præcipiat. Hart. Piſt. *lib.* 1. *quæſt.* 44. Grot. 2. *man.* 12. §. *pen.* Groenew. *ad l.* 16. *C. de donat. ant. nupt.* Matutinale donum idem id appellatur in pactione Regum apud Andelaum *lib.* IX. *De civitatibus quas Gailesvindam germanam domnæ Brunichildis, tam in dote, quam in morghangeba, hoc eſt, matutinali dono in Franciam venientem certum eſt adquiſiſſe.*

Cæterum dona non ſolum nova nupta ſolebat ab amicis accipere, ſed 13
amicis etiam abſentibus mittebant munuſcula parentes eorum, qui juncti erant conjugio, *l.* 1. §. 5. *ff. de tut. & rat. diſtr. act.* Symmach. *lib.* 4. *epiſt.* 14.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Cum filios noſtros jugali fœdere ſociare vellemus, primam ſuper hoc magnificentiam tuam meditatio noſtra conſuluit, ut cœpti felicis auſpicium à parente publico ſumeretur. Effectum nuptialibus votis Deus præſtitit. Nunc honor ſportulæ ſuſcipiendæ culmini tuo & more & amore ſolvenda eſt. Idem *lib. 4. epiſt. 55. Non eadem facilitate purgabis, quod filii noſtri Minervii nuptias aliorum potius relatu, quam literis tuis comperi. An veritus es, ne à te numiſma auro cuſum deſiderarem. Potuit jacturam ſportulæ tacere verecundia mea.* Idem 9. *epiſt.* 106. *Pro filiis noſtris Deo juvante conjunctis in duobus ſolidis ad te miſimus ſportulam nuptialem, quam cum promta dignatione ſuſceperis, documentum dabis amicorum omnia feſta eſ-*
14 *ſe communia.* Apud Græcos etiam antiquitus moris erat, ut ſponſa ſponſi propinquis donaret veſtimenta, cum dies eſſet nuptiarum, ut ad illud Homeri teſtatur Euſtathius *Iliad.* ζ.

Σοὶ δὲ γάμος σχεδόν ἐστι, ἵνα χρὴ καλὰ μὲν αὐτὴν
Ἕννυσθαι, τὰ δὲ τοῖσι παρασχεῖν οἵ κέ σ' ἄγωνται

Ἔθος γὰρ ἦν, inquit, τὰς νύμφας τοῖς τοῦ νυμφίου ἐσθῆτας ἐν τῷ τοῦ γάμου καιρῷ χαρίζεσθαι. Guil. Forner. *ad l.* 194. *ff. de V.S.*

15 *Viri & mulieris.* Mulieris dicit, non vero mulierum, quia polygamia nullo jure permittitur, *Gen.* 2. *v.* 22. & 24. *Exod.* 20. *v.* 14. *Levit.* 18. *v.* 18. *Matth.* 19. *v.* 5. 1. *ad Cor.* 7. *v.* 4. §. 6. & 7. *Inſt. de nupt. l.* 2. C. *de inc. nupt. l.* 18. C. *ad l. Jul. de adult. l.* 1. *ff. de h. qu. not. inf. l. un.* C. *de concub.* Ziegler. *ad Grot.* 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 5. *n.* 9. Pet. Mart. 2. *loc. comm. cap.* 10.
16 Chriſten. *de cauſ. matrim. diſſ.* 3. *quæſt.* 1. Simultanea ſcilicet: ſucceſſivam enim, cum iteratur matrimonium uxore jam mortua, nullum jus prohibet, *Rom.* 7. *v.* 2. & 3. 1. *Corinth.* 7. *v.* 39. 1. *Timoth.* 5. *v.* 14. *l. hac edictali* 6. & *t. tit.* C. *de ſec. nupt. l.* 4. *pr.* C. *de bon. qu. lib.* licet laudabiliorem exiſtimaverint veteres renuntiantem ſecundis & ulterioribus nuptiis. Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 1. *Quæ uno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur. Exiſtimabant enim eum præcipue matronæ ſincera fide incorruptum eſſe animum, qui depoſitæ virginitatis cubile pudicum egredi neſciret: multorum matrimoniorum experientiam quaſi legitimæ cujuſdam intemperantiæ ſignum eſſe credentes.* Unde Dido apud Virgil. 4. *Æneid.*

Ille meos primus, qui me ſibi junxit, amores
Abſtulit, ille habeat ſecum, ſervetque ſepulchro.

Tacit. *de morib. Germ. Virgines tantum nubunt, & cum ſpe votoque uxoris ſemel tranſigitur. Sic unum accipiunt maritum, quomodo unum corpus,*

unam-

unamque vitam. Juſtinianus *nov.* 2. *cap.* 3. Καλὸν μὲν γὰρ ἂν εἴη καὶ ἐπαινετὸν, καὶ ἄξιον εὐχῆς, τὸ τὰς γυναῖκας οὕτω διακεῖσθαι σεμνῶς, ὡς τὰς ἅπαξ εἰς ἀνδρὸς ἐλθούσας τηρεῖν ἄθικτον τῷ τελευτήσαντι τὴν εὐνήν. καὶ τήν γε τοιαύτην γυναῖκα καὶ θαυμάζομεν, καὶ ἐπαινοῦμεν, καὶ οὐ πόῤῥω τίθεμεν παρθενίας. Vid. Liv. *lib.* 10. *hiſt. cap.* 23. Guil. Forner. *ad l.* 89. §. 1. *ff. de V. S.* Hodie apud Indos qui ſubjecti ſunt Mogoli, & appellantur Benjanæ, obſervatur jam idem, quod olim apud Germanos, ut docet id itinerarium, quod nuperrime prodiit, Georgii Andreæ *lib.* 1. *cap.* 31. Vicem enim proſtitutæ ſuſtinere compellitur, quæ agitata libidine unis eſſe nuptiis contenta non poteſt. Quod à jure Canonico non videtur alienum, quo nuptiæ repetitæ fornicatio dicuntur, *c. hac ratione* 31. *q.* 1. ſed parum huic convenit cum cæteris textibus, qui diſerte matrimonium iterare permittunt, *c. iſte* 32. *q.* 4. *c. qui epiſcopus diſt.* 23. *c. honorantur* 32. *qu.* 2. *c. aperiant* 31. *q.* 1. & optime quidem. Ceſſat enim ratio, quæ polyganiam ſimultaneam prohibet. Ceſſant invi- 17
dia, livor, injuria, zelotypia, diſcordiæ, rixæ, quæ oriuntur plerunque ex mnltitudine conjugum. Quid autem magis eſt rationi contrarium, quam injuriam inferre, *l.* 3. *ff. de juſt. & j. l.* 4. *pr. l.* 45. §. 4. *ff. ad l. Aquil*? quæ infertur uxori, ſi præter eam quam duximus ſimul & eodem tempore ducamus & aliam; fides enim violatur, quæ utrique debetur à marito uxori, ab uxore marito, 1. *Cor.* 7. *v.* 4. & divinum etiam præceptum, quo duo eſſe jubentur in una carne, *Gen.* 2. *v.* 24. omnino evertitur. Sed uxore jam mortua ſiquis tum ad alias convolaverit nuptias, violatur nec fides, nec Dei mandatum, & idcirco Mornacius vir excellentis ingenii actioni injuriarum locum eſſe contendit ad *l.* 1. *ff. de h. qu. not. inf.* ſiquid fiat in διγαμίας aut τριγαμίας ludibrium.
Quod autem ad eos attinet qui in veteri Fœdere plures eodem tempo- 18
re habuerunt uxores, de iis affirmari nihil aliud poterit quam Deum certis de cauſis diſpenſaſſe tum temporis circa rem & conjunctionem illam jam ab initio vetitam. Covarr. *part.* 2. *cap.* 7. §. 3. *n.* 1. & 2. Pontifex enim ſi diſpenſare de matrimonio, quod eſt jure divino prohibitum, poteſt, ut ajunt Canoniſtæ, quæ quæſo eſt ratio, cur ei non liceat, cujus in manu ſunt omnia proſpera vel adverſa mortalium? Diſſ. Grot. 2. *de jur. bell. &* 19
pac. cap. 5. *n.* 9. Cęteros ſane, qui hac diſpenſatione non fuerunt muniti, contra jus & morem omnium gentium peccaſſe non dubito, Parthos, Ægyptios, Mauros, & barbarorum pleroſque. De Parthis Juſtin. *lib. hiſt.* 41. *Uxores dulcedine variæ libidinis ſinguli plures habent, nec ulla delicta ad-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ulteriis gravius vindicant. De Mauris Salluſt. *in Jugurth. Verum ea neceſſitudo apud Numidas, Maurosque levis ducitur, quia ſinguli pro opibus quiſque quamplurimas uxores, denas alii, alii plures habent, ſed reges eo amplius.* Eorum duces apud Procop. 2. *Vandal.* Παίδων μὲν τοι ἕνεκεν ὑμῖν μελήσει, οἷς μίαν ἄγεσθαι γυναῖκα ἀνάγκη. ἡμᾶς γὰρ, οἷς καὶ πεντήκοντα (ἂν οὕτω τύχοι) ξυνοικοῦσι γυναῖκες, παίδων οὐκ ἄν ποτὲ ἐκλείποι γονή. De Ægyptiis Diod. Siculus *lib.* 1. *cap.* 80. *In matrimonium Ægyptiorum ſacerdotes unam, alii, quot quis velit, ducunt, natiſque alendis cunctos operam dare neceſſe eſt, ut hominum multitudo ſuppetat, quod hoc plurimum ad felicitatem terræ urbiumque conducat.* De Britannis Euſeb. *de præpar. euangel.* Ἐν τῇ Βρετανννίᾳ μία γυνὴ πολλοὺς ἔχει ἄνδρας, ἐν δὲ Παρθίᾳ εἷς ἀνὴρ πολλὰς ἔχει γυναῖκας. Julius Cæſar *lib.* 5. *de bell. Gall. Uxores habent deni duodenique inter ſe communes & maxime fratres cum fratribus, & parentes cum liberis. &c.* De Lituanis eſt quiddam ſimile apud Æneam Sylvium *l.* 4. *dictor. memor. reg. Alphonſi n.* 8. Unus quidem erat ſingulis, ut ibi ſcribit, maritus, ſed negligente marito concubinum unum aut alterum, quæ quidem erant nobiles, ſolebant adſciſcere. Qualem vicarium apud Plautum Amphitruoni ſe præſtitit Jupiter:

Neſcio quid iſtuc negotii dicam, niſi quiſpiam eſt
Amphitruo alius, qui forte te hic abſente, ſic tamen
Tuam rem curet, teque abſente hic munus fungatur tuum.

Et qualem etiam ſe præbuit Henrico VIII. regi Anglorum quidam Culpeprus adſcitus à regina Catharina Havarda in ſpem liberorum eo ignorante, ut teſtis eſt Jovius, & ex eo Langlæus 7. *Semeſt. cap.* 4. De cæteris porro barbaris Corn. Tacit. *de morib. Germ. Prope ſoli barbarorum ſingulis uxoribus contenti ſunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, ſed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur.*

20 Primus apud Romanos & ſolus etiam propemodum, quod videtur notabile, triumvir Antonius, cum invaſiſſet tyrannidem, tam indigne ſe geſſit, ut Octaviam ſimul ſororem Auguſti & Cleopatram formoſiſſimam fœminam reginam Ægypti aſſumpſerit conjuges. Plutarch. *in ej. vit. cap.* 115. Ἀντώνιος δὲ πρῶτον μὲν ὁμοῦ δύο γυναῖκας ἠγάγετο πρᾶγμα μηδενὶ Ῥωμαίων τετολμημένον, ἔπειτα τὴν ἀστὴν καὶ δικαίως γαμηθεῖσαν ἐξήλασε τῇ ξένῃ καὶ μετὰ νόμους συνούσῃ χαριζόμενος. Dico *ſolus propemodum*, quia Valentinianus etiam fecit ſimiliter, ut eſt apud Theophanem: Τούτω τῷ ἔτει Οὐαλεντινιανὸς ὁ μέγας, ζώσης τῆς αὐτοῦ γαμετῆς Σεβή-

Σεβήρης τῆς μητρὸς Γρατιανοῦ, ἔγημεν παρανόμως Ἰουςίναν διὰ κάλλος μαρτυρηθεῖσαν ὑπὸ Σεβήρης. Nec fecit tantum ſimiliter, ſed per ſingu- 21
las civitates etiam legem propoſuit, ὥστε ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ δύο νομίμους ἔχειν γυναῖκας. Teſtis eſt Socrates 4. *hiſt.* 31. Fœdiſſima lex, & omnino ſcelerata, ſed longe fuit ſceleratior in libris de republica viri ſapientiſſimi Platonis opinio cenſentis inſtituendam communionem uxorum velut 22
rem ſalutarem & utilem reipublicæ, ut teſtis eſt Gellius *lib.* 8. *cap.* 2. Quapropter quod ait Socrates 1. *hiſt. cap.* 18. ſceleratam nihilominus opinionem ejuſmodi amplexam olim Heliopolim civitatem Phœniciæ videtur mirabile. Profecto ibi ingens incertitudo natalium, γονέων γὰρ καὶ τέκνων οὐδεμία διάκρισις, donec initiatus jam diſciplinis cœleſtibus Conſtantinus execrabilem illam conſuetudinem ſuſtulit: νόμῳ γὰρ σεμνῷ τῶν αἰσχρῶν ἀνελὼν τὸ μύσος τὰ γένη ἑαυτοῦ ἐπιγινώσκειν παρεσκεύασεν. *Ibid.* Quod longe glorioſius, quam id quod de Cæſare ſcribit Suetonius, eum aliquando cogitaſſe de lege, quam tuliſſet ad populum, ſi vixiſſet diutius, ut quiſque tot duceret uxores, quot vellet. Sueton. *in Jul. cap.* 52. Cabades ſane cum voluiſſet id Perſis permittere, proceres rem intolerabilem rati Cabadem ejectum ſpoliarunt imperio, ut ſcribit Agathias 4. *hiſt.* Vid. Pet. Fab. 2. *Sem.* 1. Palæot. *de noth. & ſpur. cap.* 6. *n.* 1. Alex. ab Alexand. *lib.* 1. *cap.* 24. Rad. Forner. 6. *rer. quot.* 22.

Apud nos eſt adulter & notatur infamia, qui uxore ſuperſtite adhuc 23
aliam ducit, *l.* 18. *C. ad l. Jul. de adult.* Groenew. *ad l.* 2. *C. de inc. nupt.* Sim. à Leuw. *Rooms-Holl. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 2. Idem *cens. for. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 26. Cum contigiſſet olim in Friſia caſus ejuſmodi, reus cæſus eſt virgis, & juſſus præterea exulare quinquennium, ut teſtis eſt Sande *lib.* 5. *tit.* 9. *def.* 16. Apud Gallos & Venetos mitellatus exponitur in ſuggeſtu ludibrio, ut tradit Langlæus 10. *Semeſt. cap.* 1. Turcas quod attinet, plures qui- 24
dem uxores non habent quam quatuor, ſed ancillis præterea utuntur ut concubinis, quotquot placuerit. Soli ajunt Mahometi decem fuiſſe conjuges quod decem prophetarum is haberet potentiam. Clenard. *epiſt.* 1. Rykaut *de republ. Turc. lib.* 2. *cap.* 21. Busbeq. *epiſt.* 1. Sandys *itin. p.* 63. *& ſeqq.* De Indis autem notabile, qui dicuntur Parienſes, habere regu- 25
los, quot velint, ducendi licentiam, plebejos eſſe contentos regulariter quatuor, quarum prius à ſacerdotibus, quos appellant Piacchos, eſt delibanda virginitas. Benzo *hiſt. l.* 1. *cap.* 3. Nec id tantopere mirandum in ethnicis. Heliopoli vix ullum erat ſatis certum conjugium, vix ullam licebat ducere, quæ non prius erat ſtuprata ab obvio quolibet, ut eſt apud

Sozo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Sozomenum 1. *hiſt.* 8. *&* 5. *hiſt.* 10. Jam olim apud Tarantios quibuſdam in territoriis ſponſa non prius potuit cum ſponſo concumbere, quam eſſet compreſſa ab uno ex Canonicis, qui S. Petri in hac diœceſi ſunt adſcripti Capitulo. Ius illud, ni fallor, adhuc hodie retinent, ſed facile patiuntur, ut redimatur pecuniis. Sanctitatis interim Pontificiæ egregium argumentum, cujus adhuc extat tam illuſtre veſtigium.

Conjunctio. Supple legitima: ne concubinatus & matrimonium vide-
26 antur confundi. Concubinatus enim eſt legibus vetitus, *l.* 41. §. 1. *ff. de rit. nupt. l.* 13. *pr. ff. ad l. Jul. de adult. l.* 49. §. 4. *ff. de leg.* 3. *junct. l.* 8. *C. de calum. l.* 1. *C. de ſtat. & imag.* Nec dicitur licitus in *l.* 5. *C. ad Sct. Orfic.* ob cauſam ullam aliam, quam quod legibus Juliis de ſtupris & adulteriis concubinatus non puniatur in jure, ut ſupra jam dictum eſt ad §. 3. *Inſt. de juſt. & j.* Ubi ad cætera, quæ vulgo opponuntur, ſic, opinor, reſpondi,
27 ut reſponderi non poſſit. Sunt tamen nihilominus, qui meam hanc ſententiam conantur evertere per legem, quam allegavi, 41. §. 1. *ff. de rit. nupt.* ubi dicunt ſufficere, quod licet ſalva forte cæteris ſua fama non maneat, concubina patroni tamen eam retineat. Quod perinde eſt ac ſi dicerem: In rebus propriis interdum etiam furtum committitur, ergo furtum eſt rei propriæ. Quid quæſo abſurdius? Differunt regula & exceptio à regula. Regula eſt: concubinatus non eſt jure permiſſus. Exceptio à regula: Uno caſu permiſſus eſt, nimirum cum liberta patrono conjungitur. An valet jam argumentum: Uno caſu permiſſus eſt, ergo jure permiſſus eſt, nimirum in genere? Diſſolvitur matrimonium multis ex cauſis, ergo eſt vitæ conſuetudo dividua? Egregium argumentum! Sunt actiones rei perſecutoriæ, quæ in hæredem non tranſeunt, *l.* 9. *ff. de rel. & ſumpt. fun. l. ult. C. de revoc. don.* an quæſo hoc ſufficit, ut ſic dicam in genere, Actiones rei perſecutoriæ in heredem non tranſeunt? Quod autem adjiciunt; Concubinas inter infames enumerari oportuit, *l.* 1. *ff. de h. q. not. inf.* ſi eſſent infames, id viro erudito ſane dictu indignum eſt. An non ergo infamis eſt, qui violavit ſepulchrum, *l.* 1. *ff. de ſepulch. viol.* An miſſus in exilium non erit infamis *l.* 5. §. 1. *ff. de ext. cogn*? An effugit infamiam, cujus obærati à creditoribus bona venduntur? Cujus fama ſimul & exiſtimatio poſſidetur cum bonis, ut Cicero dicit in *orat. pro Quint.* Ubi quæſo habetur hoc in *tit. de h. qu. not. inf.* neminem præter eos, qui ibi enumerantur, notari infamia? Nimis parvi profecto hoc argumentum momenti eſt. Sed quærunt preterea, quid de eo videatur, quod dicit Ulpian. in *l.* 1. *in fin. pr. ff. de concub. quippe cum honeſtius ſit*

patrono

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

patrono libertam concubinam quam matremfamilias habere. Sed ad id jam reſpondi; uno caſu duntaxat concubinatum permitti, ſi nimirum patronus eam, quam manumiſit, concubinam adſciverit. Quæ autem eſt conſequentia? Nihil ibi vox honeſtius ſignificat aliud, quam *reputationi dignitatis convenientius*, vel ut rectius poſſis dicere, honorificentius, (reputatio enim, quod ſciam, ſic Latine non dicitur) ergo etiam ſic accipitur in *d.l.*41. §. 1. Nego id ſimpliciter. Proprie enim quæ dignitas cadit in fœminas, niſi quam mariti uxoribus tribuunt, *l.* 1. *&* *l.*8. *ff. de ſenat*? Probavi jam ſupra ad §. 3. *Inſt. de juſt. & j.* matremfamilias opponi infami, unde non mirum, quod Marcellus ſic loquatur in *d. l.* 41. Non eſt porro captandum, qnod habetur in *l.* 3. §. 1. *ff. de concub.* Per leges nomen concubinatus aſſumpſit, Julias nimirum de ſtupris & adulteriis; nam nec ſtuprum per concubinatum, *d. l.* 3. *pr.* nec adulterium committitur, *d. l.* 3. §. 1. Ideoque nomen per eas leges aſſumpſit, quatenus iis non punitur nimirum. Propterea enim adjicitur, *& extra legis pœnam eſt*, utriuſque nimirum legis Juliæ pœnam, ut poſſet eo facilius, quid vellet JCtus, à quovis intelligi.

Conjunctio porro legitima tribus modis potiſſimum fiebat jure veteri, 28
ut tradit Boëthius *in Topic. Cic.* Uſu, farre, coëmptione. *Quæ autem in manum per coemptionem convenerant, hæ matresfamilias vocabantur. Quæ vero uſu vel farre minime. Coemptio vero certis ſolennitatibus peragebatur, & ſeſe in communicando invicem interrogabant, vir ita, an ſibi mulier materfamilias eſſe vellet, illa reſpondebat velle. Idem mulier interrogabat, an vir ſibi paterfamilias eſſe vellet, ille reſpondebat velle. Itaque mulier viri conveniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ, per coëmptionem.* Boëth. *ibid.* Mulier autem illa, quam maritus coëmerat, cum haberetur pro filia, ſolebat etiam ut filia marito ab inteſtato in bona ſuccedere. Boëth. *ibid.* A.Gell. 18. *noct. Attic. cap.* 6. *Matrem autem familias appellatam eſſe eam ſolum, quæ in mariti manu mancipioque, aut in ejus in cujus maritus manu mancipioque eſſet, quoniam non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti, & in ſui heredis locum veniſſet.* Dionyſ. Halicarn. *lib.* 2. *hiſt. cap.* 4. Σωφρονοῦσα μὲν γὰρ καὶ πάντα τῷ γεγαμηκότι πειθομένη γυνὴ, κυρία τοῦ οἴκου τὸν αὐτὸν τρόπον ἦν, ὅνπερ καὶ ὁ ἀνήρ. καὶ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς κληρονόμος ἐγίνετο τῶν χρημάτων, ὡς θυγάτηρ πατρὸς, εἰ ἄπαις τε καὶ περὶ μηδενὸς διαθέμενος ἀποθάνοι, πάντων ὅσα κυρία τῶν ἀπολειφθέντων, εἰ δὲ γενεὰν ἔχοι τοῖς παισὶν ἰσόμοιρος γινομένη. Viciſſim etiam maritus, ſi prior ejus

uxor in fata concederet, ſuccedebat uxori. Servius *ad Virgil.* 1. *Georg. Coëmptione, atque in manum conventione, cum illa in filiæ locum, maritus in patris veniebat, ut ſiquis prior fuiſſet defunctus, locum hereditatis juſtum alteri faceret.* Panciról. 2. *lect.* 127. Atque ita jam intelligimus,
29 quid Cicero velit *in orat. pro Flacco*: *At enim Androni Sextilio gravis injuria facta eſt, & non ferenda, quod cum eſſet ejus uxor Valeria inteſtata mortua, ſic egit eam rem Flaccus, quaſi ad ipſum hereditas pertineret, in quo quid reprehendas, ſcire cupio. quod falſum intenderit? qui doces? ingenua, inquit, fuit. O peritum juris hominem? quid? ab ingenuis mulieribus hereditates lege veniunt? In manum inquit, convenerat. nunc audio: ſed quæro, utrum uſu, an coëmptione? uſu non potuit. nihil enim poteſt de tutela legitima ſine omnium tutorum auctoritate deminui. coëmptione? omnibus ergo auctoribus: in quibus certe Flaccum fuiſſe non dices.* Proponit inteſtatam deceſſiſſe Valeriam, collocatam in matrimonium Androni Sextilio, ſed Flacci agnatam, cujus cauſam defendit, quia Flaccum ejus fuiſſe non obſcure ſignificat tutorem legitimum. Negat autem à Flacco illatam ullam injuriam marito ſuperſtiti, quod ita rem egerit, quaſi ad ipſum pertineret hereditas. Ad maritum enim hereditas pertinere non poterat, quia mulier ipſi non conveniſſet in manum, nec coëmptione, nec uſu. Probandum id erat, ſed probari non poterat, ut arguit Cicero.

30 Quod autem Fornerius vir inſignis & eruditus 1. *ſelect.* 11. *in fin.* modum hunc ſuccedendi à Romuli jam inde deductum temporibus ad regis uſque Gotthorum Theodorici tempora perduraſſe contendit, vereor ne ipſum locus ille fefellerit, quem citavit ad teſtimonium, Caſſiodori nimirum 5. *var.* 24. Caſſiodorus enim mulieris, quæ in manum convenerat, non facit mentionem, nec eam etiam meminit, quæ marito ſuccedit, ut patri ſolet ſuccedere filia, ſed eam duntaxat, quæ deficientibus mariti cognatis, quibus alioquin obveniſſet hereditas, marito ſucceſſit, *l.* 1. *C. und. vir. & ux.* Coëmptio enim jam diu ante Theodoricum in uſu eſſe deſierat, & idcirco notandum, quod dicit Boëthius: *Tribus modis uxor habebatur, uſu, farre, coëmptione.* Non dicit habetur. Vixit autem Boëthius, cum Theodoricus armis obtineret Italiam. Cont. 1. *diſp.* 12. *vers. Tertius modus.* Palæot. *de noth. & ſpur. cap.* 4. Wiſſenb. *in emblem. Tribon. ad l.* 15. *ff. de rit. rupt.* Quod ſiquis quæſiverit coëmptionis originem, apud Græcos reperiet. Ariſtot. 2. *Polit. cap.* 6. *in fin.* Ἐσιδηροφοροῦντό τε γὰρ οἱ Ἕλληνες, καὶ τὰς γυναῖκας ἐωνοῦντο παρ' ἀλλήλων. Aut ſaltem apud Aſſyrios.

Nic.

Nic. Damaſcen. *in excerpt. Vales.* Ἀσσύριοι τὰς παρθένους ἐν ἀγορᾷ πωλοῦσι τοῖς θέλουσι συνοικεῖν, πρώτας μὲν τὰς εὐγενεστάτας καὶ καλλίστας, εἶτα τὰς λοιπὰς ἐφεξῆς. Ὅταν δὲ ἔλθωσι ἐπὶ τὰς φαυλοτάτας, κηρύττουσι, πόσον τις θέλει προσλαβὼν ταύταις συνοικεῖν. Ejus imaginem apud 32
barbaras gentes Iaponios, Mauros, Sinas & Indos adhuc licet conſpicere. De Mauris Clenardus *epiſt.* 1. De inſulanis Sumatræ Beauljeu *itiner. cap.* 3. De Sinis & Iaponiis Arn. Montan. *lib. de legat. ad Imp. Iapon. p.* 373. De iis, quibus eſt Chilenſibus nomen, teſtatur Barlęus *hiſt. rer. in Braſil. geſt.* vetus apud eos eſſe proverbium referens, haberi Chilenſem illum opulentum & divitem, cui plures ſunt filiæ: Et ſimile quiddam etiam 33
uſitatum eſt Francis, qui tredecim nummos ante valvas eccleſiæ, ut Contius dicit loco jam allegato, non ut Indi parentibus, ſed uxoribus numerant, vetuſtiſſimo more jam olim cum Galliam invaſiſſent recepto. Fredegarius de nuptiis Chlodovei & Chlotildis: *Legati offerentes, ſolido & denario, ut mos erat Francorum, eam partibus Chlodovei ſponſant.* Vett. form. Auctor incertus *cap.* 5. *Dum & ego te per ſolidum & denarium ſecundum legem Salicam viſus fui ſponſare, ideo in ipſa amoris dulcedine, dabo ergo tibi à die præſente, quod in perpetuum volo eſſe manſurum, &c.* Bignon. *ibid.* Pithę. *ad leg. Salic. tit.* 46.

Cæterum uxor non coëmptione duntaxat, ſed & uſu & farre tranſibat 34
in manum & poteſtatem mariti. Boëthius *ſupra*: *Quæ autem in manum per coemptionem convenerant hæ matresfamilias vocabantur. Quæ vero uſu vel farre minime.* Uſu uxor conveniebat in manum, ſi totum annum maritus non intermitteret conſuetudinem, quam habebat cum ea, nec illa trinoctium toto illo anno à marito diverteret. Cum enim tranſiret in mancipium mariti, velut rem mancipi anno eam maritus uſucapere poterat, ſed uſurpari ex duodecim ſolebat hæc uſucapio, ſi mulier eo anno abeſſet trinoctium. A. Gellius 3. *noct. Attic.* 2. *Quintum quoque Mucium juriſconſultum dicere ſolitum legi, non eſſe uſurpatam mulierem, quæ Kalendis Ianuariis apud virum cauſa mariti eſſe cœpiſſet, & ante diem quartum Kalendas Ianuarias ſequentis uſurpatum iſſet. non enim poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe à viro uſurpandi cauſa ex duodecim tabulis deberet: quoniam tertiæ noctis poſteriores ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperet ex Kalendis.* Servius: *Tribus modis apud veteres nuptiæ fiebant, Uſu, ſi verbi gratia, mulier anno uno cum viro licet ſine legibus fuiſſet.* Cujac. *ad l.* 1. *ff. de reg. jur.* Fr. Hotom. *de ſponſal. cap.* 7. Ant. Hotman. *de vet. rit. nupt. cap.* 22. Farre vero quemadmodum contraxerint nuptias, 35

 expo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

exponit Ulpian. cujus *in fragm. tit.* 9. habentur hæc verba: *Farre convenitur in manum, certis verbis, & teſtibus decem præſentibus, & ſolenni ſacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.* Panem hunc cur adhibuerint, tradit Dionyſius *lib.2. hiſt.cap.4.* Ἐκάλουν δὲ τοὺς ἱεροὺς οἱ παλαιοὶ γάμους, ῥωμαικῇ προσηγορίᾳ περιλαμβάνοντες, φαῤῥάκια, ἐπὶ τῆς κοινωνίας τοῦ φαῤῥὸς, ὃ καλοῦμεν ἡμεῖς ζέαν. καὶ ὥσπερ Ἕλληνες τὸν κρίθινον καρπὸν ἀρχαιότατον ὑπολαμβάνοντες, ἐπὶ τῶν θυσιῶν κριθαῖς καταρχόμεθα, οὐλὰς αὐτὰς καλοῦντες, οὕτω ῥωμαῖοι τιμιώτατόν τε καρπὸν καὶ ἀρχαιότατον εἶναι νομίζοντες τας ζέας, διὰ τούτων ἁπάσης ἐμπύρου θυσίας κατάρχονται. τὸ δὴ κοινωνοὺς τῆς ἱερωτάτης τε καὶ πρώτης τροφῆς γενέσθαι γυναῖκας ἀνδράσι, καὶ ἐπὶ πολλῇ συνελθεῖν τύχῃ τὴν μὲν ἐπίκλησιν τῆς κοινωνίας τοῦ φαῤῥὸς εἶχεν, εἰς σύνδεσμον δ᾽ ἀναγκαῖον οἰκειότητος ἔφερεν ἀδιαλύτου. Sed tandem etiam confarreatio in deſuetudinem abiit, & ſolus conſenſus ad contrahendum matrimonium cœpit ſufficere, *l.30. ff. de reg. jur. l.15. ff. de cond. & dem. l. ſi donationum 22. C. de nupt.* Tacit. *ann.4. Patricios confarreatis parentibus genitos tres ſimul nominari, ex quîs unus legeretur vetuſto more: neque adeſſe, ut olim, eam copiam omiſſa confarreandi conſuetudine, aut inter paucos retenta. Pluresque ejus rei cauſas adferebat; potiſſimam penes incuriam virorum fœminarumque.* Quare jure noviſſimo utrum ſit matrimonium an concubinatus, ſiquis ſcire deſideret, ſi nullæ ſolennitates conjunctionem præceſſerint, ex maritali affectu, comparatis perſonis, & intentione contrahentium id debebit perpendere, *l.31. pr. ff. de donat.* Cum ingenuis non ſolebant concubinatum contrahere, ſed contrahebant regulariter cum libertis, ancillis, & abjectiſſimis fœminis *l. in concubinatu 3. pr. ff. de concub.* Natus etiam præſumitur ex legitimis nuptiis, ſiquis in teſtamento nominatus ſit filius, *nov.117. cap.2.*

36

37 *Individuam vitæ conſuetudinem.* Votum & animum & intentionem contrahentium hæc definitio reſpicit. Mens enim eſt coëuntium inire quoddam individuum omnis vitæ conſortium, *l. 1. ff. de rit. nupt.* Hinc propria uxor & propriæ nuptiæ. A. Gell. 13. *noct. Attic.* 21. *Ut liceat nuptiis propriis & proſperis uti.* Virgil.

Connubio jungam ſtabili propriamque dicabo.

Idem: *Da propriam Thymbræ domum.*

Quo reſpiciens Servius *ad eclog. 7. Proprium ſane veteres perpetuum, ſtabile, firmum; Terentius, Ego deorum vitam ea propter ſempiternam eſſe arbitror, quod eorum voluptates propriæ ſunt, id eſt, firmæ & perpetuæ. Et*

in

in Phormione, curavi ut propria potiretur. Vid. Forner. *ad l.* 78. *ff. de V.S.*
Fit quidem ſæpiſſime, ut nuptiæ dirimantur etiam levi ex cauſa, *l.* 60. §. 1.
& ll. ſeqq. ff. de don. int. vir. & ux. l. 8. *l.* 9. *C. de contr. empt. l. un. in fin.*
C. de rei ux. act. nov. 22. *cap.* 4. Juvenal.

Tres rugæ ſubeant, & ſe cutis arida laxet,
Fiant obſcuri dentes oculique minores,
Collige ſarcinulas clamat libertus & exi.

Senec. *de Mœcenate epiſt.* 114. *Hunc eſſe qui uxorem millies duxit, cum*
unam haberet. Sed omnes abominantur ejuſmodi nuptiarum eventum
& exitum. Contingit & accidit ſæpiſſime fateor; ſed inde non ſequitur,
ergo matrimonium dividuam vitæ conſuetudinem continet. Rei enim
ſubſtantiam non ingreditur accidens, ut ajunt Philoſophi, & ut ſupra jam
dixi, furtum etiam interdum in re propria committitur, §. 10. *Inſt. de ob.*
qu. ex del. naſc. ſed inde non ſequitur, quod furti ſit genus ablatio rei
propriæ. Olim ex lege Romuli tribus tantum ex cauſis maritus cum 38
uxore faciebat divortium. Plutarch. *in Romul. cap.* 32. Ἔθηκε δὲ καὶ
νόμους τινὰς, ὧν σφοδρὸς μὲν ἐστιν, ὁ γυναικὶ μὴ διδοὺς ἀπολείπειν ἄν-
δρα, γυναῖκα δὲ διδοὺς ἐκβαλεῖν ἐπὶ φαρμακείᾳ τέκνων, ἢ κλειδῶν
ὑποβολῇ, καὶ μοιχευθεῖσαν. εἰ δ' ἄλλως τις ἀποπέμψαιτο τῆς οὐσίας
αὐτοῦ τὸ μὲν, τῆς γυναικὸς εἶναι, τὸ δὲ, τῆς Δήμητρος ἱερὸν κελεύων,
Leges etiam quaſdam tulit: inter quas vehemens eſt illa, qua mulieri ma-
ritum relinquendi poteſtas adimitur: viro autem ejicere uxorem concedi-
tur, ſi veneficio circa prolem uſa fuiſſet, aut alienum pro ſua ſubdidiſſet, aut
adulterium commiſiſſet: ſiquis alia de cauſa repudiaſſet conjugem, ejus
mariti bona partim uxori cederent, partim Cereri ſacra forent. Vixerunt
autem Romani inviolabiliter illa lege ſervata tam inſigni concordia, ut
intra annos ab urbe condita quingentos, & quod excurrit, nullum ſit ma-
trimonium diſſolutum divortio. Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 1. *Repudium*
inter virum & uxorem à condita urbe uſque ad viceſimum & quingenteſi-
mum annum nullum interceſſit. Primus autem Sp. Carvilius uxorem 39
ſterilitatis cauſa dimiſit. Qui quanquam tolerabili ratione motus videba-
tur, reprehenſione tamen non caruit: quia nec cupiditatem quidem libero-
rum conjugali fidei præponi debere arbitrabantur. Ibid. *Quoties inter vi-*
rum & uxorem aliquid jurgii interceſſerat, in ſacellum deæ Viriplacæ, quod
eſt in Palatio, veniebant, & ibi invicem locuti, quæ voluerant, concordes re-
vertebantur. Progreſſu vero temporis cum plures admiſiſſent jam cau-
ſas divortii, commodarunt etiam invicem ſimpliciter conjuges, ut Cato 40

feciſſe dicitur, qui commodatam Hortenſio recepit ab eodem inſtituta m heredem, cum in fata concederet. Plutarch. *in Caton. cap.* 34. *&* 77. Sed
41 duæ tantum ſunt hodie, ex quibus matrimonium in totum diſſolvitur, adulterium nimirum & malitioſa deſertio. Grot. 1. *man.* 5. §. *Volgens*, & Groenew. *ibid.* Propter impotentiam fit tantum divortium quod ad thorum & menſam, niſi penitus abſit pars illa tam neceſſaria corporis, vel ſaltem laboret quis ejuſmodi vitio, quod eſt immedicabile. Tum enim matrimonium ab initio eſt nullum, *arg. pr. Inſt. de nupt. l.* 6. *ff. de lib. & poſth.* Atque ita judicatum à Senatu Hollandiæ *Ann.* 1617. 17. *Mart. tuſchen Adriaentje Adriaens, en Iacob Harmenſz*, & *An.* 1592. 24. *April. tuſſchen Juffrou Maria van Bekeſteyn, en Dirck Fyck van Hove.* Sim. à Leuwen *Rooms-Holl. Recht. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 5.

42 Finis enim cum ceſſat & obtineri non poteſt, nec media videntur alicujus momenti, quibus ad finem illum conſequendum contendimus: nullius ergo momenti videtur etiam conjugium cum impotente contractum, quia finis ejuſdem eſt procreatio liberorum, ut affirmant id veterum doctiſſimi quilibet, *l.* 14. *pr. &* §. 1. *&* §. 7. *ff. de ædil. ed. l.* 220. §. 3. *ff. de V. S. Gen.* 1. *vers.* 28. *Proverb.* 17. *vers.* 6. Plutarch. *in Num. cap.* 49. Liv. *lib.* 59. *Q. Metellus cenſor cenſuit, ut omnes cogerentur ducere uxores liberorum creandorum cauſa.* Valer. Max. *lib.* 11. *cap.* 9. *Camillus & Poſtumius Cenſores æra pœnæ nomine, eos qui ad ſenectutem cœlibes pervenerant, in ærarium deferre juſſerunt.* Mox. *Natura vobis quemadmodum naſcendi, ita gignendi legem ſcribit: parenteſque vos alendo nepotum nutriendorum debito, ſiquis eſt pudor alligaverunt.* Idem *lib.* 7. *cap.* 7. *Dotem quia non quærendorum liberorum cauſa conjugium interceſſerat, virum retinere vetuit.* Græci inde matrimonium non inepte definiunt σύνοδον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐπὶ γνησίων παίδων σπορᾷ. Referunt, cum ad inferos deſcendiſſet Pythagoras, oculis uſurpaſſe cruciatum illorum hominum, qui ſe abſtinuerant uxorum congreſſu, κολαζομένους δὲ καὶ τοὺς μὴ θέλοντας συνεῖναι ταῖς αὑτῶν γυναιξί. Diog. Laert. *lib.* 8. *de vit. phil.* Et idcirco non mirum, quod & orbum, & eum qui non ſuſtulit liberos, Mercurius Triſmegiſtus & infelicem, & impium, & pœnis afficiendum in Orco pronuntiat, ut refert Caſaubon. 1. *exerc.* 15. Μέγιστον, ait ἀτύχημα καὶ ἀσέβημά ἐστιν, ἄτεκνόν τινα ἐξ ἀνθρώπων ἀπαλλαγῆναι, καὶ δίκην οὗτος δίδωσι μετὰ θάνατον τοῖς δαίμοσι. Chryſoſt. *ſerm.* 2. *de Anna*: Καὶ ἄρα τίς ἦν; καὶ καταδίκη τὸ στεῖραν εἶναι καὶ ἄγονον. Non mirum etiam, quod Romani tam religioſe coluerint

deam

deam Orbonam. Plin. *lib.2.cap.7.* Arnob.*adv. gent. lib.4. In tutela ſunt Orbonæ orbati liberis parentes.* Non mirum quod cœlibes à theatris,& ludis & gymnicorum ſpectaculo removerit Lycurgus, & ut nudi forum circumirent decreverit, ἐπ' οὐδὲν ἄλλο exiſtimans contrahi matrimonium ἢ τὸ τῆς τεκνώσεως ἔργον. Plutarch. *in Num. cap.49.* Idem *in Lycurg. cap.26. & ſeqq.* Ambroſ. *in 3. cap. Lucæ: Erat deforme liberos non habere, quod etiam legum civilium fuit auctoritate mulctatum.* Plato *lib.6. de legib.* Caſaub.8. *exercit.1.* Rad.Forner.*6.rer.quot.11.*Guil.Forner.*ad l. 137.ff. de V.S.* Goris *tr.1. advers. cap.1.n.3.*Lipſ.*ad Tacit.lib.3. annal.* Impotentem dicebant, qui non poterat uxorem intra triennium 43
prægnantem efficere, *auth. ſed hodie C. de repud.* Sed olim nequis incideret in ejuſmodi vitium ex lege Solonis congrediendum erat cum conjuge 44
ter ſingulis menſibus. Plutarch. *in Solon. cap.32.* Ter ſaltem ad minimum: uſu enim Veneris, ſi ſit paulo frequentior, conſervabitur facile libido deficiens. Sed apud Turcas hæc quæſtio, quatenus ob impotentiam diſſolvi poſſit conjugium, eſt prorſus inutilis. Sequuntur enim veterum Romanorum licentiam, & poſſunt etiam ad tempus menſem unum alterum, aut annum, vel biennium uxorem adſciſcere, modo coram judice paciſcantur de pretio cum ea, quam interim habituri ſunt conjugem. Rykaut *de repub. Turc. lib.2. cap.21.*

TEXTUS

§. II. *Jus autem poteſtatis, quod in liberos habemus, proprium eſt civium Romanorum: nulli enim alii ſunt homines, qui talem in liberos habeant poteſtatem, qualem nos habemus.*

COMMENTARIUS.

1. *Diverſo reſpectu patria poteſtas eſt & juris gentium & juris civilis.*
2. *Patriæ poteſtatis enumerantur effectus.*
3. *Reprehenditur factum Stargardiæ Conſulis.*
4. *Explicatur l. ult. C. de patr. poteſt.*
5. *Explicatur l.ult. in fin. C.de impub. & al. ſubſt.*
6. *Conciliatur l. 10.ff. de jurisd. cum l.77.ff. de jud.*
7. *Quod liberi parentes niſi venia impetrata in jus vocare non poſſint, patriæ poteſtatis non poteſt dici effectus.*
8. *Probatur latiſſime quod patria poteſtas moribus noſtris jam ab uſu receſſerit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

9. *Pater non poteſt hodie diſſolvere nuptias contractas cum filia.*
10. *Refutatur opinio Abrahami à Weſel.*
11. *Refutatur opinio Simonis à Leuwen.*
12. *Ceſſat jam hodie liberorum emancipatio, & refutatur iterum opinio Abrahami à Weſel.*
13. *Qua in re jam conſiſtat parentum poteſtas.*
14. *Quæ ſit vera ratio, cur liberi non poſſint hodie contrahere nuptias, ſi parentes diſſentiant.*
15. *Emancipationis tantum umbra jam ſupereſt.*
16. *Dotes hodie non ſunt amplius in uſu.*

NOtandum hic imprimis eſt vocabulum *talem.* Fuerunt enim & liberi apud alias gentes in poteſtate parentum. De Indis, Hebræis, & nonnullis Aſiæ populis id teſtatur Bodinus *lib.* 1. *de rep.cap.*4. De Slavis Accurſius *h.* Cæſar de
1 Gallis *lib.* 6. *de bell. Gall.* De Perſis & Scythis Ariſtotel.8. *Eth.*10. Et idcirco quod ad originem patria poteſtas ad jus gentium pertinet, quod ad formam & incrementum & ſingulares ejus effectus eſt juris civilis, *h.*§.2. *l.*8. *ff.de h.qu. ſu.vel alien. jur.* Hotom. Bar. Bachov. *h.* Connan. 2. *comm.* 13. *n.* 2. Et quia juris civilis eſt quod ad ejus effectus, idcirco peregrinis, deportatis, proſcriptis, Latinis, aut dedititiis hæc plane non competit *arg. l.* 17. §. 1. *ff. de pœn.* §. 3. *Inſt. de libert.* Poteſtati dominicæ Romani omnino non multum addiderant, ſed eam fere reliquerant, prout erat jure gentium conſtituta jam olim: patriæ vero addiderunt non pauca, quæ cum ſingularem aliquam illi formam indiderint, idcirco Imperator eam civium Romanorum hic propriam dicit, poteſtatem autem dominicam juri gentium vindicat in §.1. *Inſt.de h.q. ſu.vel.al. jur.* Primus autem fuit Romulus, qui patriam poteſtatem fecit juris civilis. Cedren. *in Romul.* Νόμον τίθησι τοὺς παῖδας ἐν οἰκετῶν μοίρᾳ τοῖς πατράσιν ὑπείκειν, ὃς μέχρι τοῦ παρόντος παρὰ Ῥωμαίοις κρατύνεται. Sed enumeremus effectus: Patri licebat olim occidere filium, *l.* 11. *ff. de lib. &*
2 *poſth. her. l. ult. C. de patr. pot.* Liv. *lib.* 54. Valer. Max. *lib.* 5. *cap.* 8. Salluſt. *in Catilin. A. Manlius Torquatus bello Gallico filium, quod is contra imperium in hoſtem pugnaverat, necari juſſit.* Liv. *lib.* 2. *cap.* 41. *in fin.* Idem *lib.* 4. *c.* 29. Valer. Max. *lib.* 2. *cap.*7. *Poſtumius dictator A. Poſtumium, cujus infantiæ blandimenta ſinu atque oſculis foverat, quia non ſuo juſſu, ſed ſua ſponte præſidio progreſſus hoſtes fuderat, ſecuri feriit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Idem Liv. *l.1.c.26. Se filiam jure cæſam judicare, ni ita eſſet, patrio jure in filiam animadverſurum fuiſſe.* Polyb. 6. *hiſt.* Καὶ μὴν ἀρχὰς ἔχοντες ἔνιοι τοὺς ἰδίους υἱοὺς παρὰ πᾶν ἔθος καὶ νόμον ἀπέκτειναν. Liban. *declam.*37. Κύριοι τῶν παίδων οὐχ᾽ ἧττον ἢ τῶν οἰκετῶν οἱ γονεῖς. Senec. 3. *de benef. cap.* 12. *Et quia utile eſt juventuti regi, impoſuimus illi quaſi domeſticos magiſtratus, ſub quorum cuſtodia contineretur.* Dio. Caſſ. *lib.* 37. *hiſt.* Αὖλον δὲ Φούλβιον ἄνδρα βουλευτὴν αὐτὸς ὁ πατὴρ ἀπέσφαξεν, οὔτιγε καὶ μόνος (ὥσγε τισὶ δοκεῖ) τοῦτ᾽ ἐν ἰδιωτείᾳ ποιήσας. συχνοὶ δὴ γάρ καὶ ἄλλοι, οὐχ᾽ ὅτι ὕπατοι, ἀλλὰ καὶ ἰδιῶται παῖδας σφῶν ἀπέκτειναν. Cujac. 6. *obſ.* 17. Pet. Fab. 2. *Semeſt.* 2. *&* 3. *Semeſt.*16. Mev. *ad jus Lubec. part.*1. *lib.*1.*tit.*3.*n.*3. Guil. Forner. *ad l.*215.*ff.de V.S.* Sed jure noviſſimo filium inauditum non licet occidere, *l.2. ff. ad l.Corn.de ſic. l.3.C.de patr. pot.l.5.ff. ad l.Pomp.de parric.* Ambroſ. *epiſt.*34. *Horum te imitatorem præbuiſti pietate patria, qua proxime ad Deum accedimus.* In jus eſt vocandus & accuſandus apud magiſtratum Præſidemve provinciæ. *d.l.2.* Modica tantum patri conceſſa eſt caſtigatio, quam propinquis etiam ſenioribus Imp. conceſſit in *l.un. C.de emend. propinq.* Hieronym. *epiſt.*14. *Familiam tuam ita rege & confove, ut te matrem magis tuorum, quam dominam videri velis: à quibus benignitate potius quam ſeveritate exige reverentiam. Fidelius & gratius ſemper obſequium eſt, quod ab amore, quam quod à metu proficiſcitur.* Ideoque non dubito, quin male laudatum ſit factum cujuſdam Conſulis civitatis Stargardiæ, cujus meminit Mevius *ad jus Lubec. part.*1.*lib.*1.*tit.*3.*n.*10. qui Anno 1576. cum metu incendii, quo filius ejus homo proſtitutæ nequitiæ totam urbem terruerat, civitas ab eo peteret aut cautionem idoneam, aut ut filium maleficum conjiceret in carcerem, filium clam per inhumanam ſævitiam juſſit interfici. Quod enim per magiſttatum poteſt publice fieri, non concedendum eſt ſingulis, ut dicit ICtus in *l.*176.*ff.de reg.jur.*

Ut olim autem occidere, ſic patri licebat etiam diſtrahere filium. Dion. Halicarn. *lib.* 2. *hiſt. cap.* 4. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη τῆς ἐξουσίας ὁ τῶν ῥωμαίων νομοθέτης, ἀλλὰ καὶ πωλεῖν ἐφῆκε τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, οὐδὲν ἐπιστραφεὶς εἴ τις ὠμὸν ὑπολήψεται τὸ συγχώρημα καὶ βαρύτερον ἢ κατὰ τὴν οἰκείαν συμπάθειαν. καὶ ὃ πάντων μάλιστα θαυμάσειεν ἄν τις ὑπὸ τοῖς ἑλληνικοῖς ἤθεσι τοῖς ἐκλελυμένοις τραφεὶς, ὡς πικρὸν καὶ τυραννικὸν καὶ τοῦτο συνεχώρησε τῷ πατρὶ, μέχρι τῆς τρίτης πράσεως ἀφ᾽ υἱοῦ χρηματίσασθαι, μείζονα δοὺς ἐξουσίαν πατρὶ κατὰ παιδὸς, ἢ δεσπότῃ κατὰ δούλου, θεραπόντων μὲν γὰρ ὁ πραθεὶς ἅπαξ, ἔπειτα τὴν

ἐλευθερίαν διεῤῥάμμενος, αὐτοῦ τὸ λοιπὸν κύριός ἐστιν. υἱῶν δ᾽ ὁ πραθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰ γένοιτο ἐλεύθερος, ὑπὸ τῷ πατρὶ πάλιν ἐγίνετο. κἂν τὸ δεύτερον ἀπεμποληθείς τε καὶ ἐλευθερωθεὶς δοῦλος ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς τοῦ πατρὸς ἦν. μετὰ δὲ τὴν τρίτην πρᾶσιν ἀπήλλακτο τοῦ πατρός. Ad probandum quod dixi non eſt locus illuſtrior, ut mirari quis poſſit, cur Imperator negaverit licuiſſe patri liberis olim libertatem eripe-
4 re in *l. ult. C. de patr. pot.* niſi forte reſpexerit ad illud privilegium, quod maritis conceſſerat Numa Pompilius. Plutarch. in *Num. cap.* 31. Ἐπαινεῖται δὲ τῶν πολιτικῶν αὐτοῦ καὶ τὸ περὶ τὸν νόμον διόρθωμα τὸν διδόντα τοῖς πατράσι τοὺς παῖδας πιπράσκειν ὑπεξελομένους τοὺς γεγαμημηκότας, εἰ τοῦ πατρὸς ἐπαινοῦντος καὶ κελεύοντος ὁ γάμος γένοιτο, δεινὸν γὰρ ἡγεῖτο τὴν ὡς ἐλευθέρῳ γεγαμημένην γυναῖκα, δούλῳ συνοικεῖν. Quamvis etiam admitti poſſit id quod exiſtimat Vir Clariſſimus Huber Anteceſſor Franekeræ in Academia Friſiorum jus nimirum vendendi introductum à Romulo abiiſſe in deſuetudinem latis XII. modo ſano tamen ſenſu id ipſum intelligas. Latis enim XII. ſiquis arbitretur illud ſtatim abolitum, & idcirco vocem majoribus, quam uſurpat Imp. in *d.l.ult.* reſtringat ad illud tempus, quod anteceſſit XII. ni fallor, erraverit. Ubi enim habetur hoc? Putem ego jus vetus confirmatum magis quam abolitum XII. tabb. Apud Epictetum ſic diſerte Simplicius: Οἱ δὲ παλαιοὶ τῶν Ῥωμαίων νόμοι καὶ πιπράσκειν εἰ βούλοιντο τοὺς παῖδας τοῖς γονεῦσιν ἐπέτρεψαν, καὶ φονεύειν ἀτιμωρήτως. Quæ quæſo hæ leges, ſi ſola tantum lex Romuli jus vendendi conceſſerit? Videtur veriſimilius abiiſſe ſenſim id in deſuetudinem, tacito conſenſu civium, jam latis XII. cum & juriſconſulti & Prætores in edictis earum inciperent mitigare duritiem. Sane tempus incertum eſt, quo ab uſu receſſit. Si enim deſignaveris præciſe illud tempus, quo ſunt latæ XII. quæſo id probetur & explicetur Simplicius. Lex quando ſit lata non difficulter probabitur. Sed tempus tam exacte, quo legem conſuetudo è republica ſuſtulit, vix ac ne vix quidam poteſt unquam oſtendi. Quare vocem illam *majoribus* ad mediam juriſprudentiam ſi referamus ſufficiet. Nec omnino tamen jus vetus jure novo ſublatum eſt. Licuit adhuc vendere, ſi patrem forte fames ad vendendum compelleret, *l. 1. & 2. C. de patr. qu. fil. diſtr.* Ovid. 8. *metam.*

—— & tandem demiſſo in viſcera cenſu
Filia reſtabat non iſto digna parente
Hanc quoque vendit inops.

Apud

Apud Sinas, Iberos, Moſcovitas, Iaponios & nonnullos Africæ populos viget etiamnum & ſervatur jus vetus, ut ſcribunt Maffej. *hiſt. lib.* 6. Niehof *lib. de legat. ad Tart. cap.* 7. Van den Broeck *itin. pr.* Linſchot. *itin. cap.* 41. *in fin.* Rykaut *de repub. Turc. lib.* 1. *cap.* 14. Nam & apud Iaponios patri impune licet filium occidere. Arn. Montan. *lib. de legat. ad Imp. Iapon. p.* 237. *&* 436. De Moſcovitis eſt notabile, quod ſcribit Cujac. *ad ſent. Paul. lib.* 5. *tit.* 1. tam ingentem iis eſſe poteſtatem in liberos, ut filius non exeat è poteſtate paterna, niſi quater ſit venditus. De Braſilianis eſt multo magis mirabile, quod ſcribit Oſorius *lib.* 2. *hiſt.* patri nullam eſſe poteſtatem in filias, ſed eam fratri competere, cui etiam ſororum eſt conceſſa venditio. Porro filium in teſtamento præterire non licet, ſiquis eum præterierit, teſtamentum non valet, *pr. Inſt. de exher. lib. l.* 7. *l.* 30. *ff. de lib. & poſth. her. l.* 17. *ff. de inj. rupt. irr. teſt.* Noxæ dedendi erat olim facultas, ſed temporis progreſſu & illa plane diſplicuit, §. *ult. Inſt. de noxal. act.* Quod filius acquirit, id patri acquirit, *l.* 79. *ff. de acq. her. pr. Inſt. per qu. perſ. nob. acq.* nonnullis exceptis, quæ jure noviſſimo ſibi acquirit, *d.* §. 1. *l.* 2. *ff. de SCt. Maced.* §. *ult. Inſt. de teſtam. mil. pr. Inſt. Quib. non eſt per. fac. teſt. l. ult. C. de inoff. teſtam. l.* 4. §. 1. *ff. de caſtr. pec. l. ſiquis* 52. §. 5. *&* 6. *ff. de furt.* Impuberibus filiis pater etiam pupillariter recte ſubſtituit, *pr. Inſt. de pup. ſubſt. l.* 2. *pr. l.* 41. §. 2. *ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Iure dat iis in teſtamento tutorem, §. 3. *Inſt. de tutel.* Eo invito ſi contraxerint nuptias, quicquid eſt actum, nullius momenti eſt, *l. Paulus* 11. *ff. de ſtat. hom. l.* 2. *ff. de rit. nupt. pr. &* §. 12. *Inſt. de nupt.* Vi etiam poteſtatis diſſolvere nuptias, & filiam genero collocatam in matrimonium poteſt abducere, *l.* 5. *C. de repud. l.* 1. §. *ult. ff. de lib. exhib.* Nepotem ex filio eo etiam invito alteri in adoptionem illi dare conceſſum eſt, §. 7. *Inſt. de adopt.* Filiam adulteram deprehenſam in adulterio poteſt occidere, *l. patri* 20. *& ll. ſeqq. ff. ad l. Jul. de adult.* Siquis filiofamilias ſit mutuatus pecuniam, denegatur ipſi repetitio ejus quod credidit, *l.* 1. *l.* 4. *l.* 14. *ff. de SCt. Maced.* Pater & filius habentur pro una eademque perſona §. *poſt mortem Inſt. de inut. ſtip.* Saltem regulariter in cauſis civilibus, *l. ult. in fin. C. de imp. & al. ſubſt. l. ſiquis hac lege* 30. §. 1. *ff. Qu. & à qu. man.* In cauſis criminalibus ceſſat hæc fictio, *l.* 3. §. 9. *ff. de mun. & hon. l.* 2. §. 7. *ff. de decur. l.* 3. §. 4. *ff. Q. quisq. jur. in alt. l.* 22. *C. de pœn. l.* 26. *ff. eod.*

Hinc pater à filio conveniri non poteſt, nec filius viciſſim convenitur à patre: nobiſcum enim ipſi non poſſumus agere, *l.* 16. *ff. de furt. l.* 4. *ff.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

de jud. §. 12. *Inſt. de obl. qu. ex del. naſc.* Pater etiam propterea ſi donaverit filio, donatio non valet, *l.* 1. §. 1. *ff. pro don.* quia nemo ſibi ipſi cum effectu donavit. Creditori præterea poteſt compenſationem objicere filius ejus, quod patri à creditore debetur, *l.* 9. §. 1. *ff. de compenſ.* quia videtur illud ipſum deberi & filio, licet alioquin cogi non poſſit compenſationem ejus admittere creditor, quod alii debet, quam ei quem convenit, *l.* 18. §. 1. *ff. eod. l. ejus* 9. *C. eod.* Sed dico regulariter. Quamvis enim pro ſe ipſo fidejubere non liceat, *pr. Inſt. de fidejuſ.* pro patre tamen ſi fidejuſſerit filius, valet fidejuſſio, *l.* 10. §. 1. *ff. de fidej.* Et quod eſt notandum, ſi æs alienum ſit contractum à filio, pater id de ſuo non tenetur diſſolvere, *arg. l.* 1. *ff. de SCt. Maced.* §. 7. *Inſt. Qu. cum eo qu. in al. pot.* §. 10. *Inſt. de act. l.* 44. *ff. de pecul.* Nec arreſtari propterea poteſt patris pecunia, etiamſi is idem ſit forte maſſarius, *boedelhalder*, ut nos Belgice dicimus. Sic olim judicavit Senatus hujus Provinciæ *Ann.* 1585. 3. *April. in cauſa van Mr. Iacob Iacobſz cra Corn. Roelofsz.* In cauſis etiam & muneribus publicis ſuperior regula ſibi locum non vindicat, *l.* 9. *ff. de h. qu. ſu. vel al. jur.* Pater idcirco in cauſa filiorum, & filius viciſſim in cauſa patris ad judicandum admittitur *l.* 77. *ff. de jud.* munus enim judicandi eſt publicum munus *l.* 78. *ff. eod.* quo ſiquis fungatur, non videtur in ſua cauſa pronuntia-
6 re ſententiam, ſi eam pronuntiet in cauſa filiorum, *d. l.* 9. *d. l.* 77. Sed ne id quidem tam univerſaliter debet intelligi; licet enim patri ſit judicare conceſſum in cauſa filiorum, prohibetur tamen ſpecialiter jus dicere liberis, *l.* 10. *ff. de juriſd.* Varie Doctores leges illas conantur in concordiam redigere, ut videre licet apud Clariſſimum Wiſſenbach, qui tandem rejectis cæterorum ſententiis agnoſcit antinomiam 1. *exercit. ad Pand. diſp.* 10. *th.* 41. Mihi vera videtur diſtinguentium inter jus dicere *d. l.* 10. & judicare *d. l.* 77. videtur opinio. Magiſtratus jus dicit, judicare non prohibetur etiam judex pedaneus. Magiſtratus pro tribunali, judex autem pedaneus humiliori ſella ſedens magiſtratui quaſi ad pedes ſolet cauſam cognoſcere, χαμαιδικαστὴς appellatus propterea. In magiſtratum non requiritur ut litigantes conſentiant. Ius enim magiſtratus etiam dicit invitis. Sed in judicem pedaneum, qui auctore Pediano dabatur à magiſtratu poſt diem trigeſimum, ut uterque litigantium conſentiat neceſſe eſt, *l.* 33. *l.* 80. *ff. de jud.* Cic. *pro Cluent. Neminem voluerunt majores noſtri non modo de exiſtimatione cujuſquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe judicem, niſi qui inter adverſarios conveniſſet.* Siquis patrem ergo vel filium in judicium vocaverit, imputet ſibi, cur in patrem vel

filium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

filium conſenſerit judicem. Volenti ſane non infertur injuria, *l.* 1. §. 5. *ff. de inj.* Non poteſt pater jus dicere filio, quia id prohibet *d. l.* 10. Sed ne judex ſit pedaneus in cauſa filiorum, id nulla lex prohibet, ſi alter litigantium in eum conſentiat, ne lex quidem *unica C. neq. in ſu. cau. jud.* quia ut dixi in ſua cauſa non judicat, qui datus eſt judex, & de lite cognoſcit aſſentientibus iis, qui agunt cum filio, *d.l.* 77. *&* 78. *junct. d.l.* 9. Pancirol. 1. *var. lect.* 33. Et hi quidem clariores patriæ poteſtatis enumerantur effectus. Sunt qui inter eos etiam referendum exiſtimant, quod filius agere cum parente non poſſit, niſi à magiſtratu impetraverit veniam ex edicto Prætoris, *l.* 4. §. 1. *ff. de in jus voc.* Sed male, ni fallor. Cauſam enim edicto non dedit poteſtas, ſed tantum reverentia, quam jure divino etiam parentibus liberi exhibere tenentur, *l.* 13. *ff. eod. Exod.* 20. *vers.* 12. Si patriæ poteſtatis hic eſſet effectus, mater etiam exerceret poteſtatem in liberos, & patronus non ſolum in eum quem manumiſit, ſed & uxor patroni, quo eſt nihil abſurdius, *arg.* §. 10. *Inſt. de adopt.* §. 3. *Inſt. de her. qual. & diff. pr. Inſt. h. t. junct. d. l.* 4. §. 2. *&* 3. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 13. *ff. de in jus voc.* 7

Moribus noſtris hi omnes effectus abierunt in deſuetudinem. Pater liberos in poteſtate non habet. Si id velis evincere, mater etiam habebit poteſtatem in liberos. Enumerentur effectus. Non eſt id difficile. Feci id ſtatim jam diligenter, ni fallor. Nullum ita patri competentem reperies, ut idem matri etiam vindicari non poſſit. Non habentur jam amplius pro una perſona pater & filius. Pater non contrahit, cum contrahit filius, & filius quod agit, non agit hoc pater, ceſſante *l. ult. C. de impub. & al. ſubſt. &* §. *poſt mortem Inſt. de inut. ſtip.* Non licet vendere filium, etiamſi id exigat famis neceſſitas, multo minus occidere, ut eſt vulgo notiſſimum. Ne filiam quidem adulteram eſt trucidare conceſſum, ſi pater eam deprehenderit in rebus Venereis. Rittersh. *ad Nov. part.* 12. *cap.* 5. *n.* 8. Gudel. *lib.* 5. *de jur. noviſſ. cap.* 18. Parens *p. m. de crim. ad lib.* 48. *tit.* 3. *cap.* 7. *n.* 15. Groenew. *ad l.* 4. *C. ad l. Iul. de adult.* P. Voet *ad* §. 4. *Inſt. de publ. jud.* Concordans matrimonium non poteſt diſſolvere. Diſſolvendi 9 poteſtas ad judicem pertinet; cui licet id tantum duabus ex cauſis *Matth.* 5. *vers.* 32. *& cap.* 19. *vers.* 9. 1. *Cor.* 7. *v.* 15. Beza *de repud.* Melanth. *in loc. comm. tit. de divort.* Parens *p. m. d. tit.* 3. *cap.* 1. *n.* 11. Groenew. *ad Grot.* 1. *man.* 5. *n.* 25. Loquor de vinculo, quo adſtricti ſunt conjuges. Quod 10 autem aſſerit vir doctiſſimus Weſel *ad novell. conſt. Vltraj. art.* 14. *n.* 65. vix eſſe dubitandum, quin clandeſtinum matrimonium contractum à liberis pater poſſit diſſolvere, ex verbis edicti, quod ab ipſo adductum

 eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

eſt, evinci vix poterit. Id enim ſimpliciter ſine parentum aut curatorum conſenſu contractum matrimonium nullum eſſe pronuntiat. Verba ſunt inprimis *art.* 10. nam *art.* 12. de eo non loquitur; *Beheltelycken dat als alſulcke perſonen onder die voorſchreven jaren ſijn, ende noch onder haer ouders ofte mombers ſtaen, dat 't voorſchreven huwelyck, alwaert beyde die perſonen, ſo wel man als vrouwe dat beleden, ofte bekenden, ofte daer van by eenich publijck inſtrument mocht blycken, van geender weerde gehouden ſal worden, ten ware dat die vaders ofte mombers &c.* Quod nullum eſt ab initio, non ſolet diſſolvi. Non entis, ajunt Philoſophi, nullæ ſunt qualitates. Diſſolvitur id quod ſubſiſtit & valet. Sed ſi hæc ſit ſententia, ne ejus verba captemus, non obſtare, quo minus pater poſſit filiam abducere, quæ eo invito contraxit matrimonium, ſequi tamen non poterit patriæ poteſtatis hunc effectum exiſtere. Patris enim auctoritas ſola non ſufficit, ſed opus eſt præterea magiſtratus decreto, *arg. l.* 176. *ff. de reg. jur. l. un. C. neq. in ſu. ca. jud. l.* 13. *ff. Qu. met. c. l. pen. ff. ad l. Jul. de vi priv.* Quod ſi pater idcirco, quia nullum eſt matrimonium, filiam habet abducendi licentiam, jus idem & matri & curatoribus competet, *arg. d. art.* 10. quibus patriam poteſtatem ſiquis velit adſcribere, omnino ineptiet, *pr. Inſt. h. t.* §. 10. *Inſt. de adopt.* Porro moribus etiam exolevit adoptio, & inepte jam quæritur, an nepotem ex filio eo etiam invito liceat alteri in adoptionem concedere. Grot. 1. *man.* 6. Fred. à Sande *tr.* 1. *de feud. Gelr. tit.* 3. *cap.* 1. §. 1. Pupillaris etiam ſubſtitutio non eſt amplius in uſu. Mornac. *ad pr. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Gudel. 2. *de jur. noviſſ. cap.* 5. Parens *p. m. lib.* 1. *de auct. cap.* 11. *n.* 32. Groenew. *ad pr. Inſt. de pup. ſubſt.* Et ſi in teſtamento ſit præteritus filius, non ſtatim ipſo jure teſtamentum eſt nullum, ſed debet reſcindi. Gudel. *ibid.* Grot. 2. *manud.* 18. §. *nae de Roomſche.* Groenew. *ad pr. Inſt. de exher. lib.* Quod autem nec hodie filio adhuc liceat mutuari pecuniam, patris poteſtas id non videtur efficere, nam ne minori quidem deſtituto parentibus permiſſum eſt credere, ſed favor juvenum, Reipublicæ commodum, & odium creditorum, qui diſſipaturis in impenſas inutiles ſubminiſtrant pecuniam. Hæ enim rationes ſunt ab Ordinibus redditæ. De minoribus Ordines loquuntur generaliter. De filiisfamilias jus civile locutum eſt ſive minoribus ſive majoribus; major enim ætas patriam poteſtatem non evertit aut tollit, *t. tit. Inſt. Qu. mod. j. patr. pot. ſolv.* Mater hodie non minus quam pater in teſtamento tutorem conſtituit. Grot. 1. *man.* 7. Neoſtad. *dec. ſupr. Cur. Holl.* 92. *Davent.* 3. *tit.* 3. §. 3. Groenew. *ad tit. C. de teſta-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

teſtam. tut. Unde patriæ poteſtati hoc adſcribi non poteſt. Et quod eſt notabile, hodie etiam ei cujus pater adhuc vivit, poteſt tutor conſtitui Sim. à Leuwen *ad conſ. Rynl. part. 2. art. 11. & cens. for. lib. 1. tit. 16. n. 5.* Quod admitti non poſſet, ſi patria poteſtas adhuc eſſet in uſu *pr. Inſt. de tut.* Graviter enim errat vir juris civilis & ejus ſubtilitatum non undequaque peritus Simon à Leuwen *ad cons. Rynl. part. 2. art. 12.* dum jure ci- 11
vili patrem etiam teneri ad petendum pupillo tutorem exiſtimat. Ne gry quidem habetur de tota illa re in eo titulo quem citat *Qu. pet. tut.* & quo minus dicamus hoc, juris civilis etiam fundamenta repugnant. Qui patrem habet, non habet tutorem, niſi eum pater è poteſtate dimiſerit, *§. un. Inſt. de leg. par. tut.* Filius præterea ſiquid acquiſiverit id ſibi acquirit, aut ſiquid ex re patris ad ipſum pervenerit, id patri non minus quam matri acquiritur, Gudel. *de jur. noviſſ. lib. 1. cap. 4.* Grot. 1. *man. cap. 6.* Vinn. *ad §. 1. Inſt. per qu. pers. c. acq.* Requiritur etiam non ut jure civili ſolum patris conſenſus, cum filiusfamilias, qui eſt in poteſtate, contracturus eſt nuptias, *pr. Inſt. de nupt. l. 2. l. 25. ff. de rit. nupt.* verum etiam matris, vel eorum alterius, ſi forte jam alter in fata conceſſerit. *Placaet op't ſtuck van den echten ſtaet art. 5.* Sim. à Leuwen *cens. for. lib. 1. cap. 13. n. 9.* Si uterque conceſſerit, curatorum etiam voluntas ut exploretur neceſſe eſt, *d. art. 5. & 10. & 14. edict. Ord. deciſ.* Jure civili ſine patris conſenſu emancipatus non impeditur contrahere nuptias, *d. l. 25.* ſed moribus noſtris ut contendit vir eruditus Abrahamus à Weſel ad *d. art.* cum emancipatio non tollat reverentiam & obedientiam, quæ debetur parentibus, patris conſenſum etiam emancipati compelluntur requirere. Cui 12
ut contradicam non movet me aliud, quam quod ceſſet jam hodie liberorum emancipatio. Si in uſu ſit emancipatio patria poteſtas non abiit in deſuetudinem. Sed abiit in deſuetudinem, quia ceſſant omnes ejus, ut jam dixi, effectus. Demonſtretur effectus, & non invitus concedam, quod patria poteſtas adhuc ſit in uſu. Sed effectus, ut opinor, demonſtrari non poterit. Si emancipationem eſſe dicas effectum, tum petis principium: id enim quæritur, an apud nos adhuc hodie in uſu ſit emancipatio. Nego in uſu eſſe, quia pater liberos in poteſtate non habet. Patriam poteſtatem tollit emancipatio, *§. 6. Inſt. Qu. mod. j. patr. pot. ſolv.* Sed ubi non eſt, ibi tolli non poteſt. Triplex olim erat emancipatio, legitima, Anaſtaſiana, & Juſtinianea. Legitima fiebat ex duodecim tabulis, Anaſtáſiana ex imperiali reſcripto, Juſtinianea apud magiſtratum ſimpliciter, *d. §. 6. l. pen. & ult. C. de emanc. lib.* De nulla jam dici poteſt, quod in

uſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

uſu remanſerit. Citabo teſtem eundem illum Conſultiſſimum Virum, qui loco jam allegato inter veterem & hodiernam emancipationem videtur diſtinguere. Sic enim dicit *n.*24. *Verum cum pietas liberis quibuſcunque perpetuo conſtare debeat, nec civilis illa emancipatio naturale vinculum obedientiæ & reverentiæ tollat; ideoque jus divinum liberorum conditionem non diſtinguat, conſequens eſt, ut & emancipati hodie conſenſum parentum habere teneantur.* Aut igitur patria poteſtas jam ceſſat, aut ſiqua
13 ſuperſit, conſiſtet tantum in reverentia parentibus debita matri nimirum non minus quam patri, ut idem vir eruditus in iis verbis ſignificat. Sed poteſtas à reverentia expreſſe diſtinguitur, *l.*4.*ff.de cur.fur.& prod. pietas parentibus, etſi inæqualis eſt eorum poteſtas, æqua debebitur.* Curatoribus etiam debetur reverentia, *d.art.*5.& 10. ſed an inde jam ſequitur, ergo patria poteſtas curatoribus competit. Nihil erit abſurdius. Sed nec
14 ſola reverentia, ni fallor, hoc efficit, quod parentum conſenſus deſideretur in nuptiis. Si quæratur, quid ergo? Inprimis infirmum illud, multis captionibus & dolis obnoxium minorum annis viginti quinque judicium, *l.* 1. *pr.ff. de min.* nam idcirco majores, quorum uſu & annis eſt roborata prudentia, poſſunt contrahere vel invitis parentibus, ſi parentes diſſentiant, & rationem non poſſint reddere, cur ipſi diſſentiant *Placaet op't ſtuck van den echten ſtaet art.* 11. *Ordin. deciſoir art.* 14. Quod ſi ſola reverentia parentum conſenſum deſideraret in nuptiis, majorum etiam matrimonium diſſenſus parentum plane nullum efficeret, quia hæc reverentia demum morte finitur. Videtur hæc eſſe ratio, cur invitis parentibus ne vidua quidem poſſit contrahere nuptias, ſi vigeſimum quintum ætatis annum non in totum compleverit, *Coſtuym. van Utrecht rubr. van huwelyck. voorw. art. pen.* Sequetur alioquin obitu conjugis reviviſcere poteſtatem illam, quam nuptiis tolli jam affirmant communiter, tolli autem iterum, ſimulatque revixit, nimirum iteratis à ſuperſtite nuptiis, tolli etiam ætate, ſi ſcilicet minor ſit major effectus, & tamen reverentiam durare perpetuum. Quod videtur abſurdum. Vid. eund. Abrah. à Weſel *ad art.*13. *edict. Ord.dec.n.*20. Sim à Leuwen *Rooms-Holl.Recht lib.*1.*cap.* 13. *n.* 4. Pronuntiemus ergo intrepide, quod de jure Gallorum pronuntiavit Mornacius vir in praxi verſatiſſimus & infinitæ lectionis ad *l.* 8. *ff. de ſtat. hom. & pr. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Patria poteſtas jam ab uſu receſſit. Diſſentiunt plurimi, ſed argumenta jam dilui, & cavere non poſſum, quo minus diſſentiant. A Mornacio Galli etiam nonnulli diſſentiunt Boër. *decis.* 197. Ioan. Faber. *ad tit. Inſt. de SCt. Tertull.* Guil.

Bened.

Bened. *ad cap. Raynutius in verb. cuidam Petro tradiderunt n.* 98. Argentr. *ad cons. Brit. art.* 498. *gloſ.* 1. Tiraquell. *gloſ.* 1. *part.* 1. *leg. connub.* Bodin. 1. *de repub. cap.* 3. Diſſenſerunt acerrime Tiraquellus & Chaſſaneus in ea tantum quæſtione, an jure Gallorum recideret vidua in poteſtatem paternam. Ajebat Chaſſaneus. Negabat Tiraquellus tam ingentibus animis, ut Chaſſaneus Tiraquello capitales inimicitias denunciaſſe dicatur. Mornac. *ad l.* 22. *ff. ad municip.* Verior tamen erat Tiraquelli opinio: nullam enim eſſe patriam poteſtatem in Gallia pronuntiavit Forgetius Præſes Ampliſſimus in conſeſſu purpureo *An.* 1599. ut dicit idem Mornac. *ad l.* 3. §. 3. *ff. de don. int. vir. & ux.* Et recte pronuntiavit, cum ut ait Choppinus *de comm. Gall. conſ. præc. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 2. in iis etiam regionibus, quæ jure ſcripto utuntur, patriæ poteſtatis quædam adhuc tantum reperiantur veſtigia, & hæc ipſa veſtigia utrum revera adhuc ibi obtineant, ſemper inter ſe diſputent Gallorum interpretes. Scio quidem quod adeo nonnulli diſſentiunt, ut filiam nec nuptiis exiſtiment eximi poteſtati paternæ. Sed quicquid illi diſſentiant ait idem Mornac. *ad l.* 18. *C. de inoff. teſt.* ita nunc vivitur, ut uxor ſit omnino in poteſtate mariti, cui ſemper eam à ſocero vindicare conceſſum eſt. Euripid. in Danae:

Γυνὴ γὰρ ἐξελθοῦσα πατρώων δόμων
Οὐ τῶν τεκόντων ἐστιν, ἀλλὰ λέχους.

Mulier egreſſa ædibus paternis non amplius parentum eſt, ſed lecti, id eſt, mariti.

Quæ cum ita ſe habeant, emancipationis omnino vocem abutimur, 15
cum vocamus emancipatum, cui pater ſeorſim ſuas res ſibi agere ſuo modo conceſſit. Grot. 1. *man.* 6. *in fin.* Emancipationis tantum umbra jam ſupereſt, & nil niſi inanis ejus propemodum fabula, ut idem recte Mornac. *ad l. pen. C. fam. erciſc.* Diſſ. Groenew. *ad l.* 3. *C. de emanc. lib.* Sim. à Leuwen *cens. for. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 14. Nec eſt quod miremur illam ipſam *κατάχρησιν*. Solemus enim dotis etiam abuti vocabulo, cum uſurpamus hanc regulam: Qui ſtupraverit virginem, eam aut ducere aut dotare compellitur. Dotes enim revera abierunt in deſuetudinem. Gudel. 1. *de jur. noviſſ.* 8. *in fin.* Sand. *de feud. Gelr. tr.* 1. *tit.* 2. *cap.* 4. §. 1. *n.* 15. 16
Grot. 2. *man.* 11. *&* 12. Groenew. *ad tit. C. de jur. dot.* Sed nequis etiam nimium miretur quod dixi moribus eum emancipatum intelligi, cui liberrima velut majori rerum adminiſtratio à patre conceditur. Probo verbis clariſſimis edicti Dordracenſium *de re pupill. art.* 59. quod ita ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

habet: *De Weeskinderen ſullen ſtaen ende blyven onder de Voogdye ende toeſicht van hare voochden, tot dat ſy vyfentwintich jaren out ſullen ſijn: Ten ware dat ſy tot Houwelycken ſtaet gekomen, ofte by raedt van Borgemeeſter, weeſmeeſteren, ende vier ofte vyf van des ſelfs magen ende naeſte vrienden ofte Vooghden geëmancipeert, ofte haer ſelfs meeſter ende voogd gemaeckt, ende tot de adminiſtratie ende bewint van haren goeden nut ende bequaem gekent ende verklaert worden.* Niſi hic emancipatio quod dixi ſignificet & accipiatur improprie, omnino erit dicendum, quod patria poteſtas etiam curatoribus competat. Propriè enim emancipatio patriam poteſtatem & evertit & tollit, §. 6. *Inſt. Qu.mod. j. patr. pot. ſolv.*

TEXTUS

§. III. *Qui igitur ex te & uxore tua naſcitur, in tua poteſtate eſt. Item qui ex filio tuo & uxore ejus naſcitur, id eſt, nepos tuus & neptis æque in tua ſunt poteſtate; & pronepos & proneptis, & deinceps cæteri. Qui autem ex filia tua naſcuntur, in poteſtate tua non ſunt, ſed in patris eorum.*

COMMENTARIUS.

1. *Patria poteſtas non tollitur nuptiis.*
2. *Exceptio à regula.*
3. *Manus interdum etiam poteſtatem ſignificat.*
4. *Filia familiæ ſuæ caput & finis.*

Contractis nuptiis patria poteſtas non finitur aut tollitur, *l.2. §.1.l.22. §.pen.l.29. ff. ſol.matr. l.1. §.ult.ff.de inj.§.2.in fin. Inſt. eod.* Filius manet in poteſtate paterna; quapropter & nepos, qui ex filio naſcitur, in avi paterni poteſtatem redigitur, *h.* §. Cedit enim principali acceſſio *l. 19.§.13. ff.de aur.& arg.leg.§. pen. Inſt. de adopt. l. 21. ff. ad l. Jul.de adult.* Pater nepotem in poteſtate non habet, niſi avus deceſſerit, aut filio avi de poteſtate dimiſſo conceptus ſit nepos & in lucem emiſſus, *pr. & §. pen. Inſt. de nupt.* Sed in avi materni poteſtatem non tranſeunt, qui naſcuntur ex filia; avi enim paterni poteſtati ſubjecti ſunt, aut eo extincto tranſeunt ſtatim in poteſtatem paternam. Ut autem ſit idem in poteſtate duorum, id jus non admittit,
2 *d.pr.* & idcirco exibat olim è poteſtate paterna, quæ farre, vel uſu, vel coëmptione tranſierat in poteſtatem mariti, vel, ut veteres loquuntur,

quæ

quæ in manum convenerat. Manus enim etiam poteſtatem ſignificat. 3
Liv. *lib.* 34. *pr. Majores noſtri ne parvam quidem rem agere fœminas ſine auctore voluerunt. In manu eſſe parentum, fratrum, virorum.* Idem *lib.* 33. *Scilicet ſi legem Oppiam abrogaveritis, non veſtri arbitrii erit, ſiquid ejus vetare volueritis. minus filiæ, uxores, ſorores etiam quibuſdam in manu erunt.* & paulo poſt : *Vos in manu & tutela non in ſervitio debetis habere eas; & malle patres vos aut viros, quam dominos dici.* In manu autem fratris ſoror eſſe tum dicitur, cum frater ejus habet tutelam legitimam, nam & tutela appellatur poteſtas, §. 1. *Inſt. de tut. l.* 1. *pr. ff. eod.* Quod vero exiverit è poteſtate paterna, cum nupſiſſet marito, ſignificat Tacit. *lib.* 4. *annal. Neque adeſſe, ut olim, eam copiam, omiſſa confarreandi adſuetudine, aut inter paucos retenta. pluresque ejus rei cauſas adferebat; potiſſimam, penes incuriam virorum fœminarumque. Accedere ipſius cærimoniæ difficultates, quæ conſulto vitarentur. Et quando exiret è jure patrio, qui id flaminium apiſceretur, quæque in manum flaminis conveniret.*

Poteſtate tua. Nec in tua, nec in matris eorum. Mater enim filium 4
in poteſtate non habet, §. 10. *Inſt. de adopt.* §. 3. *Inſt. de her. qual. & diff.* Anonymus *ſcholiaſt. Rhetoric. Ariſt.* Ὅτι νόμος λέγει, υἱὸς μητρὸς οὐχ ὑποκεῖται. Nec filius eſt unquam in matris familia, *l.* 196. *ff. de V. S.* Mater enim proprie non habet familiam. Tranſiit è patris in mariti familiam. Vocatur familiæ ſuæ caput & finis, *l.* 195. *in fin. ff. eod.* Quemadmodum alibi nundinatio magiſtratuum, ſed alio ſenſu caput & finis dicitur omnis malitiæ. *Novell.* 8. Ἀργυρολογεῖν τὰς ἀρχὰς πάσης ἐστὶ πονηρίας προοίμιόν τε καὶ πέρας. Auguſtin. *de ſalutar. docum. de diabolo : Ipſe eſt,* inquit, *caput & finis mendacii,* id eſt, mendax ex aſſe, nil niſi mendacium.

TITULUS X.
DE
NUPTIIS.

TEXTUS

Juſtas autem nuptias inter ſe cives Romani contrahunt, qui ſecundum præcepta legum coëunt, maſculi quidem puberes, fœminæ autem viri po-

tentes: ſive patresfamiliarum ſint, ſive filiifamiliarum, dum tamen, ſi filiifamiliarum ſint, conſenſum habeant parentum, quorum in poteſtate ſunt; nam hoc fieri debere & civilis & naturalis ratio ſuadet in tantum, ut juſſus parentis præcedere debeat. Unde quæſitum eſt, an furioſi filia nubere, aut furioſi filius uxorem ducere poſſit. Cumque ſuper filio variabatur, noſtra proceſſit deciſio, qua permiſſum eſt ad exemplum filiæ furioſi, filium quoque furioſi poſſe & ſine patris interventu matrimonium copulare, ſecundum datum ex noſtra conſtitutione modum.

COMMENTARIUS.

1. *Præcepta nuptiarum.*
2. *Quid contubernium.*
3. *Quid connubium.*
4. *Quod civi non fuerit cum peregrina connubium quam diu obtinuit.*
5. *Savaro refutatur.*
6. *Nec olim Athenis cum peregrino connubium.*
7. *Hodieque quid ſimile uſitatum in Germania multis in locis.*
8. *Quid in uſu Spartanis.*
9. *Quid apud nos hodie.*
10. *Quæ ſit ætas legitima in contrahendis conjugiis.*
11. *Mores Turcarum.*
12. *Incolarum Formoſæ.*
13. *Colchorum.*
14. *Indorum.*
15. *Exemplum ſingulare de puero decenni.*
16. *Cur fœminæ citius fiant viri potentes, quam maſculi puberes.*
17. *An ſit tempus præſcriptum, ultra quod contrahi matrimonium non poſſit.*
18. *Quorum parentum requiratur conſenſus.*
19. *An hodie requiratur adhuc avi conſenſus.*
20. *Notatur in tranſitu Abrahamus à Weſel.*
21. *Conciliatur l. 3. ff. h. t. cum l. 16. §. 1. ff. eod.*
22. *Fœminarum quam maſculorum conditio deterior.*
23. *Vidua non poteſt nubere, etiamſi ſit ſui juris, ſine patris conſenſu.*
24. *Quod & verum eſt hodie, ſi minor ſit vidua.*
25. *Refutatur Heemskerckius in Arcad. Bat.*
26. *Refutatur etiam ſententia Abrahami à Weſel.*

27. *Sine*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

27. *Sine patris conſenſu ſi contractum ſit matrimonium, nullius momenti eſt.*
28. *Exceptiones à regula.*
29. *Conſenſus parentum etiam tacitus ſufficit.*
30. *Si contracta ſint ſponſalia ſine patris conſenſu, nullius momenti ſunt.*
31. *Diſtinguitur hodie, utrum ea minor, an major contraxerit.*
32. *Si minor, ſunt inutilia, licet copula carnalis fortaſſis acceſſerit.*
33. *Modi, quibus hodie probantur ſponſalia.*
34. *Minoris confeſſio, ſi parentibus inſciis contraxit ſponſalia, attendi non ſolet.*
35. *Nec multum etiam attenditur confeſſio litigantium, ſi fiat extra judicium.*
36. *Si à pluribus filia petatur in matrimonium, præferaturne matris an tutorum electio.*
37. *Illuſtris quædam deciſio Provinciæ hujus Ordinum enarratur prolixius.*
38. *Si patre ſuperſtite poſt matris exceſſum fiant pacta dotalia, poſſunt etiam fieri invitis tutoribus.*
39. *Refutatur opinio Io. à Sande.*
40. *Si, parentibus mortuis, invitis curatoribus contrahatur matrimonium, an nullius momenti ſit.*
41. *Iure Canonico an etiam neceſſe ſit, ut parentes conſentiant.*
42. *Parentum jure Canonico in rebus ſpiritualibus non conſideratur poteſtas.*
43. *Libellus de jure patrio Pet. Ærodii.*
44. *De parentum conſenſu quid ſit conſtitutum Tridentino Concilio.*
45. *Quid jure Gallorum.*
46. *An filium patri ſit exheredandi licentia, ſi ſine patris conſenſu contraxerit nuptias.*
47. *Examinatur latiſſime ſententia & opinio Abrahami à Weſel.*
48. *Explicatur Ordinum conſtitutio de rapt. virg. & clandeſt. conj.*
49. *Laus Car. Molinæi.*
50. *Objectio ſolvitur.*
51. *Ad ſtatutum Amisfurtenſium tit. van Hylicken, Hylicxvoorwaerden &c.*
52. *Vi, dolo, vel metu ſi contractum ſit matrimonium, eſt nullius momenti.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

53. *Metus reverentialis an matrimonium vitiet.*
54. *An error in perſona matrimonium vitiet.*
55. *An error in bonis.*
56. *An nullum ſit matrimonium, ſi mulier cum marito quem credide- rat cœlibem, aut vir cum uxore, quam putaverat virginem, con- traxerit nuptias.*
57. *An ſiquis ſtupratam pro virgine duxerit.*
58. *An juſta ſit ea cauſa, ut fiat divortium.*
59. *An juſta ſit ea cauſa, ut diſſolvantur ſponſalia.*
60. *Nullum eſt divortium, ſi non etiam acceſſerit magiſtratus auctoritas.*
61. *Dum magiſtratus cognoſcit, an ſit cauſa legitima, ex qua fiat divor- tium, an uni interim invito altero divertere liceat.*
62. *Conſenſus contrahentium etiam tacitus ſufficit.*
63. *Ratihabitio in nuptiis an retro trahatur.*
64. *Objectio ſolvitur.*
65. *Probatur quod matrimonium non poſſit dici contractus.*
66. *An nuptiis contractis ſimul etiam contracta ſit bonorum communio.*
67. *Explicatur l. 1. ff. h. t. de rit. nupt.*
68. *In communionem bonorum hodie non veniunt etiam bona feudalia, & fideicommiſſo obnoxia.*
69. *Excluſa communione communicantur nihilominus ea quæ acquirun- tur conſtantibus nuptiis.*
70. *Hodie ratihabitio ſolet retrotrahi ad initium illius temporis quo con- tractæ ſunt nuptiæ.*
71. *Sed punitur nihilominus, qui parentibus inſciis convolavit ad nuptias.*
72. *Nuptiæ interdum etiam ſumuntur pro coitu.*
73. *Qui ſint cives Romani.*
74. *Cur emancipatus non æque, ac is qui eſt in poteſtate, patris con- ſenſum teneatur requirere.*

DUplex eſt matrimonium, juſtum & injuſtum, *l. 37. ff. ad municip.* Juſtum eſt matrimonium, quod peculiares ali- quot producit effectus & ſecundum ea, quæ requiruntur, 1 præcepta contrahitur, *h. pr.* Præcepta ſunt quinque: Ut ſint cives Romani: Ut habeant juſtam ætatem: Ut parentes conſen- tiant: Ut conſenſus præcedat: Et tandem ut abſtineant à vetitis nu- ptiis. Primum eſt, quod requiritur, ut ſint cives Romani. Cæteri qui- dem

dem poſſunt etiam contrahere nuptias, ſed non ejuſmodi nuptias, quæ tot
producant & tam ſingulares effectus, de quibus jam dictum eſt. Qua-
propter inter connubium, matrimonium, & contubernium ſolet diſtin-
gui. Peregrini ſimpliciter contrahebant matrimonium : Servi contu- 2
bernium, *l.3.C.de inc.nupt.l.3.l.29.C.de lib.cauſ.l.ſervi 23. C. ad l. Jul.
de adult. l. 14. §.3.ff. de rit.nupt.l.220. §.1.ff.de V.S. l.45.§.5.ff.de leg.3.*
vel ſervile conſortium, ut Juſtinianus appellat, *pr.Inſt.de ſerv.cogn.* Plaut.
prol. Caſin.

Quæſo, hercle, quid iſtuc eſt? ſerviles nuptiæ?
Servine uxorem ducent, aut poſcent ſibi?
Novom attulerunt, quod ſit nuſquam gentium.

Senec. *controv.* 3. *In contubernium ſervi deducta domina eſt.* Tacit. *an-
nal.* 13. *At Neronem pellice ancilla & aſſuetudine Actes devinctum nil
è contubernio ſervili niſi abjectum & ſordidum traxiſſe.* Cives connubi- 3
um, *l.10. ff.de rit. nupt. l.13.§.1. ff.ad l.Iul. de adult.* Deportatam, Lati-
nam, aut Samnitem, aut Siculam, civis Romanus ſi uxorem adſciſceret,
nullius momenti erat tale conjugium, *nov.22. cap.10.* Senec.4. *de benef.
cap.35. Promiſi tibi filiam in matrimonium : poſtea peregrinus apparuiſti :
non eſt mihi cum extraneo connubium.* Unde frequens eſt mentio con-
ceſſi aut ademti ſubjunctis ſub imperium aut devictis connubii. Liv. *lib.*
38.*cap.*36. *Campani, quum eos ex ſenatuſconſulto, quod priore anno factum
erat, cenſores Romæ cenſeri coëgiſſent (nam antea incertum fuerat, ubi
cenſerentur) petierunt, ut ſibi cives Romanas uxores ducere liceret; & ſi-
qui prius duxiſſent, ut habere eas, & ante eam diem nati, ut juſti ſibi libe-
ri heredesque eſſent: utraque res impetrata.* Vetus inſcriptio, quæ eſt
apud Panciról.2.*var.lect.*7.*Imp.Cæſar D. Trajani Parthici filius D. Ner-
væ nepos, Trajanus Hadrianus Auguſt. Pontif. Max. Trib. pot.* XII. *Coſ.*
3.*P.P. iis, qui militaverunt in claſſe Prætoria Miſenenſi, quæ eſt ſub Iulio
Frontino, ſex & vigenti ſtipendiis emeritis, dimiſſis honeſta miſſione, quo-
rum nomina ſubſcripta ſunt, ipſis liberis, poſterisque eorum civitatem de-
dit, & connubium cum uxoribus, quas tunc habuiſſent, cum eſt civitas iis
data, aut ſiqui cœlibes eſſent, cum iis, quas poſtea duxiſſent, duntaxat ſin-
guli ſingulas, ad* 12. *Cal. Mart. P. Juventio Celſo* II. *Q. Julio Balbo Coſſ.*
Ulpian. *tit.*6. *§.connubium.* Caj.1. *Inſt.*4.*pr.* P. Fab.2. *Semeſt.*23. Amay.
*lib.*2. *obſ. cap.*5.*n.*14. *& ſeqq.* Jus illud admodum diu obtinuit, nec, quod 4
etiam notabile, adhuc plane ſublatum, cum imperaret Orienti Imp.
Theophilus. Cedren. *in ej. vit. tom.* 2. *hiſt.* Ανάγει αὐτὸν ὁ Θεόφι-
λος

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

λος εἰς τὴν τῶν πατρικίων τιμὴν, καὶ τῇ ἑαυτοῦ ἀδελφῇ συνοικίζει,
ἕκαστόν τε τῶν Περσῶν νομοθετεῖ κατ' ἐπιγαμίαν συνάπτεσθαι τοῖς Ρω-
μαίοις, *Eum evehit Theophilus ad dignitatem patriciam, & ſuam ſoro-
rem ipſi dat in matrimonium, lege etiam lata, quæ Perſis conjugiorum cum*
5 *Romanis licentiam concederet.* Ni fallor enim fallitur doctiſſimus Sava-
ro ad *Sidon. Apollin. lib.* 1. *epiſt.* 5. legem illam veterem, qua Romanis
cum peregrinis non erat connubium, jam arbitratus abolitam, cum Leo
& Anthemius obtinerent imperium, quia dicit ibi Sidonius Anthemii
filiam nupſiſſe Ricimeri proſapia Gottho. Non enim hoc ſequitur:
Fuit Gotthus proſapia, ergo & peregrinus. Multi enim Gotthi erant ci-
ves Romani, nam & Paulus Apoſtolus Tarſenſis erat è Cilicia, & tamen
civis Romanus, & talem etiam fuiſſe Gotthum illum Ricimerem dubita-
ri non poteſt, cum ibidem à Sidonio appelletur Patricius. Quod autem
in *not.* ibi vir Clariſſimus addit Gotthos ab Honorio cum Romanis ſpe-
cialiter jus impetraſſe connubii, ubi quæſo habetur id? Citavit quidem
ad teſtimonium Caſſiodor. 1. *var.* 1. *&* 8. *var.* 3. & Jornand. *in hiſt.* ſed ibi
nihil ejuſmodi. Jure quidem Gotthorum Gotthis licuit matrimonium
cum Romanis contrahere, quo magis Romani cum Gotthis coaleſcerent
Galliarum tum temporis & Hiſpaniæ dominis, *Leg. Wiſigoth. lib.* 1. *tit.* 1.
n. 1. ſed inde tamen non ſequitur jure Romanorum id conceſſum ſimili-
6 ter. Sed quod dixi erat olim & Athenis in uſu. Plutarch. *in Pericl. n.* 67.
Ακμάζων ὁ Περικλῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ πρὸ πάνυ πολλῶν χρόνων, καὶ παῖ-
δας ἔχων (ὥσπερ εἴρηται) γνησίους, νόμον ἔγραψε, μόνους Ἀθηναίους
εἶναι τοὺς ἐκ δυοῖν Ἀθηναίων γεγονότας. Lex occurrit apud Demo-
ſthenem *orat. contr. Neær.* Εὰν δὲ ξένος ἀστῇ συνοικῇ τέχνῃ ἢ μη-
χανῇ ἡτινιοῦν, γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας Ἀθηναίων ὁ βουλόμε-
νος, οἷς ἔξεστιν. ἐὰν δὲ ἁλῷ, πιπράσθω καὶ αὐτὸς καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ,
καὶ τὸ τρίτον μέρος ἔσω τοῦ ἑλόντος. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐὰν ἡ ξένη τῷ
ἀστῷ συνοικῇ, κατὰ ταῦτα καὶ ὁ συνοικῶν τῇ ξένῃ τῇ ἁλούσῃ, ὀφειλέτω
7 χιλίας δραχμάς, Imo multis etiamnum in locis Germaniæ nulli con-
ceſſum eſt contrahere nuptias, niſi prius impetraverit jus civitatis, ſi de-
creverit eo transferre domicilium, ubi ſponſa moratur. Mev. *ad jus*
8 *Lubec. part.* 1. *lib.* 1. *tit.* 2. *art.* 2. *n.* 7. Sed apud Lacedæmonios id vi-
detur ſpeciale, quod regibus non erat cum peregrina connubium. Plu-
tarch. *in Agid. cap.* 14. Ο δὲ Λύσανδρος ἔτι τὴν ἀρχὴν ἔχων, ὥρμη-
σε τὸν Λεωνίδαν διώκειν κατὰ δή τινα νόμον παλαιὸν, ὃς οὐκ ἐᾷ τὸν
Ηρακλείδην ἐκ γυναικὸς ἀλλοδαπῆς τεκνοῦσθαι, τὸν δὲ ἀπελθόντα

τῆς

τῆς Σπάρτης ἐπὶ μετοικισμῷ πρὸς ἑτέρους ἀποθνήσκειν κελεύει. Apud 9
nos etiam fœminam oriundam aliunde conceſſum eſt ducere. Ne cum Inda quidem ſi contractæ ſint nuptiæ, ſunt nullius momenti. Sunt legitimi liberi, qui ex ea naſcuntur, ſed appellantur *Meſtyſen*, vivaciores quam illi, qui utrumque parentem habent Belgam in India. Auctor *de ſtat. fœd. Belg. cap. 8. n. 25.* Sed ut Inda Chriſtiana ſit inprimis requiritur, *Exod. 34. v. 15. & ſeqq. Deut. 7. v. 3. 2. Cor. 6. v. 14. l. 1. ff. de rit. nupt. l. nequis 6. C. de Iud.* Multum enim officit religionis diverſitas, & idcirco prohibentur etiam cum hæreticis nuptiæ nonnullorum ſtatutis, ut edicto Genevenſium nullum eſt matrimonium cum hominibus Pontificiis, *Ordin. eccl. Genev. art.* 112. ut apud Pontificios prohibetur etiam cum iis, qui noſtrarum ſunt partium, *c. ſponſus 30. qu. 5. ca. de his qui 31. q.* 1. Leuw. *cens. for. lib. 1. cap. 13. n. 3.* Maynard. 4. *decis.* 15. Radel. *decis.* 68. *n.* 8. *& ſeqq.* Covarr. *part.* 2. *cap.* 6. §. 11. Io. Petr. de Ferrar. *tit.* 33. *gl.* 4. *n.* 18. Quapropter etiam accepimus Pontificem Max. diſpenſaſſe de nuptiis, quas Carolus I. Rex Magnæ Britanniæ cum Henrietta Maria ſorore regis Galliarum faciebat Anno hujus ſeculi viceſimo quarto. Aitzem. *lib.* 5. *hiſt.* Et ſic etiam apud eos, qui Surattam inhabitant, cum magna ſit admodum religionum diverſitas, init quiſque matrimonium cum ſuam ſectam ſequentibus, ut conſtat jamdudum ex annalibus nauticis. *Volkert Evertſz itin. cap.* 12.

Secundum præceptum eſt, ut juſtam habeant coëuntes ætatem. Juſta 10
eſt ætas, ſi maſculus natus ſit annos quatuordecim, duodecim fœmina. Macrob. 7. *Saturn. cap.* 7. *Nam & ſecundum jura publica duodecimus annus in fœmina, & quartusdecimus in puero definit pubertatis ætatem.* Sed id tempus naturaliter debet intelligi, à momento ad momentum. Ne ultimo quidem die anni duodecimi aut decimi quarti, ſi contractæ ſint nuptiæ, habebunt effectum. Dies ultimus cœptus hic pro completo non ſumitur, *nov.* 100. *cap.* 2. *pr.* Et hoc quidem apud nos ſic ſervatur & obtinet, Grot. 1. *man.* 5. §. *Iong-geſellen.* Apud Gallos ſimiliter. Reſciſſas enim nuptias inter Ducem & Comitiſſam obſervavit Mornac. *ad l.* 9. *ff. de ſponſal.* contractas priuſquam Dux eſſet natus annos quatuordecim. Apud nos etiam cum eſſet quæſtio in lite quadam illuſtri, an annorum XII. puellæ liceret nubere, nonnullis exiſtimantibus tacito conſenſu populi jus civile mutatum, puellis hic paulo ſerius quam olim apud Italos matureſcere ſolitis, judicatum in ſupremo reviſionis judicio tot annorum puellam non arceri à nuptiis, nec abolita hactenus adhuc jura civilia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Ann. 1665. 25. *Iul. in cauſa van Johan Caſenbroot, Heer van Ryneſteyn,&c. als momboir ende voocht van Joffr. Anna Eliſabeth van Reede, en Jor. Henrick Iaçob van Tuyl van Serooskercken &c.* Apud Turcas &
11 Italos, qui ætatem à malitia ſuppleri exiſtimant, poſſunt etiam minores annis duodecim contrahere nuptias. Imo etiam poſſunt, qui exceſſerunt triennium, ſi forte reperiantur ad coitum habiles & ad uſum conjugii, ut ſcribit Hoſtienſis ad *cap.* 3. *ext. de deſp. impub.* Sed exploſit ejus ſententiam jure merito Molinæus ad *d. cap.* Non enim eſt matrimonium actus coëuntium, ſed eſt actus eorum, qui in idem conſentiunt, *l.*30. *ff. de reg. jur.* Quis autem quæſo eſt conſenſus infantium, §.9. *Inſt. de inut. ſtip. l.* 9. *ff. de acq. her. l.* 1. §.13. *ff. de obl. & act. l. ult. pr. ff. de V. S*? Legimus tamen interim, quod parentum memoria filiam ſexennem Turcarum Imperatoris Præfectus Cairi, cui nomen erat Mahometes, uxorem acceperit,
12 Sandys *itin. p.* 63. Et quod ad eos attinet, qui Formoſam inhabitant, non licet quidem maſculis ante annum 20. contrahere nuptias, ut & olim etiam Germanis uſitatum cognoſcitur. Jul. Cæſar 6. *de bell. Gall. Qui diutiſſime impuberes permanſerunt, maximam inter ſuos ferunt laudem: hoc ali ſtaturam, ali vires, nervoſque confirmari putant; intra annum vero* XX. *fœminæ notitiam habuiſſe in turpiſſimis habent rebus.* Sed tempus tamen, quo contrahant, non preſcriptum eſt fœminis. Contrahunt matrimonium, ſimulac ſunt habiles & virum poſſunt admittere, quamvis more quodam diabolico pariant non prius, quam annis minimum triginta & quinque vel ſex jam majores evaſerint. Abigunt ſagarum opera, ſi interea concipiant, nec ſemel tantum aut iterum, ſed & decies interdum, aut decies quinquies, ut ſæpiſſime contigit. O. Dapper *lib. de legat. miſſ.*
13 *ad Tart.* Arn. Montan. *lib. de legat. ad Imp. Iapon.* Colchorum uxores, quod hic etiam notabile, anno decimo pariunt grandiuſcula rana haud
14 multo majores, ut ſcribit Busbequius *epiſt.* 3. Teſtantur idem de Indis, qui ſubjecti ſunt Mogoli, Mandelſlo *itin. p.* 11. Georg. Andr. *lib.* 1. *itin.*
15 *cap.* 18. Eſt etiam ſingulare quiddam, quod de puero decenni reperitur apud Hieronymum 3. *epiſt.* 132. *Non valet natura contra naturæ dominum &c. Audivi, domino teſte non mentior, quædam muliercula cum expoſitum nutriret infantem, &c. cubaretque cum ea parvulus, qui uſque ad decimum jam pervenerat annum, accidit, ut pluſquam pudicitia patitur, ſe mero ingurgitaret, accenſaque libidine obſcœnis motibus ad coitum duceret infantem, &c. & ecce fœminæ uterus intumuit. quid plura? diſpenſatione Dei factum eſt, ut quæ contra naturam ſimplicitate* par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

parvuli in contemptum Dei abutebatur, à naturæ domino proderetur.
Vid. Mornac. *ad l.*3.*C. ſi min. ſe maj. dix.* Cur autem regulariter fœmi- 16
næ citius fiant viri potentes, quam maſculi puberes, rationem reddit Ac-
curſius, quia citius creſcit mala herba, quam bona, cujus opinio videtur
defendi vulgatis illis verſiculis, qui habentur apud Petronium:

Fœmina nulla bona eſt, & ſi bona contigit ulla,
Neſcio quo fato res mala facta bona eſt.

Sed hoc nimis odioſum eſt. Rationem reddit Cujac. *par. C. de h. qu. ven.*
æt. impet. quia curſus eſt celerior prudentiæ muliebris. Sed cum hæc ſit
ejuſmodi, ut rationem ejus merito poſſis iterum requirere, verior, ni fal-
lor, eſt, quæ ab aliis redditur, quod imbecilliores ſint fœminæ maſculis.
Quo enim imbecillior exiſtit res quælibet, eo etiam celerius ad ſui perfe-
ctionem ſolet accedere, ut videmus in pomis, quæ ſi ſint grandia, ſerius
matureſcunt, ſi vero minora ſint, longe celerius. Macrob. 7. *Saturn. cap.* 7.
Quod muliebre corpus juvabat ardentes viros, non caloris erat, ſed pin-
guis carnis & oleo ſimilis. quod non in illis contingeret ex calore, quod
cito admonentur generationis; non nimii caloris, ſed naturæ infirmioris
eſt: ut exilia poma celerius matureſcunt, robuſta ſerius Ariſtot. *de ge-*
ner. anim. lib. 4 *cap.* 6. *de natur. animal. lib.* 7. *cap.* 3. Cæterum ætatis, ultra 17
quam ſibi conjugem copulare non liceat, Juſtinianus in hoc titulo omni-
no non meminit, ſublata jam lege Julia, quæ majori ſexagenario vetabat
annis quinquaginta minorem, aut minori ſexagenario minorem quin-
quagenaria collocari in matrimonium, *l. ſancimus* 27. *C. de nupt.* Lactant.
lib. 1. *divin. inſtit. Quid ergo eſt, quare apud poëtas ſalaciſſimus Iupiter*
deſierit liberos tollere? utrum ſexagenarius factus eſt, & illi lex Papia fi-
bulam impoſuit? an impetravit jus trium liberorum? Sueton. *in Claud.*
cap. 23. *Capiti Papiæ Poppææ legis, quaſi ſexagenarii generare non poſ-*
ſent, edicto abrogavit. Certe cum & major quinquagenaria poſſit im-
pleri, & major ſexagenario ſuſcipere liberos, *l.* 12. *C. de legit. her.* nulla vi-
detur ratio, cur & illi non poſſint contrahere nuptias. Venetiis ſane cum
ſexagenaria ex ſeptuagenario concepiſſet puellam, & quindecim menſes
eam geſſiſſet in utero, tandem & edidit. Fuit teſtis αὐτόπτης Nicolaus
Maſſa clariſſimus medicus, ut notavit id Salmuth. ad *part.* 2. *mem.* Pancir.
tit. 10. Appian. *de Maſiniſſa lib. de bell. Pun. cap.* 49. Καὶ μεγίςῳ δεῖ
τῷδε τεκμηριῶσαι τὴν εὐρωςίαν αὐτοῦ μάλιςα. πολλῶν γὰρ αὐτῷ παίδων
γιγνομένων τε καὶ ἀποθνησκόντων, εἴ ποτε μὲν, ἦσαν αὐτῷ μείους δέκα.
τετραετὲς δὲ παιδίον ἐννενηκοντούτης ἀπέλιπεν.

18 Tertium præceptum eſt, ut parentes conſentiant. Quod inprimis re-
quiritur, ſi liberi ſint in poteſtate parentum, *h. pr. & l. 2. ff. de rit. nupt.*
Matris enim conſenſum nulla lex exigit, niſi ſit filia, cujus pater deceſſit,
l. in conjunctione 20. *h. t.* Parentum appellatione complector & avum.
Si ſuperſit alteruter, aut pater, aut avus, omnino requiritur conſenſus ejus
qui ſupereſt. Si ſuperſit uterque & pater & avus, leges requirunt, ut uter-
que conſentiat, *l.* 16. §. 1. *ff. de rit. nupt.* Grot. 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 5.
19 *n.* 10. Quod hodie tamen admitti vix poterit. Avi enim non habetur
jam ratio, ſi pater ſuperſit, Sand. 2. *tit.* 7. *def.* 5. Grot. 1. *man.* 6. Groenew.
ad §. ult. Inſt. de patr. pot. Si vero is jam in fata conceſſerit, & avus nepotis
vult impedire conjugium, rationem neceſſario compellitur reddere,
etiamſi nepos adhuc nondum ſit major, ut eſt à Scabinis hujus urbis ju-
dicatum *Ann.* 1666. 1. *Iun. in cauſa van Warnardus Verſteech requirant
van verſoeck, en gerequireerde van contra verſoeck, en d'Heer Jo-
han de Craen van Haeften requir. en gereq. reſpectiv. int contrar. cas,*
quorum ſententiam confirmavit etiam ſimpliciter Senatus hujus Provin-
ciæ, cum avus eum appellaſſet, *Anno eodem,* 30. *Iul.* Edictum enim no-
viſſimum, quod deciſorium dicitur, patris & matris tantum ſpecialiter
meminit *art.* 14. & ſtatutum ultra vim vocis non poteſt extendi, cum
ſtricti ſit juris. Ita videntur tum interpretati edictum *de matrimoniis
Anni* 1584. & edictum *Ann.* 1650. *de raptu virginum & clandeſtinis*
20 *conjugiis.* Scio quidem quod diſſentiat Abrahamus à Weſel ad *d. art.
n.* 30. Sed non multum attendi debet diſſentientis ſententia, cum, ut
videmus, diſſentiat invito Senatu. Jure vero civili, ſi ſuperſit uterque,
idcirco requiritur, ut uterque conſentiat, quia avus habet in poteſtate ne-
potem, & patri ut ſuus heres agnaſcatur invito, ratio juris id omnino non
21 patitur, *d. l.* 16. §. 1. Cui ne *l.* 3. *ff. eod.* videatur eſſe contraria, fingen-
dum eſt in *l.* 3. fuiſſe filium jam extinctum & mortuum, aut ſaltem ab
avo per emancipationem de poteſtate dimiſſum. Avus enim eo caſu ſi
vita conceſſerit, nepos in emancipati poteſtatem non recidit, ideoque
nec emancipato ſuus heres agnaſcitur, *pr. Inſt. Qu. mod. j. patr. pot. ſolv.*
§. 2. *Inſt. de her. qual. & diff.* Quod ſi avus emancipaverit & nepotem
& filium, neutrius conſenſus à nepote requiritur. Poteſt enim emanci-
patus contrahere matrimonium, etſi pater diſſentiat, *l.* 25. *ff. de rit. nupt.*
Quod eſt verum in filio, *d. l.* 25. ſed non item in filia, *l.* 18. C. *de nupt.* Si-
22 cut enim filiabus ſine matris conſenſu non conceſſum eſt nubere, ſi pater
obierit, *l.* 20. C. *eod.* ita nec licet iis contrahere nuptias, etiamſi exierint è

pote-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

poteſtate paterna per emancipationem, ſi pater diſſentiat, *d.l.* 18. Interdum eſt deterior fœminarum conditio, *l.* 9. *ff. de ſtat.hom.* Si quæratur ergo de vidua, an poſſit iterum nubere, licet pater diſſentiat, de jure civili 23
reſpondendum quod non, ſive adhuc ſit in poteſtate paterna, *pr.inſt.h.t.* quam matrimonium eo jure non poteſt ſubvertere, §.2. *Inſt.de inj.* ſive ſit ſui juris, modo nondum vigeſimum quintum annum exceſſerit, *d. l.* 18. Patris enim nihilominus tum deſideratur auctoritas propter infirmum & ſubjectum captionibus variiſque fallaciis fœminarum judicium, *l.*4.*C.de ſponſal.* Nam idcirco ſi ſit minor adhuc virgo nupturiens, & pater deceſſerit, matris tenetur impetrare conſenſum, ſi major non item, *d. l.* 20. Matri enim à filia & debetur reverentia, & ejus judicium rerum experientia magis jam firmum & ſubactum præſumitur, ut credatur & eo melius datura conſilium. Si autem major ſit filia, jam ceſſat illa ratio, quæ peti ſolet ab infirmitate muliebris judicii. Tantundem jam ſcire & præſumuntur conſulere mater & filia. Jus hodiernum quod attinet, 24
quod hic eſt in uſu, idem, quod de virgine, dicendum de vidua, nimirum ſi ſit minor neceſſario deſideratur etiam parentum, curatorum, & agnatorum auctoritas. *Coſtuym. van Utrecht rubr.*22.*van huwel.voorw.art. pen. Edict. de nupt. Anni* 1650. Hollandis tamen de vidua placuiſſe con- 25
trarium docent Heemskerckius *Arcad. Bat.p.*140. Grot. 1. *man.*10.*vers. ten tweeden*, & Groenew. *ibid. n.* 3. Rationem reddit Heemskerckius, quod patria poteſtas ſublata ſit nuptiis, quam explodendam exiſtimat Abrahamus à Weſel ad *edict. decis. art.* 14. *n.* 78. cui hactenus quidem repugnare non poſſum, quatenus tolli per matrimonium patriam poteſtatem exiſtimavit Heemskerckius. Ea enim omnino jam ab uſu receſſit, ut oſtenſum eſt ſupra. Sed quod ea ratione rationem Heemskerckii 26
conetur evertere, quod parentibus liberi ſemper obſtricti ſint præſtare reverentiam, elaudare non poſſum. Si enim ea ſit ratio, de majoribus idem erit dicendum ſimiliter, quod nimirum matrimonium non poſſint contrahere, niſi probent expreſſe, quod parentes conſentiant. *Cum tamen*, dicit, *hodie non tam civilis illa patria poteſtas, quam quidem obedientia & reverentia, quæ liberis perpetuo conſtare debeat, conſenſum parentum exigat, &c.* & ad viduas minores hoc tamen reſtringit; quod omnino abſurdum.

Ponamus jam caſum: Filius cum eſſet in poteſtate paterna, non im- 27
petrato conſenſu contraxit matrimonium, quid quæſo jam juris? Quod fecit, eſt nullum; nam & nullum eſt matrimonium contractum à filia, ſi

mater diſſentiat, *d. l.20. l. 11. ff. de ſtat. hom. §.12. Inſt. de nupt. l. non du-*
bium 5. C. de legib. Tertull. *lib. 2. ad uxor. Nec in terris filii ſine conſenſu*
patrum rite ac jure nubent. Apulej. 6. *metamorph. Impares enim nu-*
ptiæ, & præterea in villa ſine teſtibus patre non conſentiente factæ legiti-
mæ non poſſunt videri, ac per hoc ſpurius ille naſcetur. Cujac. 3. *obſ.*
cap. 5. Mev. *ad jus Lubec. part.* 1. *lib.* 1. *art.* 2. *n.* 4. Goris *adverſ. tr.* 3. *part.*
1. *cap.* 10. *per tot.* Atque ita judicatum à Senatu Friſiorum, Sand. *lib.* 2. *de-*
28 *ciſ. tit.* 1. *def.* 2. Caſus ſunt tamen, quibus valet matrimonium, etiamſi
non acceſſerit patris auctoritas. Primus eſt, ſi pater in furorem inciderit,
pr. h. t. in fin. l. 8. *ff. de h. qu. ſu. vel al. jur. l.* 25. *C. h. t.* Secundus, ſi abſit, &
intra triennium non revertatur in civitatem, *l.* 9. *§.* 1. *& l.* 10. *ff. h. t.* Ter-
tius, ſi plane per injuriam repugnet liberis jam majoribus annis XXV. con-
tracturis conjugium, *l.* 19. *ff. h. t. nov.* 115. *cap.* 3. *§.* 11. Sand. 2. *decis. tit.* 1.
29 *def.* 5. Chriſten. *de cauſ. matrim. diſſ.* 3. *quæſt.* 5. Quod autem notandum,
lex non requirit hic conſenſum expreſſum, tacitus ſufficit, *l.* 5. *C. de nupt.*
Sed moribus noſtris, quum proclamationes impetrari non poſſint, niſi
etiam probetur, quod parentes conſentiant, *Placaet opt ſtuck van den*
echten ſtaet art. 5. videtur requiri conſenſus expreſſus, niſi quis velit hoc
interpretari benignius. Sim. à Leuwen *Rooms-Holl. Recht lib.* 1. *cap.* 14.
n. 7. Sand. *lib.* 2. *tit.* 1. *def.* 3.

30 Fingamus & alium. Eſt qui ſponſalia ſine patris conſenſu contraxit
cum virgine, an valet quod actum eſt? Jure civili id ſine dubio nullum
31 eſt, *l.* 7. *§.* 1. *ff. de ſponſal.* Sed diſtinguendum eſt hodie. Minor ſi con-
traxerit ſponſalia, nulla ſunt, ſi major non item, *Reſp. Holl. part.* 1. *conſ.*
119. Atque ita judicatum à Senatu Hollandiæ *Ann.* 1650. 3. *Iun. & An.*
1656. 23. *Febr.* in reviſione ſimiliter *in der ſake van Gerard Bicker en Ali-*
da Konincx. Prolixe litem illam & latiſſime retulit Sim. à Leuwen
Rooms-Holl. Recht lib. 4. *cap.* 25. Et ſic jam omnino etiam dicendum
de nuptiis. Si enim parentes diſſenſus nullam adferant rationem proba-
bilem, magiſtratus autem ſit auctor, &, ut fiat proclamatio, nominatim
permittat, poteſt eo caſu eas major contrahere, nec erunt inutiles. *Pla-*
caet opt ſtuck van den echten ſtaet art. 5. *& art.* 10. *Ordonn. decis. art.* 14.
junct. l. 4. *C. ad l. Jul. de adult. l.* 11. *ff. de acq. poſſ. Reſp. Holl. part.* 1. *cons.*
32 149. *& part.* 3. *cons.* 86. Sed ut dixi ſponſalia, ſi minor ea contraxerit ſine
patris conſenſu, omnino non valent, licet copula carnalis ſit ſubſecuta
cum virgine. Nec pater compellitur, ut propter delictum id porro con-
ſentiat. Nam æquiſſimum, nequis ex delicto lucretur, *l.* 14. *ff. de cond.*
ind.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

*ind.l.*114.*ff.de reg. jur.l.*12.§.1.*ff.de furt. l.*15.*ff.ſiq.omiſſ.ca.teſt.cap.*48.
de reg. jur.in 6. Vant. *de nullit .tit. Quot.& quib. mod.null. in jud.n.*49.
*& ſeqq.*Goris *d.loc.n.*18.*& ſeqq.* Reſp.Holl.*part.*3.*cons.*90. *n.*14.*& ſeqq.*
Quapropter notandum, quod licet noſtrorum Ordinum edicto de nu- 33
ptiis *art.* IX. modi, quibus poſſint probari ſponſalia, admiſſi ſint duo, in-
ſtrumentum nimirum confectum à notario præſentibus teſtibus, & con-
feſſio litigantium, minoris tamen confeſſio, qui parentibus inſciis con-
traxit ſponſalia, attendi non ſoleat, *art.*10.*d.edict.verb. Beheltelycken, dat* 34
als alſulke perſoonen onder die voorſchreven jaren ſijn, ende noch onder
haer ouders ofte mombers ſtaen, dat't voorſchreven huwelyck, alwaert
beyde die perſoonen ſo wel man als vrouwe dat beleden ofte bekenden, ofte
daer van by eenich publyck inſtrument mocht blycken, van geender weer-
den gehouden en ſal worden, &c. Montan. *de tut. cap.*30.*n.*35.*& ſeqq.*
Beuſt *tr.de ſponſal.cap.*19. Schneid.*ad tit. de nupt. part.*1.*de ſponſal. n.*38.
Atque ita judicatum à Senatu hujus Provinciæ *Ann.*1650.12.*Ian.in cau-*
ſa van Isbrant van der Eem Appellant van den geregte der ſtadt Utrecht,
en Margarita van Milanen Geappelleerde. Confeſſionem autem quod 35
attinet, inprimis requiritur, ut fiat in judicio: extra judicium ſi ſit facta
confeſſio, non multum efficiet, Reſp.Holl. *part.*3.*conſ.*89.*item* 90. *n.*24.
& ſeqq. Uno enim teſte cum aliquando hæc probaretur, concurrentibus
adhuc aliis quibuſdam indiciis, negavit tamen jusjurandum ſuppletori-
um habere locum Senatus hujus Provinciæ *Ann.* 1654. 19. *Decemb. in*
cauſa van Dor. Both, Appellant van den gerechte der Stadt Utrecht, en
Meynsje van Schayck geappelleerde, & iterum *Ann.* 1660. 16. *Ian. in*
cauſa van Dirck Anthoniszen Appellant van den gerechte der ſtadt
Utrecht, en Jannichjen Willems geappelleerde. Vid. Berlich. 1. *pract.*
*concl.*4.Beuſt *part.*1.*de ſponſal.cap.*41.Reſp.Holl.*d.cons.*90.*n.*40.*& ſeqq.*
Quod alioquin hodie, cum ſemiplene probatum eſt, ſemper admitti-
tur, aut ſaltem regulariter. *Coſtuym. van Utrecht rubr.* 10. *art.* 10. *&*
rubr. 32.*art.*3.Mynſ.1.*obs.*68.Tulden.*ad tit.C.de reb.cred.n.*6.Neoſtad.
deciſ. 57.

Sed fingamus præterea: Nupturit filia patre jam mortuo, & ambitur 36
à pluribus. Repugnat autem tutoribus matris voluntas. Præfereturne
matris, an tutorum electio? Matris ſine dubio, quo nihil eſt juſtius,
*d.l.*20.*C.h.t.* niſi eligat hominem indignum ſuo genere, probroſum, aut
turpem, quo caſu curatores ſi puellam abducere, & apud ſequeſtrum in-
terim collocavere deſideraverint, audiendos exiſtimo. Iac.Cancer.2.*var.*
reſol.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

reſol. 7. *n.* 28. & 29. Liv. *lib.* 4. *hiſt.* *Virginem plebeji generis maxime forma notam petiere juvenes: alter virgini genere par tutoribus fretus, qui & ipſi ejuſdem corporis erant: alter nobilis, nulla re præterquam forma captus. adjuvabant eum optimatium ſtudia, per quæ domum quoque puellæ certamen partium penetravit. nobilis ſuperior judicio matris eſſe, quæ quam ſplendidiſſimis nuptiis jungi puellam volebat. tutores in ea quoque re partium memores ad ſuum tendere. Quum res peragi intra parietes nequiſſet, ventum in jus eſt. poſtulatu audito matris tutorumque, magiſtratus ſecundum parentis arbitrium dant jus nuptiarum.* Præſtat quidem, ut etiam curatores conſentiant, ſed ſi nolint, conjugium, cui mater aſſentitur, non habent aut jus aut impediendi licentiam, *d.l.*20. *junct. l.*20. *ff. de rit.nupt.* Sidon. Apollin. 2. *epiſt.* 4. *Optantii viri clariſſimi nuper vita functi filiam (quod Deo proſperante ſuccedat) licet in conjugium petierit obtinueritque a matre pupillæ, parum tamen votorum ſuorum promotum cenſet effectum, niſi aſſenſum tuum ſuper his omnibus, ſeu credulitate ſua, ſeu precatu noſtræ interceſſionis adipiſcitur. Namque ipſe quantum ad inſtitutionem ſpectat puellæ, in locum mortui patris, curarum participatione ſuccedis, conferendo virgini parentis affectum, patroni auctoritatem, tutoris officium.* Idem erit dicendum, & quidem adhuc fortius, ſi caſus inciderit, quo repugnat curatoribus patris voluntas, conſtitutis, ut fit hodie, à matre jam mortua, vel ab avo materno, ratione bonorum, quæ pupillo deferuntur per eorum exceſſum. Nam edictum noſtrorum Ordinum, quod extat de nuptiis, requirit non aliter, ut tutores conſentiant, quam ſi pater & mater jam in fata conceſſerint. *Placaet opt ſtuck van den echten*
37 *ſtaet art.* 5. Atque ita judicarunt etiam ex Aſſeſſorum conſilio Præpotentes hujus Provinciæ Ordines *Ann.* 1665. 25. *Iul. in cauſa van Johan Caſembroot, Heer van Ryneſteyn &c. als momboir &c. en Henrick Iacob Tuyl van Serooskercken &c.* Iudicatum etiam tum temporis, quod inprimis notabile, permitti quidem matrimonium & invitis tutoribus, ſed permitti non aliter, quam ſi prius accederent pacta dotalia, valitura, ſi & iis curatores ſubſcriberent. Quæ duo ſunt ſingularia. Primo quod matrimonium ſine pactis dotalibus celebrari non potuit, cum alioquin ea ad nuptiarum eſſentiam non poſſint referri. Sunt accidens tantum, quod poteſt abeſſe ſine rei interitu, *l.ſi donationum* 22. *C. h.t. Nov.*22.*cap.*3. & 18. *l.pen. ff. de don. int. vir & ux. l.*30. *ff. de reg. jur. nov.* 117. *cap.* 3. & 4.
38 Deinde quod Ordines ita demum valere juſſerint illa pacta dotalia, ſi & accederet curatorum auctoritas, cum poſſint alioquin iis invitis etiam ſine

ſine dubio fieri, ut affirmant Carpzov. 3. *conſt.* 20. *def.* 2. Moller. 1. *ſe-*
meſt. 13. *n.* 2. & 3. & *ad conſt. Elect. Sax.* 15. *part.* 2. *n.* 87. Mev. *ad jus*
Lubec. 2. *tit.* 2. §. 12. *n.* 385. & recte, ni fallor. Si enim permiſſum eſt
contrahere nuptias, etiamſi curatores à patre diſſentiant, cur iis ignoran-
tibus non licet etiam conficere pacta dotalia? Minoris momenti ſunt
pacta dotalia, quam eſt matrimonium, & præterea ſunt nihil aliud quam
nuptiarum acceſſio, *d.l.22.d.nov.22.cap.3.&* 18. Scio quidem non ſequi
hoc: Valet matrimonium, ergo valent etiam per conſequens pacta dota-
lia. Fieri poteſt, ut improbentur, & nulla ſint illa pacta valentibus nu-
ptiis. Quid ſi enim bonis moribus inveniantur contraria, *l.* 15. *C. de pact*?
De eo non dubitatur. Sed ſi patre ſuperſtite fiant pacta dotalia invitis
tutoribus, an bonis moribus hoc poteſt dici contrarium? Quid quæſo
ineptius *l. in copulandis* 8. *C. de nupt. l.* 20. *ff. eod.* Non minus quam con- 39
ventionum & pactorum dotalium dependet etiam à lege nuptiarum ca-
pacitas, non à ſola natura, aut potentia generandi, ut exiſtimat Sande *de*
prohib. rer. alien. cap. 1. §. 3. *n.* 23. Si à ſola natura, quid igitur opus tot
nuptiarum præceptis? Non eſt utique matrimonium actus coëuntium,
ſed eſt actus legitimus, ſic ut eo neglecto, quod à lege præcipitur, nullius
momenti ſit, §. *ſi adverſus* 12. *Inſt. de nupt. l. non dubium* 5. *C. de legib.*
Sed in caſu propoſito ingens erat virginis & invidendum patrimonium,
ſponſi autem erant facultates exiguæ, & erant præterea adhuc cauſæ quæ-
dam aliæ, quibus moti ſunt Ordines.

Sed quid videtur dicendum, ſi parentes ſint mortui? Contraxit quis 40
matrimonium invitis tutoribus, an nullum eſt matrimonium? Valet jure
civili, *l.* 20. *ff. de rit. nupt. l.* 8. *C. h. t.* ſed Ultrajecti eſt nullum, *Placaet opt*
ſtuk van den echten ſtaet art. 10. Minorem enim ſi injuria prohibeant cu-
ratores à nuptialibus tabulis, minor hoc ſignificare magiſtratui poterit, ut
auditis is curatoribus ſtatuat id, quod erit ipſi utilius, *art.* 11. *d. edict.* Si
minor hoc negligat, delinquit in leges, *d. art.* 11. Quicquid autem contra
leges aut fit, aut admittitur, omnino eſt nullum, ut eſt vulgo notiſſimum,
l. non dubium 5. *C. de legib.* Nec hactenus à nobis etiam diſſentiunt Friſii.
Refert enim nullum id pronuntiatum matrimonium Io. à Sande 2. *dec.*
tit. 1. *def.* 6. Apud Hollandos licet non declaretur id nullius momenti,
arg. edict. de nupt. of Polit. Ord. art. 3. impune tamen contrahentes non ſo-
lent diſcedere. Lucrum enim amittunt, & quicquid ad alterum potuiſ-
ſet devolvi ex bonis alterius vi pactorum dotalium, aut occaſione con-
jugii. Grot. 1. *man. tit.* 8. & 2. *man. tit.* 5. 11. 12. 16. Diſſ. Sim. à Leu-

Pp wen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

wen *ad conſ. Rynl. part. 2. art. 58. n. 3. & in not. n. 8. & 9.* Loquor autem de moribus Hollandorum in genere. Non ignoro enim à nonnullis id expreſſe ſic cautum, ut nullum ſit matrimonium, Saltem implicite. *Willekeuren der ſtadt Amſterdam n. 3. art. 8. Keuren van Leyden art. 101. vers. 3.*

41 Et hæc quidem, quæ dixi, jus & hodiernum & civile conſtituit. Iure vero Pontificio an idem ſit conſtitutum de parentum conſenſu non ſatis eſt expeditum, nonnullis id affirmantibus, nonnullis negantibus, nonnullis etiam diſtinguentibus inter jus Canonicum novum & vetus, quaſi jure veteri conſenſus parentum requiratur vel maxime, *can. aliter c. noſtrates, c. qualis, c. ſponſus 30. q. 5. c. non omnis, c. hoc ſanctum 32. q. 2.* ſed novo non item, *c. ſufficiat 27. q. 2. cap. cum cauſa ext. de rapt. cap. per tuas ext. de cond. appoſ.* Plures tamen nolunt hic antinomiam agnoſcere, nec adduci poſſunt, ut credant de parentum conſenſu jure Canonico quicquam eſſe ſancitum, quod juri civili ſit omnino contrarium. Reſpondent enim ad *c. ſufficiat 27. q. 2.* ibi non quæri, an parentum conſenſus ſit neceſſarius liberis, ſed an præter conſenſum ipſorum coëuntium ad perficiendum matrimonium requiratur concubitus. Similiter etiam ad *cap. cum cauſa*, ibi non quæri, an omnino neceſſe ſit, ut parentes conſentiant, ſed an dicendus ſit raptor, qui deſponſavit puellam, & invitis parentibus eam duxit uxorem. Non tam diſputari in *cap. per tuas* de parentum conſenſu, quam an ſponſus compelli poſſit ad ducendam illam uxorem, quam prægnantem effecit poſt contracta ſponſalia, ſi ſponſi parentes impedimento ſint nuptiis: Reſcripſiſſe Pontificem, quod poſſit compelli, & quia non contradixerant parentes ſponſalibus, & quia ſponſus etiam puellam compreſſerat, priuſquam contradicerent, eſſet autem æquiſſimum, & multarum etiam gentium ſtatutis conveniens, ut ſtuprator vitiatam aut dotaret, aut duceret. Duar. *ad pr. tit. ff. ſol. matr.* Coras. *epiſt. quæſt. 29.* Phil. Matth. *ad l. 30. ff. de reg. jur.* Palæot. *de noth. & ſpur. cap. 8. n. 9. & ſeqq.* Verum utut reſponderi poſſit ad ea quæ opponuntur, reſponderi non poterit ad argumentum quod ſequitur: Si jure Canonico parentum poteſtas in ſpiritualibus vim nullam obtineat, ergo jure Canonico parentum conſenſus non deſideratur in nuptiis. Atqui jure Canonico vim nullam obtinet parentum poteſtas in ſpiritualibus *cap. fin. ext. de jud. in 6.* Probo conſequentiam: Si res ſpiritualis eſt etiam matrimonium, neceſſario ſequitur, quod ſi jure Canonico parentum poteſtas in ſpiritualibus vim nullam obtineat, jure Canonico

nico

nico parentum conſenſus non deſideretur in nuptiis. Sed quod matri-
monium ſit res ſpiritualis, id negari non poteſt; ſacramentum enim vo-
catur, *cap. debitum ext. de digam. non ord.* Ad hoc argumentum Cano-
niſtæ reſpondeant, ſi nolint hic hactenus antinomiam agnoſcere. Quod
enim dicunt patriæ poteſtatis non haberi rationem, ſi rebus ſpiritualibus
impedimentum objiciat, Palæot. *d.loc.* hic omnino ineptum eſt. An non
rei ſpirituali impedimentum objiceret, ſi poſſet efficere, ne valeret matri-
monium parentum injuſſu contractum à liberis. Non poteſt efficere, 43
ne filius ingrediatur monaſterium, ſi velit, & licet torſerit ſe maximope-
re quæſitor Andenſis Pet. Ærodius, *crucemque ingenio ſuo fixerit ob vo-
tum filii monaſticum, quem ſibi ſucceſſorem in juridicinæ ſuæ capitalis mu-
nere delegerat, edito in id de patrio jure libello, inanis tamen fuit illius lite-
rarius labor, irritaque omnium, quos in opem accivit, opera. Quod &
pleriſque aliis contigit*, dicit Mornac. ad *l. pen.* §. 1. *C. de epiſc. & cler.* Qui
ergo nuptias nullas efficiet, ſi filius eas ſe invito contraxerit? Triden- 44
tinum ſane Concilium excuſari non poteſt damnans eos anathemate, qui
à filiisfamilias contractum matrimonium ſine patris conſenſu pronun-
tiant irritum, ut ſcribit Thuanus *hiſt. lib.* XXXV. Sed, ut addit ibidem, ſu-
gillare voluerunt ſanctiſſimi Patres edictum, quod promulgaverat Rex 45
Galliarum Henricus II. quo in uſum revocaverat jus civile Romanum,
conceſſa parentibus exheredandi licentia, ſiquis iis invitis provolaſſet ad
nuptias, niſi major eſſet annis triginta jam filius, vel quinque & viginti
exceſſiſſet jam filia. Idem *hiſt. lib.* 19. Filia nimirum ſeu virgo, ſeu vi-
dua. Mornac. *ad l.* 18. *C. h. t.* ubi & reperitur inſignis deciſio. Manſit
autem in uſu idem illud edictum non obſtante Concilio, ut teſtatur
Mornac. ad *l.* 2. *ff. de rit. nupt.* Et id non abhorret etiam ab eo jure, quo u- 46
timur, ſed eandem ætatem id requirit in maſculis, quam Galli in fœmi-
nis, ne incurrant in pœnas edictis Ordinum ſancitas in eos, qui collocan-
tur invitis parentibus. *Edict. Ord. Ann.* 1650. *de rapt. virg. & cland.
matr. Ord. deciſ. art.* 14. Loquor de jure, quod hic Ultrajecti frequenta-
tur, & obtinet. Hollandis enim ſufficiunt viginti anni in fœminis, ut ni-
mirum poſſint nubere licet pater diſſentiat, modo juſſus à judice cauſam
non poſſit reddere, aut rationem ullam probabilem, cur ita diſſentiat. *Po-
lit. Ord. art.* 3. Apud Friſios idem quod apud nos eſt in uſu. Sand. 2.
deciſ. tit. 1. *def.* 2. Sed Statuto Genevenſi viginti in maſculis, octodecim
vero anni requiruntur in fœminis, & quod eſt notabile, matris conſenſus
apud eos non deſideratur, dum pater adhuc vivit; eo demum extincto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

mater & agnati ut conſentiant neceſſe eſt. *Ord. eccleſ. Genev. art.* 100.
& ſeqq. Heemskerck *Arcad. Bat. p.* 137. In edictis autem noſtrorum
47 Ordinum eum expreſſe non permittatur parentibus filios exheredandi
licentia, cur vanam & inutilem quæſtionem illam exiſtimet doctiſſimus
Weſel, an liberi exheredari à parentibus poſſint, ſi clam ſe collocaverint,
divinare non poſſum, nec poſſum ſatis colligere, quid hac de re ſentiat,
cum dicat ita ſimpliciter ad *d. art.* 14. *edict. Ord. deciſ. Ex ſuperioribus quo-
que palam eſt, vanam eſſe apud nos eam Doctorum altercationem, in qua
tantopere deſudant; An liberi ob clandeſtinas nuptias à patre vel matre
exheredari poſſint? De quo tamen videris Iacob. Cancer. var. reſol. &c.*
Quæro, quid palam ſit ex ſuperioribus, liceat nec ne exheredare parenti-
bus? Quod hoc iis non liceat, id omnino non patet. Quod vero liceat,
non niſi id probabiliter argumentis colligitur. Cur non ergo rem ipſam
pronunciamus intrepide plauſtris interpretum & Doctorum omiſſis.
Quæſtio eſt enim an edictis noſtrorum Ordinum res hæc definita ſit, de
quibus illi interpretes nihil plane loquuntur. Puto autem conceſſam ex-
heredandi licentiam, cum clandeſtinum matrimonium contrahentibus
Ordines ne legitimam quidem concedendam exiſtimaverint, niſi forte
48 relictam teſtamento parentum. Edict. *de rapt. virg. Ende voorts mede
incapabel ſullen ſyn omme in eenige goederen ofte erffeniſſe van hare ouders
te ſuccederen ab inteſtato, ſelfs oock niet in de legitime portie, ten ſy by ex-
preſſe teſtamentaire, ofte codicillaire diſpoſitie van de ouders.* Si non aliter
illi poſſint legitimam conſequi, quam ſi eam parentes iis expreſſe relique-
rint, neceſſario ſequitur, quod, ut eam relinquant, compelli non poſſint.
Si ut eam relinquant, compelli non poſſint, ſatis etiam illud ipſum ne-
ceſſario ſequitur, quod habeant liberos exheredandi licentiam. Si obji-
cias Ordines de raptoribus loqui, dicam eoſdem etiam in ſequentibus
loqui de contrahentibus matrimonium parentibus inſciis. *Ende aen-
gaende de gene mede beneden de voorſchreven jaren ſynde, dewelcke ſonder
metten anderen door te gaen buyten conſent van ouders, voogden, vrun-
den, ofte magiſtraet houwelyk ſullen hebben gecontracteert, ordonneren
ende ſtatueren, dat jegens deſelve mede plaets ſullen hebben de penen, nopen-
de de ſucceſſien ende gewin op elckanders goederen inde voorgaende articu-
len vermelt.* Sed cum Ordines videantur hic loqui obſcurius, nec quic-
quam caveant de ſucceſſione parentum, aut ejuſmodi liberos ab eadem
prohibeant, ut expreſſe de raptoribus paulo ante ſtatuerant, nolint au-
tem tantummodo, nequid invicem lucri aut commodi capiant, qui

clam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

clam, ita ut dixi, copulantur conjugio, ut oſtendunt illa verba, *nopende de ſucceſſien ende gewin op elckanders goederen*, miror impenſius, cur idem ille, quem dixi, quæſtionem illam apud nos vanam exiſtimet. Quod ſiquis putaverit, quia non ut raptores ejuſmodi liberi à ſucceſſione parentum, ſi inteſtato moriantur, prohibentur ſpecialiter, non eſſe parentibus exheredandi licentiam, prima fronte quidem recte videretur ita colligere; ſed vir ille, quem dixi, uti tamen hoc argumento omnino non poterit, cum is nullam faciat differentiam inter eum qui rapuit, & eum, qui clam vel invitis parentibus convolavit ad nuptias, eaſdem vero pœnas in utrumque ſtatutas exiſtimet perperam ad *d. art.* 14. *n.*60.*& ſeqq.* Quod Iuriſconſulto, qui eſt fama tam hilari, prorſus indignum eſt. Cum enim Ordines in edicto ſic expreſſe loquuntur: *dat jegens deſelve mede plaets ſullen hebben de penen nopende de ſucceſſie ende gewin op elckanders goederen*, &c. reſpiciunt ad ea tantum, quæ paulo ante ſtatuerant: *Nochte oock ten genen tyden en ſullen mogen nemen eenige Douarie, Lyftocht, oft ander gewin, 't ſy uyt krachte van houwelyckſche voorwaerden, coſtuyme van den lande, by teſtamente, gifte, overdracht, ceſſie, oft anderſints, in wat manieren het ſoude mogen weſen, op de goederen, die de voorſchreven dochter oft weduwe ſoude mogen achter laten; Niet tegenſtaende &c.* Quod igitur expreſſe edicto noſtrorum Ordinum non reperitur deciſum, id ex jure Romanorum, ad quod etiam Ordines nos ſæpiſſime relegant, decidendum exiſtimo. Eo autem cum liberi, qui clam ſunt collocati, parentibus poſſint ab inteſtato ſuccedere, nec Ordines eos etiam nominatim prohibeant, puto eoſdem jam admittendos & hodie. Contra cum eos & exheredare conceſſum ſit *nov.*115.*cap.*3.§.11. & id Ordines etiam non expreſſe correxerint, puto illam adhuc hodie remanſiſſe licentiam, *arg. l.* 27. *C. de teſtam. l.*32. *in fin. C. de appell. l. pen. in fin. C. de reb. cred.* modo fiat inter minores & majores diſtinctio. Nam vigeſimum quintum ſiquis annum exceſſerit, exheredari non poteſt, ſi injuria prohibeatur contrahere nuptias, & eas tamen contraxerit parentibus inſciis, *d.* §. 11. *l.* 19. *ff. de rit. nupt. auth. ſed ſi C. de inoff. teſt. l.* 3. §. 5. *ff. de bon. poſſ. con. tab. junct. d. art.* 14. *edict. Ord. dec.* Goris *advers. tr.* 3. *part.* 1. *cap.* 10. *n.* 28. Quod ſane procedit vel inprimis in filia *d. auth. ſed ſi. d. nov.* 115. *cap.* 3. §. 11. Peccant parentes, qui tam diu differunt vota nuptialia. *Non ſolent enim filiæ nuptum dari poſt viginti quinque annos*, ait Galliæ decus illud 49
& ornamentum eximium Car. Molinæus ad *conſuet. Blœſ.* cum reddit rationem, cur filia renuntians dotalibus tabulis ſucceſſioni parentum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

non poſſit reſtitui ob minorem ætatem. Licet tamen minorem exheredare non aliter, quam ſi cum infami aut ejuſmodi homine, quæ omnino parentibus ſit futura dedecori contraxerit nuptias, *d.cap.*3.§.11.Chriſten.
50 *de cauſ. matrim. diſſ.* 3.*q.*10. Atque ita judicatum eſt à Senatu Sabaudiæ. Ant. Fab. *lib.* 5. *tit.* 2. *def.* 2. Sed ſiquis jam velit dicere, vix eſt ut poſſit aliquis contrahere nuptias parentibus inſciis, quia niſi probetur, quod parentes conſentiant, proclamatio nuptiarum impetrari non poteſt. *Placaet opt ſtuck van den echten ſtaet art.*5. Concedo, vix eſt, ut hoc poſſit jam fieri. Sed illud vix tamen non efficit, quo minus interdum adhuc poſſit caſus exiſtere. Quid ſi enim fortaſſis ſit obreptum ſynedrio, aut quid ſi Antverpiam diſceſſerit filius, & ibi contraxerit? Si dicas, licet alibi contrahatur conjugium, fieri tamen debet proclamatio nuptiarum etiam ibi, ubi alter contrahentium habitavit, aut ſaltem ejus parentes adhuc habent domicilium. Concedo id verum eſt. Sed quid ſi non fiat? An exheredare non licet? Si dicas Ordines exheredationis non feciſſe mentionem, non animadvertis, quam inepte loquaris. An id omne ſublatum eſt, de quo in edictis non locuti ſunt Ordines? Quid igitur opus, ut jus civile diſcatur? An non ipſi ad illud nos ſæpiſſime relegant? Imp. egregie, quod hic applicandum eſt, in *d. l. pen. in fin. C. de reb. cred. Non enim, ut aliquid derogetur antiquioribus legibus, hæc prolata ſunt, ſed ut ſiquid deëſſe eis videatur, hoc repleatur.* Amisſurti profecto de eo, quod dixi, dubitari non debet. Sic enim expreſſe *tit. Van hylicken, hylixvoorwaerden, &c. Item een weduwe, Ionckvrou, oft jongelinck, die hem ſelven voor* XXV. *jaren hylickt buyten ſijn vader oft vaderlycke ouders, den ſelven ſullen die vader oft moeder niet gehouden ſijn eenige goederen tot vorderinge van den Huwelick te geven, noch by teſtamente ofte uyterſte*
51 *wille gehouden weſen yet achter te laten.* Dicit *vader* in ſpecie, non quod matris in nuptiis non deſideretur auctoritas, aliud enim innuunt verba ſequentia, ſed quod patre ſuperſtite imprimis deſideretur etiam, ut pater conſentiat, & quod matris præferendum ſit patris conſilium, ſi mater diſſentiat, cum patris conſilium, cujus eſt etiam hodie in uxorem poteſtas, magis utile præſumatur, & longe ſapientius quam matris conſilium *arg. l.*4.*C. de ſponſal.* Et ut addam hoc obiter, quod ibi adjicitur, *oft vaderlycke ouders*, jure noviſſimo per edictum deciſorium, quod patris & matris tantum ſpecialiter meminit, & vim ſuam obtinet per univerſam provinciam, jam videtur abolitum. Si dicas, Atqui jam dictum eſt retinere vim juris, quicquid ſpecialiter non reperitur correctum, *d. l.* 27. *d. l. pen.*

in fin. Reſpondeo; verum eſt, ſi loquaris de jure, quod generaliter obtinet per univerſam provinciam, ut eſt Ordinum conſtitutio, aut ut jus eſt Romanum, receptum hic, quatenus nulla lege noſtrorum Ordinum, aut ſtatuto civitatis abrogatum cognoſcitur. Secus eſt ſiquid lex municipalis edixerit. Videtur correctum, ſi feratur lex Ordinum ei plane contraria, etiamſi non nominatim illam ipſam ſuſtulerit. Textus expreſſus eſt in *l.3.§.5.ff.de ſepulch.viol.*

Porro autem non ſufficit ad contrahendum matrimonium conſenſus parentum, ſed ipſorum etiam contrahentium conſenſus requiritur, *l.2. ff.de rit.nupt. l.12. C.eod.* Heemskerck *Arcad. Bat.p.139.* Vi, dolo, vel 52
metu ſi contractum ſit matrimonium, eſt nullius momenti, *l.116. pr.ff. de reg.jur.l.1. ff.Qu.met.cau.l.14.§.13.ff.eod.l.3.§.ult.ff.pro ſoc.* Covarr. *part.2. cap.3. §.5.pr.* Weſel ad *d.art.14.n.14.& ſeqq.* Metum autem non 53
reverentialem, aut vanum, & futilem, ſed atrocem, & gravem, & eum qui cadit in conſtantiſſimum hominem oportet intelligas, *l.5.l.6.l.7. l.9.pr.ff. Qu.met.cau. l.7. C.eod. l.22. ff.h.t.* Ad ducendam uxorem filius à parentibus cogi non poteſt, *l.2. C.de inut.ſtip. l.21. ff. h.t.* Ovid. *9.metam.*

Et tamen arbitrium quærit res iſta duorum,
Finge placere mihi ſcelus eſſe videbitur illi.

Quintil. *declam.257. Quod ſi licet aliquando etiam contra patris voluntatem ea, quæ alioqui reprehenſionem non merentur, filio facere: nuſquam tamen libertas tam neceſſaria quam in matrimonio eſt.* Priſcus *in hiſt. excerpt.* Ου γὰρ θέμις παρὰ Ρωμαίοις ἄκουσαν γυναῖκα κατεγγυᾶσθαι ἀνδρί. Sed ſi duxerit eam, quam non duxiſſet alioquin, niſi pater id flagitaſſet, valet id matrimonium, *d.l.22.* niſi non duxerit, ſed ducere ſimulaverit, *l.30. ff.eod.* Simulatæ nuptiæ ſunt nullius momenti *d.l.30.* Cujac. *16.obſ.40.* Et hæc inprimis eſt ratio, cur inutilis ſit ſtipulatio: Si non duxeris Mæviam, centum promittis? *d.l.2. l.134. in fin.pr.ff.de V.O.* Valet tamen legatum, quod relinquitur Titio, ut ducat Semproniam ex ratione *l.71.§.1.ff.de cond.& dem.* Si enim is nolit uxorem illam accipere, legatum repudiet, *d.l.71.* Præciſe non cogitur, ut ducat Semproniam, ſed eo caſu duntaxat, ſi legatum agnoverit. Id in ipſo eſt ſitum, & idcirco etiam retinet facultatem liberrimam ducendi quam velit. Error etiam ſolet conſenſum excludere, *l.15.ff.de juriſd.* Nullum eſt matri- 54
monium, ſi forte pro Mævia quam uxorem optaveram, Sejam acceperim. Sed talis apud nos caſus vix poteſt exiſtere. Apud Romanos autem,

tem, qui contrahebant matrimonium etiam abſentes *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. *ff. de rit. nupt.* proclamationibus tum omnino incognitis, facillime poterat.
55 Sed an nullum eſt matrimonium, ſi obœrata cognoſcitur, quam ego exiſtimaveram opulentam & divitem? Id dici non poteſt. Ut perſonæ coëuntium conſentiant oportet, & idcirco error ejuſmodi in perſona coëuntium reddit matrimonium omnino inutile, ſed error in bonis, aut quantitate bonorum idem non efficit. Ad nuptiarum enim eſſentiam bona non pertinent. Covarr. *part.* 2. *cap.* 3. §. 7. *n.* 2. Facilius tamen ex ea cauſa diſſolvuntur ſponſalia, ſiquis forte promiſerit ſe tot aut tot millia allaturum ad matrimonium, & adferre non poſſit facultatibus lapſus, aut foro cedens, & Vianam ſe conferens *cap. fruſtra* 75. *de reg. jur. in* 6. *cap. de illis* 2. *ext. de cond. appoſ.* Sim. à Leuwen *Rooms-Holl. Recht*
56 *lib.* 4. *cap.* 25. *n.* 5. Quid ſi mulier cum marito, quem crediderat cœlibem, contraxerit nuptias, aut vir cum uxore, quam putaverat virginem? Nuptiæ ſunt nullæ; conſenſus enim non adeſt, qui à lege requiritur. Non requirit ea ſimpliciter, ut contrahentes conſentiant, ſed requirit, ut conſentiant ſoluti & liberi. Duas enim uxores habere non poſſumus, & eadem duobus eſſe nupta non poteſt, §. 6. *&* 7. *in fin. Inſt. h. t.* Quod ſi nullum ſit matrimonium, *d. l.* 15. *junct. l. non dubium* 5. *C. de legib.* ſequitur, ut ſint illegitimi, qui ex eo naſcuntur, §. 12. *Inſt. h. t.* Sed jure Canonico cum intelligantur legitimi *cap. cum inter, cap. ex tenore ext. qu. fil. ſint. leg.* ni fallor, erit æquiſſimum, ſi exemplo Impp. *in l.* 57. *ff. h. t.* natalibus Ordines ſupplicantes reſtituant. Error enim eſt facti; facta vero fallunt etiam prudentiſſimum quemlibet, *l.* 2. *ff. de jur. & fact.*
57 *ign.* Covarr. *part.* 2. *cap.* 8. §. 7. *n.* 15. Quid ſiquis pro virgine vitiatam acceperit, an nullum eſt matrimonium? Id negandum exiſtimo, cum error in perſona hic dici non poſſit *cap. quod autem* 29. *q.* 1. *in fin.* Lex enim vitiatam non prohibet ducere, & non eſt etiam de nuptiarum eſſentia, ut incorrupta ſit mulier. Alioquin titulus, quem habemus in
58 Cod. *de ſecund. nupt.* totus eſſet inutilis. Jure tamen civili quo levi ex cauſa permittuntur divortia, *l.* 60. §. 1. *l.* 62. *l.* 63. *ff. de don. int. vir. & ux. l.* 8. *C. de repud.* ſi maritum pœniteat, poteſt matrimonium cum vitiata contractum, reſcindi divortio. Sed moribus hodie diſſolvi non poterit, quia cauſæ ſunt duæ, ex quibus id magiſtratus tantum poteſt diſſolvere, adulterium nimirum & malitioſa deſertio, *Matth.* 5. *vers.* 32.
59 1. *Cor.* 7. *v.* 15. Poſſunt tamen propterea diſſolvi ſponſalia, quæ ex pluribus cauſis etiam dirimuntur quam nuptiæ. Caſtitatis enim conditio ſem-

ſemper ſubintelligitur in promiſſione nuptiarum, Zanch.de matrim. *lib.* 1. *diſp.* 63. *n.* 3. Beuſt. 2. *de matrim.cap.*34. Chriſtin. *volum.*3.*deciſ.*124. Simon à Leuwen *cens. for. lib.*1.*cap.*11.*n.*28. Atque ita ſervatur in eccleſia Genevenſi, ut teſtis eſt Beza *tr. de repud.* §. *poſtremo.* Nec aliter hodie pronuntiant Saxones, Schneid. *de divort. n.* 59. Carpzov. *part.* 4. *conſt.* 20. *def.* 12. uti nec Marchici, Scheplitz ad *conſuet. Brandeb. part.* 1.*tit.* 2. §.7. Vid. Fabrot. *exercit.* 3. ſuppreſſo nomine compilatum à Cl. Wiſſenbach 1. *exerc. ad Pand. diſp.* 44. *th.* 5. Dixi quod cauſæ, ex quibus magiſtratus poteſt nuptias diſſolvere, jam tantum ſint duæ, nimirum quod attinet ad ipſum illud vinculum, quod eſt inter conjuges; quod ad
thorum & menſam diſſolvitur ſæpius, ut & ſupra jam dixi. Generaliter 60
autem, ut hoc addam in tranſitu, de eo non dubitatur, quin nullum ſit divortium, ſi non acceſſerit magiſtratus auctoritas, qui dum attendit in-
terim & de cauſa cognoſcit, uni invito altero non licet divertere. Si di- 61
verterit nihilominus, poteſt compelli, ut revertatur ad conjugem, & res etiam, quas amovit, cum abiret, reſtituat. Hæ enim, ut & uxor interim, manent apud maritum, quoad judex definiverit quæſtionem univerſam, cauſa ab eo prius pleniſſime cognita. Ita aliquoties pronuntiatum Pariſiis, ſemel *Ann.* 1492. v. *Cal. Mart.* & iterum. *Ann.* 1536. xv. *Cal. Sept.* Lucius *placit. lib.* 8. *tit.* 4. *n.* 1. & 2. Sed ſi forte maritus non ſit admodum frugi & videatur eſſe periculum, ne bona interim diſſipet, cogi poteſt ut caveat, dum lis interim conficitur, pro parte dimidia, ut & idem ſcribit ſic judicatum Pariſiis *Ann.* 1492. 10. *Cal. Febr. d. tit.* 11. *n.*4. Dixi invito altero. Neuter enim, ſi apud judicem querelam inſtituat, & alter tamen, cum oderit mores alterius, ædes ſibi ab altero ſeparatas elegerit, ut novi in hac urbe non procul à meis ædibus ejuſmodi conjugem, cujus maritus ipſa non invita diſceſſit Amſtelodamum, videtur duriſſimum, ſi judex, qui regulariter niſi rogatus non impertitur officium, *l.*4. §.8. *ff. de damn. inf.* velit eos nihilominus ad cohabitandum compellere. Vix enim eſt ut poſſit miteſcere ejuſmodi conſuetudine, quæ invitis obtruditur, mutuis invicem tot irritatus injuriis ri-
xantium animus. Cæterum ut ſufficit, ſi parentes vel tacite conſenſum 62
accommodent, ita & ſufficit, ſi & ipſi contrahentes conſentiant tacite, *l.* 2. *in fin. ff. ſol. matr. l.* 12. *ff. de ſponſal.* Apud Heliodorum Chariclea egregie *lib.* 3. Μᾶλλον ἔφη ὁ μὲν λόγος ἥρμοζεν ἀδελφῷ τῷ ἐμῷ θεαγένει τούτῳ. πρέπειν γὰρ οἶμαι γυναικὶ μὲν σιγὴν, ἀνδρὶ δὲ ἀπόκρισιν ἐν ἀνδράσιν. & paulo poſt, ἐκβαίνειν ἀναγκάζομαι τοὺς ἐμαυτῆς τε

καὶ παρθένων νόμους, καὶ πρὸς τὴν πεῦσιν τοῦ κρατοῦντος ἀποκρίνασθαι περὶ γάμου. Menander : *Ætate nata nubili, ut dicat nihil, ſatis tamen ipſo ſignificat ſilentio.* Grot. 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 5. *n.*10. Apud Servios ſponſi puellam vi ſolent ſecum abducere, ſi parentum voluntas non ſit impedimento, quia & impudicum & indecorum exiſtimant, ſi in primos concubitus ſponſa conſentiat, ut ſcribit Busbequius *epiſt.* 1.

Quarto etiam requiritur, ut conſenſus eorum, qui liberos habent in poteſtate, præcedat, *h. pr.* Si non præceſſerit, nullum eſt matrimonium, *d. pr. &* §.12. *Inſt. h.t. l. non dubium* 5. *C. de legib.* Si acceſſerit poſtea, fit quidem legitimum, ſed ad tempus nuptiarum ratihabitio non ſolet retro trahi, *arg. d. pr. l.* 65. §. 1. *ff. h.t. l.* 6. *C. eod. l.* 13. §. 6. *ff. ad l. Iul. de adult. l.* 13. *pr. ff. de h. qu. not. inf.* Diſſ. Chriſten. *de cauſ. matrim. diſſ.* 3. *qu.* 8. Antea nati poſt ratihabitionem non efficiuntur legitimi. Qui poſtea naſcuntur, ſunt omnes legitimi. Antea vero nati omnes ſunt ſpurii, *d. l.* 65. §. 1. Quod exemplum notandum eſt, quo legitimi ſimul & illegitimi generantur ex eodem conjugio. Sed moribus noſtris id adduci non poteſt, nam illegitimi legitimantur etiam ſubſequentibus nuptiis, ut eſt vulgo notiſſimum. Quæ cum ita ſe habeant, cur Imp. ergo omnem ratihabi-
64 tionem retro trahi in *l. ult. C. ad SCt. Maced.* generaliter voluit? Si omnis ratihabitio retrotrahenda ſit prorſus generaliter, ergo & in nuptiis erit retrotrahenda. Reſpondendum exiſtimo, quod licet Imp. loquatur generaliter, illa tamen conſequentia ſit minus idonea, quia nulla regula tam eſt generalis, quin ab ea nonnunquam poſſit dari exceptio, *l. omnis* 202. *ff. de reg. jur.* At hujus regulæ nonnulla ſunt vitia, *h. pr. l.* 13. *ff. de h. qu. not. inf. l.* 25. §. 4. *ff. de acq. her. l.* 9. §. *pen. ff. de auct. tut.* §. 2. *Inſt. eod.* Ratihabitio retrotrahitur in contractu ut plurimum, ſed nu-
65 ptias contractum eſſe dici non poteſt, *l.* 65. *ff. de jud.* Si enim matrimonium poſſet dici contractus, aut verus diceretur, aut quaſi contractus, ſed revera nec verus, nec quaſi contractus eſt, quia quaſi contractus tantum quinque dicuntur, *tit. Inſt. de obl. q. qu. ex contr.* & ad veros contractus, qui vel re, vel verbis, vel literis contrahuntur, referri non poteſt, quia præter conſenſum nihil deſideratur ad contrahendum matrimonium, *l.* 30. *ff. de reg. jur. l.* 15. *ff. de cond. & dem.* Quintil. 5. *Inſt. orat.* 11. *Nihil obſtat, quo minus juſtum matrimonium ſit mente coëuntium, etiamſi tabulæ ſignatæ non fuerint. Nihil enim proderit ſignaſſe tabulas, ſi mentem matrimonii non fuiſſe conſtabit.* Conſenſu autem conſtantem non

appel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

appellamus idcirco, quia quatuor ſunt tantum, qui contrahuntur conſenſu, *§. un. Inſt. de obl. ex conſ.* emptio, locatio, mandatum, ſocietas. Dici autem matrimonium non poteſt ſocietas, quia ſocietas definitur contractus, quo vel rerum ipſarum, vel lucri & damni initur communio, 66
t. tit. Inſt. & ff. pro ſoc. Cujac. *par. ff. eod.* Apud Romanos autem nuptiis contractis nulla fuit inita bonorum communio, *l. 6. C. de don. int. vir. & ux. l. Quintus* 51. *ff. eod. l. 6. C. ſi q. alt. vel ſib. l. 8. l. ult. C. de pact. conv. l. 11. C. de ſolut. l. 1. & t. tit. ff. rer. amot. l. 1. §. 15. ff. de SCt. Silan. l. 9. §. cæterum ff. de jur. dot. l. donationes* 31. *§. ſpecies ff. eod. l. pen. ff. ad l. Falcid.* Plaut. *Caſin. act. 2. ſcen. 2.*

Nam peculii probam nil habere addecet.
Clam virum: & quæ habet, partum ei haud commode eſt.
Quin viro aut ſubtrahat, aut ſtupro invenerit.
Hoc viri cenſeo eſſe omne, quicquid tuum eſt.

Coras. 3. *miſc.* 5. Rad. Forner. 3. *rer. quot.* 29. Mynſ. 2. *obs.* 92. Et idcirco dicitur etiam matrimonium non bonorum ſocietas, ſed vitæ ſocietas, in *d. l. 1. ff. rer. amot.* omnis vitæ conſortium in *l. 1. ff. h. t. de rit. nupt.* in Gloſſis συμβίωσις, quod videtur notabile. Quod autem definitur etiam 67
divini & humani juris communicatio in *d. l. 1. ff. h. t.* huc plane non pertinet. Ius divinum enim ſignificat mariti ſacra familiaria, & Deos ejus penates, quos adorabat & uxor. Quod moribus noſtris eo recte refertur, ut inter utrumq; religionis ſit unitas, *Exod.* 34. *v.* 15. *& ſeqq.* 1. *Reg.* 11. *v.* 1. 3. 4. *l. nequis Chriſtianam* 6. *C. de Iud. can. cave cum ſeqq.* 28. *q.* 1. Connan. 8. *comm.* 3. *&* 4. Goris *adverſ. tr.* 1. *cap.* 1. *n.* 5. 6. *&* 7. Sigon. 1. *de jur. civ. Rom. cap.* 9. Diſſ. Forner. 3. *rer. quot.* 29. Humanum autem reſpicit domicilium, forum, & dignitatem mariti. Ibi, ubi maritus, convenitur & uxor. Quæ nubit clariſſimo, fit etiam clariſſima, *l. exigere* 65. *ff. de jud. l. pen. ff. de jurisd. l. ult. C. de incol. l. mulieres* 13. *C. de dign. l. fœminæ* 8. *& ſeqq. ff. de ſenat. l.* 10. *C. h. t. l. 6. C. de prof. & med. Nov.* 105. *cap.* 2. Virgil. 3. *Æneid.*

Et patria Andromachen iterum ceßiſſe marito
Obſtupui.

Servius *ibid. Secundum jus locutus eſt, quia uxor domicilium viri ſequitur.* Savaro *ad Sidon. Apollin.* 2. *epiſt.* 10. *&* 5. *epiſt.* 16. Plin. 6. *epiſt.* 32. *Nuptura Nonio Celeri, cui ratio civilium officiorum neceſſitatem quandam nitoris imponit, debet ſecundum conditiones mariti, veſte, comitatu augeri; quibus non quidem augetur dignitas, ornatur tamen & inſtruitur.* Sidon. Apollin. *carm.* 22.

Illu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Illuſtris pro ſorte viri:

Et inde fit etiam, ut marito fiat injuria, quæ infertur uxori, *l.2. C.de inj. l.1. §.ult. l.11. §.7.ff. eod. §. patitur 2. Inſt. eod.* Goris *d.loc.* Sed eo jure, quo utimur, per jus humanum etiam poteſt intelligi bonorum com-
68 munio. Nemo enim de eo dubitat, quin moribus noſtris ea locum obtineat, niſi excluſa ſit pactis dotalibus, *Coſtuym. van Utrecht rubr. 22. art.1.* Radel.*deciſ.54.n.11.& 12.* Goris *adv.tr.1.cap.1.n.26.& cap.2.n.3.* Grot. *2. man.11. vers. By't Huwelick.* Niſi excluſa ſit, omnia commu-
69 nicantur, exceptis feudalibus, & iis, quæ dicuntur fideicommiſſo obnoxia. Grot. *d. loc. vers. Leengoederen.* Goris *d. loc. n.28. & 33.* Alioquin quæſtus, & ea quæ acquiruntur conſtantibus nuptiis, fiunt tantum communia, ſic ut quiſque recipiat ſoluto matrimonio, quod contrahens attulit, facta tamen impenſas imputandi licentia, quibus res alterius eſt reddita melior. Ut enim is qui rem attulit, ſolus acquirit, quicquid rei accreſcit, ſic etiam iniquum, ſi haberi noluerit rationem impenſarum, quas conſtantibus nuptiis erogatas conſtiterit. Herbaj. *rer. quot.cap.14.& 16.* Valla *de reb. dub. tr. 13. n.5.* Goris *d. loc. n.27. in not.*
70 Mores etiam quod attinet, ut & illud adjiciam, retrotrahitur ratihabitio ad initium illius temporis, quo contractæ ſunt nuptiæ, ſic ut ſemper intelligatur valuiſſe conjugium, ut & ſupra jam innui. *Placaet opt ſtuck van den echten ſtaet art. 10. verb. ten ware dat die vaders ofte mombers, die tot ſulcken huwelyck niet en hebben willen verſtaen, naemaels daerinne conſenteerden, in welcken gevalle, ſonder ander wetlicke impedimenten, 'thuwelyck van weerden blyven ſal.* &c. Ordines Gelriæ edicto quod prodiit *Ann.* 1597. *Dat alle houwelicken van kinderen ſonder conſent van de ouders gecontraheert ſullen (volgende de Keyſerlicke beſchreven rechten) nul ende van onweerden ſijn: ten ware dat die ouders 't houwelik namaels approbeerden ende verwillighden, &c.* Quod inprimis propter
71 liberos, qui ex tali interim conjugio naſcuntur, ſic placuit. Puniturenim nihilominus, qui ſine conſenſu feſtinavit ad nuptias, & lucrum amittit, quod ad eum alioquin potuiſſet devolvi vi pactorum dotalium, aut occaſione conjugii, *d.art.10.* Conf.Grot.1.*man.8.§.t'Huwelick.* Goris *advers. tr. 3. part. 1. cap. 10. n.9.*

72 *Nuptias.* Nuptiæ interdum etiam ſumuntur pro coitu, nam & nubere interdum etiam transfertur ad beſtias, ut apud Græcos & ſimiliter vox γάμος accipitur. Ariſtæn. *lib. 1. epiſt. 21.* Ἅπτου φησί τῶν μαζῶν. ἡδίστων ἀπόλαυε φιλημάτων. καὶ προσαγκαλίζου περιβεβλη-

κυῖαν

κύιαν με τὴν ἐσθῆτα. γάμον δε μήτε πολυπραγμόνει, μήτε προσδόκα. Poëta vetus *in Pervig. Ven. Vere concordant amores, vere nubunt alites.* Plaut. *prol. Caſin.*

Ea invenietur & pudica & libera,
Ingenua, Athenienſis: neque quidquam ſtupri
Faciet profecto in hac quidem comœdia:
Mox hercle vero poſt tranſacta fabula
Argentum ſiquis dederit, ut ego ſuſpicor,
Ultro ibit nuptum, non manebit auſpices.

Alludit ad morem, quo ludis peractis ſcorta, quæ theatrum & ſcenam interim obſederant, publice exponebantur quorumcunque libidini in ſcenam inducta non ſine pompa ſolenni, ut tradidit Lipſius 1. *elect.* 11.

Cives Romani. Cives erant Romani, qui vel cives erant nati, vel qui- 73
bus Romani civitatem conceſſerant. Olim autem eam concedebant parciſſime, & ne omnibus quidem Italis, ut docet illud graviſſimum & cruentiſſimum bellum, quod Romanis idcirco eſt illatum ab Italis. Senſim & Itali & tranſmarini à Romanis in civitatem admiſſi ſunt, donec Caracalla cum occupaſſet imperium, eam cunctis conceſſit, qui erant ſubjecti Romanorum imperio, nullo facto diſcrimine, *l.* 17. *ff. de ſtat. hom.* Dio Caſſius *in excerpt. Valeſ. lib. hiſt.* 77. Soli ab eo tempore peregrini erant exteri, ſervi, & barbari, qui nondum erant redacti in formam provinciæ. Hinc Roma dicitur communis omnium patria in *l.* 33. *ff. ad municip.* Claudian. *in Panegyr. Stilic.*

Hæc eſt in gremium victos quæ ſola recepit,
Humanumque genus communi nomine fovit
Matris non dominæ ritu, civeſque vocantis
Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.

Sidon. Apollin. 1. *epiſt.* 6. *In qua unica totius orbis civitate ſoli barbari & ſervi peregrinantur.* Sed quod etiam notandum hic jus civitatis non leviter poſt eam communicatam & fere paſſim eviluit. Salvian. *lib.* 5. *de provid. Nomen civium Romanorum aliquando non ſolum magno æſtimatum, ſed magno emptum, nunc ultro repudiatur, ac fugitur: nec vile tantum, ſed abominabile pene habetur.* Unde dicti ſunt propterea peregrini nihilominus, quicunque vel Roma, vel ex urbicariis provinciis non trahebant originem. Ammian. Marcell. *lib.* 14. *hiſt. Poſtremo ad id indignitatis eſt ventum, ut cum peregrini ob formidatam haud ita dudum alimentorum inopiam pellerentur ab urbe præcipites, &c.* Valeſ. *ibid.*

74 *Et naturalis ratio.* Cur ergo emancipatus non æque ac is, qui eſt in poteſtate, cum contrahit nuptias, patris conſenſum impetrare compellitur? Rationem naturalem enim emancipatio non tollit, *§. ult. Inſt. de legn. agn. tut.* Dicendum, ni fallor, non compelli propterea, quia jus civile eo caſu rationem illam deſtituit. Dico deſtituit, quia, quod evertat eam, id dici non poteſt. Ratio naturalis manet eadem ratio, ut obligatio naturalis manet eadem obligatio, licet jure civili non producat actionem, quia eo jure non in tantum defenditur. Faciet nihilominus emancipatus egregie, ſi non aliter contrahat, quam ſi pater conſentiat. Ratio naturalis id ſuadere non deſinit: Sed compelli non poteſt, quia nullum jus civile oſtendit remedium, quo poſſit compelli. Quod autem rationem illam jus civile deſtituat, patriæ poteſtati id adſcribendum exiſtimo, cujus is eſt effectus, quod patris ſolum conſenſus, qui habet in poteſtate, deſideretur in nuptiis, *pr. h. t.* ut adſcribendum eſt fragili, & infirmo adhuc admodum fœminarum judicio, quod filia adhuc minor, etiamſi emancipata ſit, ſine patris conſenſu ſe collocare non poſſit, *l.18. C. de nupt.* Ratio civilis tum cum naturali iterum concurrit, *l.9. ff. de ſtat. hom.*

TEXTUS

§. I. Ergo non omnes nobis uxores ducere licet; nam à quarundam nuptiis abſtinendum eſt. Inter eas enim perſonas, quæ parentum liberorumve locum inter ſe obtinent, contrahi nuptiæ non poſſunt: veluti inter patrem & filiam, vel avum & neptem: vel matrem & filium, vel aviam & nepotem: & uſque in infinitum. Et ſi tales perſonæ inter ſe coierint, nefarias atque inceſtas nuptias contraxiſſe dicuntur. Et hæc adeo vera ſunt, ut quamvis per adoptionem parentum liberorumve loco eſſe cœperint, non poſſint inter ſe matrimonio jungi, in tantum, ut etiam diſſoluta adoptione, idem juris maneat. Itaque eam quæ tibi per adoptionem filia, vel neptis eſſe cœperit, non poteris uxorem ducere, quamvis eam emancipaveris.

COMMENTARIUS.

1. *Quid cognatio.*
2. *Quot ejus ſint ſpecies.*
3. *Quid linea, & quotuplex.*
4. *Quoto gradu prohibeatur matrimonium in linea recta.*
5. *Quid gradus.*
6. *Concilientur l. 23. ff. de adopt. l. 12. §. ult. & l. 14. pr. ff. h. t. de rit. nupt. cum l. 55. ff. eod.*

Mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

7. *Mores Turcarum.*
8. *Item Sinarum.*

NEfariæ nuptiæ & inceſtæ dicuntur, quæcunque contrahuntur vel inter cognatos vel inter affines, *h.pr.& §.6.Inſt.h.t.l. ult. ff.de cond. ſin.cau.* Cognatio eſt neceſſitudo eorum, qui 1
ex eodem ſanguine deſcendunt. Cognatio eſt genus. Ejus 2
duæ ſunt ſpecies, agnatio nimirum & cognatio in ſpecie. Agnatio eſt eorum, qui nobis junguntur per ſexum maſculinum. Cognatio eorum, qui per ſexum fœmininum, *§.1. Inſt. de leg. agn. tut. l.4.§.2.l.10.§.2. & §.4.ff. de grad. & affin.* Sed in hac materia inter has ſpecies non ſolemus diſtinguere.Prohibetur matrimonium & inter cognatos & inter agnatos. Utrique ſunt nobis vel in linea recta vel obliqua conjuncti, *l. ſtemmata 9.ff. eod.* Linea vero eſt perſonarum collectio, quæ ab eodem ſtipite 3
deſcendunt. Linea recta eſt aſcendentium & deſcendentium. Obliqua eſt eorum, qui junguntur à latere. Aſcendentes ſunt pater, avus, proavus, abavus, atavus, tritavus. Qui ſunt ultra tritavum, appellantur majores, *l. 1. §. 3. & ſeqq. l. 3. pr. ff. de grad. & affin. l.4.§.2.ff.de in jus voc.* Deſcendentes ſunt filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos. Qui ultra trinepotes ſunt, dicuntur uno vocabulo ſimpliciter poſteri, *d.l.1. d.l.3. l.10.§.7.ff.eod.* Prohibetur autem matrimonium in linea recta omnino in infinitum, *h. §. 1.* Ne in gradu quidem milleſimo eſt con- 4
trahendi facultas, *l.53.ff.h.t.de rit.nupt. Levit.cap.18. vers.6.& 8.* Gradus eſt nihil aliud quam perſonarum diſtantia. Nec ſolum aſcendentes & deſcendentes legitimi, verum etiam illegitimi, naturales, & ſpurii pro- 5
hibentur à nuptiis, *l.14.§.2.l.54.ff.eod.* Arnob. *lib. 5.adv. gent. Etiamne in matrem cupiditatis infandæ ſpem Iupiter cepit, nec ab illius appetitionis ardore horror eum quivit avertere, quem non hominibus ſolis, ſed animalibus quoque nonnullis natura ipſa ſubjecit, & ingeneratus ille communiter ſenſus?* Senec. *Hippolyt.*

Feræ quoque ipſæ Veneris evitant nefas,
Generiſque leges inſcius ſervat pudor

Grot.*2.de jur. bell. & pac. cap.5.n.12.* Ne adoptivi quidem excluduntur à regula, *h. §. 1.* Inter eos in hac linea prohibetur matrimonium non ſolum tum cum adhuc conſtat adoptio, verum etiam tum, cum per emancipationem ab adoptante reſciſſa eſt, *l.55.ff. h.t. l.14.pr. ff.eod.l.23.ff. de adopt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

6 *adopt.* Ut autem hoc addam: De caſu loquitur *l.* 23. quo adhuc conſtat & ſubſiſtit adoptio; de caſu vero, quo eſt jam diſſoluta *l.* 55. nequis exiſtimet eas eſſe contrarias. Sed ſunt qui id ipſum non poſſunt percipere, cur patris adoptivi & præmortui uxor, ſi ſoluta ſit adoptio, duci non poſſit, *d.l.* 14.*pr.* & nihil tamen impediat, quominus ejus matrem uxorem accipiam, *d.l.* 55. Item, cur nemo fiat per adoptionem avunculus, *l.* 12. §. *ult.ff.h.t.* & fiat tamen nihilominus per adoptionem matertera, *d.l.* 55. In qua idcirco Cujacius vocabulum matrem expungendum exiſtimat 23.*obſ.* 36. Hotomannus materteram 5.*obſ.*27. Temere tamen id uterque tentavit. Fides enim exemplarium conſtanter repugnat. Sed eſt ita dicendum. Permiſſum eſt matrimonium cum parentum adoptivorum cognatis aut parentibus, ſi ſoluta ſit adoptio, ſed cum ipſis parentibus adoptivis non item, *d.l.*14.*pr.d.l.*55. Et ut proprie nemo fit per adoptionem avunculus, *d.l.*12.§.*ult.* ita proprie nemo fit per adoptionem matertera, *arg. l.*12.*& ſeqq.ff. de legib.* Fiunt tamen improprie. Quapropter ut patris adoptivi materteram uxorem non poſſum ducere, dum conſtat adoptio, *d. l.* 55. ita nec matrimonium eo caſu cum filia ſororis adoptivæ ſubſiſtere poterit ex paritate rationis. De caſu enim, quo ſoluta eſt adoptio, debet in-
7 telligi, *d. l.* 12. §. *ult.ff.h.t.* Et de iis quidem, quæ dixi, dubitari non debet. Apud Turcas tamen & hodie reperiuntur tam barbari, qui rem habere cum filia non putant illicitum, ſed juri naturali arbitrantur conveniens, ut is qui ſevit arborem, primus etiam illius arboris fructus perci-
8 piat, ut & dixi jam alibi. Rykaut *de repub. Turc. lib.*2. *cap.*12. Apud Sinas matrimonium inter cognatos permittitur, quocunque ſint gradu, ſed prohibetur inter eos, qui licet ſint extranei, ſunt ejuſdem cognominis. O. Dapper *lib.de legat. miſſ.ad Tartar.* Quod & puto notabile.

TEXTUS

Inter eas quoque perſonas, quæ ex tranſverſo gradu cognationis junguntur, eſt quædam ſimilis obſervatio, ſed non tanta. Sane enim inter fratrem ſororemque nuptiæ prohibitæ ſunt: ſive ab eodem patre eademque matre nati fuerint, ſive ab altero eorum, ſed ſiqua per adoptionem ſoror tibi eſſe cœperit, quamdiu quidem conſtat adoptio, ſane inter te & eam nuptiæ conſiſtere non poßunt. cum vero per emancipationem adoptio ſit diſſoluta, poteris eam uxorem ducere. Sed & ſi tu emancipatus fueris, nihil eſt impedimento nuptiis. Et ideo conſtat, ſiquis generum adoptare velit, debere eum antea filiam ſuam emancipare: & ſiquis velit nurum adopta-

re,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

re, debere eum antea filium ſuum emancipare.

COMMENTARIUS.

1. *Quoto gradu matrimonium in linea obliqua cenſeatur prohibitum.*
2. *Gradus quomodo computentur in linea recta.*
3. *Quemadmodum computentur in linea obliqua.*
4. *Iure Canonico quot ejus ſint ſpecies.*
5. *Quid linea æqualis.*
6. *Quid inæqualis.*
7. *Quomodo gradus numerentur in linea æquali.*
8. *Quomodo in inæquali.*
9. *Quoto gradu jure Canonico prohibeatur matrimonium in linea obliqua.*
10. *Probatur quod jure gentium inter fratrem & ſororem committatur inceſtus.*
11. *Solvuntur quæ obſtant.*

IN linea obliqua nuptias jus in infinitum non prohibet, nec prohibet etiam adoptione ſoluta. Idcirco hic dicitur; *eſt quædam ſimilis obſervatio, ſed non tanta.* Prohibetur au- 1
tem matrimonium in gradu ſecundo & tertio ſimpliciter, *h.§.& §.item amitam h.t.l.56.ff. de rit.nupt. l.ult. C.de inc. nupt. l.ult.C. ſi nupt.ex reſcr. pet.* In quarto, quinto, & ulterioribus gradibus inter eas tantum perſonas, quæ parentum & liberorum locum inter ſe obtinent, *§.fratris §. duorum, & §.ſeq. h. t. l. 3. l.17. §.ult.l.39.ff.eod.l.19.C.eod. l.78.§.filium ff.ad SCt.Trebel.*Gradus quod attinet: in linea recta nume- 2
rantur, vel aſcendendo, vel deſcendendo,ad eum nimirum,de quo quæſtio occurrit; ut ſi ſcire deſidero, quoto mihi gradu conjunctus ſit atavus, ſic oportet ut numerem: Pater genuit me, hic eſt primus gradus. Patrem genuit avus, hic ſecundus: avum proavus, hic tertius: proavum abavus, hic quartus; abavum atavus, hic quintus. Quinto ergo gradu conjunctus eſt atavus. Ita ſi velim ſcire, quoto gradu trineptis ſit, ſic oportet ut numerem. Ego genui filiam, hic eſt primus gradus. Filia genuit neptem, hic ſecundus: neptis proneptem, hic tertius: proneptis abneptem,hic quartus: abneptis atneptem, hic quintus: atneptis trineptem, hic ſextus. In linea obliqua oportet ut numerentur & aſcendendo & de- 3
ſcendendo, aſcendendo nimirum ad communem parentem, aut, ut dicitur, ſtipitem, & deinde iterum deſcendendo ad eam perſonam,de qua

erit quæſtio, quoto ſit gradu. Ut ſi ſcire deſidero, quoto mihi gradu conjuncta ſit amita, gradus ſic numero: Pater genuit me, hic eſt primus gradus. Patrem avus, hic ſecundus. Quia autem hic communis eſt meus parens & amitæ, non aſcendo ulterius, ſed deſcendo jam iterum. Idem avus genuit amitam, hic eſt tertius gradus. Ita ſi velim ſcire, quoto mihi gradu ſit patrui filius, ſimiliter numero: Pater genuit me, hic eſt primus gradus: Patrem avus, hic ſecundus. Non aſcendo ulterius, ſed deſcendo jam iterum. Idem avus genuit patruum, hic eſt tertius gradus. Patruus filium, hic eſt quartus. Si jam porro quæſivero, quoto gradu ſit ſoror; non poſſum ulterius quam ad patrem aſcendere. Stipes enim communis eſt. Pater genuit me, hic eſt primus gradus. Idem etiam ſororem meam, hic ſecundus. Contra, ſi quæram de matertera magna, erit aſcendendum ad proavum uſque. Avi enim ſoror eſt matertera magna, nimirum avi materni. Non difficulter hæc colliguntur ex *d. l.* 10. *§.* 9. *& ſeqq. ff. de grad. & aff.* Ex iis autem, quæ dixi, ni fallor, apparet veram eſſe regulam, quam fecerunt interpretes: Quot ſunt generationes, tot ſunt gradus, *d. l. ult. §. nam quotiens ff. eod. §. hactenus Inſt. de grad. cogn.*
4 Sed Canoniſtæ nihilominus in linea obliqua eam plane repudiant. Collateralis enim linea eſt duplex, æqualis & inæqualis. Æqualem appellant,
5 cum uterque, de cujus cognatione quæritur, æqualiter diſtat à communi parente. Inæqualem vero definiunt, cum alter eſt propior, alter remo-
6 tior. In linea æquali utuntur hac regula: Quot gradibus alter eſt remotus à ſtipite, tot gradibus inter ſe diſtat uterque. In inæquali hac regula: Quoto gradu eſt remotior à communi parente, tot gradibus inter ſe diſtat uterque, *cap. ult. ext. de conſ. & affin. c. ad ſedem c. parentelæ* 35.
7 *q.* 5. Sed, ut ſtatim patebit, abſurda eſt computatio. Dabo exemplum in linea æquali:

P R I M U S

Genuit

S E C U N D U M & T E R T I U M

Secundus Tertius

Q U A R T U M Q U I N T U M.

Duo ſunt conſobrini Q U A R T U S & Q U I N T U S. Æqualiter diſtant à communi parente, duobus nimirum gradibus;

Q U A R-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

QUARTUS enim ſic numerat: Pater genuit me, nimirum SE-
CUNDUS, hic eſt primus gradus. Patrem avus hic ſecundus.
Quintus ſimiliter: Pater genuit me, nimirum *Tertius*, hic eſt primus
gradus. Patrem avus, hic ſecundus. Conſobrini ergo ſunt ſibi invicem
in gradu ſecundo: Quot enim gradibus alter eſt remotus à communi pa-
rente, tot gradibus inter ſe diſtat uterque. Jure Canonico tantum aſcen-
ditur. Jure civili à communi parente ad eum, de quo quæritur, iterum
deſcenditur. Unde jure civili, quemadmodum dixi, in quarto gradu
ſum conſobrino conjunctus, *d. l.* 10. §. 15. *ff. de grad. & affin.* In li- 8
nea inæquali eſt exemplum ejuſmodi:

PRIMUS

Genuit

SECUNDUM & TERTIUM

Secundus

QUARTUM.

Quarti patruus hic proponitur *Tertius*. Tertius eſt propior, *Quartus*
autem remotior, avo nimirum, qui eſt ſtipes communis. Sed quoto
gradu jam quæritur *Quartus* ſit *Tertio*. Secundo dicendum eſt. Quoto
enim gradu remotior diſtat à communi parente, tot gradibus inter ſe di-
ſtat uterque. Atqui *Quartus*, remotior, avo eſt conjunctus in gradu ſe-
cundo, ergo in eodem & conjunctus eſt *Tertio*. Quam autem abſurda
hæc tota ſit computatio, quivis, ni fallor jam cognoſcere poterit. Nihil
enim magis eſt rationi conveniens, quam ut patrui filius patruo ipſo ſit
gradu remotior. Sed Canoniſtæ nihilominus patruum & ejus filium eo-
dem in gradu collocare non dubitant. Quo eſt nihil ineptius. Hotom. 9
diſp. de grad. Porro jure Canonico matrimonium non tantum in tertio
gradu, verum etiam in quarto prohibetur ſimpliciter, *cap. non debet pen.
ext. de conſ. & affin.* Addit ibi rationem ſapientiſſimus Pontifex: *quia
quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis.* Patel-
la utique dignum operculum. Ante illud capitulum eo uſque proceſſe-
rat Pontificum ſanctitas, ut nuptias prohiberent in ſexto gradu ſimplici-
ter *c. nulli*, *c. nullum*, *c. de affinitate* 35. *q.* 2. & 3. *c. conſanguinitas* 35. *q.* 4.
adjecta ratione adhuc magis ridicula; *ut ſicut ſex ætatibus mundi genera-
tio, & hominis ſtatus finitur, ita propinquitus generis tot gradibus termi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

naretur. Sed apage nugas & Paparum incuriam. Dixi jure civili eſſe nuptias vetitas in gradu ſecundo & tertio ſimpliciter, *h.* §. 2. §. 3. *&* §. 4. *Inſt.eod.* Frater & ſoror ſunt in gradu ſecundo, *d. l.*10.§.13.*ff.de grad. & aff.* Frater ergo ducere ſororem non poteſt, etiamſi ſit illegitima, *l.* 54. *ff. h.t.* Si duxerit, delinquit, & nullum eſt matrimonium, §. 12. *Inſt.h.t.* Delictum commiſſum appellatur inceſtus. Fit inceſtus aut jure gentium, aut jure civili. Unde porro jam quæritur, utrum jure gentium an jure 10 civili inter fratrem & ſororem committatur inceſtus. Committi jure gentium dubitare non poſſum *Levit.*18.*v.*9. Id enim eſt juris gentium, quod ratio naturalis inter omnes fere gentes & nationes conſtituit, §. 1. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Atqui ratio naturalis inter omnes fere gentes prohibuit fratrum & ſororum conjugia. Si roges, Quæ ratio? Quæ pudorem modeſtiam, & naturalem quandam verecundiam nobis inſcripſit, *l.*14. §.2. *ff. h.t.de rit.nupt.* Quæ cum omnia ordine peragenda monſtraverit, evitandam inprimis eſſe turpiſſimam ſanguinis confuſionem admonuit. Quid enim magis eſt rationi contrarium, quam indecora confuſio? Quæ autem fœdior poteſt dici confuſio, quam ut idem ſit ſimul & pater & avunculus, eadem ſimul & mater & amita, liberi ſimul & conſobrini & fratres, conjuncti ſibi invicem & quarto in gradu & in gradu ſecundo. Nec eſt hic conſiderandum, quid nonnullis placuerit, nimirum Ægyptiis, aut Perſis, aut Græcis, aut ſiqui ſunt alii. Placuerunt iis etiam ſororum conjugia. Non invitus id fateor. Corn. Nep. *proœm. hiſt. Neque enim Cimoni fuit turpe, Athenienſium ſummo viro, ſororem germanam habere in matrimonio, quippe cum cives ejus eodem uterentur inſtituto, at id moribus noſtris nefas habetur.* Idem *in Dione*: *Dionyſius ſuperior Ariſtomachen ſororem Dionis habuit in matrimonio, ex qua duas filias procreavit, quarum alteram filio, alteram Dioni nuptum dedit.* Min. Felix *in Octav. Ægyptiis & Athenis cum ſororibus legitima connubia.* Agathias de Perſis 2.*hiſt.* Οὐκοῦν ἐκεῖνοι γε ὧδε ἐγίγνωσκον, οὔτε περὶ τὰς ταφὰς, οὐ μὴν ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐς τὴν τῆς εὐνῆς παρανομίαν, ὁποῖα οἱ νῦν ἀκολασταίνουσιν, οὐ μόνον ἀδελφαῖς τε καὶ ἀδελφιδαῖς ἀνέδην μιγνύμενοι, ἀλλὰ πατέρες τε θυγατράσι, καὶ τὸ δὴ πάντων ἀνοσιώτερον (ὦ νομοι γε καὶ φύσις) υἱοὶ ταῖς τεκούσαις. Add. Liv. *lib.* 59. Plutarch. *in Dion. n.*7. Juſtin. *lib.*28.*pr.* Alex. ab Alex. *lib.*1. *cap.*24. Sed inprimis hic conſiderandum eſt, quid pleriſque nationibus dictaverit ratio, non quid hęc aut illa fecerit rationi contrarium. Jus enim gentium hujus aut illius ſi corrupta ſit ratio non poteſt evertere, Chriſten. *de cauſ. matrim. diſſ.* 3. *qu.* 12.

*qu.*12.Contra jus gentium fecerunt Ægyptii, Diod.Sic.*lib.*1.*cap.*27. *Lege Ægyptiis ſtatutum eſt, ut præter communem aliorum hominum morem cum ſororibus matrimonium ineatur.* Fecerunt & Græci, tametſi non omnes, ut Herodianus ſignificat 1. *hiſt.* Πτολεμαῖος μὲν, καὶ μέχρις ἀδελφῆς ἰδίας ἔρωτος προχωρήσας, παρά τε τοὺς Μακεδόνων καὶ Ἑλλήνων νόμους. Fecerunt Dii ipſi. Jul.Firmic. *Junonem ſane, ne & huic deëſſet inceſtus, Jovis volunt ex ſorore conjugem factam.* Idem: *Inceſtum deſiderantibus à Jove ſumantur exempla. cum matre concubuit, ſororem duxit uxorem, & ut integrum facinus impleret inceſti, filiam quoque animo corruptoris aggreſſus eſt.* Ovid.9.*metam.*

—— Dii nempe ſuas habuere ſorores.
Sic Saturnus Opim junctam ſibi ſanguine duxit,
Oceanus Tethym, Iunonem rector Olympi.
Sunt ſuperis ſua jura.

Ut non multum hic admodum ſit laborandum de Perſis hominibus barbaris. De quibus Euripid. *in Androm.*

Τοιοῦτον πᾶν τὸ βάρβαρον γένος·
Πατήρ τε θυγατρὶ, παῖς τε μητρὶ μίγνυται,
Κόρη τ' ἀδελφῷ. διὰ φόνου δ' οἱ φίλτατοι
Χωροῦσι, καὶ τῶν δ' οὐδὲν ἐξείργει νόμος.

Quod autem jure gentium committatur inceſtus probari etiam poterit per textum expreſſum in *l.*8. *ff.h.t.de rit.nupt. Libertinus libertinam matrem, aut ſororem, uxorem ducere non poteſt: quia hoc jus moribus, non legibus introductum eſt.* Moribus, id eſt, jure ſive moribus gentium; Mores enim hic legibus opponuntur expreſſe. Quid autem in mentem diſ- 11
ſentientibus venerit, ut mores Romanorum hic velint intelligi, divinare non poſſum. Mores Romanorum jus civile conſtituunt non minus quam leges, §.3.& §.9. *Inſt.de jur.nat.gent.& civ.* Sed quæ jam erit queſo hujus legis ſententia: quia hoc jus moribus non legibus introductum eſt, id eſt, jure civili, non jure civili. Egregie ſane. Siquis contradictionem in adjecto quæſiverit, non erit illuſtrior. Sed quid ſi conſuetudinem per mores intelligas, per leges jus ſcriptum & juri non ſcripto dicas in ea lege jus ſcriptum opponi? Ne id quidem admitti poteſt. Non conſuetudo id vetuit, ſed jus ſcriptum expreſſe, §.2.*Inſt.h.t.l.*14.§.2.*l.*54.*ff.h.t.* & ineplicabilis præterea ſequetur abſurditas, ſi mores Romanorum, id eſt, jus civile non ſcriptum hic contendas intelligi: dicitur enim moribus prohiberi etiam matrimonium inter matrem, & filium. *Libertinus libertinam*

tinam matrem aut ſororem uxorem ducere non poteſt. Atqui jure civili non tantum id prohibetur, ſed inprimis & jure gentium, ut fatentur illi ipſi, qui à nobis diſſentiunt. Textus enim expreſſus eſt in *l. ult. ff. h. t. de rit. nupt.* Quod autem ex ea lege probari exiſtimant, jure gentium tantum committi inceſtum in linea recta, non autem inter eos, qui junguntur à latere, veritati, ni fallor, id omnino repugnat. Paulus enim non dicit, Jure gentium tantum committit inceſtum, qui ex gradu aſcendentium vel deſcendentium uxorem duxerit, ſed dicit ſimpliciter: *Iure gentium inceſtum committit, &c.* Unius incluſio non eſt ſtatim etiam alterius excluſio. Quod ergo deëſt *l. ult. ff. h. t.* ſuppleri debet ex *l. 8. ff. eod.* Præterquam quod ibi non proponatur hæc quæſtio, utrum jure gentium an jure civili inter fratrem & ſororem committatur inceſtus, ſed quemadmodum puniatur, qui duxit ex collateralibus, quam ducere prohibetur. Argumentum etiam præterea opponunt ejuſmodi: Si jure gentium inter fratrem & ſororem committeretur inceſtus, Deus Opt. Max. procreaſſet genus humanum per medium, quod hodie ſaltem eſt inceſtuoſum. Atqui abſurdum eſt conſequens, ergo & antecedens. Sed nego minorem. Nego abſurdum eſſe. Quæri enim ab initio de inceſtu non potuit, nec fuit inceſtus, cum rerum initio fratres cum ſororibus contraherent nuptias. Si fuiſſet inceſtus, fuiſſet aut jure gentium, aut jure civili. Sed inceſtus nec jure gentium committi tum potuit, quia nondum erant homines diſtincti in gentes, nec jure civili, quia nondum erat aut ulla civitas, aut jus civile diſtinctum à jure gentium. Ovid. 3. *metam.*

Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo
Sponte ſua ſine lege fidem rectumque colebat,
Pœna metuſque aberant, nec vincla minantia fixo
Ære ligabantur: nec ſupplex turba timebat
Judicis ora ſui, ſed erant ſine judice tuti.

Si ergo ſic dicam: Si rerum initio non fuerunt contra jus gentium ſororum conjugia, ergo nec hodie, argumentor inepte. Nam ſi illud argumentum poſſit procedere, procedet hoc etiam: Si matrimonium ab initio inter fratrem & ſororem jure civili non fuit interdictum, ergo nec hodie. Quo nihil abſurdius. Ratio tum temporis flagitavit permitti, quod alia ratio expreſſe jam prohibet. Una ratio eſt altera ſæpiſſime fortior, ut nemo ignorat. Sane ſi verum ſit, quod ratio, ut Deus, ſemper ſit immutabilis, jus civile mutari, aut tolli non poterit; conſtat enim quod & illud ſit ratione ſubnixum, *l. 6. ff. de juſt. & j.* Quod dictu ab-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

abſurdum eſt, §. *pen. Inſt. de jur. nat. gent.* Non tamen repugno, quin jure civili dicatur inceſtus inter fratrem & ſororem adoptivam committi. Adoptio enim non adfert jus ſanguinis, *l.* 23. *ff. de adopt.* Jus agnationis quod adfert eſt juris civilis, *d. l.* 23. §. *ult. Inſt. de leg. agn. tut.* Ideoque non verus, ſed quaſi inceſtus eſt, ſi cum ea quæ per adoptionem nobis ſoror evaſit, contractum ſit matrimonium. Adoptione ſoluta idem illud permittitur, *h.* §. Cujac. 25. *obs.* 3. Vinn. & Bachov. *h.* Grot. 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 5. *n.* 13.

TEXTUS

§. III. *Fratris vero, vel ſororis filiam, uxorem ducere non licet: ſed nec neptem fratris vel ſororis quis ducere poteſt, quamvis quarto gradu ſint. Cujus enim filiam uxorem ducere non licet, neque ejus neptem permittitur. Ejus vero mulieris, quam pater tuus adoptavit filiam non videris impediri uxorem ducere: quia neque naturali, neque civili jure tibi conjungitur.*

COMMENTARIUS.

1. *Scelus Heraclii.*
2. *Notatur Leunclavius.*
3. *Cum fratris vel ſororis filia an jure gentium committatur inceſtus.*
4. *Cur fratris vel ſororis neptem non liceat ducere.*

QUod fratris vel ſororis filia non poſſit uxor haberi, non eſt
alia ratio, quam quod nuptiæ ſimpliciter prohibentur, ut
dixi, inter collaterales in tertio gradu. Qui duxit igitur fi- 1
liam ſororis aut fratris, committit inceſtum, *l. ſi adulterium* 38. §. 1. & 2. *ff. ad l. Iul. de adult. l. ult. C. de inc. nupt. l. ult. C. ſi nupt. ex reſcr. pet. l. nemini* 17. *C. de nupt.* S. Nicephorus: Ἡρακλείῳ δὲ τῶν κοινῶν αὐτῷ πραγμάτων ἐπὶ τοσοῦτο δυσχερείας καὶ ἀνωμαλίας ἡκόντων, οὐ μὴν οὐδὲ τὰ οἰκεῖα εὖ θέσθαι φροντὶς ἐγεγόνει· ἀλλ᾽ ὅ γε πρὸς πρᾶξιν ἄθεσμον, καὶ ἣν Ῥωμαίων ἀπαγορεύουσι νόμοι, ἰδών, τὸ πρὸς τὴν ἀνεψιὰν Μαρτῖναν ἠσπάσατο κῆδος, *At Heraclius in tanta rerum publicarum difficultate & varietate nihilo melius privatis conſuluit. Quippe facinus ingens contra jus omne ac Romanorum leges aggreſſus, Mariæ ſororis filiam Martinam ſibi matrimonio junxit.* Πρᾶξιν id ἄθεσμον non immerito dicit. Plerique enim omnes hoc notant hiſtorici,

Deum

Deum ipſi idcirco ſuccenſuiſſe tam graviter, ut pœnis eum prorſus inuſitatis ſubjiceret. Senex enim hydropicus ventri etiam coactus eſt tabellam imponere, ὅτι τοῦ αἰδοίου τηνικαῦτα στρεφομένου, τὰ οὖρα κατὰ τοῦ προσώπου ἐφέροντο. ἔλεγχος δὲ τούτου προφανὴς τῆς αὐτοῦ παρανομίας ἦν, ἣν ἐποίει τῇ ἰδίᾳ συνδυαζόμενος ἀνεψιᾷ, *quod veretrum ejus inverſum, urinam ſurſum in faciem ipſam emitteret. Erat autem manifeſtum hoc argumentum ejus ſceleris, quod ſororis filia ſibi juncta perpe-*
2 *traverat*, ut ait Michaël Glycas *part. 4. annal.* Dico ſororis, quia *fratris* omnino perperam vertit Leunclavius, ut conſtat ex iis, quæ ſequuntur apud Nicephorum: Θυγάτηρ αὐτὴ Μαρίας τῆς αὐτοῦ ἐτύγχανεν ἀδελφῆς, πατρὸς δὲ Μαρτίνου, ὃν Μαρία πρὸ Εὐτροπίου γαμετὴν ἐκέκτητο. Inceſtus eſt igitur: ſed jure civili an jure gentium committatur,
3 eſt altioris indaginis. Ego, jure civili ſi committi quis dixerit, non, opinor, erraverit. Non enim obſcure ex lege jam allegata probari id poterit. Verum quidem eſt, quod ratio naturalis conjunctionem ejuſmodi non videatur admittere, ſed inprimis notandum eſt, non, quicquid ratio naturalis conſtituit, poſſe dici jus gentium, quicquid vetat & prohibet prohiberi & jure gentium, ſed quicquid ea conſtituit, quicquid vetat & prohibet apud omnes fere gentes id ſimul & prohiberi, & jure gentium conſtitui, §. 1. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Alioquin & illa ratio jus civile conſtituit, *l. 6. ff. de juſt. & j.* ſed jus civile propterea non appellatur jus gentium. Quod autem id obtinuit apud omnes fere gentes, ne filia fratris poſſet uxor haberi, probari non poterit. Tacit. *ann.* 12. *Nova nobis in fratrum filias conjugia: at aliis gentibus ſolennia, nec lege ulla prohibita.* Apud Græcos id ſane non fuit prohibitum. Diod. Sicul. *lib.* 15. *cap.* 7. Pancirol. 2. *lect.* 234. Apud Romanos prohibitio non fuit perpetua. Tacit. *d. loc.* Sueton. *in Claud. cap.* 26. Dio Caſſ. *in Nerv.* Capitol. *in Æl. Ver.* Lips. *ad Tacit. d. loc.* Cujac. 13. *obs. cap.* 16. & 8. *obſ.* 28. Grot. 2. *de jur.*
4 *bell. & pac. cap.* 5. *n.* 14. *lib.* 1. *cap.* 24. Cæterum fratris vel ſororis filiam prohibemur non ſolum nobis ſociare conjugio, verum etiam ejus neptem, proneptem, abneptem &c. quamvis neptis in quarto, proneptis in quinto nobis gradu conjuncta ſit. Prohibetur enim matrimonium in quarto, quinto, & ulterioribus gradibus in linea obliqua inter eas perſonas, quæ parentum & liberorum locum inter ſe obtinent, ut ante jam dictum eſt, *h.* §. 3. §. 4. & §. 5. *Inſt. h. t. l.* 3. *l.* 17. §. *ult. l.* 39. *ff. eod.* Cont. 2. *lect.* 1. Ratio ſane, quam Juſtinianus hic reddit, cur fratris neptem non conceſſum ſit ducere; *Cujus filiam uxorem ducere non licet, ejus neque*

neptem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

neptem permittitur; omnino neceſſe eſt, ut reſtringatur ad eos, qui loco parentum & liberorum habentur. Univerſaliter non poteſt procedere. Nam ecce; Avi mei filia, quæ eſt amita mea, mihi non poteſt collocari in matrimonium, §. 5. *Inſt. h. t.* & avi neptem nihilominus, nimirum amitæ filiam, quæ eſt conſobrina mea, conceſſum eſt ducere, §. 4. *Inſt. h. t.* Ego enim conſobrinæ meæ non ſum loco parentis, non magis quam illa mihi; fratrum vero liberis me loco parentis eſſe nemo negabit. Aliter Baro & Hotom. *h.*

TEXTUS

§. IV. *Duorum autem fratrum, vel ſororum liberi, vel fratris & ſororis, conjungi poſſunt.*

COMMENTARIUS.

1. *Explicatur Theophilus.*
2. *Inter conſobrinos hodie matrimonium non ubique permittitur.*
3. *Inſignis error Marcilii.*
4. *Conſobrini interdum & appellantur ſobrini.*
5. *Fratres etiam & ſorores interdum.*

THeophilus legit, *conjungi non poſſunt*, ἀλλήλοις ȣ̓ δύνανται πρὸς γάμον συνάπτεσθαι. Cui Cajus accedit 1. *Inſt.* 4. §. 1
fratres 6. Sed præterquam quod ille Cajus vim juris non habeat, interpolata præterea & inflexa putantur fragmenta, quæ extant, ab Aniano quodam interprete Gottho, ad jus illud Gotthicum, quo uſi ſunt Gotthi, cum obtinerent Italiam. Cont. 2. *lect.* 1. Oizel. *in proleg. ad Caj. Inſt.* Servabant enim legem à Theodoſio latam, quam tacite verbis etiam Auguſtinus extollit *lib.* 15. *de civit. Dei cap.* 16. *Experti autem ſumus in nuptiis conſobrinarum etiam noſtris temporibus propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximum, quam raro per mores fiebat, quod fieri per leges licebat: quia id nec divina prohibuit, & nondum prohibuerat lex humana. Verum tamen factum etiam licitum propter vicinitatem horrebatur illiciti: & quod fiebat cum conſobrina, pene cum ſorore fieri videbatur. &c.* Sic tamen ſervabant, ut diſpenſari permitterent de ejuſmodi nuptiis. Symmach. 10. *epiſt.* 11. Caſſiod. 2. *var.* 46. *Hoc prudentes viri ſequentes exemplum, longius publicam obſervantiam poſteris etiam tranſmiſerunt: reſervantes principi tantum bene-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ficium, conſobrinis nuptiali copulatione jungendis. Et ideo ſupplicationum tuarum tenore permoti, ſi tibi illa tantum conſobrini ſanguinis vicinitate conjungatur, nec alio gradu proximior approbaris, matrimonio tuo decernimus eſſe ſociandam, nullamque vobis exinde fieri jubemus quæſtionem. Lex ipſa intercidit. Fecerunt tamen ejus mentionem Ambroſius *lib.8. epiſt.66.* Aurel. Vict. *in Theod.cap.76.* Confirmaverant eam primo Arcadius & Honorius Theodoſii filii evecti ad imperium, *l.1.C.Th.ſi nupt. ex reſcr. pet. l.3. C. Th. de inc. nupt.* ſed non multo poſt tempore ſuſtulerunt omnino *l. celebrandis* 19. *C. h. t.* revocato jure veteri, *l.3. ff. de rit. nupt.l.Lucius* 78.§. *filiam ff. ad SCt.Trebell.l.uter* 23. *& l. ſeq. ff. de cond. inſt. l.2. C. de inſt. & ſubſt.* quod à jure divino non omnino abhorruit, *Gen.29.v.19. Lev.*18. *Num.ult.v.*11. *Ioſ.*15. *vers.*17. Beza *tr. de repud.*
2 *& divort.* Diſſ. Ambroſ. *d.epiſt.* Cont.2.*lect.*1. Unde Juſtinianus & ejus nuſpiam meminit. In uſu tamen manſit apud Saxones Carpzov. *part.*4. *conſt.*22. *def.*6. *&* 7. Heſſos, Kitzel. *in ſynops.cap.*3.*theor.*8.*in fin.* Tranſiſalanos, *Lantrecht van Overyſſel part.*2.*cap.*1.*art.*14. *Statuyt. van Deventer part.*3.*cap.*1.*art.*21.& Gelros, Goris *advers.tr.*4.§.6. Ducere enim apud eos conſobrinam non licet, niſi id ſpecialiter conceſſerint Ordines, Goris *d. loc.* Remanſit etiam in uſu apud Gallos, & Italos, & cæteros omnes, qui juri civili jus Canonicum præferunt, quod has nuptias prohibet, *cap. non debet ext. de conſang. & affin.* Nec Pontifex Maximus eas ſolet permittere, niſi forte petantur à viro illuſtri aut maximi nominis, ut teſtatur Mornac. *ad l.* 14. *&* 42. *ff. de rit. nupt.* Huic enim petenti, dum ſibi immodicam de nuptiis arrogat diſpenſandi licentiam, fratris etiam non raro aut filiam ſororis conceſſit uxorem, ut Philippo II. regi Hiſpaniarum filiam Maximiliani Imp. Germanici, qui Philippi ſororem, cujus erat illa filia, acceperat conjugem; ut fratri Ennonis, qui initio hujus ſeculi Comes erat Friſiæ, quæ inter Flevum & Lavicam eſt ad ſolem orientem, Ennonis ipſius filiam. Grot. *annal.* 3. *in fin. & lib.* 11. *hiſt. in fin.* Quod autem jam porro ad Theophilum attinet: Fabrotus in *not.* perſuaſiſſimum habet eſſe negationem à manu alterius, ſine negatione legiſſe Theophilum, τὸ ȣ̓ adjectum à quodam interprete, qui verba Theophili inflectere voluit ad Impp. Orientis novellas, quibus vetitum poſtea, nequis conſobrinam uxorem acciperet. Harmenop. *lib.*4. *tit.*6.*& lib.*6.*tit.*4.*&* 6. Deëſſe negationem etiam in editione, quæ prodiit
3 *Ann.* 1539. haud dubie libris manuſcriptis auctoribus. Videtur id verius, quam quod dicit Marcilius negationem adject.m à Theophilo de

ſuo

ſuo in *not. h. ad* §. 4. Ubi etiam vir bonus vehementer impingit, dum notat Cujacium, & ſic dicit, ut ſequitur: *Cur autem permiſſæ à Juſtiniano ejuſmodi nuptiæ. V. C. Cujacius notis ſecundis ad hunc §. rationem reddens. Quia, inquit, quarto gradu ſunt. Hoc quemadmodum dicat, ipſe viderit. Nam fratrum & ſororum liberi jure civili non quarto, ſed tertio, jure canonum ſecundo ſunt.* Viderit ipſe, quemadmodum luat tam ingentem inſcitiam. Error profecto eſt intolerabilis. Cæterum 4
conſobrini interdum etiam ab auctoribus appellantur ſobrini. Tacit. *d. annal.* 12. *At enim nova in fratrum filias conjugia, ſed aliis gentibus ſolennia, nec lege ulla prohibita. Et ſobrinarum diu ignorata tempore addito percrebuiſſe.* Interdum etiam fratres & ſorores ſimpliciter. Sidon. 5
Apollin. 4. *epiſt.* 1. *Soror mihi, quæ uxor tibi, hinc inter nos ſumma & principalis neceſſitudo, & ea quidem patruelis non germana fraternitas, quæ plerumque ſe purius, fortius, meracius amat.* Pet. Ravennas *ſerm.* 48. *Et fratrum & ſororum filios, fratres nuncupat & divina lex & humana cognatio.* Conſobrini etiam ἰδίως prognati ſororibus, fratum vero liberi patrueles vocantur. Quod ad amitam attinet, ejus liberi te proprie conſobrinum appellant, tu illos amitinos §. 4. *Inſt. eod. l.* 1. §. 6. *ff. de grad. & affin.* Non. Marcell. *cap. ult. in fin.* Iſidor. 9. *Orig. cap.* 6.

TEXTUS

§. V. *Item amitam, licet adoptivam, ducere uxorem non licet. Item nec materteram, quia parentum loco habentur. Qua ratione verum eſt, magnam quoque amitam & materteram magnam prohiberi nos uxorem ducere.*

COMMENTARIUS.

QUod dicit de amita, id etiam de matertera, debet intelligi. Etiamſi adoptiva ſit, duci non poteſt. Sed utrumque procedit, cum adhuc valet & ſubſiſtit adoptio. Adoptione ſoluta nihil impedit nuptias, *l.* 55. §. 1. *ff. de adopt.* Bachov. *h.*

Ducere. Ducere verbum eſt nonnihil ambiguum. Quo eluſit olim Laidem & fefellit Eubatas ſuſpicatus inſidias. Cum enim promiſiſſet ſe ludis eam finitis ducturum uxorem, ſecum ejus imaginem deportavit Cyrenam, inquiens eo ipſo ſe implere promiſſa & Laidem ducere. Ælian. 10. *var. hiſt.* 2.

TEXTUS

§. VI. *Affinitatis quoque veneratione à quarundam nuptiis abſtinere neceſſe eſt: ut ecce privignam aut nurum uxorem ducere non licet: quia utræque filiæ loco ſunt. Quod ita ſcilicet accipi debere, ſi fuit nurus aut privigna tua. Nam ſi adhuc nurus tua eſt, id eſt, ſi adhuc nupta eſt filio tuo, alia ratione uxorem eam ducere non poteris: quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt. Item ſi adhuc privigna tua eſt, id eſt, ſi mater ejus tibi nupta eſt: ideo eam uxorem ducere non poteris: quia duas uxores eodem tempore habere non licet.*

COMMENTARIUS.

1. *Affinitas quid.*
2. *Affinitatis an gradus.*
3. *Quoto gradu matrimonium intelligatur prohibitum ratione affinitatis.*
4. *An avunculi viduam conceſſum ſit ducere.*
5. *Quoto gradu marito ſit filia ſororis uxoris ipſius.*
6. *An uxore jam mortua marito illa poſſit collocari in matrimonium.*
7. *Refutatur latiſſime Gerardus à Waſſenaer.*
8. *Ad edictum de nuptiis art. 15. & ſeqq.*

1 Affinitas eſt neceſſitudo contracta inter conjugem & alterius conjugis cognatos, id eſt, inter maritum & uxoris cognatos, & viciſſim inter uxorem & mariti cognatos. Cognati mariti ſunt affines uxoris, & cognati uxoris ſunt affines mariti. Sed utriuſque cognati ſibi invicem cognati aut affines non fiunt, *l.4.§. ſed quoniam ff.de grad.& affin.§.8.Inſt.h.t.* Cujac.*par.ff.de grad.& adfin.*Accurſ.*in d.§ mariti.* Diſſ. Duaren. *ad tit.ff.ſol. matr. cap.de nupt.*
2 Proprie autem nulli affinitatis ſunt gradus, *d. l.4.§.5.* Unaquæque enim generatio ſolet gradum efficere, ſed affines ex ſe invicem generari non poſſunt, *§. hactenus 7. Inſt. de grad. cogn.* Gradus tamen affinitati adſcribuntur improprie, *l.10.pr.ff.de grad.& affin.* Duaren. *d. loc.* Guil. Forner.3.*ſelect.*25.Wiſſenb.2.*exercit.ad Pand.diſp.*14.*th.*23. Καταχρηστικῶς & analogice ſcilicet: & idcirco cum quæritur, quoto gradu matrimonium intelligatur prohibitum ratione affinitatis, uſurpamus
3 hanc regulam: Quoto gradu matrimonium ratione cognationis eſt interdictum aut vetitum, eodem etiam gradu cenſetur eſſe prohibitum ratione affinitatis, *c. porro q. 5. c. 35. c. admonendi Inſt.de tripl. cogn. Polit. conſt.*

conſt. Ord. Holl. art. 8. Ratione cognationis autem in linea recta prohibetur in infinitum. Siquis in ea linea contraxerit nuptias, jure gentium, ut dixi, committit inceſtum, *l. ult. ff. h. t. de rit. nupt.* Prohibetur ſimiliter etiam inter affines. Siquis ducat novercam, aut ſocrum, aut nurum, jure gentium dicitur inceſtum committere, *l. ult.* §. 1. *ff. de cond. ſin. ca.* Habetur enim nurus velut filiæ loco; noverca & ſocrus velut loco parentum. Unde Paulus Apoſtolus congreſſum cum noverca deteſtatur tam graviter, ut τοιαύτην πορνείαν appellare non dubitet, ἥτις ἐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται, 1. *Cor.* 5. *v.* 1. Cicer. *pro Cluent. Nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis auctoribus, funeſtis ominibus omnium. O mulieris ſcelus incredibile, & præter hanc unam in omni vita inauditum!* In linea obliqua prohibetur etiam ſimiliter ut inter cognatos in ſecundo & tertio gradu ſimpliciter; in quarto, quinto, & ulterioribus gradibus inter eos duntaxat qui parentum & liberorum locum inter ſe obtinent; & ut gradus affinium poſſint clarius cognoſci, ſolemus uti hac regula: Quoto quis gradu eſt conjunctus marito, eodem etiam gradu eſt conjunctus uxori, & Quoto quis gradu eſt conjunctus uxori, eodem etiam gradu eſt conjunctus marito, *d. can. admonendi*, Duaren. *d. loc.* Sic tertio 4
gradu ſum conjunctus avunculo, qui eſt meus cognatus, ergo etiam eodem ſum ejuſdem uxori, quæ eſt mea affinis, affinitate conjunctus, quam idcirco nec eo mortuo poſſum habere conjugem, tametſi & alteri poſt mortem avunculi jam extincto ſimiliter fuit nupta fortaſſis, ut ita recte reſponſum eſt ab Ampliſſ. Coren *conſil.* 6. Sic ſoror uxoris meæ eſt uxo- 5
ris cognata, uxori meæ conjuncta in gradu ſecundo; mea vero affinis, & mihi juncta ſimiliter in gradu ſecundo. Soror uxoris meæ genuit filiam, ſi quæratur, quo gradu hæc mihi conjuncta ſit, videndum omnino, quoto gradu illa filia uxori conjuncta ſit. Uxorem autem attingit in tertio gradu. Sic enim illa numerat; Pater genuit me, hic eſt primus gradus. Idem genuit ſororem meam, hic ſecundus. Soror vero filiam, hic eſt tertius. Me ergo etiam eo gradu attingit. Vir & uxor & una caro, & una eademque cenſentur eſſe perſona, *l.* 1. *ff. h. t. l.* 1. *ff. de act. rer. amot. l.* 4. *C. de crim. expil. her.* Expreſſe ſic Ordines in edicto *de nupt. art.* 19. *Ende alſoo man ende vrouwe door die gemeenſchap des huwelycx een worden. Soo iſt verboden &c.* Maritus igitur poſt exceſſum uxoris, nec 6
ſororem uxoris, nec ſororis illius filiam conjugali conſortio poteſt accipere, *l.* 5. *l. pen. & ult. C. de inc. nupt.* Chriſten. *de cauſ. matrim. diſſ.* 3. *quæſt.* 15. & 16. Quoto enim gradu ratione cognationis prohibetur con-

 jugium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

jugium, eodem etiam gradu ratione affinitatis, ut & ſtatim jam dixi. Atque ita reſpondit Theologica ſimul & Juridica Facultas hujus Academiæ ad caſum iis propoſitum à Scabinis Campenſibus *Ann.* 1667. Et erat reſponſum illud ſtatutis Tranſiſalaniæ omnino conveniens. Sic enim diſerte *part.* 2. *art.* 16. *Oock ſal die man niet mogen hylicken met die nichte van ſijn geweſene huysvrouwe*, *dat is*, *met ſijn huyſvrouwen broeders of ſuſters dochter*, *noch met eenige harer deſcendenten*. Nec juri divino erat certe contrarium, *Levit.* 18. *verſ.* 14. *&* 16. ubi nominatim eſt à Deo prohibitum, nequis aut patrui aut fratris defuncti uxorem accipiat. Si hæc duci non poſſit, ergo nec ſoror etiam uxoris præmortuæ. Par enim eſt ratio, *l.* 12. *ff. de leg.* Nec credendum eſt Deum Opt. Max. omnis rationis & ſapientiæ fontem ac ſupremam originem ſine ratione vetuiſſe quidquam, quod vellet obſervari tyranni inſtar loquentis;

Sic volo, ſic jubeo, ſtat pro ratione voluntas.

Quod ſi legum divinarum poſſit ratio reddi, ſequitur etiam à paritate rationis argumentum procedere, ſi caſus ſit dubius. Quæ autem eſt ratio, cur Deus matrimonium inter fratrem defuncti & defuncti uxorem tam expreſſe prohibeat? Hæc eſt ſine dubio. Quia uxor defuncti fratris ejus ſuperſtitis ſoror eſſe cenſetur. Sororem autem non poſſum ducere, *Levit.* 18. *v.* 9. ergo nec eam, quæ fuit in matrimonio fratris jam mortui. Vir & uxor ſunt una caro, quod Dei effatum eſt, *Gen.* 2. *v.* 23. *&* 24. Fratri conjuncta mihi etiam conjuncta eſt, & eo quidem gradu, quo ego ſum fratri. Mihi frater conjunctus eſt in gradu ſecundo, ergo & ejus uxor in gradu ſecundo; frater & ejus uxor perſona ſunt eadem. Si poſt fratris exceſſum ergo duci à me ejus uxor non poſſit, nec ſororem poſſum ducere uxoris defunctæ ex eadem ratione. Sum enim ipſi in gradu ſecundo, quia uxor ei fuit in gradu ſecundo, nimirum uxor, quam habui. Quod ſi ea ſit ratio, cur ſoror uxoris quæ jam vita conceſſit, viduo non poſſit collocari in matrimonium, quia is ipſi eſt in gradu ſecundo, neceſſario ſequitur, quod nec filiam ſororis uxoris jam mortuæ conjugem habeam adſciſcendi licentiam. In gradu enim tertio prohibetur conjugium ut inter cognatos, §. 3. *Inſt. h. t.* ſic & inter affines, *d. can. porro quæſt.* 5. *d. can. admonendi Inſt. de tripl. cogn.* Atqui in gradu tertio illa mihi conjungitur, quia uxori in eo gradu conjungitur. Vir & uxor, ut dixi, una eademque cenſentur eſſe perſona. Quo gradu conjunctus quis reperitur uxori, eodem etiam gradu eſt conjunctus marito, *d. l.* 4. §. 3. *ff. de grad. & affin.* Nuptiæ prohibentur inter eos affines, qui loco parentum

& li-

& liberorum habentur, *d.l.4.§.7.ff.eod.* Atqui filiæ ſororis uxoris, quam duxi, ſum inſtar avunculi, quia frater eſſe videor ſororis uxoris meæ. *Edict.de nupt. art.* 18. Quo gradu matrimonium ratione cognationis invenitur prohibitum, eodem eſt prohibitum ratione affinitatis. Covarr. *part.2.cap.6.§.7.n.6.* Beza *de divort.p.*34. Hotom. *diſp.de grad.& affin. cap.3 in fin.* Sim. à Leuwen *cenſ. for. lib.1.cap.13.n.22.* Unde Deus quemadmodum ſpecialiter prohibet, nequis neptem ex filio uxorem accipiat ipſius cognatam in gradu ſecundo, *Levit.19. verſ.* 10. ſic etiam nominatim eſt à Deo prohibitum, nequis filiam privigni uxorem accipiat ipſius affinem in gradu ſecundo, *d.verſ.* Puto hæc veriſſima, ſed diſſentit nihilominus his non obſtantibus rhapſodus & compilator ille Gerardus à Waſſenaer *prax. jud. cap.* 20. *n.*10. 11. *&* 12. jure divino ejuſmodi matrimonium, quia nominatim id Deus non prohibet, permitti exiſtimans. 7
Quod profecto argumentum ſi poſſit procedere, proneptis à proavo deducetur in thalamos, abneptis ab abavo, atneptis ab atavo, trineptis à tritavo, quia jure divino nominatim hæc à Deo non prohibentur conjugia. Deus etiam ſpecialiter vetuiſſe non legitur, ne fratris neptem quis uxorem accipiat, an inde jam ſequitur, ergo ejus neptem conceſſum eſt ducere? Miſerabilis conſequentia. Deus enim generaliter ab initio ſic dixerat *Levit.* 18. *v.* 6. *Niemant en ſal tot eenige naebeſtaende ſijnes vleeſches naederen om de ſchaemte te ontdecken.* Ordines etiam, licet non ſpecialiter & verbis expreſſis generaliter tamen videntur prohibuiſſe matrimonium cum filia ſororis uxoris meæ, cum ajunt in edicto, quod prodiit de nuptiis *Ann.*1584.*art.*15. *Van nue voorts an ſullen alle perſoonen in echte mogen verſamen, die den anderen noch in bloede, noch in affiniteyt, ofte ſwagerſchappe en beſtaen in eenige van de graden in dewelcke by de Goddelycke, ende wereltlycke Keyſerlycke rechten verboden is huwelycken te contracteren.* Quod autem hæc prohibitio complectatur etiam filiam ſororis uxoris meæ, ſic poſſum probare: Prohibent Ordines, ne, ſi ſororis meæ filius in fata conceſſerit, uxorem ejus viduam poſſim aſſumere, *art.* 21.*ejuſd.edict.* Mea enim affinis eſt in tertio gradu, quia filius ſororis meæ mihi in eo gradu reperitur conjunctus. Si hæc ſola ſit ratio, ergo nec filia ſororis uxoris meæ mihi nubere poterit. Quid ita jam quæſo? Quia vidua filii meæ ſororis, & filia ſororis uxoris meæ mihi omnino in eodem ſunt gradu. Ubi eſt par ratio, idem jus ſit oportet, *d.l.*12.*& ſeqq.ff. de legib.* Quod ipſum eſt argumento non plane reſtringi, quod Ordines dixerant, per illa verba ſequentia: *Welcke verboden graden om*

alle

alle ſekerheyts wille hier naer verklaert worden. Ordines tantum rem illuſtrant exemplis, ut & Ordines Hollandiæ cum loquuntur in edicto de prohibitis nuptiis, & eos enumerant, qui conjungi non poſſunt, etiamſi adjiciant vocabulum *Namentlyck*, prohibitionem tamen non videntur reſtringere, ſicut ita reſponſum à doctiſſimo Coren *conſil.6.* Adde parentem meum *p.m.* qui ſatis nervoſe id quod dico jam docuit *de crim.lib.48. ff. tit.3. cap.7.n.25.* Fuit etiam avus in eadem ſententia. Sic enim in *diſp. ad ff. de nupt. th. 42. De filia tamen ſororis uxoris meæ hoc moneo. Novi quod duo inſignes juriſconſulti Academiæ Marpurgenſis Io. Ferrarius & Io. Oldendorpius aliquando pro iſto matrimonio reſponderint, annis vero novendecim, quibus ego in eadem Academia jura docui, profeſſuſque ſum, quoties ſuper eodem conſulti fuimus, reſpondimus prohibitum eſſe.* Aſſentiuntur nobis & ſtatuta Friſiorum *lib.1.tit.1.art.4.* Sand. 2. *deciſ.1.def.8.* Nec Hollandi diſſentiunt. Edicto enim Ordinum prohibetur id matrimonium velut juri divino & honeſtati contrarium, Grot. 1. *man.* 5. §. *Vorder.* Sim. à Leuwen *cenſ. for. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 20. *& ſeqq. & in not. ad conſ. Rynl. art.* 58. *n.* 11. ubi extat Edictum. Aliquoties ſane libelli id petentium ab iis rejecti ſunt, ut *Ann.*1584.VII. *April.* cujuſdam, cui nomen erat Gerbrando Borres, & *Ann.*1609.26.*Febr.* fiſci Advocati, ut nominatim videre licet in deciſionum appendice, quam habemus ſubjunctam *Reſp. Holl. part.* 3. & apud Groenew. *in not. ad Grot. d. loc.* ubi plurium meminit. Verum cum idem ille compilator egregius glorietur ſe conſulente permiſſum id matrimonium reſcripto noſtrorum Ordinum ſupplicanti cuidam Frederico de Viſſer *Ann.*1637. ſciendum eſt Ordines diſpenſaſſe tum temporis adverſus conſilia Facultatis juridicæ, Paſtorum hujus urbis, & quorundam Advocatorum, à quibus ille ſolus diſceſſit nihilominus. Quibus autem rationibus, quam omnino infirmis, patebit evidentius ex ipſius conſilio, quod una cum eo, quod à Paſtoribus datum eſt, Facultatis enim juridicæ nanciſci non potui, adjeci ad calcem, ut poſſet quivis animadvertere rei veritatem utrimque perpenſis & ponderatis paulo preſſius rationum momentis, præſertim cum doctum ſit & omnino elegantiſſimum Paſtorum conſilium, quod ipſius ſententiam omnino evertit. Scio id matrimonium reſcripto noſtrorum Ordinum indultum & alias. Scio fuiſſe tempus, quo idem id permiſerunt etiam Hollandiæ Proceres, ut exemplum eſt apud Coren *conſil.* 21. Sed idem cum petitum eſſet ab Illuſtrium & Potentiſſimorum Ordinum Generalium conſeſſu, Senatus Brabantiæ juſſus dare conſilium reſcripſit Ordinibus, quemadmodum ſequitur: *Hoogh*

Hoogh-Mogende Heeren

Wy hebben den negenſten deſer ontfangen uwe Ho: Mo: miſſive van den 26. Julii leſtleden, mette ingeſlotene requeſte aen uwe Ho: Mo: gepreſenteert by ofte van wegen Willem Engelſe Viſſer inwoonder van Bergen op den Zoom, ten eynde wy in aller yle uwe Ho: Mo: ſouden dienen van ons advys, dan alſo wy op den 29. Maji des jaers 1632. in gelijcke ſake hebben geadviſeert, Soo ſijn wy uwe Ho: Mo: mits deſen daer van overſendende copye, ende ons daer toe refererende, Waer mede wy den Almogenden Godt bidden ſullen, Hooch Mogende Heeren, De eerſte Preſiderende ende andere Raden van Brabant,

Ter ordonnantie van deſelve onderteyckent

1. Sept. 1638. CORN. GILLIS

Reſponſum autem, cujus meminit, id ita ſe habet:

Hoogh-Mogende Heeren

Wy hebben geexamineert de requeſte aen Uwe Ho: Mo: gepreſenteert van wegen Ian Robbrechtſe van Kets, ende Machtelt Leendertſe Burechts inwoonders der Heerlicheyt int Princelant, ende bevonden, dat't verſoeck by deſelve gedaen, is ſtrijdende tegens de Goddelycke, Roomſche, ende alle politycque rechten der gantſche Chriſtenheyt: de exempelen in de requeſte verhaelt, en maecken geen recht, ſyn pure corruptele, dickwils door gunſte, en anderſints te wege gebracht. Voor ettelycke jaren is gelijck verſoeck gedaen geweeſt aende Groot Mo: Heeren Staten van Hollant, van wegen Claes Cornelisze van Brederode Burgemr. in s' Gravenhage, dan is tot verſcheyde reyſen afgeſlagen geweeſt met ſcherpe interdictie van niet verder te procederen. 't Exempel van de Heeren Staten van Utrecht is geſchiet, ſoo wy onderricht ſijn, tegens het formeel advys van de faculteyt der Theologie tot Leyden, Soo dat ons advys is onder correctie, dat Uwe Ho: Mo: der Supplianten verſoeck om de quade conſequentie, ende ergerniſſe die daer uyt ſoude ontſtaen, behooren af te ſlaen. Waer mede wy den Almogende ſullen bidden, &c.

In s' Gravenhage den 29. Mey 1632.

Uwe Ho: Mo: onderdanige dienaers,

D'eerſte Preſiderende ende andere Raden van Brabant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

De Superſcriptie

Aen de Ho: Mo: Heeren, Myn Heeren die Staten Generael der Vereenichde Nederlanden

Adjungam etiam libellum ſupplicem, cujus ſit mentio in prioribus literis, ut eluceſcat apertius, quibus fundamentis hæ petitæ ſint nuptiæ:

Aende Hooch Mo: Heeren Staten Generael der Vereenichde Nederlanden,

Geeft met behoorlycke reverentie te kennen Willem Engelſe Viſſcher inwoonder van Bergen op den Zoom, hoe hy Suppliant door aflyvicheyt van ſijn huysvrou met naemen Heylcken Pauwels Weduwenaer gebleven ſijnde, haddende een kint by den anderen geprocreeert, dat in ſijn minderjaericheyt, ſtaende huwelijck is comen te overlyden, goet gevonden heeft tot voorſtant van ſijn neeringe, ſich ten tweeden houwelyck te begeven, ende daer toe vercoſen hebbende Cornelia Goverts, dochter van ſijn overleden huysvrouwe ſuſter, is in die ſaecke ſoo verre geprocedeert, dat zy beyde malkanderen hebben belooft, ende daer op vleeſchelijcken geconverſeert, ſulcx dat ſijn huysvrouwe in twyffel is van ſwanger gaen, welck houwelyck de Suppliant mede geerne inde publycke kercke volgens het gebruyck daer van ſijnde, ſoude doen ſolemn ſeren, ende alſoo ſijn eygen ziel mitſgaders ſijns huysvrouwens geruſt ſtellen, doch alſoo den Suppliant in ervarentheyt gekomen is, dat die vanden Kercken-raedt aldaer, haer tegens het ſolemniſeren van het ſelfde houwelyck van ſints ſijn te oppoſeren, ten waere den Suppliant vande Hooge Overicheyt, als macht hebbende om daer over te diſpenſeren, uyt ſinguliere gratie waere geremitteert, dat hy een houwelyck in grade by Coſtuyme van deſe Landen niet gebruyckelijck hadde aengegaen, te meer het ſelfde noch naer beſchreven rechten niet en is verboden, gelijck dat te ſien is, ex l. fratris uxorem 5. l. licet 8. C. de inceſtis nuptiis, ubi interdicta ſaltem eſt conjunctio cum mariti fratre & uxoris ſorore, nec ultra hunc gradum extenditur prohibitio juris civilis, *ende noch oock naer de diſpoſitie vande Goddelycke niet* nominatim *en is verboden, maer alleen* per analogiam, *ende* interpretationem Doctorum, *die ſonder correctie* in nuptiis *geen plaetſe en heeft, als weſende* ex genere prohibitorum, *daer alles verſtaen moet weeſen toegelaeten te ſijn, dat niet ſpecialijck en is verboden, weshalven oock* Beza ende Sanchius *hebben geſuſtineert* hanc commixtionem etiam lege divinâ eſſe permiſſam, *dat oock verſcheyden* diſpenſatien *ſoo inden Hage als elders daer over verſocht ſijnde, ſijn toegeſtaen,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſtaen, ende namentlijck inden perſoon vanden Procureur Generael Flory, *die met ſijn huysvrouwen Suſters dochter is getrout, ende inden perſoon* van eenen Blommert, die by de Staten *van Utrecht is toegeſtaen te trouwen, ende getrout heeft, volgens haer conſent, de dochter van eenen Reynegom, die hy by de Suſter van Blommerts overleden huysvrou hadde geprocreeert, 't welck hier te meer plaets behoorden te hebben, dewyle den Suppliant geen kinders by ſijn eerſte huysvrouwe en heeft, ende dat hy oock onwetende ende ſonder arch dit houwelijck heeft aengegaen, in welcken gevalle* Johannes à Sande ſuſtineert in deciſionibus Cur. Friſiæ lib.2, tit.1. deciſ.8. *dat ſulcken houwelijck kan worden getollereert, ende de kinderen daer van gekomen voor wettich moeten worden gehouden*, quia res non amplius eſt in integro, *ende dat daer door de Contrahenten van het Concubinaet* ad verum matrimonium *worden gebracht, om welcke redenen oock de Suppliant ſich verſtout heeft, aen U Hooch Mog: requeſte te preſenteren, ende ootmoedelijck te verſoecken dat het U Ho: Mo: gelieven* ex plenitudine poteſtatis, *ende ſinguliere gratie den Suppliant toe te ſtaen deſe ſijne verſochte diſpenſatie, ende conſent te geven om het begonnen ende door vleeſchelijcke converſatie geconſumeerde houwelijck te voltrecken, om dat alſoo de ſwangere bedroefde vrouwe haer vrucht wel mochte voortbrengen, ende het kint dat gebooren ſal worden geen baſtaert maer wettich weſen. Dit doende &c.*

Rationes ut videmus hic libellus complectitur. Quod jure civili ſolum interdictum ſit matrimonium cum fratre mariti, & uxoris ſorore, nec ultra hunc gradum extendatur prohibitio. Quod jure divino, id de quo quæritur, non poſſit dici prohibitum, niſi ex interpretum communi ſententia, & per analogiam. Quod multis id petentibus conceſſerint Ordines. Quod per juris ignorantiam, qua laboraverat ſupplicans, ad contracta ſponſalia acceſſerit coitus. Sed hæc omnia, quæ dicuntur hic, non magni momenti ſunt. Ad exempla quod attinet, legibus judicandum eſt, non exemplis, ut dicitur *l.* 13. C. *de ſent. & interl. l.* 12. *ff. de offic. præſ.* An juris ignorantia laboraverit ſupplicans, facti eſt quæſtio, & ſpecies longe diſſimilis apud Sande proponitur: proclamationibus enim, ut moris eſt, præviis conſummatum erat matrimonium coram eccleſia, hic tantum ad ſponſalia acceſſerat coitus; ſola autem illa copula, quod revera eſt nullum, non efficit validum. Jus civile quod attinet; Ubi eſt par ratio idem jus ſit oportet, *l.* 12. *& ſeqq. ff. de legib.* Cur ſororem uxoris non conceſſum eſt ducere? Quia eſt affinis in gradu ſecundo. Cur affinem in eo gradu non conceſſum eſt ducere? Quia duci in eo gradu cognata

non poteſt. An ergo inter affines in eodem gradu eſt matrimonium interdictum & vetitum, quo inter cognatos. Hoc omnino dicendum eſt. Alioquin non eſſet ratio, cur ſoror uxoris à me duci non poſſit. Atqui inter cognatos prohibetur etiam matrimonium in tertio gradu, ergo & prohibetur etiam eodem inter affines. De jure divino fatetur hic, qui ſupplicat, prohiberi id matrimonium per analogiam, &, opinor, hoc ſufficit: niſi enim ſufficeret, permitti poſſet matrimonium cum abnepte, trinepte, ut & dixi jam ſupra: Nominatim enim Deus illud ipſum non vetuit, qui expreſſe tamen prohibuit, nequis contrahat matrimonium cum patrui conjuge, quæ mea tantum affinis eſt in tertio gradu. Atqui filia ſororis uxoris jam mortuæ in eodem eſt gradu. Ergo & cum ea eſt matrimonium vetitum. Nam ubi quæſo habetur hoc, quod generalis illa regula, Ubi eſt par ratio, hic locum non habeat. An eodem in gradu Deus nuptias ſimul & permiſit & vetuit? Scio in reſponſo, quod Ordinibus obtulit, Gerardus à Waſſenaer id abſurdum negavit. Sed quæ quæſo eſt ratio? Quia Deus ſuis legibus ſpecialiter vetuit quid demi aut addi. Quaſi vero quid addam cum utor tantum ſimpliciter paritate rationis. Cum dico tritavi matrimonium cum trinepte prohibitum, an addo tum aliquid? Non eſt auſus id dicere Muſarum ἀπόγονος. Sed dicit id vetitum, quia Moſes ab initio ſic generaliter dixerat: *Niemant en ſal tot eenige nabeſtaende ſijnes vleeſches naderen om de ſchaemte te ontdecken. Alwaer*, inquit, *alle de naeſte bloetvriendinnen onder begrepen ſijn.* Bene eſt; ergo non ſequitur, Moſes quoſdam ex cognatis enumeravit ſpecialiter, ergo cum iis ſolis matrimonium vetuit. Si hoc non ſequatur, cur ergo hoc ſequitur? Moſes ibi non vetuit, nequis contrahat matrimonium cum filia ſororis uxoris jam mortuæ, ergo licet contrahere? Quæ quæſo eſt ratio? Audiamus ſi placet. *Eerſtelijck, om dat hy niet en begeert, dat een neef ſijn bloet ooms ſchaemte blooten ſal int nemen van ſijn wijf, ende dat alſulcks twee ſulcke nae bloetvrienden een ſelfde vrouwe ſouden beſlapen.* Quid quæſo ineptius? An non perinde eſt, ac ſi dicerem: Præſes provinciæ deportare non poteſt, quia ſcilicet non habet deportandi licentiam. O vatum acumen! Si duo eandem non poſſint habere conjugem, qui juncti ſunt ſibi invicem tam propinquo in gradu, cur eidem ergo poſſunt nubere duæ junctæ ſibi invicem tam propinquo in gradu. Hæc tantum eſt quæſtio. Sed ſequitur ratio. *Ten tweeden*, inquit, *dat naer de natuere ende alle civile wetten* ſecundæ nuptiæ fœminarum *ſoo favorabel niet ſijn geweeſt, ende dat daeromme Mo-*

ſes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſes deſelve in dit cas lichtelijck heeft mogen beſnoeyen. Ergo quod matrimonium ſit juris naturalis, ut Imp. nos docuit *pr.Inſt.de nupt.* id dici vix poterit. Aut de primis tantum nuptiis vel virorum ſecundis id oportet intelligi. Sic enim nos docet jam Gerardus à Waſſenaer. Sed quis eum quæſo jam docuit quod fœminarum ſecundæ nuptiæ & non etiam virorum ſecundum jura civilia ſint minus favorabiles? Nec textum allegavit, nec Doctorem, aut Practicum, aut ullum interpretem, & ſiquis tamen diſceſſerit in ipſius ſententiam, an inde jam ſequitur, quod & jure divino fuerunt minus favorabiles? Cur ergo Deus id etiam ſpecialiter juſſit, ut fratria duceretur non ſemel tantum aut iterum, ſed & quater & quinquies, *Deut.25.v.5.& ſeqq. Matth.22.verſ.24. Marc.12.verſ.19. Luc.20.verſ.28. Numer. ult. verſ.11.* Si dicas id ſpeciale fuit,& ſpecialis ejus ratio. Verum eſt, fateor, ſed non tamen propterea, quia minus erant favorabiles ſecundæ nuptiæ fœminarum, ſed quia erat matrimonium regulariter vetitum, *Levit. 18. verſ. 16.* Sed audiamus præterea hoc oraculum Themidis: *Ten derden alſoo ooms vrouwen weduwen geworden ſijnde meeſtyts oude vrouwen ſijn, ende alſulcks het houwelyck met haer mans neef die jong is, ſterile conjugium fere eſſet, nec reipublicæ fructuoſum, heeft 't ſelve mede te lichter mogen verboden worden in deſen grade.* Quaſi jure divino cum annoſa muliere, eo quod ad generandum præſumatur inhabilis, ſint vetitæ nuptiæ. Vapulem, ſi, quod dixit, ſatis ipſe perceperit. Πάντα μία κόνις, meo quidem judicio. Non advertit, cum hoc ſcriberet, vir bonus ea ratione ſe evertere matrimonium, quod contendit eſſe legitimum; nam patrui uxor ſi plerunque grandæva ſit, affinis etiam ſimiliter qui filiam vult ducere ſororis uxoris ſuæ grandævus erit ut plurimum, & ideo & cum eo erunt illicitæ nuptiæ ex paritate rationis. Sed ut ſciunt etiam pueri, & patrui uxor poteſt eſſe juvencula, & ratio ab incerto eventu non probat. Quæ omnia cum Ordines conſideraſſent attentius, nequis filiam ſororis uxoris ſuæ duceret, verbis tandem expreſſis vetuerunt in edicto, quod prodiit *Ann.*1643.x.*Auguſt.* Ajunt enim, ut ſequitur: *De Gedeputeerden van de Staten's lants van Utrecht geexamineert, ende in rype deliberatie geleyt hebbende, de reſolutie by de Ed: Mo: Heeren Staten's lants van Utrecht den 4.Feb.1603. op het twintichſte articul van der ſelver beſchryvinge genomen, ende daer uyt bevonden hebbende, dat haer Ed: Mog: gehoort 't advys van de faculteyt der Theologie binnen Leyden, by der ſelver voorſchreven reſolutie conform den ſelven advyſe verklarende, dat volgens haer Ed: Mo: Pla-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

caet in cas van d'houwelijcken geëmaneert, het ongeoorlooſt is dat de man ſoude trouwen met de broeders dochter van ſijne overledene huysvrouwe, alwaert hy daer by noyt kinderen hadde gehadt, dienvolgens verſtaen hebben, het huwelyck in ſodaene graet van affiniteyt of ſwagerſchap by den voorſz. Placate verboden te ſijn, ſulcks dat het een weduwe ofte weduwenaer ongeoorloſt is te trouwen met haerluyder reſpective overleden mans ofte huysvrouwen broeders ofte ſuſters ſoon oft dochter, Soo iſt dat de welgemelte Heeren Gedeputeerden goetgevonden hebben d'interpretatie van den Placate by haer Ed: Mo: in voegen voorſchr. gedaen by deſen eenen yegelijcken te gemoet te voeren, ende te notificeren, ten eynde deſelve haer in alle diergelijcke voorvallende occurrentien, nae 't gene voorſchreven is ſtrictelijck hebben te reguleren, en op dat niemant hier van ignorantie oft onwetenheyt hebbe te pretenderen ordonneren haer Ed: Mo: dat deſe ſal worden gepubliceert ende geaffigeert in de ſtadt, ſteden, ende Lande van Utrecht, alomme ter plaetſe daermen gewoon is publicatie ende affixie te doen, Gedaen t'Utrecht den 10. *Aug.* 1643.

Ende was geparapheert

JAC. van ASCH van WYCK &c.

Quo magis miror eundem illum, quem dixi, Gerardum à Waſſenaer *prax. jud. d. cap.* 20. *n.* 10. *& ſeqq.* tam pertinaciter nihilominus juſtum id matrimonium conantem aſſerere, & cervice tam tumida glorioſe jactantem ſe conſulente pronuntiatum id juſtum à conſeſſu noſtrorum Ordinum, cum non longo poſt tempore Ordines id ipſum tam expreſſe vetuerint. Id ignorare non potuit, cum Edictum annis ſeptendecim ante praxin ejus judiciariam in lucem prodierit. *Quod ſi id ignoraverit, ſupinam illam ignorantiam excuſare quis poterit? Sed aut ignoravit, aut ſi non ignoraverit, diſſimulavit, & præfracte contempſit, quo nihil indignius. Nemo tamen nimis id mirandum exiſtimet. Plura ſunt ejus vitia, & vel centum ſunt leges, quas adduxit in eo opere, quæ tantum ad rem faciunt, quantum ſus ad Minervam. Laudent eum formularii & judices ruſtici. Ad doctos id nihil attinet. Verum ohe jam ſatis eſt. Πάμπαν δ' ἄμωμος ἔτις, ἐδ' ἀκήλος.

TEXTUS

§. VII. *Socrum quoque & novercam prohibitum eſt uxorem ducere:*

quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

quia matris loco ſunt. Quod & ipſum diſſoluta demum affinitate procedit. Alioquin ſi adhuc noverca eſt, id eſt, ſi adhuc patri tuo nupta eſt, communi jure impeditur tibi nubere: quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt. Item ſi adhuc ſocrus eſt, id eſt, ſi adhuc filia ejus tibi nupta eſt, ideo impediuntur tibi nuptiæ: quia duas uxores habere non potes.

COMMENTARIUS.

UT ſocer & ſocrus ſunt inſtar parentum, ita gener & nurus ſunt loco liberorum, *§.6.& 7. h.t.l.12.ff. ſol.matr.l.ult.pr.ff.de h.qu.ut ind.* Philo 2. *de monarch.* Γαμβροὶ γὰρ ἀνθ' υἱῶν πενθεροῖς, καὶ ἀντὶ πατέρων γαμβροῖς πενθεροὶ, *Generi filiorum loco ſoceris, & ſoceri parentum loco generis.* Soceri appellatione ſocer etiam magnus, & generi progener hic debet intelligi, ut nurus pronurus, & ſocrus appellatione ſocrus etiam magna ſeu avia conjugis, *l.4. §. & quidem 6.ff. de grad. & affin.* Ita vitrici nomine venit & matris, & aviæ, & proaviæ maritus; novercæ vero patris, & avi, & proavi conjux, privignæ neptis & proneptis uxoris, *l.14. §. ult. l. 15. l. 40. ff. h. t. de rit. nupt.*

TEXTUS

§. VIII. *Mariti tamen filius ex alia uxore & uxoris filia ex alio marito, vel contra, matrimonium recte contrahunt: licet habeant fratrem ſororemve ex matrimonio poſtea contra natos.*

COMMENTARIUS.

1. *Kalſbroeders.*
2. *Conjugum cognati ſibi invicem cognati aut affines non fiunt.*
3. *An interdictum ſit matrimonium cum ſorore novercæ.*
4. *An cum ea quæ fuit in matrimonio fratris uxoris meæ.*
5. *An cum conſobrina fratris mei uxoris.*
6. *Inter novercam & privignæ maritum, vitricum item & uxorem privigni ſunt vetitæ nuptiæ.*
7. *Iure divino an comprivignis interdictum ſit nuptiis.*

COmprivigni dicuntur mariti filius ex alia uxore, & uxoris filia ex alio marito. *Kalſbroeders*, ut eos Groningani appellant. Feltman *de juram. perhorr. cap.15.n.28.* Nec cognati ſunt ſibi invicem, nec etiam affines, & idcirco inter eos non

pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

prohibetur conjugium, *h.* §. Cognati dicuntur, qui ejuſdem ſunt ſanguinis, *§.ult.Inſt.de leg.agn.tut.l.*4.*§.*1 *ff.de grad. & affin. l.*8.*ff. de reg. jur.* Sed diverſi ſunt ſanguinis mariti filius ex alia uxore, & uxoris filia ex alio marito. Mariti quidem filius ex alia uxore eſt affinis novercæ & viciſſim uxoris filia ex alio marito affinis eſt vitrico, ſed invicem ſibi non intelliguntur affines. Non eſt enim affinitas, niſi inter maritum & uxo-
2 ris cognatos, & viciſſim inter uxorem & mariti cognatos. Cognati uxoris ſunt affines mariti & cognati mariti ſunt affines uxoris; ſed cognati uxoris non intelliguntur affines cognatorum mariti, nec cognati mariti
3 cenſentur affines cognatorum uxoris, *d. l.* 4. *§.* 3. Et idcirco nec matrimonium inter me eſt injuſtum & ſororem novercæ. Soror enim novercæ nec eſt mihi cognata, nec etiam affinis. Patri quidem affinis eſt, ut ego novercæ, quia patris cognati uxoris affines ſunt, & cognati uxoris ſunt patris affines, ſed utriuſque cognati ſibi invicem nunquam intelliguntur affines. Ita licuit Conſtantino contrahere nuptias cum Fauſta filia Maximiani Herculii ſorore Theodoræ, quam pater ejus Conſtantinus uxorem aſſumpſerat: erat enim Theodora Conſtantini noverca. Licet Græci id matrimonium parum probaverint. Theophanes: Καὶ ἐκ Ἑλένης τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικὸς ἔσχε τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον, εἶχε δὲ καὶ ἄλλους υἱοὺς ἐκ Θεοδώρας τοῦ Μαξιμιανοῦ τοῦ Ἑρκουλίου, ἀδελφῆς δὲ Μαξεντίου, καὶ Φαύστας τῆς γαμετῆς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. καὶ μηδεὶς θαυμαζέτω, εἰ περὶ τοῦ βαπτίσματος ἐλληνίζοντες δύο ἀδελφὰς ἔγημον ὁ
4 πατὴρ καὶ ὁ υἱός. Nec interdictum eſt matrimonium inter me & illam ipſam, quę fuit in matrimonio fratris uxoris meæ. Quæ enim exiſteret hic ratio prohibendi. Nec eſt mea cognata, nec eſt etiam affinis: Fuit illa quidem uxori affinis, ſed mihi non item. Cognati uxoris meæ ſunt mei affines, ſed affines uxoris ut ſint mei affines, id nuſpiam, niſi fallor, aut pictum aut ſcriptum eſt. Et idcirco conſulti ſuper eodem hoc matrimonio Advocati Hollandi reſponderunt id permiſſum & nullo jure prohibitum *Reſp. Holl.part.*3. *conſ.* 107. 108. *&* 110. Permiſſum eſt etiam & contractum ſolenniter à Nicolao van der Meer hujus urbis Scabino *Ann.* 1645.
5 Quod ſi id ſit permiſſum, multo magis erit permiſſum inter me & conſobrinam fratris mei uxoris, licet apud Græcos etiam id legamus prohibitum. Scribit enim Pachymeres *lib.*6.*hiſt.cap.*6. coactam fuiſſe ſynodum in gratiam Michaëlis, qui erat Thraciæ Deſpota, ut poſſet matrimonium contrahere cum Anna filia Imp. Michaëlis Palæologi, cujus conſobrinam natam ex ſorore ejuſdem Imperatoris frater ejus Nicephorus habebat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

bat in matrimonio. Τοῖς δὲ τοῦ Μιχαὴλ γάμοις, καὶ τῆς δευτέρας τῶν βασιλέως θυγατέρων Ἄννης προσίστατό τι τῶν τῆς Ἐκκλησίας κανόνων, οὓς δὴ Σισίνιος πάλαι θεὶς, ἀφορισμοῖς ἐκράτυνεν ἀσφαλέσιν, ἡ μὲν οὖν τοῦ Δεσπότου Νικηφόρου Ἄννα τῆς τοῦ βασιλέως θυγατρὸς Ἄννης αὐτανεψία ἦν. Νικηφόρος δὲ καὶ Μιχαὴλ αὐτάδελφοι πάντως. περιϊσταμένης γοῦν τοῦ κατ' αὐτοὺς συνοικεσίου εἰς ἕκτον βαθμὸν, τὸν ἔνθεν μὲν ἐκ τεσσάρων, ἐκεῖθεν δ' ἐκ δύο συγκείμενον, ἔδει Συνόδου περὶ τούτων σκεψομένης, καὶ τῆς παρ' αὐτῆς λύσεως. ἐπεὶ δ' ἐσκέπτοντο καὶ τὰ τῶν Βασιλέων συναλλάγματα, ὡς εἰς εἰρήνην γινόμενα, ἐδόκουν πλείω τὴν ἄνεσιν ἔχειν, ἢ δὴ τὰ τῶν ἄλλων ἀντισηκοῦσθαι, τὸ ὡς δῆθεν παρὰ κανόνας γινόμενον, τῷ πρὸς τοὺς δεομένους ἐλέει κοινῶς ἐδόκει, *Michaëlis autem cum altera filiarum Imperatoris Anna connubio nonnihil obſtabat eccleſiaſtici impedimenti ex canonibus quondam à Siſinio perlatis, & excommunicationis ad firmitatem omnem comminatione munitis. Etenim Nicephori Deſpotæ uxor Anna filiæ Imperatoris Annæ conſobrina erat: quippe nata ex ſorore Imperatoris ejuſdem: Nicephorus autem & Michaël germani omnino fratres. Intercedebant ergo inter ambos deſignatos conjuges ſex gradus affinitatis, ex una quidem parte quatuor, duo ex altera: & opus erat Synodo ad rite de iſto impedimento cognoſcendum, illudque relaxandum, ſi expedire judicaretur. Sed ubi conſultantibus viſum, propter bonum pacis, quæ inde firmanda ſperaretur, cauſam eſſe juſtam amovendi obſtaculi, quo vetabatur conjunctio, magno conſenſu itum eſt in ſententiam permittendarum nuptiarum.* Filia Imperatoris & Anna uxor Nicephori quarto in gradu ſibi erant conjunctæ, Michaël & Nicephorus in gradu ſecundo. Hi in univerſum ſex gradus efficiunt. Quæ utique computatio fuit nimis abſurda, & recepta ſine dubio nimiæ cujuſdam honeſtatis reverentia. Utriuſque cognati mariti & uxoris ſibi invicem nunquam
intelliguntur affines, *d. l.* 4. §.3. ut dixi jam ſæpius. Sed notandum nihi- 6
lominus, licet mei affines, affines uxoris meæ dici non poſſint, non permitti tamen matrimonium in linea aſcendentium inter vitricum ſcilicet & uxorem privigni, novercam ſimiliter & privignæ maritum, *l.* 15. *ff. h. t.* non quod uxor privigni affinis ſit vitrici, aut privignæ maritus ſit affinis novercæ, ſed propter rationem quæ movit Imperatorem in ſequenti §. Honeſtas & reverentia impedimento ſunt nuptiis, *l.* 42. *pr. ff. h. t. l.* 197. *ff. de reg. jur.* Sim. à Leuwen *cenſ. for. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 23. & *ad conſ. Rynl. art.* 58. *cap.* 11. Comprivignos porro quod attinet; ſunt, qui nuptiis à 7
Deo iis interdictum exiſtimant *Levit.* 18. *verſ.* 11. in quorum ſenten-

tiam diſceſſit etiam avus meus *p.m.Coll.Inſt.diſp.*2.*th.*11. Sed cum avum, dum viveret, multi eo nomine cenſoria virgula notandum exiſtimaverint, ad calcem adjiciam fragmenta notarum, quas ad Inſtitutiones olim jam editas paulo ante obitum nonnihil recenſuit, ut conſtet ex iis, quemadmodum reſpondiſſet, ſi vixiſſet diutius.

TEXTUS

§. IX. *Si uxor tua poſt divortium ex alio filiam procreaverit, hæc non eſt quidem privigna tua: ſed Julianus ab hujuſmodi nuptiis abſtineri debere ait. Nam conſtat nec ſponſam filii nurum eſſe, nec patris ſponſam novercam eſſe: rectius tamen & jure facturos eos, qui ab hujuſmodi nuptiis aſtinuerint.*

COMMENTARIUS.

1. *Decretum noſtrorum Ordinum enarratur notabile.*
2. *Sponſæ cognati an ſponſi affines.*
3. *Si uxor ante concubitum in fata conceſſerit, an ſororem ejus liceat uxorem accipere.*
4. *Cur patris concubinam non liceat ducere.*

S*I uxor tua.* Vix eſt, ut hic caſus jam poſſit exiſtere. Moribus enim tantum duæ ſunt cauſæ, ex quibus illud vinculum, quod eſt inter conjuges, omnino diſſolvitur. Diſſoluto conjugio quod ad thorum & menſam neutri novarum fit nuptiarum poteſtas. P. Martyr 2. *locor. comm.* 10. *n.* 58. *& ſeqq.* Beza *de divort. p.* 156. Wiſſenb. *part.* 1. *exerc.ad Pand. th.*8.*& ſeqq.* Sed caſus tamen aliquando hic mirabilis contigit, quo ob litium ambages, ſummam incertitudinem, & probationes ancipites declaratum eſt matrimonium nec nullum ab initio, nec reſciſſum ut illegitimum, & declarata tamen filia, quæ ex eo uſcepta, non ſolum legitima, quaſi eſſet ſuſcepta ex legitimis nuptiis, ſed maritus etiam admiſſus ad novum iterum matrimonium adhuc ea ſuperſtite cum qua erat quæſtio. Nec filiam tamen Ordines reſtituerunt natalibus, aut legitimarunt ut ſpuriam, ſed, ut dixi, eam ſimpliciter declararunt legitimam, quaſi eſſet ſuſcepta ex legitimis nuptiis, & nuptias tamen ipſas non declararunt legitimas. Declararunt nec legitimas nec illegitimas nuptias. Si declaraſſent legitimas, novarum iterum nuptiarum non feciſſent licentiam. Si illegitimas, filiam, quaſi eſſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

eſſet ſuſcepta ex legitimis nuptiis, non dixiſſent legitimam, nec matri etiam præterea condemnaſſent maritum, qui maritum ſe negabat, in litis expenſas, perinde ac ſi mater obtinuiſſet victoriam. Semel quidem & iterum apud judicem vicerat, ſed reſciſſis ſententiis ab Ordinibus victus oblato libello ſupplice impetraverat, ut Ordines ex Aſſeſſorum conſilio cauſam ipſi cognoſcerent. Aſſeſſores autem cum adverterent rem tam intricatam, tam perplexam, & arduam, & expeditu difficilem, ut uter tandem vinceret, ſeges iterum litium eſſet reſurrectura inexplicabilis, infinita, perpetua, conati ſunt partes ad tranſigendum impellere non infelici ſucceſſu; nam & ſimul tranſactum ex eorundem conſilio, & decreto noſtrorum Ordinum roborata tranſactio, ſic ut neuter aut victus aut victor evaſerit. Decreti exemplum, licet ſit paulo longius, ut adſcribam hic nihilominus, cum ſit multum notabile, puto operæ pretium. Eſt autem hujuſmodi:

De Staten van den lande van Utrecht, Allen den genen die deſen ſullen ſien ofte hooren leſen, Salut: Doen te weten, Dat wy geſien en geexamineert hebbende t'accoort gemaeckt door interceſſie ende met toedoen van de Gecommitteerden tot de reviſie van de ſake tuſſchen Adriaen Ram, impetrant van reviſie ter eenre, ende Ioffrouwe Margareta Pauw gedaechde int ſelve cas, ter andere ſijde: Luydende van woorde tot woorde als volgt: De Gecommitteerden tot de reviſie van de ſaecke tuſſchen Adriaen Ram Heer vant Huys tot Schalckwijck, Tul, ende 't Wael impetrant in cas van reviſie ter eenre, ende Ioffr. Margareta Pauw gedaechde int ſelve cas ter andere ſijde, bevonden hebbende uyt de lecture ende examinatie van den proceſſe ende ſtucken ten wederſijden, Dat by finale deciſie alle queſtien ende verſchillen niet t'eenemael ſouden konnen worden geaſſopiecert, maer ter contrarie geſchapen was, wie oock van beyde partyen ſoude komen te triumpheren, dat ſy ten wederſijden ſouden komen te vervallen in meer andere ſware moeyten ende proceſſen; Daer nevens mede conſidererende de vervreemdinge van de gemoederen, ende andere redenen, Hebben goet ende raetſaem gevonden, in plaetſe van te treden tot uyterlycke deciſie te bedencken bequame ende gevouchlijcke middelen, om by verdragh deſe queſtie, en die noch vorder daer uyt ſtonden te ryſen, te beſliſſen ende wech te nemen; Om waer toe te komen de voorſz. Gecommitteerde Partyen of haer gemachtichden voorgedragen hebben de voorſz. inconvenienten en andere redenen, met ſerieuſe aenmaninge tot accommodatie, ende tot dien eynde verſcheyden middelen en voorſlagen partyen voorgehouden hebbende;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

bende; Syn eyndelyck de voorſchreven partyen door interceſſie ende met toedoen van de voornoemde Gecommitteerden gheaccordeert ende overkomen in manieren als volght: Namentlyck; Dat den voornoemden impetrant ſal deſiſteren ende renuncieren, gelijk hy ten fine hier na volgende deſiſteert ende renuncieert mits deſen van de inſtantie van reviſie, Ende dat mitsdien het kint by den impetrant aen de gedaechde verwekt in krachte van de ſententien, ſoo in d'eerſte als in de tweede inſtantien geweſen, ſal weſen ende blyven als het echte ende uyt een wettelyck houwelyck geboren kint van den impetrant, ende genieten alle effecten uyt de ſelve legitimiteyt ofte echtſchap reſulterende; Ende alſoo den impetrant verklaert, dat hy by verſcheyde ſo geeſtelijcke als wereltlijke Rechtsgeleerden is bericht geweeſt, dat tuſſchen hem, ende de gedaechde geen trouw-beloften of band des huwelycx en was, Ende dat hy nae rechten ende met goede conſcientie als onverbonden ſich mocht begeven by Ioffr. van Iſendoorn, 't welck by hem gedaen is, Ende dat het ſelve de voorſz Ioffr. van Iſendoorn oock alſoo was onderricht, ende by haer gelooft, 't welck de gedaechde ignoreert, ende in allen gevalle by haer niet en wort toegeſtaen, Ende de gedaechde in reviſie verſtaet, dat ſy door de voorſz converſatie van den impetrant met Ioffr. van Iſendoorn jegens de toegeweſen trouwbelofte is verlaten, ende naer Goddelijcke ende menſchelijcke wetten ontſlagen van den bandt daer mede ſy aen den impetrant te voren verbonden te ſijn gedecideert is, Dat ſy mitsdien verklaert nue noch ten eeuwigen dage niet te willen procederen tot executie van de voorſchreven twee ſententien t'haren voordeel gegeven, voor ſoo veel belangt de ſolenniſatie des huwelycx tuſſchen haer ende den impetrant, maer ſich vry is houdende van den ſelven, ende dat ſy den impetrant ſal laten doen, 't gunt hy meynen ſal voor Godt ende de werelt te konnen verantwoorden, ſonder dat hem van haer daer inne eenich empeſchement ſal bejegenen, directelijck, of indirectelijck, Renuncierende tot dien eynde oock van alle verkregen interdictien, Welverſtaende dat den impetrant ſijne dochter by den gedaechde geprocreeert voor haer vaderlijcke en vaderſijdſche erfdeel, ſoo van leen, allodiael, verbonden als onverbonden, thins ende erfpachtgoederen, betalen ſal eens de ſomme van twintich duyſent Car. guldens, vyf duyſent gulden gereet, te weten binnen veerthien dagen naer approbatie van deſen, Ende de reſterende vyfthien duyſent gulden op drie termynen jaerlycx daer aen, alle jaer het derdendeel, te weten vyf duyſent gulden van dien, &c. Welcke ſomme by den gedaechde ontfangen ſal worden ten behoeve vant kint, ende de jaerlijcke inkompſten van

dien

dien geemployeert tot des ſelfs kint opvoedinge, ende vorder nae haer believen, ſonder by 't overlyden vant ſelve kint, of als 't ſelve t'haren mundigen dagen ſal gekomen ſijn, vorder te verantwoorden als 't voorſz capitael, ende dat by aſſterven vant kint vant voorſz capitael ten behoeve van den gedaechde of hare erfgenamen ſal worden gedetraheert ten regarde van alle des gedaechdes koſten van den proceſſe, ende 't gunt daer aen dependeert de ſomme van acht duyſent gulden, Ende dat voorts den impetrant ſal laſten ende betalen alle de koſten van de voorſz Heeren Gecommitteerden totte reviſie, ende van deſen accoorde ende gevolge van dien, &c. Ende ſullen de Heeren Gecommitteerden voornoemt aen de Ed: Mo: Heeren Staten deſer Provintie verſoecken approbatie van deſen accoorde; Ende om alle duyſterheyt wech te nemen aenhouden, dat by haer Ed:Mo: verklaert ſal worden, dat den impetrant 'thuwelyck met Iuffr. van Iſendoorn volgens de Placaten vant lant ſal ſolemniſeren, ende alle hare officieren belaſt te doen ceſſeren alle proceſſen den impetrant ende Iuffrou van Iſendoorn ter cauſe vant gepaſſeerde aengedaen, ende voorts ongemoeyt te laten, &c. Hier op mede geſien d'advyſen van verſcheyden Theologanten, mitsgaders eene ſchriftelycke ondergeteyckende acte vermogens onſe reſolutie van den 16. Iunii voorleden gepaſſeert, Aldus luydende: Wy onderſchreven Gecommitteerde tot de reviſie inder ſake tuſſchen Adriaen Ram, Heere vant Huys tot Schalckwijck, Tul, ende 't Wael ter eenre, ende Ioffr. Margareta Pauw ter andere ſijden, verklaren deſelve ſake volgens Goddelijcke ende wereltlijcke rechten (voor ſoo veel die in deſe landen in gebruyck ſijn) bevonden te hebben te weſen compoſibel, na forme ende inhouden van den accoorde op den 16. Ianu. deſes jaers 1638. door onſe interceſſie ende toedoen beraemt, SOO IST, dat wy het bovengeſchreven accoort hebben geapprobeert, ende approberen het ſelve by deſe: Verſtaende volgens dien dat Adriaen Ram het houwelijck met Ioffr. van Iſendoorn ſal hebben te ſolemniſeren: Interdicerende allen ende eenen ygelijken, henluyden daer over eenige moeyeniſſe te doen, ofte d'aengehevene proceſſen te vervolgen: Des ten oirconde hebben wy deſen met onſen uythangenden ſegele, paraphure, ende ſignature van onſen Secretaris doen beveſtigen: Gedaen t'Utrecht den 6. Iul. 1638.

Was geparapheert

A. PLOOS van AMSTEL

Onder ſtont:

Ter Ordonnantie van mijne voorn. Heeren die Staten,

Geteeckent ANT. van HILTEN &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Ponamus jam quod maritus hic procreaverit filiam ex ſecundo conjugio, aut prior ejus uxor, quæ uxorem ſe aſſeruerat, ex alio filiam, an ſubſiſtet matrimoniũ mariti cum illa filia, aut uxoris cum illo filio? Dicendum quod non vel propter hũc textũ, qui clariſſime loquitur, licet propriè nec illa filia ſit privigna mariti, nec dici poſſit, quod ille filius ſit affinis uxoris.

Nec ſponſam filii. Sponſus ergo per conſequens nondum affinis eſt, ſi loquatur quis propriè, parentibus ſponſæ, aut ipſius cognatis. Improprie vero, quin dicatur affinis, omnino nil impedit, *l. Servius* 8. *ff. de grad. & aff.* Plaut. *Trinum. act.* 5. *ſcen.* 2. *Ly. Sponden ergo tuam gnatam uxorem mihi? CH. Spondeo. CA. & ego ſpondeo idem hoc. Ly. oh! ſalvete affines mei.* Guil. Forner. *ad l.* 136. *ff. de V. S.*

Rectius tamen. Si igitur pater è vivis exceſſerit, cum ejus ſponſa vix licet contrahere nuptias, *h.* §. Sane non aliter, quam ſi Princeps id ipſum permittat ſpecialiter, *l.* 12. § 1. 2. *&* 3. *ff. h. t. junct. l.* 31. *ff. de legib. l.* 19. *C. de teſtam.* Et ſi die nuptiarum privignus, aut frater, aut uxor ante concubitum in fata conceſſerint, ſororem uxoris, viduamque privigni, aut fratris jam mortui conceſſum eſt ducere. Inprimis autem requiritur, ut impetrata ſit venia. Sic conceſſum à Gallis, ut dynaſta Surdiacus Annam Roſtiniam uxorem acciperet, cujus ſororem Franciſcam Roſtiniam, ut ſcribit Mornac. *ad l.* 42. *ff. h. t. de rit. nupt.* ipſo die nuptiarum nondum compreſſam & intactam amiſerat. Idem etiam ibi ſcribit conceſſum Caulerio *Ann.* 1617. ut Mariam Balduinam haberet in matrimonio, quam frater Euſtachius, cum duxiſſet uxorem, reliquerat virginem fato ante congreſſum ereptus è terris. Nec id ipſum, quod dicimus, videatur mirabile. Eſt quidem matrimonium cum acceſſit benedictio, ſed nondum eſt conſummatum, niſi ſponſus coierit. Et ſi nondum coierit, uxor autem moriatur nondum facto congreſſu, jus divinum aut gentium, quod idcirco inprimis cognatis & affinibus interdixit conjugio, ne ſanguinis eorundem fiat turpis commixtio, magiſtratus decretum aut reſcriptum non impedit, *cap. diſcretionem cap. fraternitatis, cap. pen. & ult. ext. de eo qu. cognov. conſang. ux. ſu. can. ſane, can. nullum* 33. *qu.* 2. *&* 3. Quæ enim quæſo ſanguinis ſit hoc caſu commixtio, ſi ejus ſororem, cum qua meus frater necdum ullam rem habuit, deducam in thalamos? Sed quia non quodcunque quod licet honeſtum eſt, *h.* §. *l.* 42. *ff. h. t. l. ſemper* 197. *ff. de reg. jur.* dixi hoc matrimonium vix fore legitimum, niſi acceſſerit magiſtratus auctoritas, ut ipſe cognoſcat, utrum non ante nuptias conſummatas ſolenniter furtivo congreſſu fuerit jam ſponſæ delibata virginitas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

nitas. Nam & prohibendi videtur hæc ratio, & cum vel jure gentium vel jure divino non vetentur hæ nuptiæ, juris vero civilis magiſtratus ſit arbiter *l.31.ff.de legib.* recte defertur hoc magiſtratus decreto, ut animadvertat, an non peccetur in jus divinum aut gentium. Beza *de divort.* Groenew. *ad l.pen.C.de inc. nupt.* Zanch. *de matrim. lib.7. diſp.64.n.17. & ſeq.* Mornac. *d. loc.* Videtur etiam hæc eſſe ratio, quod etiamſi non peccem, ſi ſponſam patris uxorem accipiam, *h.§.* delinquam nihilominus, & ſtupri ſim reus, ſi conjugem ejus concubinam adſcivero, *l.4. C.h.t. de nupt.* Sponſam enim quod attinet, adhuc virgo præſumitur: cum concubina jam ſanguinis fuit facta confuſio, depudicata jam dudum, ut Laberius loquitur apud A. Gellium *16. noct. Attic. 7.*

TEXTUS

§. X. *Illud certum eſt, ſerviles quoque cognationes impedimento nuptiis eſſe: ſi forte pater & filia, aut frater & ſoror manumiſſi fuerint.*

COMMENTARIUS.

1. *Contubernium quid.*
2. *Contubernales.*
3. *Cameraden.*
4. *Servis an etiam ſit juris gentium communio.*

SErvus & ejus uxor non proprie conjuges, ſed contubernales appellantur frequentius, *l.quæſitum 12.§.33.ff.de inſtr. & inſtr.leg.l.Thais 41.§.heredi ff.de fideic.lib.l.41.§.5.ff.de leg.3.* Servorum eſt contubernium, ut dixi jam ſupra, licet inter- 1
dum aliter illam vocem accipiant. Nam & concubinatus vocatur contubernium, & familiaritas, quæ alicui intercedit cum principe. Sueton. *in Veſpaſ. cap.3. in fin. Poſt uxoris exceſſum, Cænidem Antoniæ libertam, & à manu, dilectam quondam ſibi, revocavit in contubernium: habuitque etiam Imperator pene juſtæ uxoris loco.* Spartian. *in Adrian. Optimos quoſque de ſenatu in contubernium Imperatoriæ majeſtatis adſcivit.* Sidon. Apollin. *lib.9.epiſt.6. Abrupto contubernio ancillæ propudioſiſſimæ, cui ſe totum conſuetudine obſcœna junctus addixerat, patrimonio, poſteris, famæ ſubita ſui correctione conſuluit.* Et contubernales ſunt ſæpiſſime mili- 2
tes, *l.21. §.1. ff. comm. l. ult. pr. ff. de aur. & arg. leg. l.2. C.Th. de equor. coll.* quorum etiam eſt contubernium ſub uno nimirum papilione degen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

degentium. Veget. *lib. 2. de re milit. cap.* 10. *Præterea ægri contubernales & medici, à quibus curabantur, expenſæ etiam ad ejus induſtriam pertinebant.* Idem *lib. 2. cap. 12. Tanta autem ſervabatur exercendi milites cura, ut non ſolum tribuni, vel præpoſiti contubernales ſibi creditos, ſub oculis juberent quotidie meditari.* Ibid. *cap. 13. Rurſus ipſæ centuriæ in contubernia diviſæ ſunt: ut decem militibus ſub uno papilione degentibus, unus quaſi præeſſet decanus, qui caput contubernii nominatur.* Tacit. *annal. 15. At illi è contuberniis vix extracti nec aliud quam munimenta propugnabant.* Guil. Forner. *ad l. 184. ff. de V.S.* Imo omnes in genere dicuntur contubernales, qui eodem ſub tecto ſimul vivunt & tranſigunt. Nam olim & ædes appellabantur tabernæ, *l. 183. ff. de V.S.* Unde vox
3 contubernium & contubernales, *l. 184. ff. eod. & ib.* Forner. Hodie *Cameraden* hi dicuntur à camera. Mornac. *ad l. 21. §. 1. ff. commod.* Servos
4 autem quod attinet, licet jure civili habeantur pro nullis, juris gentium tamen, cujus eſt cognatio, communione non carent, *l. 14. §. 2. ff. de rit. nupt. l. 14. ff. de obl. & act.* P. Fab. 2. *Semeſt.* 12.

TEXTUS

§. XI. *Sunt & aliæ perſonæ, quæ propter diverſas rationes, nuptias contrahere prohibentur, quas in libris Digeſtorum ſeu Pandectarum ex jure veteri collectarum enumerari permiſimus.*

COMMENTARIUS.

1. *An tutor pupillam poſſit ducere, cujus geſſit tutelam.*
2. *An libertinam Senator.*
3. *An mulierem humilem vir dignitate conſpicuus.*
4. *An Patricius plebejam.*
5. *An oriundam ex provincia Præſes provinciæ.*
6. *An ſuſceptor ſuſceptam.*
7. *An raptam qui rapuit.*
8. *An ducere uxorem conceſſum ſit militi.*
9. *Refellitur Lipſius.*
10. *Quid in uſu jam Indis.*
11. *Quid olim Iſlandis.*
12. *An recte prohibeantur etiam à nuptiis clerici.*

1 ITa ne cohiberi rationum reddendarum neceſſitas poſſit, nec tutor nec ejus filius, licet exheredatus, nec nepos ejus etiam, aut heres extraneus poſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

poſſunt inire nuptias cum pupilla, cujus tutor adminiſtravis tutelam, *l. 59. l. 64. §. 1. l. 66. l. pen. ff. h. t. t. tit. C. de interd. matr. int. tut. & pup.* Cujac. 13. *obſ.* 24. Ita ne libertino, vili, & humillimo ſanguine ma- 2
culetur aliquatenus Senatoria dignitas, Senatori, vel ejus filio, nepoti, aut pronepoti libertinam uxorem non licet adſciſcere, *l. 16. l. 23. l. ſiquis 27. l. ſi ſenatori 31. l. generali 34. §. ult. l. ſemper 42. §. 1. l. ſeq. §. ſenatus l. 44. l. Senatoris 47. l. obſervandum 49. l. à Divo 58. ff. h. t.* Dio Caſſ. *lib.* 53. Ἐπειδή τε πολὺ πλεῖον τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος τοῦ εὐγενοῦς ἦν, ἐπέτρεψε καὶ ἐξελευθέρας τοῖς ἐθέλουσι, πλὴν τῶν βουλευόντων ἄγεσθαι, ἔννομον τὴν τεκνοποιΐαν αὐτῶν εἶναι κελεύσας. Lipſ. *ad Tacit. annal.* 3. Amay. 2. *obſ.* 5. Guil. Forn. *ad l. 100. ff. de V. S.* Sed jure noviſſimo & moribus hodie utrumque ſublatum eſt, *auth. ſed hodie C. de nupt. nov. 78. cap. 3. & cap. 5.* Groenew. *ad d. tit. C. de interd. matrim.* Herbaj. *rer. quot. cap. 13. §. 11.* Mornac. *ád l. 20. ff. h. t.* Viris etiam qui erant dignitate conſpicui ducere 3
jure veteri meretricem non licuit, aut mulierem ſcenicam, abjectam & humilem, *l. 1. C. de natural. lib. l. 7. C. de inc. nupt. l. 23. C. de nupt. l. fœdiſſimam 20. C. ad l. Iul. de adult.* Sed & illud ſublatum eſt *d. l. 23. nov. 89. cap. 15. nov. 117. cap. 6. nov. 78. cap. 3.* Procop. *Arcan. Hiſt.* Ἀδύνατον δὲ ὂν ἄνδρα ἐς ἀξίωμα βουλῆς ἥκοντα ἑταίρᾳ γυναικὶ ξυνοικίζεσθαι, νόμῳ ἄνωθεν τοῖς παλαιοτάτοις ἀποῤῥηθὲν, λῦσαί τε τοὺς νόμους τὸν βασιλέα ἠνάγκασε νόμῳ ἑτέρῳ. Ut & illud, ne eſſet Patribus cum plebe con- 4
nubium, Liv. 4. *hiſt. cap.* 2. *Quam enim aliam vim connubia promiſcua habere, niſi ut ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis, Patrumque? ut, qui natus ſit, ignoret, cujus ſanguinis, quorum ſacrorum ſit, dimidius Patrum ſit, dimidius plebis, ne ſecum quidem ipſe concors.* Ibid. *cap. 6. Parum utiliter in præſens reſpondit, quod nemo plebejus auſpicia haberet, ideoque decemviros connubium diremiſſe, ne incerta prole auſpicia turbarentur.* & mox: *Victi tandem Patres, ut de connubio ferretur, conſenſere.* Dionyſ. Halicarn. 10. *hiſt. in fin.* Requiruntur jam tantum inſtrumenta dotalia, ſiquis ducat mulierem abjectam & humilem dignitate præcellens *d. l. 23. §. 1. d. nov. 117. cap. 4. & 6.* Licet diu id apud Saxones in uſu remanſerit, ne aut eſſet inter plebejum & nobilem, aut libertinum & ingenuam, aut vice verſa connubium. Abbas Urſpergenſis in Chron. *p.* 184. Porro etiam non licuit mulierem oriundam ex provincia Præſidi, vel habentem ibi domicilium uxorem accipere *l. 38. pr. l. 63. ff. h. t. l. 3. §. 1. ff. de don. int. vir. & ux.* Suſceptori etiam ſimiliter, quam ex fonte ſacri baptiſmatis ſublatam levaverat, non licuit ducere, *l. 26. §. 1. C.*

 h. t.

h. t. Quod olim à Græcis etiam obſervatum accuratiſſime. Viſa enim
iis hæc ſpiritualis cognatio, cujus intuitu ſuſceptori etiam non licuit
matrem ejus ducere, quam ex fonte ſuſceperat. Zonar. *annal. tom.3. de
Nicephor. Phoca: Theophano Imperatori nubit. Sed rumore deinde vul-
gato eum etiam Theophanonis liberos è ſacro baptiſmate ſuſcep ſſe, ab eodem
omni conſecrato ſolo eſt prohibitus, poſtulante, ut aut divortium faceret,
aut procul a ſacris faceſſeret.* Glycas etiam loquens de eodem Nicephoro
vocat illam conſuetudinem μίξιν ἀθέμιτον *part.4. annal.* Nec de Græcis
id mirum, quorum nimia fuit in prohibendis conjugiis & ſevera religio.
Ne filiam quidem ejus, quæ erat tantum conſobrina novercæ, iis ducere
licuit. Anna Comnen. *lib. hiſt. 8. in fin.* Ἀνήβων δὲ ἀμφοῖν τῶν παί-
δων ὄντων γαμήλια μόνα σύμφωνα ἀναμεταξὺ προέβησαν, εἶτα τὸν
υἱὸν αὐτοῦ Γρηγόριον ὁ Γαύρας εἰς χεῖρας τοῦ σεβαστοκράτορος παραθέ-
μενος, ἵνα ὁπηνίκα νομίμου ἅψονται γάμου ἡλικίας οἱ παῖδες, καὶ ἡ
μνηστεία τελεσθῇ, αὐτὸς συνταξάμενος τῷ βασιλεῖ εἰς τὴν ἰδίαν ἐπα-
νήει χώραν. τῆς δε ὁμευνέτιδος αὐτοῦ μετ' οὐ πολὺ τὸ κοινὸν ἀποδεδω-
κυίας χρέος, ἄλλην αὐτὸς ἐξ Ἀλανῶν ἠγάγετο εὐγενεστάτην. ἔτυχε δὲ
τὴν τε τοῦ Σεβαστοκράτορος ὁμευνέτιν, καὶ ἣν ὁ Γαύρας ἔλαβε δυοῖν
ἀδελφοῖν θυγατέρας εἶναι. τούτου δήλου γεγονότος, ἐπεὶ ἀπό τε τῶν νό-
μων ἀπό τε τῶν κανόνων ἡ τῶν παίδων ἐκωλύετο συνάφεια, διεσπάσθη τὸ
τοιοῦτον συνάλλαγμα *Verum cum uterque puerorum impubes adhuc eßet,
ad ſola interim dotalia pacta & inſtrumenta proceſſere. Tum Gauras ille fi-
lium ſuum Gregorium apud Sebaſtocratorem relinquens hoc animo, ut cum
pueri primum ætatem eam attigiſſent, quæ legitimis nuptiis definita & præ-
ſtituta eſt, ſponſalia nuptiæque confierent, cum Imperatore collocutus in
patriam ſuam revertitur. Cum autem non multo poſt ipſius uxor naturæ
vitam & lucis hanc uſuram reddidiſſet, extemplo in matrimonium duxit
aliam ex Alanis nobiliſſimam, quæ forte Sebaſtocratoris conjugi ſoror pa-
truelis erat. Ea re patefacta, quod puerorum inter ſe iſta prohibita eßet
copulatio, & legibus & canonibus irrita facta illa pactio, taliſque contractus*
7 *dißolutus.* Olim etiam raptori inire matrimonium cum rapta non licuit,
l.un. §.1. vers. ſit facultas C. de rapt. virg. Sed & illud jam ceſſat, Beuſt.
part.1. de ſponſal. cap.30. Carpzov. 4. *conſt.30. def.7.* Groenew. *ad d. l. un.*
8 Nec amplius militi interdictum eſt nuptiis, ut olim apud Romanos. Dio
Caſſ. *lib.60. hiſt.* Τοῖς στρατευομένοις, ἐπειδὴ γυναῖκας οὐκ ἐδύναντο ἔκ
γε τῶν νόμων ἔχειν, τὰ τῶν γεγαμηκότων δικαιώματα ἔδωκεν. Cæ-
ſar 3. *de bell. civ. in fin. Hæ conſtabant ex Gabinianis militibus: qui jam*

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

in conſuetudinem Alexandrinæ vitæ atque licentiæ venerant, & nomen diſciplinamque populi Romani dedidicerant, uxoreſque duxerant, ex quibus plerique liberos habebant. Tac. 14. *annal. Veterani Tarentum & Antium adſcripti, non tamen infrequentiæ locorum ſubvenere, dilapſis pluribus in provincias, in quibus ſtipendia expleverant. Neque conjugiis ſuſcipiendis, neque alendis liberis ſueti, orbas ſine poſteris domos relinquebant.* Primus iis permiſit contrahere nuptias Imp. Severus. Herodian. 3. *hiſt.*
Τοῖς στρατιώταις πολλὰ συνεχώρησε, ἃ μὴ πρότερον εἶχον. καὶ δακτυ-
λίοις χρυσοῖς χρῆσθαι ἐπέτρεψε, γυναιξί τε συνοικεῖν. Lipſius tamen in 9
not. ad Tacit. d. annal. ut Tertullianum cum eo loco conciliet, non uxores Severum, ſed concubinas exiſtimat permiſiſſe militibus, ut id quod dicitur γυναιξί τε συνοικεῖν ſimpliciter tantum cohabitare ſignificet. Ita Tertullianus: *Scilicet ſolis maritorum domibus bene eſt: Perierunt cœlibum familiæ, ſpadonum, militum, aut peregrinantium ſine uxoribus? Non enim & nos milites ſumus?* Sed quis quæſo non videt Lipſium fruſtra de eo loco ſollicitum? Vixit Tertullianus ætate Severi, id negari non poteſt. Agnoſcit idem etiam cœlibatum in milite, ut conſtat ex illo loco. Sed an inde jam ſequitur, ergo primus Severus non conceſſit militibus nuptiarum licentiam? Quæ hæc eſt conſequentia? Tertullianus adhuc cœlibum meminit, cum imperaret Severus, ergo debet Herodianus de focariis accipi, non de uxoribus. Nemo exiſtimet milites ſimul omnes contraxiſſe conjugium, ſimulac prodiiſſet id edictum Severi. Nemo de focariis locum illum accipiat. Dicendum eſſet alioquin nihil novi Severum conceſſiſſe militibus, cum & ante Severum concubinas habuerint à Iunone remoti, non item à Venere, *l. 2. C. de don. int. vir. & ux.* Adde quod Tertullianus ibi de præterito tempore, non de præſenti ſic ex-
preſſe loquatur: *Perierunt &c.* Et hæc quidem hactenus jus Roma- 10
num quod attinet. Notabile porro, quod hodie apud Indos, qui dicuntur Malabares ea dicatur eſſe diſtinctio artificum, ut nullum ſit inter eos, qui diſſimilem artem profitentur, connubium. Oſor. *lib. 2. hiſt.* Quod apud Seres aut Sinas, quibus idem cognomen eſt, conjungi non poſſint.
Niehof. *itiner. cap. 4. in fin.* Quod olim apud Iſlandos mulctati exilio, qui 11
contrahentes matrimonium ſex aſſes Iſlandicos non habebant in bonis, ne Rempublicam premerent & ſua ſimul & liberorum inopia. Arn-
grim. Ionas *lib. 1. rer. Iſland. cap. 8.* Quod clerici apud Pontificios non 12
admittantur ad nuptias, licet domi nihilominus habere poſſint focariam, execrabili inſtituto & plane turpiſſimo. Quid enim indignius, quam id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

prohibere, quod Deus inſtituit, & quod, ut dicit Apoſtolus *ad Hebr.* 13. *verſ.*4 inter omnes eſt honorabile, id autem permittere, quod Deus prohibuit. Non ignoravit hanc turpitudinem Papa Pius II. cum diceret clericis magna quidem ex cauſa ademtam matrimonii contrahendi licentiam, ſed majori eam ratione oportere reſtitui. *Paralipom. Abbat. Urſp. p.* 315. Non ignorarunt & cæteri, qui perſuadere conati, ut concubinas dimitterent, laborarunt infeliciter, & ſine ſucceſſu. Edictum enim Pontificis cum in ſua diœceſi recitari juſſiſſet Bernardus Rasfeldius Monaſterienſis epiſcopus, à concubinis impulſi exarſerunt Canonici ira tam incredibili, ut ultro epiſcopatu epiſcopus ceſſerit. Thuan. *lib. hiſtor.* 38. Non poſſum hic omittere, quædam ex epiſtola cujuſdam Hulderichi Auguſtenſis epiſcopi, quæ extat in *Paralipom. Abbat. Urſperg. ad An.*1463. *Propter fornicationem,* ait, *dixit Apoſtolus, Unuſquiſque ſuam uxorem habeat: quod ſpecialiter, ad laicos pertinere iidem mentiuntur hypocritæ, qui licet in quovis ſanctiſſimo ordine conſtituti, alienis revera uxoribus non dubitant abuti. Et quod flendo cernimus, omnes in ſupradictis ſæviunt ſceleribus. Hi nimirum non recte ſcripturam intellexerunt, cujus mamillam quia diutius preſſere, ſanguinem pro lacte biberunt. Nam illud Apoſtolicum: Unuſquiſque ſuam habeat uxorem, nullum excipit veræ niſi profeſſorem continentiæ, vel eum qui de continuanda in domino virginitate præfixit &c. Sunt vero aliqui, qui ſanctum Gregorium ſuæ ſectæ ſumant adjutorium, quorum quidem temeritatem rideo, ignorantiam doleo. ignorant enim, quod periculoſum hujus hæreſis decretum à S. Gregorio factum, condigno pœnitentiæ fructu, poſtmodum ab eodem ſit purgatum. Quippe cum die quadam in vivarium ſuum propter piſces miſiſſet, & allata inde pluſquam ſex millia infantum capita videret, intima mox ductus pœnitentia, ingemuit, & factum à ſe de abſtinentia decretum, tantæ cædis cauſam confeſſus, condigno illud, ut dixi, pœnitentiæ fructu purgavit: ſuoque decreto prorſus damnato apoſtolicum laudavit conſilium, Melius eſt nubere, quam mortis occaſionem præbere.* Grotius eleganter *lib.* 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 2. *n.* 21. *Sine fœmina ætatem agere, etſi humanæ naturæ non omnino repugnat, repugnat tamen naturæ plerorumque hominum. cœlibatus enim non niſi excellentibus animis convenit.* Add. Balduin. *de ll. Conſtant. lib.*1. *in fin.*

TEXTUS

§. XII. *Si adverſus ea, quæ diximus, aliqui coierint: nec vir, nec*

uxor,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. Itaque ii, qui ex eo coitu naſcuntur, in poteſtate patris non ſunt: ſed tales ſunt (quantum ad patriam poteſtatem pertinet) quales ſunt ii, quos mater vulgo concepit. nam nec hi patrem habere intelliguntur, cum & iis pater incertus ſit. unde ſolent Spurii appellari παρὰ τὴν σπορὰν, *&* ἀπάτορες *quaſi ſine patre filii. Sequitur ergo, ut diſſoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis exactioni locus ſit. Qui autem prohibitas nuptias contrahunt, & alias pœnas patiuntur, quæ ſacris conſtitutionibus continentur.*

COMMENTARIUS.

1. *Pœna inceſtus.*
2. *Si nullum ſit matrimonium dos & donatio an redigantur in fiſcum.*
3. *Cur liberi ſint ſpurii, ſi nullum ſit matrimonium.*
4. *Explicatur l. 30. ff. de reg. jur.*

QUi adverſus ea, quæ dicta ſunt, cognatam aut affinem uxorem accipiunt, committunt inceſtum. Varie autem puni- 1
tur hic apud varias gentes, &, regulariter quidem gravius, admiſſus contra jus gentium, levius, ſi admiſſus ſit contra jura civilia, *l.6.& auth. inceſtas* C. *de inc. nupt. nov.* 12. *cap.* 1. *l.* 38. §. 1. 2. & 3. *ff. ad l. Iul. de adult.* Gerh. Feltmanni *de juram. perh. cap.* 31. *n.* 29. *& ſeqq.* Sand. 4. *decis.* 4. *def.* 5. Sim. à Leuwen *ad conſ. Rynl. art.* 58. *cap.* 4. *n.* 2. *& cap.* 11. *n.* 2. Apud nos cum ruſticus Bunſchotam inhabitans, WynicxIacobsz erat nomen ipſi impoſitum, fratris ſui viduam clam inſigni verſutia duxiſſet uxorem *Ann.* 1621. 20. *Decemb.* Curia nullum & inceſtuoſum declaravit id matrimonium *Ann.* 1623. uxore mulctata quadringentis florenis, marito quingentis. A Senatu Hollandiæ 19. *Novemb. Ann.* 1612. mater & filius ob deteſtabilem congreſſum virgis cæſi, & bonis publicatis in exilium miſſi. A Scabinis Leidenſibus quidam, cui nomen Klaas Zegerſz van Stellingwerf, qui clam uxorem adſciverat ſororem uterinam uxoris præmortuæ, notatus infamia, & florenos mille quingentos juſſus fiſco inferre, & præterea adhuc juſſus exulare decennium. Sim. à Leuwen *ad d. art. cap.* 18. *n.* 4. Quod ſiquis parentum non requiſito conſenſu contraxerit nuptias, nuptiæ non tantum ſunt nullius momenti, *h.* §. *junct. pr. Inſt. h. t. & l. non dubium* 5. C. *de legib. Ordonn. opt ſtuck van den echten ſtaet art.* 9. verum etiam con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

trahens amittit doarium, & quicquid ad ipſum potuiſſet devolvi vi pa-
ctorum dotalium, aut occaſione conjugii, ut Carolus V. in edicto con-
ſtituit Ann. 1540. quod Illuſtres hujus Provinciæ Proceres in edicto
de nuptiis expreſſe confirmant art. 10. Sed vix eſt, ut jam poſſit aliquis
contrahere nuptias, ſi parentes diſſentiant, d. edict. art. 5. & art. 11. niſi
caſu, quem ſupra jam ad h. t. retuli. Et idcirco ſiquis id Imp. edictum ad
eos qui rapiunt producendum exiſtimet, non, ni fallor, erraverit. Gene-
raliter autem contra leges contractæ nuptiæ nullius momenti ſunt, l. non
2 dubium 5. C. de leg. Et quia nullæ ſunt nuptiæ, dos etiam ſimiliter &
donatio propter nuptias nullius momenti ſunt, h. §. Principali enim ſu-
blato & acceſſio tollitur, l. 178. ff. de reg. jur. Dos & donatio redigun-
tur in fiſcum, l. 32. §. ult. ff. de don. int. vir. & ux. l. 38. §. 1. l. 52. l. 61. ff. h. t.
de rit. nupt. niſi mulier forte nupſerit ei, cui non poterat, per ignorantiam
juris, l. 4. C. de inc. nupt. l. ult. §. 1. ff. de cond. ſin. ca. l. 1. C. de cond. ob cau.
dat. l. pen. & ult. C. de interd. matr. int. tut. & pup. l. 7. C. de don. int.
vir. & ux. l. 63. ff. h. t. l. 2. §. 2. ff. de h. qu. ut ind. auſ. Quæ in ea eſt
tolerabilis, l. 9. pr. ff. de jur. & fact. ign. l. 9. C. ad Sct. Vellej. d. l. 38. §. 2. ff.
ad l. Iul. de adult. Cujac. 1. obſ. 11. Sequitur etiam, quia nullæ ſunt nu-
ptiæ, ut ſpurii ſint omnes, qui ex iis naſcuntur, h. §. Sed quæ ſit ratio
3 quæritur. Qui deliquit, puniendus eſt, l. 22. C. de pœn. l. 26. ff. eod.
Spurius non deliquit. Ut opinor, dicendum eſt. Spurius eſt ſpurius,
non quia punitur, ſed quia non eſt natus ex legitimis nuptiis. Quod qui-
vis regi Galliarum non poſſit ſuccedere, non punitur propterea, ſed quia
non eſt ejus filius, non poteſt ſuccedere. Quod ſit ruſticus, ruſticus, non
punitur propterea, ſed eſt ruſticus, ruſticus, quia natus eſt ruſtico. Sar-
mient. ſelect. interpr. lib. 1. c. 5. Cum autem tot, ut dixi, ſint nuptiarum
præcepta, cur dicitur ſolus ad contrahendum matrimonium conſenſus
ſufficere, l. 15. ff. de cond. & dem. l. 30. ff. de reg. jur? Uno verbo dicen-
4 dum: Cæteris paribus, quæ nimirum deſiderantur ad legitimas nuptias,
ſolus dicitur ad contrahendum matrimonium conſenſus ſufficere. So-
lus ſufficit conſenſus eorum qui coëunt, dd. ll. non ut excludantur quæ
requiruntur h. t. ſed tantum ut excludatur quæcunque ſolennitas. Ut
excludatur concubitus, dos, & donatio, & nuptiale convivium, quæ
omnino non deſiderantur, ut juſtæ ſint nuptiæ, l. 22. C. h. t. l. donationes
31. pr. ff. de donat. l. pen. pr. ff. de don. int. vir. & ux. nov. 22. cap. 3.
nov. 117. cap. 3. Ne deductio quidem in domum mariti ad hoc ipſum re-
quiritur, d. l. 22. niſi uxorem quis abſens accipiat, l. 5. ff. h. t. de rit. nupt.
Duaren.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Duaren. *de nupt.cap.* 2. Alber. Gentil. 2. *de nupt. cap.* 5. Donell. 13. *comm.* 20. Cujac. 21. *obſ.* 7. Palæot. *de noth. & ſpur. cap.* 5.

TEXTUS

§. XIII. *Aliquando autem evenit, ut liberi, qui ſtatim ut nati ſunt, in poteſtate parentum non ſunt, poſtea redigantur in poteſtatem patris, qualis, eſt is, qui dum naturalis fuerat, poſtea curiæ datus poteſtati patris ſubjicitur. nec non is, qui à muliere libera procreatus, cujus matrimonium minime legibus interdictum erat, ſed ad quam pater conſuetudinem habuerat. Poſtea ex noſtra conſtitutione dotalibus inſtrumentis compoſitis, in poteſtate patris efficitur. Quod & aliis liberis qui ex eodem matrimonio poſtea fuerint procreati, ſimiliter noſtra conſtitutio præbuit.*

COMMENTARIUS.

1. *Quid legitimatio.*
2. *Quotuplex legitimatio.*
3. *Qui decuriones.*
4. *Decurionum incommoda.*
5. *Decurionum privilegia.*
6. *Ut liberi legitimentur, an ſufficiat, ſi cum concubina contractum ſit matrimonium in articulo mortis.*
7. *Si cum concubina contrahatur matrimonium an requirantur neceſſario inſtrumenta dotalia.*
8. *Legitimatus non nanciſcitur jus primogenituræ natus ante primogenitum ex legitimis nuptiis.*
9. *Caſus quo idem eſt legitimus & illegitimus ſed diverſo reſpectu.*
10. *Non legitimat Princeps, ſi ſuperſint adhuc liberi ex legitimis nuptiis.*
11. *Liberi legitimati an ſuccedant in feudis.*
12. *An agnatis paternis.*
13. *Ut ſuccedant in feudis an ſufficiat reſcriptum impetratum à Principe.*
14. *Matri ſemper à liberis & indiſtincte ſucceditur, etiamſi ſint ſpurii.*
15. *Moribus noſtris legitimatio quotuplex.*
16. *An filius naturalis ſit eo ipſo legitimus, ſi pater eum dixit in teſtamento legitimum, aut dotalibus tabulis.*
17. *Moribus noſtris legitimantur & ſpurii.*
18. *Iure civili hi legitimari non poſſunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

19. *Ut nec hodie legitimantur ex inceſtu prognati, item ex adulterio, aut ſacerdotis congreſſu.*

20. *Sine patre ſunt ſpurii.*

MOdi, quibus acquiritur patria poteſtas, tantum tres ſunt, ut
1 dixi: Secundus hic traditur, legitimatio *h.* §. Legitimatio
eſt actus, quo liberi naturales ex concubina fiunt legitimi.
Dico naturales, ut excluderem ſpurios. Unum in jure tan-
tum extat exemplum, quo ſpurios Impp. effecerunt legitimos in *l. nimi-
rum* 57. *ff. h. t.* ubi additur ratio. Legitimatio vero fit omnino triplici-
2 ter; ſi fiat naturalis ex concubina decurio, ſi cum concubina contrahatur
conjugium, & ſiquis impetraverit reſcriptum à Principe, *h.* §. *nov.* 89. *cap.*
9. *& cap.* 11. Primus modus eſt oblatio curiæ. Oblatus curiæ fiebat de-
curio. Decuriones erant in municipiis Senatores creati ad imaginem
3 Senatorum, qui erant Romæ, *l.* 239. §. 5. *ff. de V.S. l. omnes* 33. C. *de
decur.* ut id ipſum jam docuit Guilielm. Fornerius 1. *ſelect.* 12. Cum au-
tem pauciſſimi conſilio publico ſe paterentur adſcribi propter incommo-
da, & ingens illud onus, quod ſuſtinebant adſcripti, præmiis erant homi-
nes invitandi à Principe, ut aſpirarent ad curiam, & dignitatem ſuſcipe-
4 rent, *l.* 5. *ff. de vac. & excuſ. mun.* Mornac. *ad l. pen.* C. *de decur.* De-
curiones non poterant nomen dare militiæ, *l.* 17. *l.* 55. C. *de decur.* nec ruri
habitare civitate relicta *l. un. C. ſi cur. rel. civ.* nec vectigal conducere
vel prædia publica, *l.* 6. §. 2. *ff. de decur. l.* 2. §. 1. *ff. de adm. rer. ad civ. pert.*
Procurationem etiam exercere non poterant, *l.* 30. *C. de loc.* nec clerici fie-
ri, *nov.* 123. *cap.* 14. *l.* 194. *C. Th. de decur.* Sane non aliter, quam ſi omnia
bona ſua vellent amittere, *d. l.* aut jure noviſſimo ſaltem partem legiti-
mam, *d. nov.* 123. *cap.* 4. *&* 14. nonam nimirum, ut interpretatur Forner.
3. *ſelect.* 7. Ambroſ. 5. *epiſt.* 31. *Si privilegium quærat ſacerdos, & onus cu-
riale declinet, patria atque avita, & omnium facultatum poſſeſſione ceden-
dum eſt. Quomodo hanc gentiles, ſi haberent, gravarent querelam: quod
ſacerdos ferias miniſterii ſui emat totius patrimonii ſui damno & privatus
univerſæ commoditatis diſpendio.* Add. Briſſon. 4. *antiq.* 13. Curiæ quar-
tam & morientes ſine liberis debebant eidem dodrantem relinquere, *l.* 1.
2. *&* 3. *C. Qu. & quib. quart. par. nov.* 38. *cap.* 1. Groenew. *h.* Guil. For-
ner. *ad l.* 164. §. *ult. ff. de V.S.* Prædia vel immobilia ſine decreto alienare
non poterant, *t. tit. C. de præd. decur. nov.* 38. *in præf.* §. 2. Euntes in
provinciam Prætores aut Præſides recipiebant hoſpitio, *l.* 6. C. *de profeſſ.
& med.* Solvebant vel ſingula vel bina millia denariorum pro ingreſſu
in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

in curiam. Plin. 10. *epiſt.* 113. *& ſeq.* Suo ſumptu & civium pro rata bonorum muros & mœnia, ſi minarentur ruinam, tenebantur reficere, *l.* 12. C. *de oper. publ.* Nonnulli etiam fiebant decuriones inviti. Plin. *d. epiſt.* 114. *Id ergo quod ſemper tutiſſimum eſt, ſequendam cujuſque civitatis legem puto, ſcilicet adverſus eos, qui inviti fiunt decuriones &c.* Onus enim illud putabatur tam ingens, ut mancipari & tradi decurionum collegio, quod τῇ βουλῇ τῆς πόλεως παραδιδόναι Juſtinianus appellat *nov.* 133. fuerit frequens & Chriſtianorum, cum Romani eſſent pagani, & clericorum ſupplicium, cum eſſent jam innutriti diſciplinis cœleſtibus, *d. nov. cap.* 29. Sozomen. *lib.* 1. *hiſt.* 8. Ἀφεσίν τε ἔχειν πάντας ἐνομοθέτησεν, ὅσοι διὰ τὴν εἰς χριστὸν ὁμολογίαν κατεδικάσθησαν μετοικεῖν, ἢ μετάλλοις ἐμπονεῖν, ἢ δημοσίοις ἔργοις, ἢ γυναικείοις, ἢ λινυφίοις ὑπηρετεῖν, ἢ βουλευτηρίοις ἀριθμεῖσθαι, μὴ βουλευταὶ ὄντες πρότερον. Rad. Forner. *lib.* 1. *rer. quot. cap.* 28. Et id ipſum, ni fallor, fuit ſatis moleſtum
ſceleratum & nequam collegam admittere. Levari ergo hęc incommoda 5
placuit quibuſdam beneficiis, ne liceret decurionem in metallum damnare, vel in opus metalli, vel vivum exurere, *l.* 9. §. 11. *l.* 15. *ff. de pœn.* ne liceret eundem tormentis ſubjicere, *l.* 11. *C. de quæſt.* & ut filius naturalis, ſi receptus eſſet in ordinem, legitimus fieret, filia vero ſi nupſiſſet curiali, *h.* §. *nov.* 89. *cap.* 2. *&* 3. Briſſon. *d. loc.* Guil. Forner. 3. *ſelect.* 11. Secundus modus, quo liberi legitimantur, eſt ſubſequens matrimonium,
ut habetur hic etiam. Quod etiamſi intercedentibus legitimis nuptiis, 6
vel etiamſi contractum ſit in mortis articulo, valet nihilominus, ut liberi per id efficiantur legitimi, modo decumbens intellectu non careat, & ſatis ſit temporis, quo adhuc conficiantur inſtrumenta dotalia, ſi vir illuſtris uxorem vult concubinam adſciſcere, *nov.* 78. *cap.* 3. *nov.* 117. *cap.* 4. Molin. *ad conſ. Pariſ. tit.* 1. §. 8. *concl.* 1. *n.* 34. Chriſten. *de cauſ. matrim. diſſ.* 3. *qu.* 22. *&* 24. Sim. à Leuwen *Rooms-Holl. Recht lib.* 1. *cap.* 7. *in fin.* Si non ſit illuſtris, ſolo etiam conſenſu valebit conjugium, *d. nov.* 117. *cap.*
6. *d. l.* 15. *ff. de cond. & dem. d. l.* 30. *ff. de reg. jur.* Nec ſemper requiruntur 7
hic inſtrumenta dotalia, quia dicit, *dotalibus inſtrumentis compoſitis*, cum ablativi qui abſolute ſunt poſiti, non aliter poſſint neceſſitatem injungere, quam ſi aliunde demonſtretur neceſſitas lege citata. Jam autem expreſſe dicitur in *d. nov.* 117. *cap* 6. interdum requiri inſtrumenta dotalia, interdum non item. Id requiritur fateor, ut ducturus uxorem, ſi non ſit illuſtris, ſed vir tamen honeſtior, conſenſum exponat defenſori eccleſiæ, qui adhibitis teſtibus tenetur hoc ipſum in ſcripturam redigere *nov.* 74.

*cap.*4.§.1. Quod ſi decumbens ad defenſorem eccleſiæ non poſſit accedere, ſi juraverit ſufficit velle ſe hanc aut illam uxorem accipere, *d. nov. c.*5. A cęteris autem, egenis, agricolis, abjectis, aut militantibus ne hoc quidem requiritur, *d.nov.c.*4.§.3. Nec quiſquam exiſtimet ſpeciale quid conſtitutum, quoties concubinam quis uxorem aſſumit. Dicta novella generaliter
8 loquitur. Diſſ. Vin. & Bach. *h.* Sed natus ante primogenitum ex legitimis nuptiis ſi per ſubſequens matrimonium efficiatur legitimus, an & primogenituram & ejus jura nanciſcitur in fraudem legitimi aut legitime nati? Id dici non poterit. Retro quidem ſolet legitimatio trahi, ſed alterius in præjudicium id admitti non debet, quia jus acquiſitum auferendum eſt nemini, §. 2. *Inſt. de h.qu.ſu. vel al. jur.* Tiraquell. *de primogen. cap.* 34. Forſter. *lib.6.de ſucceſſ.ab int.* Molin. *ad conſ. Pariſ.tit.*1. *de Fiefs* §.13. *gl.*
9 1. *n.* 35. Chriſten. *de cauſ. matr. diſſ.* 3. *qu.* 23. Quod autem notabile poteſt caſus exiſtere, quo idem & legitimus & illegitimus ſit, ſed diverſo reſpectu. Ponamus quod filius natus ex concubina contraxerit nuptias, & ex iiſdem illis nuptiis nepotem ſuſceperit, patris reſpectu nepos erit legitimus, quia eſt natus ex legitimis nuptiis; avi reſpectu idem eſt illegitimus, quia eſt natus ex illegitimo filio *arg. l.* 178. *ff. de reg. jur. &* §. 9. *Inſt. Qu. med. j. patr. pot. toll.* Ut dicatur quis avus, ſit & pater neceſſe eſt, ſed pater non eſt niſi juſtis ex nuptiis, *l.*5. *ff. de in jus voc.* Et idcirco quæſitum eſt, ſi deceſſerit filius, avus autem poſt ejus mortem contraxerit nuptias cum eadem illa fœmina, ex qua eum, qui deceſſit, ſuſceperat filium, an nepos eo ipſo tum fiat legitimus, ſic ut avo poſſit ſuccedere. Et dicendum quod ita. Retro enim ſemper legitimatio trahitur, ut modo jam dixi. Liberorum appellatione continentur nepotes, *l.* 220. *ff. de V. S.* & ſemper etiam in caſu dubio leges debemus interpretari benignius, *l.* 18. *ff. de legib.* Covarr. *part.* 2. *de matrim.* §.8. *n.* 19. Chriſten. *de cauſ. matr. diß.* 3. *q.* 25.

Tertius modus, quo liberi legitimantur, eſt reſcriptum, ſi id fuerit im-
10 petratum à Principe, *nov.* 89. *cap.* 9. *& cap.* 11. Verum non impetratur id reſcriptum à Principe, ſi adſit proles ex legitimis nuptiis. Quod hic eſt ſpeciale, *d. cap.* 11. §. 1. Nihil enim iniquius quam illegitimum filium æquari legitimo ex legitimis nuptiis. Sane ſi Princeps id nihilominus fecerit, Baldus eum non dubitat inſectari ut pecudem *ad cap.* 1. *tit. ſi de feud. fuer. contr.* §. *filii.* Add. Felin. *cap.* 1. *ext. de conſt. declar.* Alex. *conſ.* 187. *lib.* 5. Nec valebit reſcriptum, ſiquis forte reticuerit in libello quem obtulit extare legitimos. Tiraquell. *ad l. ſi unquam C. de revoc. don. verb.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

verb. donatione n. 307. De eo tamen non dubitatur, quin legitimi maneant legitimati à Principe, priuſquam adhuc nati eſſent legitimi liberi, licet poſtea naſcantur ex legitimis nuptiis. Argentr. *ad conſ. Brit. art.* 456. *de legitim. cap.* 3. Porro Principis locum jam obtinent Ordines, qui in reſcriptis utuntur inter cætera his verbis: *Uyt gantſcher wetenſchap, authoriteyt, ende ſpeciale gratie legitimeren haer mits deſen, 't gebreck van hare nativiteyt abolerende, gunnende ende conſenterende, dat ſy als wettige perſonen &c.* Apud Gallos & illud etiam ſpecialiter obtinet, quod requiratur, ut reſcriptum ſit in funiculo ſerico, *en lacs de foye*, ut teſtatur Mornac. *ad l. ult. C. de natur. lib.* Sed notandum nihilominus, quod ejuſ- 11
modi formula legitimati à Principe, licet à legitima prole non differant, ſuccedere tamen non poſſint in feudis, *lib.* 2. *feud. tit.* 26. §. *quid ergo*, niſi & illud ſit impetratum ſpecialiter, ut poſſint ſuccedere. Mornac. *ibid.* Neoſtad. *de feud. ſucceſſ. cap.* 5. *n.* 80. Sim. à Leuwen *Rooms-Holl. Recht. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 6. In alode ſuccedunt, & poſſunt ſuccedere, & reddunt etiam teſtamentum parentum inutile, ſi reperiantur præteriti, *l.* 17. *ff. de inj. rupt. irr. teſt. pr. Inſt. de exher. liber. junct. d. nov.* 89. *cap.* 9.
Agnatis autem paternis ſuccedunt non aliter, quam ſi illi & nominatim 12
legitimationi aſſenſum accommodaverint. Neoſtad. *de ſucceſſ. feud. cap.* 5. *n.* 81. Mev. *ad jus Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *art.* 9. *n.* 70. Fachin. 7. *controv. cap.* 50. Molin. *ad conſ. Pariſ. tit.* 1. *de Fiefs* §. 13. *gl.* 1. *n.* 39. Contra legitimatio per ſubſequens matrimonium pleniſſime ſemper & mero jure reſtituit, & ad omnia habilem & idoneum efficit, ſublato jure veteri *lib.* 2. *feud. tit.* 26. §. *quid ergo.* ut Molinæus egregie *d. loc. n.* 40. Per ſubſe- 13
quens matrimonium ſi fiat legitimatio, indiſtincte ſucceditur etiam in feudis, in quæ alioquin nec legitimatus à Principe, etiamſi legitimatus ſit, ut ſuccedat in feudis, non poteſt ſuccedere, ut ſunt omnia illa feuda, quæ ut hereditaria non poſſunt devolvi ad heredes extraneos, ſed ex lege contractus deferuntur ad illos qui de certa ſunt linea. Ad hæc enim neminem Princeps legitimat, niſi omnes conſentiant, qui ſunt de illa linea.
Neoſtad. *de ſucceſſ. feud. cap.* 5. Matri etiam præterea & agnatis maternis 14
indiſtincte ſucceditur, etiamſi nulla ſit facta legitimatio *l.* 4. *l.* 8. *ff. und. cogn. l.* 29. §. 1. *ff. de inoff. teſt.* Mater enim non facit aut nothum aut ſpurium. Choppin. 2. *de morib. Pariſ.* 5. *n.* 13. Sim. à Leuwen *cenſ. for. lib.* 1. *cap.* 4. *in fin.* Porro modi, quibus liberi efficiantur legitimi, nulli ſunt alii. 15
Duo ſunt tantum, quibus utimur hodie. Oblatio enim curiæ jam ab uſu receſſit. Nec mores admittunt id, quod Doctores exiſtimant, ſi pater

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

in teſtamento filium, qui naturalis eſt legitimum dixerit, eum eſſe legiti-
16 mum. Imo licet legitimum eum pater vocaverit connubialibus tabulis, nihilo magis tamen erit legitimus, ut ſcribit Mornac. *ad l. 14. C. de probat.* licet ejus nepotes ad portionem hereditariam in bonis avitis propter illud mendacium idem dicat admiſſos ex Senatuſconſultis, quorum alterum etiam non omiſit Choppinus juris Gallici & Romani indagator accerri-
17 mus *ad conſuet. And. lib. 3. tit. 2. cap. 3. in fin.* Moribus etiam hodie naturales & ſpurii nihil inter ſe differunt. Omnes ſunt ſpurii, quicunque non naſcuntur ex legitimis nuptiis. Et quia nihil inter ſe differunt, idcirco & ſpurii reſtituuntur natalibus. Nec tamen indiſtinĉte id ipſum
18 admittitur. Nati enim ex adulterio non poſſunt reſtitui, nec poſſunt inceſtuoſi, vel nati ex clericorum aut ſacerdotum congreſſu, *cap. 4. ext. de eo qui dux. in matrim. qu. poll. adult.* Grot. 1. *man.* 13. *in fin.* Sim. à Leuwen *Rooms Holl. Recht. lib. 1. cap. 7. in fin.* Zyp. *notit. jur. Belg. tit. de natur. lib. pr.* Choppin. *de doman. regn. Gall. tit.* 11. Argentr. *ad conſ. Brit.*
19 *art.* 456. *de legitim. cap.* 3. Van Alphen *Papegaey, cap.* 45. Vidit tamen Burgundia reſtitutam natalibus à Carolo V. ſacerdotis progeniem. Quod regulis juris cum videretur contrarium legitimatum ejuſmodi non habendum pro legitimo extra terras imperii à Senatu Dolano judicatum commemorat Io. Grivellus *deciſ.* 182. Quapropter & fiſcus eidem velut ſpurio ſucceſſit in illis bonis, quæ erant in Burgundia, & extra imperium, ut ibidem adjicitur. Jus civile quod attinet, ut dixi, non legitimantur niſi liberi naturales ex concubina ſuſcepti, qui & multum à ſpuriis regulariter differunt. Sine patre ſunt ſpurii, ut & dixi jam alias, §. 12. *Inſt. h. t.* Liv. *lib.* 3. *cap.* 3. *Servium Tullium ca-*
20 *ptiva Corniculana natum, patre nullo, matre ſerva, ingenio & virtute regnum tenuiſſe.* Idem *lib.* 39. *Nam etſi minore ætate, quam Perſeus eſſet, hunc tamen juſta matrefamilias natum, illum pellice ortum eſſe, illum, ut ex vulgato corpore genitum, nullam certi patris notam habere, &c.* Patrem nec legitimum, nec illegitimum habent. Naturales ſaltem illegitimum, *auth. licet C. de natur. lib.* Cont. 2. *lect.* 11.

TITULUS XI.

De ADOPTIONIBUS.

TEXTUS

Non ſolum autem naturales liberi, ſecundum ea, quæ diximus, in poteſtate

teſtate noſtra ſunt, verum etiam ii, quos adoptamus.

COMMENTARIUS.

1. *Adoptio quid.*
2. *Quid actus legitimus, & quæ ejus natura.*
3. *Adoptio utrum juris gentium, an juris civilis.*
4. *Quæ forma quam jus civile adoptionibus addidit.*
5. *Adoptio facta in teſtamento an valeat.*

EST hic tertius modus, quo patriam poteſtatem comparamus, adoptio. Quæ eſt actus legitimus, quo adſci- 1
ſcimus filium, eum, qui antea nobis erat extraneus, *l. 1. C. h. t. l. 4. ff. eod. l. 3. ff. de off. proc. l. 1. ff. de off. jur. Alex.* Cujac. *par. ff. h. t.* Actus autem legitimi, qui eſt actus 2
ſolennis, certo ritu peragendus, hæc eſt natura: Per procuratorem exerceri non poteſt, *l. 123. ff. de reg. jur. l. 90. ff. de acq. her.* Iterari non poteſt *l. 80. §. ult. ff. eod.* Et conditionem præterea aut diem non recipit, *l. 77. ff. de reg. jur.* Cuj. *ibid.* Idem etiam in adoptionibus obtinet. Per procuratorem adoptare non licet, *l. 25. §. 1. ff. h. t.* Bis aut iterum adoptio celebrari non poteſt, *l. 37. §. 1. ff. eod.* Et ad tempus ſi fiat, nullius momenti eſt, *l. 34. ff. eod.* Nec idcirco tamen dici poteſt, quod ſit juris civilis. Quod ad formam adoptio eſt juris civilis. Quod ad originem ad jus gentium pertinet. 3
Fuit enim in uſu toto terrarum orbe, non ſolum apud Romanos *t. h. tit. ff. & C.* verum etiam Macedones. Liv. *lib. 42. c. 52. Circa ſe habens filios duos: quorum major Philippus, natura frater, adoptione filius.* Numidas. Polybius de Maſiniſſa in *excerpt. Vales.* Υἱὸν ἀπέλιπε τεσσάρων ἐτῶν ὄνομα Στέμβανον, ὃν μετὰ ταῦτα Μικίψης υἱοποιήσατο. Bulgaros. Georg. Pachymeres *lib. 6. hiſt. cap. 2.* Καὶ δὴ ἐπ' ἐκκλησίας περιφανῶς τῇ Μαρίᾳ ἐκεῖνος υἱοπεποίητο. μετὰ γὰρ τὰς τοῦ ἱερέως ἐντεύξεις, καὶ τὰ ἐπ' αὐταῖς φῶτα, διαρρήξασα τὸν ἐπενδύτην, ἄμφω Μιχαὴλ καὶ Σφενδοσθλάβος παρ' ἑκάτερα τῶν αὐτῆς ἀγκάλων ἐτίθει, καὶ συνθεσιῶν γενομένων, ἀπελύετο ἐπ' οἴκου υἱὸς κεκλημένος τῆς τῶν Βουλγάρων Δεσποίνης μετὰ Μιχαὴλ ὁ Σφεντοσθλάβος, *Palam autem in eccleſia à Maria is adoptatus eſt. Poſt adhibitos enim à Sacerdote ſolennes in talibus occurſus & ritus, magno allucente funalium numero, Maria regium diducens pallium, ambos hinc atque inde ulnis admovit Michaëlem & Sphentiſtlabum: è quibus hic in hunc modum fœdere ſancito domum retulit novum titulum filii Reginæ Bulgarorum à Michaële ſecundi.* Cares. Plutarch. *in Alex.*

cap.38.Illyrios. Juſtin. *hiſt. lib*.18. Thraces. Idem *lib.* 11. Cyrenenſes. Idem *lib*.18. Gotthos. Caſſiod. 4. *var*.2. *&* 8. *var*. 1. Francos.Marculf. 2. *form*. 13. Indos. Maffej. *part*.2. *hiſt. p*.649. Deos etiam & Barbaros. Diod. Sicul. *lib*.4.*hiſt.cap*.40.*Iuno Herculem ad Deos evectum filium ſibi adoptavit. Quam adoptionem hoc modo factam perhibent. Juno lectum ingreſſa, Herculem corpori ſuo admotum, ut verum imitaretur partum, ſubter veſtes ad terram demiſit. Quem adoptionis ritum in hoc uſque tempus Barbari obſervant.* Everſo autem formidabili Romanorum imperio in uſu manſit nihilominus apud Indos & Italos.Maffej. *d. loc*.Guicciard. *de bell.Ital.lib*.1.*&* *lib*.8.*cap*.8. Nec abiit omnino etiam in deſuetudinem apud Hungaros, Bavaros, Gallos, & nonnullos alios, ut citatis auctoribus fidem facile fecerit Sim.à Leuwen *cenſ. for. lib*.1. *cap*.4. De Gallis id utique teſtantur expreſſe Maſuer. *tr. de adopt.* §. *eſt advertendum n*. 3. Ranchin. *de ſucceſſ. ab inteſt.* §. 7. *n. ult.* Mornac. *h. ad tit. ff. de adopt.* Choppin. *de comm. Gall. conſ. præc. part*.2.*cap*.1.*n*.3. Sed ad Belgas quod attinet, videtur incognita. Grot. 1. *man.* 6. *pr.* Gudelin. 1. *de jur.noviſſ. cap*.13.*in fin.* Sim. à Leuwen *Rooms-Holl. Recht lib*.1. *cap*.13. *n*.3. Ratio vero, quæ tot gentes & populos in adoptionem coëgit, fuit inprimis, quæ impreſſit hominibus æternitatis cupidinem, cujus etiam in terris conſequuntur imaginem iis relictis, qui parentum memoriam & nomen gentilitium tranſmittunt ad poſteros, *l.* 220. *ff. de V. S.* Rad. Forner. 5. *rer. quot.* 17.

4 Sed quæ jam eſt forma quam jus civile adoptionibus addidit? Quod adoptare non poſſit, niſi civis Romanus, ut conſequatur nimirum adoptionis effectus, qui juris civilis ſunt, *pr. &* §. 8. *Inſt.h.t.junct.*§.2.*Inſt.d. patr. pot.* Quod adoptare non poſſit niſi paterfamilias. Filiofamilias adoptare non licet, quia patria poteſtas per adoptionem acquiritur, quæ à filiofamilias acquiri non poteſt, *l.* 21.*ff. ad l. Iul. de adult.* Quod caſtratus & mulier adoptare non poſſint §.9. *&* §. 10. *Inſt. h.t.* Quod ſervi à dominis adoptari non poſſint, §. *ult. Inſt.eod.* Quod annis octodecim,

5 is qui adoptat, filium adoptandum præcedere debeat, §.4.*Inſt.eod.*Quod filium teſtamento adoptare non liceat. Duæ enim tantum adoptionis ſunt ſpecies §. 1. *Inſt. eod.* adoptio, & arrogatio. Quid ſi ergo in teſtamento quis adoptaverit filium, an nullius momenti eſt? Reſpondendum quod ita. Cur Cæſar ergo in teſtamento adoptavit Auguſtum? Vellej. Paterc. *lib.* 2. *hiſt. cap.* 59. *Cæſaris deinde teſtamentum apertum eſt, quo Cajum Octavium, nepotem ſororis ſuæ Iuliæ, adoptabat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

optabat, Sueton. *in Iul.cap.*87. Dio Caſſ. *hiſt. lib.*44. Appian. Alexandr. 2.*de bell.cap.*259. Eutrop.*lib.*7.*pr.* Adoptavit,ſed adoptio jure facta non fuit, & idcirco eam à populo confirmari oportuit. Dio Caſſ. *lib. hiſt.* 45. Τά τε γὰρ ἄλλα ἐκεῖνος καὶ λόγῳ αὐτὸν ἐκάκου, καὶ τὸν νόμον τὸν φρατελατικὸν ἐσφερόμενον, καθ' ὃν τὴν ἐσποίησιν αὐτοῦ τὴν ἐς τὸ τοῦ καίσαρος γενέσθαι ἔδει, αὐτὸς μὲν ἐσπούδαζε δῆθεν ἐσενεγκεῖν, διὰ δὲ δημάρχων τινῶν ἀνεβάλλετο, ὅπως ὡς μηδέπω παῖς αὐτοῦ ἐκ τῶν νόμων ὢν, μήτέ τι τῆς οὐσίας πολυπραγμονοίη, καὶ πρὸς τ' ἄλλα ἀσθενέστερος εἴη, *Antonius enim præterquam quod re verbiſque Octavium alias lædere ſolebat, promulgationem legis Curiatæ. ſecundum quam eum in familiam Cæſaris adoptari oportebat, quanquam ſe eam ferre ſimulabat, per tribunos plebis quoſdam extraxit: ut Octavius, quum nondum ſecundum leges filius Cæſaris eſſet, neque de facultatibus ejus inquirendi poteſtatem haberet, & in reliquis quoque rebus infirmior eſſet.* Appian. Alexandr. 3. *de bell. civ. cap.* 297. Ἀπὸ δὲ τῶν θυσιῶν ἑαυτὸν εἰσεποιεῖτο τῷ πατρὶ αὖθις κατὰ νόμον κουριάτιον. ἔστι δ' ἐπὶ τοῦ δήμου γίγνεσθαι τὴν θέσιν. Κουρίας γὰρ, ἐς μέρη τὰς φυλὰς, ἢ τοὺς δήμους διαιροῦντες, καλοῦσιν, ὡς Ἕλληνας εἰκάζοντι φάναι φατρίας. ἐπινομώτατος δ' ἐστι Ῥωμαίοις ὁ τρόπος οὗτος ἐπὶ τῶν ἀπατόρων. Atqui adoptio iterari non poteſt, ut & ſtatim jam dictum eſt, *l.*37. §.1. *ff.h.t.* Sed inter jure factam & non jure factam oportet diſtinguere. Si jure ſit facta, iterari non poteſt. Non jure facta neceſſario fit iterum, & confirmatur ut valeat, *l.*38. *ff. eod.* Sicut tutor non datur iterum, ſi jure ſit datus, ſed non jure datus debet iterum dari, & confirmari à magiſtratu, ut tutelam ſuſcipiat, *l.* 1. *& t. tit. ff. de confirm. tut.* Cujac. 7. *obſ. cap.* 7. Olim quidem confirmatio fiebat à populo, ſed in principem populi poteſtate tranſlata adoptionem illegitimam princeps confirmat, *d. l.* 38. Appian. Alex. *d. loc.* Atque ita intelligendum, quod occurrit apud Valerium *lib.* 7. *cap.* 8. *Pomponium Atticum teſtamento adoptavit, omniumque bonorum reliquit heredem.*

TEXTUS

§. I. *Adoptio autem duobus modis fit: aut Principali reſcripto, aut imperio magiſtratus. Imperatoris authoritate adoptare quis poteſt eos, eaſve, qui, quæve ſui juris ſunt. Quæ ſpecies adoptionis dicitur Adrogatio. Imperio magiſtratus adoptamus eos, eaſve, qui quæve in poteſtate parentum ſunt: ſive primum gradum liberorum obtineant, qualis eſt filius, filia, ſive inſe-*

inferiorem, qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis.

COMMENTARIUS.

1. *Adoptio quotuplex.*
2. *Quid arrogatio & quid adoptio in ſpecie.*
3. *Quemadmodum Princeps adoptionem peregerit.*
4. *Arrogationis olim verba ſolennia.*
5. *Adoptionis in ſpecie quæ olim ſolennitas.*
6. *Mores Gotthorum.*
7. *Longobardorum.*
8. *Francorum.*
9. *Indorum.*
10. *Romanorum.*

NOmen inditum generi ſpecies ſibi etiam ſæpiſſime vindicat.
1 Sic ſpecies locationis appellatur locatio, cognationis cognatio, pignoris pignus, & adoptionis adoptio. Agnatio etiam recte poteſt dici cognatio, nimirum in genere, ſed non poteſt dici cognatio in ſpecie, & emphyteuſis etiam recte poteſt dici locatio, ſed non poteſt dici locatio in ſpecie. Pignus & hypotheca ſunt oppoſitæ ſpecies, ut homo, & beſtia. Homo eſt animal. Beſtia eſt animal. Sed homo & beſtia non ſunt unum & idem. Sic etiam adrogatio cum adoptionis ſit ſpecies, poteſt dici adoptio. Sed non poteſt dici adoptio in ſpecie. Adoptio & arrogatio ſunt oppoſitæ ſpecies. Adoptio in ſpecie
2 eſt eorum, qui ſunt in poteſtate parentum, qui ſunt ὑπεξούσιοι, ut dicit Theophilus. Arrogatio eorum, qui ſunt ſui juris, αὐτεξούσιοι, & patresfamilias. Apud magiſtratum & magiſtratus imperio fit adoptio in ſpecie; apud Principem arrogatio, oblato libello ſupplice majeſtati imperatoriæ, & impetrato reſcripto, quod inſinuandum eſt magiſtratui, cujus eſt juriſdictio, *h.* §. *l.* 2. C.*h.t.* Vopiſc. in Aurelian. *Ulpius Crinitus ſurrexit, atque hac oratione uſus eſt; Apud majores noſtros, Valeriane Auguſte, quod & familiæ meæ amicum ac proprium fuit, ab optimis quibuſque in filiorum locum fortiſſimi viri ſemper electi ſunt, ut vel ſeneſcentes familias, vel fœtus matrimoniis jam caducos ſubſtitutæ fœcunditas prolis ornaret. Hoc igitur quod Coccejus Nerva in Trajano adoptando, quod Ulpius Trajanus in Adriano, quod Adrianus in Antonino, & cæteri deinceps propria ſuggeſtione fecerunt, jam in arrogando Aureliano,* quem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

quem mihi vicarium judicii tui auctoritate feciſti, cenſui eſſe referendum. Jube igitur ut lege agatur, ſitque Aurelianus heres ſacrorum, nominis, & bonorum, totiuſque juris, Ulpio Crinito conſulari viro, ipſe actutum te judice conſularis. Longum eſt cuncta pertexere. Nam & actæ ſunt Crinito à Valeriano gratiæ: & adoptio, ut ſolebat, impleta. Princeps autem cum 3
eſſet magiſtratu ſuperior, & ſibi ipſi præterea ſupplicare non poſſet, *l. pen. ff. de recept. qu. arb. rec.* nec lege Curiata ſublatis jam comitiis abſolvi poſſet adoptio, eam ſola nuncupatione Cæſaris peregiſſe videtur. Cujac. 12. *obſ.* 15. Spartian. *in Adrian. in fin. Adoptavit ergo L. Cejonium Commodum verum invitis omnibus, eumque Ælium Verum Cæſarem appellavit.* Tacit. *lib.* 1. *hiſt. Apud frequentem militum concionem imperatoria brevitate adoptari à ſe Piſonem more divi Auguſti, & exemplo militari, quo vir virum legeret, pronuntiat.* & mox: *Sextus dies agitur, commilitones, ex quo ignarus futuri, & ſive optandum hoc nomen, ſive timendum erat, Cæſar aſcitus ſum.* Et idcirco nec Nerva, cum adoptaret Trajanum, hæc indixit comitia. Dio Caſſ. *lib.* 68. *pr.* Ὁ Νερούας διὰ τὸ γήρας οὕτω καταφρονούμενος, ἀνέβη τε εἰς τὸ καπιτώλιον, καὶ ἔφη γεγωνήσας, Ἀγαθῇ τύχῃ τῆς τε βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων, καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ, Μάρκον Οὔλπιον Νερούαν Τραϊανὸν ποιοῦμαι, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ συνεδρίῳ καίσαρά τε αὐτὸν ἀπέδειξε. Auguſtus cum imperaret, nondum erant abolita. Sueton. *in Auguſt. cap.* 40. *Comitiorum quoque priſtinum jus reduxit.* Et idcirco non mirum, quod ait idem Sueton. *in*
Auguſt. cap. 65. *Tiberium adoptavit in foro lege Curiata.* Inprimis autem 4
in comitiis rogandus erat populus, cum fieret arrogatio, quemadmodum ſequitur: *Velitis jubeatis Quirites, uti Lucius Valerius Lucio Titio tam jure legeque filius ſibi ſiet, quam ſi ex eo patre matreque familias ejus natus eſſet; utique ei vitæ neciſque in eo poteſtas ſiet, uti patri endo filio eſt. Hæc*
ita uti dixi, ita vos Quirites rogo. Aul. Gell. *lib.* 5. *noct. Attic. cap.* 19. Ado- 5
ptio in ſpecie non deſiderabat comitia, ſed ut fieret mancipatio, aut ceſſio in jure apud magiſtratum, intervenientibus libra & ære, *l. ult. C. h. t.* Ulp. *in fragm. tit.* 10. §. *mancipatio.* Gell. *d. loc. Adoptantur, quum à parente, in cujus poteſtate ſunt, tertia mancipatione in jure ceduntur; atque ab eo, qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio eſt, vindicantur.* Sueton. *in Auguſt. cap.* 64. *Cajum & Lucium adoptavit domi per aſſem & libram emptos à patre Agrippa.* Domi dicit Suetonius, quia non intereſt, domi an publice juriſdictionem voluntariam magiſtratus exerceat, §. 2. *Inſt. de libert. l.* 2. & 3. *ff. de offic. proc.* Cum autem mancipatio abiiſſet in deſuetudinem, & ſcrupuloſitas veterum, cœpit ſufficere, ſi apud magiſtratum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

actis intervenientibus peragetur adoptio, *d. l. ult.* Vicem autem magiſtratus obtinebat epiſcopus, ſi fieret inter cerimonias ſacri baptiſmatis. Procop. *Arcan. hiſt. pr.* Τοῦτον ἡνίκα ἐς Λιβύην ἀποπλεῖν ἔμελλε, ἔλουσε μὲν ὁ Βελισάριος τὸ θεῖον λουτρὸν, καὶ χερσὶν ἀνελόμενος ἐνθένδε οἰκείαις εἰσποιητὸν ἐποιήσατο ξὺν τῇ γυναικὶ παῖδα, ἧπερ εἰσποιεῖσθαι χριστιανοῖς νόμος, *Eum jamjam tranſmiſsurus in Africam Beliſarius divino lavacro luſtratum ſuis exceperat manibus, & una cum uxore ſua filium adoptaverat, quo Chriſtiani more, conſueverunt liberos adſciſcere.* S. Nicephorus *in hiſt.* Σκήπτεται δὲ Ἡράκλειος τῷ θείῳ λουτρῷ τὸν υἱὸν καθαγνίζειν, υἱοθετεῖσθαι δὲ αὐτὸν ὑπὸ Κρίσπου, *Heraclius cum filium ſuum divino lavacro abluere, & Criſpo adoptandum dare ſe velle ſimulaſ-*
6 *ſet.* Traditis armis apud Gotthos fiebat. Caſſiodor. 4. *var.* 2. *Per arma fieri poſſe filium grande inter gentes conſtat eſſe præconium. Quia non eſt dignus adoptari, niſi qui fortiſſimus meretur agnoſci. Et ideo more gentium & conditione virili filium te præſenti munere procreamus, ut competenter per arma naſcaris, qui bellicoſus eſſe dignoſceris.* Idem 8. *vari.* 1. *Deſiderio quoque concordiæ factus eſt per arma filius, quamvis vobis pene videbatur æquævus.* Apud Longobardos inciſis capillis. Paul. Diacon. *lib.* 6.
7 *hiſt. cap.* 53. *Circa hæc tempora Carolus princeps Francorum Pipinum ſuum filium ad Liudprandum direxit, ut ejus juxta morem capillum ſuſciperet. Qui ejus cæſariem incidens ei pater effectus eſt, multiſque eum ditatum regiis muneribus genitori remiſit.* Apud Francos per epiſtolam.
8 Auctor *vett. form. ſec. leg. Rom. cap.* 13. *Ego in Dei nomine ille. Dum peccatis meis facientibus orbatus ſum à filiis, mihi placuit, ut illum una cum conſenſu patris ſui, in civitate illa, cum curia publica, de poteſtate patris naturalis diſcedentem, & in meum poteſtatem venientem in loco filiorum adoptarem: quod ita & feci. Ea vero ratione, ut quamdiu advixero, fideliter mihi præſtet ſolatium, & poſt obitum quoque meum, ſicut à me genitus fuiſſet, ita in omni hereditate mea per hanc epiſtolam adoptionis ſit ſucceſſurus.* Apud Zinaloanos autem, qui eſt Indiæ populus, in os adoptandi ſolet ſtipes immitti, interdum tam alte, ut niſi hominem præfocet, cogat ad vomitum. Maffej. *part.* 2. *hiſt. p.* 649. Solebant etiam Romani ab adoptante ſtipulari, ut eum quem adoptabat, obſervaret ut filium, *l.* 132. *ff. de verb. obl.* Quod obſervavit Mornac. *ad l.* 30. *C. de epiſc. aud.*

TEXTUS

§. II. *Sed hodie ex noſtra conſtitutione cum filiusfamilias à patre naturali*

turali extraneæ perſonæ in adoptionem datur, jura patris naturalis minime diſsolvuntur, nec quicquam ad patrem adoptivum tranſit, nec in poteſtate ejus eſt: licet ab inteſtato jura ſucceſſionis ei à nobis tributa ſint. Si vero pater naturalis non extraneo, ſed avo filii ſui materno, vel, ſi ipſe pater naturalis fuerit emancipatus, etiam avo vel proavo ſimili modo paterno vel materno filium ſuum dederit in adoptionem, in hoc caſu, quia concurrunt in unam perſonam & naturalia, & adoptionis jura, manet ſtabile jus patris adoptivi & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo conſtitutum, ut & in familia & in poteſtate hujuſmodi patris adoptivi ſit.

COMMENTARIUS.

1. *Probatur latiſſime, quod & patria poteſtas in extraneum tranſeat, ſi adoptet extraneus.*
2. *Adoptatus ab extraneo in poteſtate duorum eſt, ſed diverſo reſpectu.*

PAtriam poteſtatem quin acquirat is, qui adoptat, dubitari non poteſt, *pr. h.t.l.1.ff.eod.* De eo tantum diſputatur, an acquirat eam extraneus, ſi adoptaverit filium. Acquiſivit eam jure veteri. Gell. *d. loc.* Cic. *pro dom. Quas adoptiones ſicut alias innumerabiles, hereditates nominis, pecuniæ, ſacrorum ſecutæ ſunt. Tu neque Fontejus es, qui eſſe debebas, neque patris heres, neque amiſſis ſacris paternis in hæc adoptiva veniſti.* Ibid. *Credo enim, quanquam in illa adoptione legitime factum eſt nihil, tamen te eſſe interrogatum, auctorne eſſes, ut in te P. Fontejus vitæ neciſque poteſtatem haberet ut in filio.* Nec de eo quis dubitat. Sed an non Imp. hic jus vetus jam ſuſtulit? Videtur ſuſtuliſſe, ſed revera non ſuſtulit. Quod enim hic dicitur, conferendum eſt cum eo, quod habetur in *l.* 10. C.*h.t.* ad quam Imperator hic expreſſe ſe retulit, cum dicit initio: *Sed hodie ex noſtra conſtitutione &c.* Quid autem ibi dicit? In ea ſemper ſic loquitur, ut patriam poteſtatem transferri in adoptantem etiamſi ſit extraneus, non obſcure ſignificet. Quid quæſo eſt aliud, cum ita dicit initio *verſ. ſancimus; ita eum permanere, quaſi non fuiſſet in alienam familiam tranſlatus;* §. 1. *in fin. ſed quaſi extraneus ita ad illam familiam inveniatur;* §. 2. *in fin. tanquam non fuiſſet ab initio in adoptionem tranſlatus.* Prorſus hæc arguunt extraneum revera in adoptantis poteſtatem & familiam tranſiiſſe. Invictum præterea videtur hoc argumentum: Si patri adoptivo licet emancipare, 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

cipare, quem adoptavit, extraneum, ergo ut is fuerit in poteſtate neceſſe eſt. Patriam enim poteſtatem emancipatio tollit, §. 6. *Inſt. Qu. mod. j. patr. pot. ſolv.* Quod autem non eſt, id tolli non poteſt. Atqui licet emancipare quem adoptavit extraneum, *d. l.* 10. §. 2. Sed quæ eſt igitur ratio, cur Imp. hic dicat: *nec quicquam ad patrem adoptivum tranſit, nec in poteſtate ejus eſt?* Quia tranſit quidem poteſtas, ſi adoptet extraneus, ſed omnes ejus effectus in eundem non tranſeunt. Quinam ergo non tranſeunt? Quod non nullum ſit teſtamentum, ſi filium quem adoptavit, in teſtamento prætereat, *l.* 17. *ff. de inj. rupt. irr. teſt. pr. Inſt. de exher. lib. junct. d. l.* 10. *pr. &* §. 1. Quod bonorum adventitiorum, quæ devolvuntur ad adoptivum, uſumfructum non habeat §. 1. *Inſt. per qu. pers. cuiq. acq. junct. d. l.* 10. §. 1. Et quod eum, quem adoptavit, tradere non poſſit iterum adoptandum extraneo, §. 8. *Inſt. h. t.* Sed an inde jam ſequitur: Patriam poteſtatem non adfert adoptio, ſi adoptet extraneus, quia tres hi effectus in ipſum non tranſeunt? Quid dicemus ergo de cæteris? An non patriam poteſtatem dicemus illi competere, in quem reliqui illi omnes transferuntur effectus? Dicemus ſine dubio. Eos autem transferri dubitare non poſſum, quia Iuſtinianus hoc nominatim non dixit, ne & illi tranſirent, *d. l.* 10. *junct. l.* 27. *C. de teſtam. l.* 32. *in fin. C. de appell.* Sine patris conſenſu contrahere nuptias filio, qui eſt in poteſtate, non licet, *pr. Inſt. de nupt.* Sed quid ſi diſſentiat, qui adoptavit, extraneus, an filio nihilominus eas licet contrahere? Non auſim hoc dicere. Credere pecunium ei, qui eſt in poteſtate, non licet, *l.* 1. *l.* 4. *ff. de Sct. Maced.* Siquis crediderit, ne à patre quidem quod credidit poteſt repetere, *d. l.* 1. §. 7. §. 7. *Inſt. Qu. cum eo qu. in al. pot.* Quid ſi is, qui adoptatus eſt, ſit mutuatus pecuniam, an pater convenietur, qui adoptavit, extraneus? Nec hoc eſt dicendum. Regulariter ſtricte jus novum accipitur. Non eſt mutatum, quod non eſt ſpecialiter & expreſſe mutatum, *d. l.* 27. *d. l.* 32. *in fin.* Sane ſine lege nobis loqui non licet, *nov.* 18. *cap.* 5. *pr.* De bonis adventitiis in *d. l.* 10. Imp. locutus eſt. Quid ſi ſint profectitia? Quid ſi filius adoptivus acquiſiverit aliquid ex re quæ eſt patris adoptivi extranei? An patri naturali hoc acquiret nihilominus? Id dici non poteſt. Patri acquiritur, quicquid filius acquirit ex bonis paternis, §. 1. *Inſt. per qu. pers. cu. acq.* Sed cum duo ſunt patres, cum alter eſt naturalis, alter adoptivus, & quidem extraneus, omnino iniquum eſt, ut ex bonis unius ſiquid ſit acquiſitum, acquiratur id alteri, *l.* 14. *ff. de cond. ind. l.* 206. *ff. de reg. jur.*
2. Id ergo dicendum eſt, patriam poteſtatem utrique competere, patri naturali,

rali, & adoptanti nimirum, ſi adoptet extraneus. Naturalis eo caſu bonorum adventitiorum uſumfructum acquirit, & ejus nullum eſt teſtamentum, ſi quem dedit adoptandum, in teſtamento prætereat. Avus *in not. h.* Wiſſenb. 1. *exercit. ad Pand. diſp.* 4. *th.* 31. Diſſ. Bachov. *h. & ad* 1. *part. ff. p.* 223. Vigl. *ad §. adoptivi Inſt. de exher. lib. n.* 4. Quod ſi avus, aut proavus, aut aliquis aſcendentium adoptaverit filium, patria poteſtas in eum tranſit pleniſſima, ſic ut transferantur etiam tres illi effectus, qui non transferuntur cum adoptat extraneus. *h. §. d. l.* 10. *pr. C. h. t.* Dixi, *aliquis aſcendentium*, paternus an maternus ſit nullo facto diſcrimine. Quid ſi ſit patruus, aut quid ſi avunculus? Stomachatur Hotomannus hic, quod Imp. id in *l.* 10. cum ſit ſatis prolixa, non expreſſerit ſpecialiter. Verum ſatis is indicat in *§. ſed ea omnia* 14. *Inſt. de her. qu. ab int. def.* præter eos, qui continentur, parentum appellatione, cæteros omnes, etiamſi ſint conjunctiſſimi, haberi extraneos. Et hęc ita ſe habent ſi adoptet extraneus. In arrogatione nihil plane mutatum eſt, *d. l.* 10. *§. ult.*

TEXTUS

§. III. *Cum autem impubes per principale reſcriptum adrogatur, cauſa cognita adrogatio fieri permittitur: & exquiritur cauſa adrogationis, an honeſta ſit, expediatque pupillo. & cum quibuſdam conditionibus adrogatio fit: id eſt, ut caveat adrogator perſonæ publicæ, ſi intra pubertatem pupillus deceſſerit, reſtituturum ſe bona illis, qui, ſi adoptio facta non eſſet, ad ſucceſſionem ejus venturi eſſent. Item non aliter emancipare eum poteſt adrogator niſi, cauſa cognita, dignus emancipatione fuerit: & tunc ſua bona ei reddit. Sed & ſi decedens pater eum exheredaverit, vel vivus ſine juſta cauſa emancipaverit, jubetur quartam partem ei bonorum ſuorum relinquere, videlicet, præter bona, quæ ad patrem adoptivum tranſtulit, & quorum commodum ei poſtea acquiſivit.*

COMMENTARIUS.

1. *Impubes olim arrogari non potuit, uti nec fœmina.*
2. *In arrogatione quæ cauſæ cognitio.*
3. *Cautio quotuplex.*
6. *Quis proprie notarius.*
5. *Notarius, Librarius.*
6. *Noſtris notariis an omnino ſint ſimiles notarii veterum.*
7. *In cujus gratiam caveat arrogator impuberis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

8. *Qui ſuccedant impuberi ſi pubes deceſſerit.*
9. *Quarta omnium bonorum hic debet intelligi.*
10. *Quartam arrogator in teſtamento debet relinquere.*
11. *Querela inofficioſi an impuberi competat, ſi aut exheredatus, aut emancipatus ſit nulla juſta de cauſa.*
12. *An aucta ſit etiam arrogati legitima.*

1 CUm autem impubes. Olim impuberes arrogari non poterant. A. Gell. 5. *noct. Attic.*19. *Neque pupillus autem, neque mulier, quæ in parentis poteſtate non eſt, arrogari poſſunt, quoniam & cum fœminis nulla comitiorum communio eſt; & tutoribus in pupillos tantam eſſe auctoritatem poteſtatemque fas non eſt, ut caput liberum fidei ſuæ commiſſum alienæ ditioni ſubjiciant.* Forner. 1. *ſelect.*29. De fœminis quod dicit, id etiam mutatum eſt, *l.*21. *ff.h.t.* Ceſſat enim ratio, propter quam olim arrogari non poterant. Ceſſant comitia. Bachov. *ad* 1. *part. ff. p.*209.

2 *Cauſa cognita.* Impetrato reſcripto magiſtratus nihilominus ſolet cauſam cognoſcere. Princeps enim non aliter vult reſcriptum admitti, quam ſi preces ipſi oblatæ veritate nitantur, *l.ult.C.de div.reſcr.* Quid autem id ſit, quod cognoſci oportuit, nemo id melius quam Ulpianus nos docuit, *l.* 15. §. 2. *l.*17. *ff.h.t.*

3 *Caveat.* Cautio eſt duplex: vel nuda nimirum, vel cautio non nuda. Nuda iterum duplex, vel cautio juratoria, vel ſimplex repromiſſio. Non nuda ſimiliter, vel pignoratitia, quæ fit datis pignoribus, vel fidejuſſoria, quæ dicitur ſatisdatio, & quidem frequentius, §.2.*Inſt.de ſatisd. l.*1. *l.*15. *ff. Qui ſatisd. cog. l.*1. §.9. *ff.de collat.* Satisdationem autem hic Imp. intelligit, *l.*15.*in fin.l.*19.*in fin.l.*20.*pr.ff.h.t.l.*20.C.*eod.*

4 *Perſonæ publicæ.* Tabulario, ni fallor, qui & actor publicus appellatur à Tacit. *annal.*2. ſervus publicus in *l.*18. *ff. h. t.* ſcriba interdum *l.* 1. C. *de tabul.* & nonnunquam etiam notarius, *l.*1. §.5. C.*de comm. ſerv. man.l.* 11 C.*Qu.pot.in pign.* Licet proprie loquendo is dicatur notarius, qui notis excipit & literarum compendio. Sidon. Apollin. 9. *epiſt.* 11. *Tribuit & quoddam dictare celeranti ſcribarum ſequacitas ſaltuoſa compendium, qui comprehendebant ſignis, quod literis non tenebant.* Manilius:

—— Scriptor erit felix, cui litera verbum eſt,
Quique notis linguam ſuperet, curſumque loquentis,
Excipiens longas nova per compendia voces.

Hieronym. *in vit. Hippol. Ambroſius cohortatus eſt Originem in ſcriptu-*

ras

*ras commentarios ſcribere præbens ei ſeptem & eo amplius notarios, & li-
brariorum parem numerum.* Ubi quod notarios à librariis ſeparet inpri-
mis notabile. Notarius notis excipiebat εἰς τάχος, librarius vero, qui 5
dicitur & antiquarius, εἰς κάλλος, & elegantiam. Euſeb. 6. *hiſt. eccleſ.* 23.
Ταχυγράφοι γὰρ αὐτῷ πλείους ἢ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν παρῆσαν ὑπαγορεύ-
οντι χρόνοις τεταγμένοις ἀλλήλους ἀμείβοντες, βιβλιογράφοι τε οὐχ
ἥττους ἅμα καὶ κόραις ἐπὶ τὸ καλλιγραφεῖν ἠσκημέναις. Auguſtin.
ſerm. 44. *Qui videt literas in codice optime ſcripto, & non novit legere,
laudat quidem antiquarii manum admirans apicum pulchritudinem.* So-
crat. 2. *hiſt.* 39. Παρῆσαν γὰρ δὴ καὶ ὀξυγράφοι, τὰ παρ᾽ ἑκάστου λεγόμενα
σημειούμενοι. Cæterum illi notarii, quibus utimur hodie, & quibus uſi 6
ſunt veteres, multum inter ſe differunt. Hodie inſtrumentum, quod con-
fecit notarius, fidem habet pleniſſimam, niſi quis velit illud falſi arguere,
etiamſi una cum notario ſimul & teſtes, à quibus eſt ſubſcriptum, jam in
fata conceſſerint. Apud veteres eo caſu vix fidem inveniebat, niſi eſſet
inſertum judicialibus actis, *l.* 19. C. *de teſtam. nov.* 37. *cap.* 7. §. 3. *l. curent*
22. *ff. de teſtib.* Si non eſſet inſertum, debebat tum inſtitui comparatio li-
terarum, *l. comparationes* 20. C. *de fid. inſtrum.* Contrahentes enim ad
tabularium recurriſſe non legitur, *l. ſicut* 5. *l. ult.* C. *de fid. inſtrum. l. qui-
dam* 32. §. 1. *ff. de furt.* Pancirol. 1. *lect.* 26.

Si intra pubertatem. Quid ſi pupillus poſt pubertatem deceſſerit? 7
Uno verbo dicendum, præſtari hanc cautionem in gratiam ſubſtituti,
pupillariter ſcilicet. Pupillaris autem ſubſtitutio cum pubertate finiatur,
neceſſario ſequitur poſt pubertatem hanc cautionem ſubſtituto inuti-
lem, §. *pen. Inſt. de pup. ſubſt.* Sed an citra cautionem hanc non ſucceſſiſſet
impuberi? Dicendum quod non, quia ſubſtitutionem extinguit arro-
gatio, *l.* 17. §. 1. *ff. h. t.* Bachov. *ad* 1. *part. Pand. p.* 218. Quid ſi is, qui arro- 8
gatus eſt, pubes deceſſerit? Heredes erunt liberi, ſi liberos habeat, *nov.*
118. *cap.* 1. Si liberos non habeat, diſtinguendum, ut ſequitur. Aut mo-
riens in arrogantis poteſtate permanſit, & heres erit arrogator, qui ſucceſ-
ſiſſet etiam impuberi, cautione non præſtita, *d. l.* 17. §. 1. *d. l.* 10. §. *ult.* C.
de adopt. nov. 118. *cap.* 2. Aut fuit emancipatus, cum in fata concederet,
& ſucceſſio devolvetur tum ad heredes legitimos, niſi heredes in teſta-
mento reliquerit, *nov.* 118. *cap.* 3. Arrogator ſane non erit heres legitimus,
& quia agnatus adhuc dici non poteſt, §. *ult. Inſt. de leg. agn. tut. l.* 3. *ff. und.
cogn.* & quia nec eſt, nec fuit cognatus, *l.* 1. §. 1. *ff. und. cogn. l.* 4. §. 1. *ff. de
grad. & affin.*

Dece-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Decedens pater. Nimirum arrogator.

9 *Quartam partem.* Digladiantur interpretes, utrum portionis ab inteſtato debitæ quartam, an omnium bonorum, hic Juſtinianus intelligat. Et non, ni fallor, erraverit, qui bonorum omnium quartam hic intelligendam contenderit. Quartæ enim bonorum meminerunt ſimpliciter *h.§.l.ſi arrogator 22.ff.h.t.l.ult. ff. ſiq.in fraud. patr.l.1.§.21.ff.de collat. l.8.§.15.ff.de inoff.teſt.l.10.§.in adrogato ff.de vulg.& pup.ſubſt.*Govean. 1.*lect.*7.Donell.2.*comm.*27. Videtur huc ſpectare ratio in *l.*17.§.3.*ff.h.t.* cur arrogare non liceat, ſiquis liberos jam habeat ex legitimis nuptiis: *ne,* habetur, *aut illorum, quos juſtis nuptiis procreaverit, deminuatur ſpes, aut qui adoptatus fuit, minus percipiat, quam dignum erit eum conſequi.* Nunquam minus accipiet, quam debebit accipere, ſi non omnium bonorum, ſed quartam tantum accipiat portionis, quæ ipſi ab inteſtato debetur. Si enim in bonis ſint viginti millia florenorum, unus ſit arrogatus, quatuor autem ſint liberi ex legitimis nuptiis, ſingulorum portio ab inteſtato ſuccedentium ſunt quatuor millia. Hujus autem portionis, ſive quatuor millium, ſi quartam accipiat, dici non poteſt, quod minus conſequatur, quam eum dignum eſt conſequi. Contra vero ſi accipiat quartam omnium bonorum, aut liberorum naturalium ſpem omnino deminuit, ſi ſolus quinque millia ex viginti accipiat, aut minus conſequetur, quam eum dignum eſt conſequi, ſi non plus conſequatur, quam illi, qui nati ſunt ex legitimis nuptiis. Hæc ſane, ni fallor, eſt ejus legis ſententia. Et idcirco ne quædam hic eveniret abſurditas, cum quartam omnium bonorum arrogatus accipiat, arrogare non licet, ſiquis plures jam habeat ex legitimis nuptiis. Nec quiſquam id omnino tam iniquum exiſtimet, quod arrogati legitima major ſit legitima liberorum naturalium, qui trientem duntaxat vel ſemiſſem portionis ab inteſtato accipiunt. Legiſlatori enim ut frenaret quodammodo fervorem & impetum adoptandi impuberis hæc diverſitas placuit, *d.l.*15.*d.l.*17.Diſſ.Ferret.Baro,Mynſ.Vult.Bach. *h.*& *ad* 1.*part.ff.p.*215.

10 *Relinquere.* Quarta omnium bonorum eſt arrogati legitima, quam, ut excludat querelam inofficioſi, tenetur arrogator in teſtamento relinquere, ſi arrogaverit puberem. Dico in teſtamento, quia inter vivos ea peti non poteſt, *l.*1.§.21.*ff.de collat.* Dicit enim Juſtinianus hic expreſſe *relinquere,* quod ad ultimas voluntates regulariter pertinet, *l.*1.*in fin.ff. de tab.exhib.* & viventis præterea non poteſt dici hereditas, *l.* 1. *ff. de her. vel act. vend.* cujus pars eſt legitima, *l. ult. ff. ſiq. in fr. patr.* Dixi etiam

ſi pu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſi puberem. Ceſſat enim querela, ſi pupillum arrogaverit, & locum habet 11
condictio ex Divi Pii reſcripto, *l.* 8. §. 15. *ff. de inoff. teſt. junct.* §. 2. *Inſt. eod.* Azo *in ſumm. Cod. de adopt. n.* 5. Diſſ. Bachov. *ad τὰ πρῶτα p.* 216. Quæ arrogato etiam impuberi ſpecialiter competit, ſi eum emancipaverit arrogator, dum viveret, nulla juſta de cauſa, *h.* §. *junct. d. l.* 8. §. 15. Non 12
eſt ergo neceſſe, ut multum hic diſputemus, an aucta ſit etiam, ut liberorum naturalium, ſic arrogati legitima. Quarta quidem in trientem aut ſemiſſem mutata eſt, ſed quarta tantum debitæ ab inteſtato portionis, *l.* 8. §. 8. *ff. de inoff. teſt. junct. nov.* 18. *cap.* 1.

TEXTUM

§. IV. *Minorem natu majorem non poſſe adoptare placet. Adoptio enim naturam imitatur, & pro monſtro eſt, ut major ſit filius quam pater. Debet itaque is, qui ſibi filium per adoptionem, vel adrogationem facit, plena pubertate, id eſt, decem & octo annis præcedere.*

COMMENTARIUS.

1. *Pubertas eſt duplex.*
2. *Quæ prima lanugo.*

VEl plena eſt igitur, vel minus plena pubertas. Minus plena 1
pubertas ſunt anni quatuordecim, ſi loquamur de maſculo, vel anni duodecim, ſi loquamur de fœmina, *pr. Inſt. de nupt. pr. Inſt. Qu. mod. tut. fin.* Plena vero pubertas ſunt anni octodecim, *h.* §. qua ætate pubeſcunt etiam οἱ βραδέως ἡβῶντες, ut ait Theophilus. Vinn. Ferret. Hotom. *h.* Bachov. *ad τὰ πρῶτα p.* 234. De ea Dion Caſſ. *lib. hiſt.* 45. Πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν, Καίσαρα μὲν ἄρτι δὲ ἐκ παίδων προεληλυθότα, καὶ οὐ πολὺς ἐξ οὗ χρόνος ἐς τοὺς ἐφήβους ἐγγεγραμμένον, τοσαύτην τῆς κοινῆς πρόνοιαν ποιεῖσθαι, *Qui enim turpe non ſit, Cæſarem, qui nuper admodum ex pueris exceſſit, interque puberes adſcriptus eſt, tantam reipublicæ curam gerere.* Dicit προεληλυθότα ἄρτι ἐκ παίδων, quem paulo ante jam dixerat natum annos octodecim. Καὶ ἐκεῖνος σφαλερῶς μὲν καὶ ἐπικινδύνως ἐποίησεν, ὅτι τήν τε ἡλικίαν
τὴν ἄρτι ἐκ παίδων ἄγων, ὀκτωκαιδεκέτης γὰρ ἦν, &c. Nonnulli ap- 2
pellant eam primam lanuginem: ἄκραν τὴν ἥβην Arrianus *in Indicis.* Quia autem adoptans adoptandum annis octodecim debet præcedere, natus annos triginta adoptare non poteſt eum, qui tantum natus eſt an-

nos quatuordecim; ſed quadraginta jam natus adoptare poteſt eum, qui viceſimum attigit. Irriſus propterea non ſolum eſt Clodius, cum ætate minori ſe adoptandum tradidiſſet, verum etiam Heliogabalus Alexandrum adoptans natum annos duodecim, cum ipſe tantum quatuor eum annis præcederet. Herodian. *lib. 5. hiſt.* Ἀποδείκνυται δὲ Καῖσαρ ὁ Ἀλέξανδρος, ὕπατός τε σὺν τῷ Ἀντωνίνῳ. κατελθὼν τε ἐις τὴν σύγκλητον, ταῦτα ἐκύρωσε, γελοιότατα ψηφισαμένων πάντων ἃ ἐκελεύοντο. πατέρα μὲν ἐκεῖνον δοκεῖν, ἔτη γεγονότα περί που ἑκκαίδεκα. τὸν Ἀλέξανδρον δὲ υἱὸν τοῦ δωδεκάτου ἐπιβαίνοντα.

T E X T U S

§. V. *Licet autem & in locum nepotis, vel neptis, pronepotis, vel proneptis, vel deinceps, adoptare, quamvis filium quis non habeat.*

COMMENTARIUS.

UT habeat nepotem, qui filium non habet, natura non impedit. Quid ſi enim jam extinctus ſit filius? Poteſt ergo nihilominus adoptare nepotem, qui non habet filium *h.§.* imo etiamſi eum nunquam habuerit, poteſt tamen nihilominus adoptare nepotem. Sufficit enim quod habuere potuerit, *l.30. l.37. pr.l.43. l.44.ff.h.t.* Natura non impedit, quominus ſexagenarius nepotem jam habeat, & idcirco nec impeditur ad orbitatis ſolatium adoptare nepotem tot annos jam natus. Naturam enim imitatur adoptio §.4.*Inſt.h.t.* Ut pronepotem adoptes, non præciſe requiritur, ut habeas & filium & ex eo nepotem. Potentia ſufficit. Hæc enim eſt ratio, cur poſſit adoptare, qui uxorem non habet, *l. 30. ff. h.t.* Bachov. *ad τὰ πρῶτα p.* 229.

T E X T U S

§. VI. *Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare poteſt, quam nepotem in locum filii.*

COMMENTARIUS.

1. *Extraneum in fratrem adoptare non licet.*
2. *Nec proprie quiſquam ſe ipſum adoptat.*
3. *Nec quenquam in patrem adoptare permittitur.*

NOn ſolum nepotem, ſed & fratrem in filium adoptare conceſſum eſt, *l. 42. pr. ff. de bon. libert.* Sed extraneum in fratrem adoptare non

non licet, *l.* 7. *C. de her. inſt.* Nec ullum eſt dubium, quin nemo ſe ipſum adoptare potuerit. Adoptamur ab alio *tot.h.t.* Et idcirco improprie dicitur ſe ipſum adoptaſſe Stajenus, quia nomen mutaverat. Cic. *in Brut. C. Stajenus, qui ſe ipſe adoptaverat, & de Stajeno Ælium fecerat.* Forner. 5. *rer. quot.* 17. In patrem etiam præterea quin adoptare 3
non liceat, dubitari non poteſt. Contra enim jus & inſtituta majorum Maria Stuarta Scotorum regina dicitur feciſſe, cum Iacobum Hamiltonium patrem adſciſceret, ut ſcribit Thuanus *lib. hiſt.* XXVI.

TEXTUS

§. VII. *Sed ſiquis nepotis loco adoptet vel quaſi ex filio, quem habet jam adoptatum, vel quaſi ex illo, quem naturalem in ſua poteſtate habet: eo caſu & filius conſentire debet, ne ei invito ſuus heres adgnaſcatur. Sed ex contrario, ſi avus ex filio nepotem det in adoptionem non eſt neceſſe filium conſentire.*

COMMENTARIUS.

1. *Suus heres.*
2. *Adoptare ab aliquo.*

EO *caſu & filius.* Quid ſi is nolit? Aut quid ſi is conſenſum accommodare detrectet? Valet tamen adoptio adoptantem quod attinet, cui erit, qui adoptatur, ſuus heres nihilominus *arg.* §.5.*Inſt.h.t.l.*1.§.*pen.ff. de V.O.* Sed diſſentientem quod attinet, nullius momenti eſt, *l.*6. *l.*10. *l.*11. *ff.h.t.l. non dubium* 5. *C.de legib.* Accurſ. & Bachov. *h.* Bald. *ad d. l.* 11. Cont. 1. *lect.* 6. *in fin.* Don. 2. *comm.*22.

Suus heres. Qui ſimul & eſt in poteſtate paterna, & proximum ob- 1
tinet in familia gradum, ſuus heres vocatur, §.2.*Inſt.de her. qual.& diff.* Suus heres ergo non dicitur, qui aut patri ſuccedit, aut debet ſuccedere, nam & exheredatus ſuus heres vocatur, *l.*73.§.1.*ff.de reg. jur. junct.l.*4. *ff.de teſt. tut. pr.* & §.4. *Inſt.de pup.ſubſt.*

Adoptare porro filium dicor ab aliquo, cum adopto alterius poteſtati 2
ſubjectum, quod & hic eſt notabile. Cic. *in Brut. Ipſum Scipionem accepimus non infantem fuiſſe: filius quidem ejus, is qui hunc minorem Scipionem à Paulo adoptavit, ſi corpore valuiſſet, in primis habitus eſſet diſertus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

TEXTUS

§. VIII. *In plurimis autem cauſis adſimilatur is, qui adoptatus, vel adrogatus eſt, ei, qui ex legitimo matrimonio natus eſt. & ideo ſiquis per Imperatorem, vel apud Prætorem, vel Præſidem provinciæ, non extraneum adoptaverit, poteſt eundem in adoptionem alii dare.*

COMMENTARIUS.

1. *Adoptivi per omnia non comparantur legitimis.*
2. *An nobilis fiat adoptatus à nobile.*
3. *Senator & nobilis an omnino ſit idem.*
4. *Apud Romanos olim quis proprie nobilis.*
5. *Homines apud eos & novi & veteres.*
6. *Apud Turcas quid juris.*

FIlius adoptivus naturali eſt ſimilis, vel ei qui natus eſt ex legitimis nuptiis, *h. §. l.4.C.de decur.l.2.C.h.t.* Appian. Alexand. *lib.3. de bell. civ. cap.* 297. Ἐπινομώτατος δ' ἐστι Ῥωμαίοις ὁ τρόπος οὗτος ἐπὶ τῶν ἀπατόρων, καὶ δύνανται μάλιστα αὐτοὶ ἴσα τοῖς γνησίοις παισὶν ἄγειν &c. Sed recte tamen dicit hic
1 in *plurimis cauſis*. Non enim comparatur naturalibus liberis in *l.51. §.1.ff. de leg. 2.l.76.ff.de cond.& dem.pr.Inſt.de excuſ.tut.§.minus ergo Inſt. de her. qu. ab int. def. cap.adoptivus ſi de feud. def.* Nec comparatur etiam in conſequendis honoribus. Tacit. *annal.* 15. *Factum ex eo ſenatuſconſultum, ne ſimulata adoptio in ulla parte muneris publici juvaret, ac*
2 *ne uſurpandis quidem hereditatibus prodeſſet.* Unde quærunt interpretes, an nobilis fiat etiam adoptatus à nobile. Et ſane ſi nobilitas deſcendat ex ſanguine, dicendum quod non. Conſtat enim, quod adoptio non adfert jus ſanguinis, *l.23.ff.h.t.* Videtur autem id verius, quod deſcendat ex ſanguine, *l.32.ff.de rit. nupt.* aut ſaltem ex ſpeciali beneficio principis. Cujac.*conſil.*65. Tiraquell. *de nobil.cap.5.n.6. & de jur. primogen. quæſt.* 84. Bodin. *lib. 5. de repub. cap.* 8. Mornac. *ad l. 5 ff.de ſenat.* Senatoris quidem fit filius, quem Senator adoptat, atque ita transfertur etiam dignitas ejus, qui adoptat, in filium, *l. 5. l.6. ff. de ſenat. l. 13. l. 35. ff. h.t.*
3 Sed Senator & nobilis non ſunt unum & idem. Multi enim erant Senatores plebeji. Liv. *lib. 5. cap.* 12. *Non tamen ultra proceſſum eſt, quam ut unus ex plebe uſurpandi juris cauſa P. Licinius Calvus tribunus*

mili-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

militum conſulari poteſtate crearetur. Ita plebes mirabatur ſe tantam rem obtinuiſſe, non is modo qui creatus erat, vetus tantum ſenator & ætate gravis. Idem *lib.* 59. *Q. Pompejus & Q. Metellus, tunc primum uterque de plebe facti cenſores, luſtrum condiderunt.* Multi erant plebeji, & nihilominus nobiles. Liv. *lib.* 22. *cap.* 35. *Tribus patriciis petentibus P. Cornelio Merenda, L. Manlio Volſone: M. Æmilio Lepido, duobus nobilibus jam familiarum plebei C. Attilio Serrano, & Q. Ælio Pæto.* Multi etiam nobiles, & tamen non Senatores. Liv. *lib.* 23. *cap.* 24. *Inde primum in demortuorum locum legit, qui poſt L. Æmilium & C. Flaminium cenſores curulem magiſtratum cepiſſent, necdum in ſenatum lecti eſſent, ut quiſque eorum primus creatus erat.* Dio Caſſ. *lib.* 59. Οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ὑπάτευσε τὸν Κλαύδιον τὸν θεῖον προσλαβών. οὗτος γὰρ ἔν τε τοῖς ἱππεῦσι μέχρι τότε ἐξεταζόμενος, καὶ πρεσβευτὴς πρὸς τὸν Γάϊον, μετὰ τὸν τοῦ Τιβερίου θάνατον, ὑπὲρ τῆς ἱππάδος πεμφθεὶς, τότε πρῶτον, καίπερ ἓξ καὶ τεσσαράκοντα ἔτη βεβιωκὼς καὶ ὑπάτευσεν ἅμα καὶ ἐβούλευσεν. Cic. pro *Muræn. Tua vero nobilitas Ser. Sulpici, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis & hiſtoricis eſt notior, populo vero & ſuffragatoribus obſcurior. Pater enim fuit equeſtri loco, avus nulla illuſtri laude celebratus.* & mox. *Virtute induſtriaque perfeciſti, ut cum equitis Romani eſſes filius, ſumma tamen amplitudine*
dignus putarere. Multi etiam patricii, & tamen non nobiles. Non enim 4
ex genere, ſed imaginum multitudine omnis nobilitas. Jus imaginis erat ex magiſtratu curuli, quem quis geſſerat vel ipſe, vel ejus majores. Si primus ipſe geſſiſſet, novus erat homo; vetus autem, ſi & ejus majores.
Liv. *lib.* 1. *Ancus Marcius nobilis una imagine Numæ.* Salluſt. *in Iu-* 5
gurth. Scilicet, quia imagines non habeo, & quia mihi nova nobilitas eſt. Liv. *lib.* 22. *cap.* 34. *Id fœdus inter omnes nobiles ictum: nec finem ante belli habituros, quam conſulem vere plebejum, id eſt, hominem novum feciſſent. nam plebejos nobiles jam eiſdem initiatos eſſe ſacris, & contemnere plebem, ex quo contemni deſierint à Patribus, cœpiſſe.* Quintil. *de cauſ. corr. eloq. Ullane tanta ingentium opum ac magnæ potentiæ voluptas, quam ſpectare homines veteres, & ſenes, & totius orbis gratia ſubnixos, in ſumma omnium rerum abundantia confitentes id quod optimum ſit ſe non habere?* Unde novitas vocatur etiam recens nobilitas, vetus autem vetuſtas. Vellej. Paterc. *lib.* 2. *hiſt. cap.* 34. *M. Cicero, qui omnia incrementa ſua ſibi debuit vir novitatis nobiliſſimæ.* Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 3. *Novitatis ſuæ conſcientia vetuſtati non ſane propitius.* Sed quid ſi ſit ſimul & Senator

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

nator & nobilis, & adoptet plebejum? Videtur in plebejum transferri nobilitas. Fiebat enim plebejus, ſi patricius ſe dediſſet adoptandum plebejo. Sueton. *in Iul. cap.20. Cicerone in judicio quodam deplorante temporum ſtatum P. Clodium inimicum ejus fruſtra jam pridem à Patribus ad plebem tranſire nitentem, eodem die, horaque nona, tranſduxit.* Sed erat hæc temporalis, &, ut fictus erat filius, ſic & ficta nobilitans, evaneſcens iterum, ſimulac ſolveretur adoptio *l. in omni* 13. *ff. h. t.* & idcirco, quod dixi, videri quod nobilitas deſcendat ex ſanguine, erit ſane veriſſimum, ſi
6 loquamur de ea, quæ eſt vera nobilitas. Aliter Bachov. *ad prim. part. ff. p.226.* Apud Turcas ſunt nobiles Turcici proceres. Virtute comparatur apud eos nobilitas. In heredem non tranſit. Busbeq. *epiſt.* 1.

TEXTUS

§. IX. *Sed & illud utriuſque adoptionis commune eſt, quod & ii, qui generare non poſſunt, quales ſunt ſpadones, adoptare poſſunt: caſtrati autem non poſſunt.*

COMMENTARIUS.

1. *Quid ſpadones, quid caſtrati.*
2. *An naſcantur eunuchi.*
3. *Quæ eorum conditio.*
4. *Cur adoptare non poſſint.*

1 SPadones ſunt frigidi, οἱ ψύξιν τῶν γονίμων μορίων ἀποστάντες, ut Græci definiunt, *l.6.l.9.pr. ff.de lib.& poſth. her.inſt.* Caſtrati ſunt homines, quibus teſtes execti ſunt: Arcades eos olim περιτάνους dicebant, ut teſtis eſt apud Photium Ptolemæus Hephæſtion. Carſamatia Græci poſterioris ætatis. Liutprand. *lib. 6.hiſt.cap.3. Obtuli autem loricas optimas* IX. *menſes, lanceas, mancipia, quatuor carſamatia, imperatori nominatis omnibus pretioſiora. Carſamatium autem Græci vocant amputatis virilibus & virga puerum.* Dixi exſecti. Raro enim caſtrati vel eunuchi naſcuntur. Succurrit tamen
2 exemplum, quod eſt apud Euſeb. 7. *hiſt.cap.*32. Dorothei nimirum, qui εὐνοῦχος erat τὴν φύσιν, οὕτω πεφυκὼς ἐξ αὐτῆς γενέσεως, ut ibi dicit Euſebius. Unde ſpado putatur quod ſit dictus à Spada, quæ urbs fuit Perſiæ. Stephanus περὶ πόλεων. Σπάδα οὐδετέρως, κώμη Περσικὴ, ἐν ᾗ πρώτη εὐνουχισμὸς γέγονεν. Sed ἀπὸ τοῦ σπᾶν, quod derivetur id vocabu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

cabulum, eſt longe veriſimilius, nam σπᾶν eſt evellere. Eunuchorum autem inventrix fuit prima Semiramis. Ammian. Marcell. *lib.* 14. *Ut quaqua inceſſerit quiſquam, cernens mutilorum hominum agmina, deteſtetur memoriam Semiramidis reginæ illius veteris, quæ teneros mares caſtravit omnium prima, velut vim injectans naturæ &c.* Parabantur quidem apud veteres immodicis pretiis, *l.* 3. §. 4. *ff. ad l. Corn. de ſic. l. ult. C. comm. de legat. l.* 1. *C. de comm. ſerv. man. l.* 27. §. 23. *ff. ad l. Aquil.* Senec. 5. *controv.* 33. *Principes viri contra naturam divitias ſuas exercent, caſtratorum greges habent, exoletos ſuos, ut ad longiorem patientiam idonei ſint, amputant.* Claudian. 3

Advolat Armenius certo mucrone reciſos
Edoctus mollire mares, damnoque nefandum
Aucturus pretium.

Plin. 7. *hiſt. cap.* 39. *Sed hoc pretium belli, non hominis fuit: tam hercule, quam libidinis, non formæ, Pazontem, è ſpadonibus Sejani,* III. *M.D. mercante Sutorio Priſco &c.* Sed erat tamen deteſtabilis ipſorum conditio, cum vulgo haberentur nec viri, nec fœminæ. Greg. Nazianz. *in epitaph. Baſil.* Τοὺς ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος, τοὺς ἐν γυναιξὶν ἄνδρας, ἐν ἀνδράσι γυναῖκας, τοὺς τοῦτο μόνον ἀνδρικοὺς τὴν ἀσέβειαν; οἱ τὸ φυσικῶς ἀσελγαίνειν οὐκ ἔχοντες, ᾧ δύνανται μόνον τῇ γλώσσῃ πορνεύουσιν. Mamertin. *in Panegyr. ad Julian. imp. Nec viros quidem, ſed mulierculas exambibant, nec fœminas tantum, ſed ſpadones quoque: quos quaſi à conſortio humani generis extorres ab utroque ſexu aut naturæ origo, aut clades corporis ſeparavit.* Cæterum cur caſtratus adoptare non poſſit, in promtu eſt ratio. 4
Qui generare non poteſt; adoptare non poteſt. Adoptio enim imitatur naturam §. 4. *Inſt. h. t.* Sed qui ad generandum non eſt prorſus inhabilis, & uxorem & filium ei licet adſciſcere, *l.* 39. §. 1. *ff. de jur. dot. d. l.* 6. *ff. de lib. & poſth.* & idcirco ſpadoni adoptare conceſſum eſt. Tolli enim poteſt & curari illud vitium medicorum remediis, *l.* 2. §. 1. *l.* 40. §. *ult. ff. h. t. l* 6. §. *ult. l.* 7. *ff. de ædil. edict. d. l.* 9. *pr. ff. de lib. & poſth. her.* Cujac. *in d. l.* 6. & 17. *obſ.* 24. Connan. 2. *comm.* 15. Ant. Auguſt. 3. *emend.* 5. Covarr. *tr. de frigid. & malef. q.* 6.

TEXTUS

§. X. *Fœminæ quoque adoptare non poſſunt: quia nec naturales liberos in ſua poteſtate habent, ſed ex indulgentia Principis ad ſolatium liberorum amiſſorum adoptare poſſunt.*

COM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

COMMENTARIUS.

UNus tantum eſt caſus, quo patria poteſtas in adoptantem non tranſit: Si adoptaverit fœmina, *h.* §. §. 3. *Inſt. de her. qual. & diff. l.* 5. C. *h. t.* Adoptionis exemplum eſt apud Sueton. *in Galb. cap.* 4. *Adoptatus à noverca ſua Livii nomen & Ocellæ cognomen aſſumſit, mutato prænomine. Nam & Lucium mox pro Servio uſque ad tempus imperii uſurpavit.* Si quæratur; quæ ratio: cur ille nomen mutaverit adoptatus à Livia: eſt in promtu reſponſio. Appian. *lib.* 3. *de bell. civil. cap.* 267. Ἔθος γὰρ τι Ῥωμαίοις τοὺς θετοὺς τῶν θεμένων ὀνόματα μεταλαμβάνειν, *Mos eſt apud Romanos, ut adoptati adoptantium nomen aſſumant.* Non omnino autem priſtinum ſolebant abjicere, ſed paulum inflectere. Sic Auguſtus cum antea diceretur Octavius, adoptatus à Cæſare deinceps Octavianum appellari ſe voluit. Dio Caſſ. *lib.* 46. *hiſt.* Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ Ὀκταουϊανὸς ἐπεκλήθη. νενόμισται γὰρ ἄν τις εἰσποιηθῇ, τὴν μὲν ἄλλην αὐτὸν πρόσρησιν ἀπὸ τοῦ εἰσποιησαμένου λαμβάνειν ἓν δὲ τι τῶν προτέρων ὀνομάτων σχηματισθὲν πως τηρεῖν. Pet. Fab. 1. *Semeſt.* 14.

T E X T U S

§. XI. *Illud proprium eſt adoptionis illius, quæ per ſacrum oraculum fit, quod is, qui liberos in poteſtate habet, ſi ſe adrogandum dederit, non ſolum ipſe poteſtati adrogatoris ſubjicitur, ſed etiam liberi ejus in ejuſdem fiunt poteſtate, tanquam nepotes. Sic etenim divus Auguſtus non ante Tiberium adoptavit, quam is Germanicum adoptaſſet: ut protinus adoptione facta inciperet Germanicus Auguſti nepos eſſe.*

COMMENTARIUS.

1. *Faſtus Principum.*
2. *Arrianorum veſania.*

QUis hic Tiberius, qui adoptavit Germanicum, quis item Germanicus, nemo ignorat. Siquis tamen majorem hic requirat diligentiam, adeat Pancirolum 2. *var. lect.* 276. Simile exemplum eſt apud Spartian. *in vit. Adrian. Mortuo Ælio Vero Cæſare, Adrianus ingruente triſtiſſima valetudine, adoptavit Arrium Antoninum, qui poſtea Pius dictus eſt: ſed ea demum lege, ut ille ſibi duos adoptaret, Annium Verum, & Marcum Antoninum.*

Per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Per ſacrum oraculum. Ex principali reſcripto, ut §. 1. *Inſt. h. t.* Di- 1
cuntur reſcripta Principum & ſtatuta cœleſtia, *l.* 10. C. *de murileg.* cõn-
ſulta cœleſtia, *l. nequis* 8. C. *de offic. rect. prov.* reſponſa cœleſtia, *l. nemo*
13. §. 1. C. *de re milit.* Noſtra æternitas, dicit Juſtinianus in *l.* 2. §. 21. C. *de offic. præf. præt. Afr.* Symmach. 9. *epiſt.* 85. *Dehinc ipſius æterni Principis beneficium celebrius atque ornatius reddidiſti.* Veſtis divina, ut eſt apud Corippum,

Subſtrictoque ſinu veſtis divina pependit,

Et vox ejus cœleſtis, ut eſt apud Tacit. *annal.* 16. *in fin. Quin & illa objectabat: principio anni vitare Thraſeam ſollenne jusjurandum: nuncupationibus votorum non adeſſe, quamvis Quindecimvirali ſacerdotio præditum: nunquam pro ſalute principis, aut cœleſti voce immolaviſſe.* Sed quod ad vocem *æternitas*, vix eſt ut tolerari poſſit tam enormis ſuperbia. Et ſolebant tamen ſic dicere, & ſic alloqui Principes; *Veſtra æternitas.*
Quo major fuit olim & execrabilior Arrianorum veſania, Dei 2
unicum filium ſempiternum negantium, non vero dubitantium βασιλέα vel Principem, ut eſt apud Socratem 2. *hiſt.* 37. & apud Sozom. 4. *hiſt.* 17. λέγειν αἰώνιον.

TEXTUS

§. XII. *Apud Catonem bene ſcriptum refert antiquitas, ſervos, ſi à domino adoptati ſint, ex hoc ipſo poſſe liberari. Unde & nos eruditi in noſtra conſtitutione etiam eum ſervum, quem dominus actis intervenientibus filium ſuum nominaverit, liberum eſſe conſtituimus: licet hoc ad jus filii accipiendum ei non ſufficiat.*

COMMENTARIUS.

Fit quidem filius, ſed non fit liber, actis intervenientibus adoptatus à domino, *h.* §. Nec id tam mirabile. Ne libertinos quidem olim erat adoptare permiſſum. A. Gell. *lib.* 5. *cap.* 19. *Libertinos vero ab ingenuis adoptari quidem jure poſſe Maſſurius Sabinus ſcripſit, ſed id neque permitti dicit, neque permittendum eſſe unquam putat, ut homines libertini ordinis per adoptationem in jura ingenuorum invadant, alioquin, ſi juris iſta antiquitas ſervetur, etiam ſervus à domino per prætorem dari in adoptionem poteſt, idque ait pleroſque juris veteris auctores poſſe fieri ſcripſiſſe.* Sed jure noviſſimo cum omnes libertini ſint effecti ingenui, non eſt impedimento, quominus & manumiſſi permittatur adoptio, *nov.* 78.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

cap. 1. *cap.* 2. §. 1. & *cap.* 5. Pet.Fab. 3. *Semeſt.* 14. Bachov. *ad* 1. *part. ff. tit. de adopt. cap. Comm. utr. ſpec. n.* 9.

TITULUS XII.

Quibus modis jus patriæ poteſtatis ſolvitur.

TEXTUS

Videamus nunc, quibus modis, qui alieno juri ſubjecti ſunt, eo jure liberentur. Et quidem quemadmodum liberentur ſervi à poteſtate dominorum, ex iis intelligere poſſumus, quæ de ſervis manumittendis ſuperius expoſuimus. Hi vero, qui in poteſtate parentis ſunt, mortuo eo, ſui juris fiunt. Sed hoc diſtinctionem recipit. Nam mortuo patre, ſane omnimodo filii filiæve ſui juris efficiuntur, mortuo vero avo, non omnimodo nepotes nepteſve ſui juris fiunt, ſed ita ſi poſt mortem avi in poteſtatem patris ſui recaſuri non ſunt. Itaque ſi moriente avo pater eorum vivit, & in poteſtate patris ſui eſt: tunc poſt obitum avi in poteſtate patris ſui fiunt. Si vero is, quo tempore avus moritur, aut jam mortuus eſt, aut per emancipationem exiit de poteſtate patris: tunc ii, qui in poteſtatem ejus cadere non poſſunt, ſui juris fiunt.

COMMENTARIUS.

1. *Mors eſt duplex.*
2. *Liberi an recidant in poteſtatem paternam, ſi avus deceſſerit.*

UT res oriuntur, ſic etiam intereunt. Sunt modi, quibus obligatio contrahitur, & modi, quibus iterum contracta diſſolvitur. Sunt modi, qui & finiunt, & tutelam conſtituunt. Sunt & quibus acquiritur, & amittitur ſervitus. Quibus item acquiritur, & quibus patria poteſtas acquiſita diſſolvitur. Et ut tribus acquiritur, ſic & tribus diſſolvitur. Modi enim principales ſunt, mors, dignitas, & emancipatio, quibus tollitur ſcilicet. Mors autem eſt duplex:
1 Naturalis cum anima ſeparatur à corpore. Civilis cum amittit quis civitatem Romanam, *l.* 63. §. *ult. ff. pro ſoc. l.* 1. §. *hi qui ff. de leg.* 3. *l.* 1. *C. de her. inſt. l.* 1. *C. de ſent. paſſ. pr.* & §. 1. *Inſt. h. t.* Naturali diſſolvitur, ſi vel is, qui eſt in poteſtate moriatur, vel moriamur nos ipſi. Mortuus liberos

ros in poteſtate non habet, nec patriam poteſtatem exercemus in mortuum, *h.§.* Caſus eſt tamen, quo non finitur poteſtas, etiamſi ſit mortuus qui eam exercet. Avus enim cum moritur, ſtatim quidem ſui juris efficitur filius, ſed nepotes non item: recidunt enim in poteſtatem paternam, 2
niſi avus retinens in poteſtate nepotem, vivus etiamnum emancipaverit filium, *h.pr.in fin.* Emancipaverit dico: Si enim, avus dum viveret, filius dignitate ſit ſui juris effectus, poſt avi mortem nihilominus in ejus poteſtatem redigentur nepotes, *nov.*81. *cap.*2.

TEXTUS

§. I. *Cum autem is, qui ob aliquod maleficium in inſulam deportatur, civitatem amittit: ſequitur, ut qui eo modo ex numero civium Romanorum tollitur, perinde quaſi eo mortuo, deſinant liberi in poteſtate ejus eſſe. Pari ratione & ſi is, qui in poteſtate parentus ſit, in inſulam deportatus fuerit, deſinit eſſe in poteſtate parentis. Sed ſi ex indulgentia Principis reſtituti fuerint, per omnia priſtinum ſtatum recipiunt.*

COMMENTARIUS.

1. *Deportati amittunt, quæ ſunt juris civilis.*
2. *Retinent autem, quæ ſunt juris gentium.*

DEportati dicuntur & proſcripti, & exules, *t. tit. C. de bon. proſcript. l.* 5. *ff. de interd. & rel.* Cic. *lib.* 2. *ad Herenn. Sulpitius, qui interceſſerat, ne exules, quibus cauſam dicere non licuiſſet, reducerentur; idem poſterius immutata voluntate cum eandem legem ferret, aliam ſeſe ferre dicebat propter nominum commutationem: nam non exules, ſed vi ejectos ſe reducere ajebat: perinde quaſi id fuiſſet in controverſia, quo illi nomine appellarentur a P. Romano, aut perinde quaſi non omnes, quibus aqua & igni interdictum eſt, exules appellentur. Verum illi fortaſſe ignoſcimus, ſi cum cauſa fecit: nos tamen intelligamus vitioſum eſse, intendere controverſiam propter nominum commutationem.* Patriam poteſtatem amittunt idcirco, quia patria poteſtas 1
eſt juris civilis, §.2.*Inſt.de patr.pot.* Deportati autem amittunt, quæ ſunt juris civilis, *l.*17.*ff.de pœn.l.* 1.§.2.*ff. de leg.* 3. Nec ea recipiunt, niſi & nominatim reſtituantur à principe. Indulgentia principis generalis non ſufficit, *l. generalis* 7. *l.* 9. *C. de ſent. paſſ. & reſt.* Reditum tantum hæc permittit in patriam *d. l.* 7. *d. l.* 9. Ne ſpecialis quidem patriam poteſta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

tem reſtituit. Debet hæc nominatim etiam deportato reſtitui, ut eam recipiat, *l.* 2. *l.* 6. *C. eod.* Aut ſaltem requiritur, ut dignitatem & bona Imperator reſtituat, *l. ult. pr. C. eod.* Quamvis autem ea, quæ ſunt juris civi-
2 lis, deportati amittant, retinent tamen, & libertatem, & ea, quæ ſunt juris gentium, *d. l.* 17. *d. l.* 1. §. 2. *l.* 15. *pr. ff. de interd. & rel.* §. 2. *Inſt. de cap. dem.* Imo interdum nec civitatem amittunt, deportati nimirum & proſcripti à Præſide, *d. l.* 15. §. 1. Præſidi enim deportare non licet, *l.* 2. §. 1. *ff. de pœn.*

TEXTUS

§. II. *Relegati autem patres in inſulam, in poteſtate liberos retinent. Et ex contrario liberi relegati in poteſtate parentum remanent.*

COMMENTARIUS.

1. *Aquæ & ignis interdictio.*
2. *Excommunicatio Pontificis Maximi.*
3. *In locum aquæ & ignis interdictionis deportatio ſucceſſit.*
4. *Deportati & relegati quemadmodum differant.*
5. *Exul in patria.*
6. *Quæ pœna exulis, ſi revertatur ſine venia.*
7. *Quid oſtraciſmus.*
8. *Quis eum primus excogitaverit.*
9. *Apud nos deportatio jam ab uſu receſſit.*
10. *Apud Gallos nihilominus adhuc eſt in uſu.*

1 AQua & igni interdicti, deportati, & relegati multum inter ſe differunt. Interdicti ſunt exules, quibus aqua & igni eſt interdictum à populo. Quæ atrox erat & graviſſima pœna. Præmium enim erat percuſſori propoſitum, ſervatori vel hoſpiti capitale ſupplicium. Luendum erat capite, ſiquis interdictum excepiſſet hoſpitio, ſiquis eum juviſſet vel aqua vel igne, vel ulla re alia, quæ ad vitam ſuſtentandam eſt neceſſaria homini. Senec. 4. *de benef. cap.* 38. *Nonne omnibus miſeris aqua & igni interdixerat, &c. Præbe in facie tua legendum iſtud decretum, quo cavetur, ne miſeros tecto juvare capitale ſit.* Appianus *de Sylla* 1. *de bell. civ. cap.* 198. Οὗτος δοκεῖ πρῶτος, οὓς ἐκόλασε θανάτῳ προγράψαι, καὶ γέρα τοῖς ἀναιροῦσι, καὶ μηνύματα τοῖς ἐλέγχουσι, καὶ κολάσεις τοῖς κρύπτουσιν ἐπιγράψαι. Idem 4. *de bell. civ. cap.* 301. Διετέτακτό τε πάντων τὰς κεφαλὰς

λὰς ἐς τοὺς τρεῖς ἄνδρας ἐπὶ ἐν τῷ κέρδει φέρεσθαι, καὶ ἦν τὸ κέρδος ἐλευθέρῳ μὲν ἀργύριον, θεράποντι δὲ, ἐλευθερία τε καὶ ἀργύριον. παρέχειν δὲ ἐς ἔρευναν πάντας τὰ ἴδια, καὶ τὸν ὑποδεξάμενον, ἢ κρύψαντα, ἢ τὴν ἔρευναν οὐ παρασχόντα τοῖς ἴσοις ἐνέχεσθαι, μηνύειν δὲ ἕκαστα τούτων τὸν ἐθέλοντα ἐπὶ τοῖς ἴσοις κέρδεσι. Plutarch. *in Cicer. cap.* 44. Ὡς δ᾽ ἦν φανερὸς ἤδη πεφευγὼς, ἐπήγαγεν αὐτῷ φυγῆς ψῆφον ὁ Κλώδιος, καὶ διάγραμμα, προὔθηκεν, εἴργειν πυρὸς καὶ ὕδατος τὸν ἄνδρα, καὶ μὴ παρέχειν στέγην ἐντὸς μιλίων πεντακοσίων Ἰταλίας, *Poſtquam fugiſſe eum innotuit, Clodius de exilio ejus fert, edictumque proponit, quo aqua & igni ei interdiceretur, neque tecto eum recipere intra quingenteſimum ab Italia miliare licitum eſſet.* Similis fuit 2
olim & eſt adhuc hodie tam atroci ſupplicio excommunicatio Pontificis Maximi. *Paralipom. Abbat. Urſperg. ad Ann.* 1461. *Poſt hæc Dietherus & complices excommunicantur, & execrantur, & inhibetur, nequis eis panem, vinum, carnes, equos, currus, baliſtas, lanceas, & id genus adferat.* Sed paulatim mitigata acerbitate ſupplicii, quibus interdicendum erat aqua & igni, concluſi ſunt inſula. Tacit. *lib.* 3. *annal. Igitur aqua & igni interdictum reo, appoſitumque, ut teneretur inſula neque Macedoniæ, neque Thraciæ opportuna.* Ibid. *Multum de clementia Principis præfatus, aqua atque igni Silano interdicendum cenſuit, ipſumque in inſulam Gyarum relegandum.* Unde tandem & deportatio in ejus locum ſucceſſit, *l.* 2. §. 1. *ff. de pœn. l.* 3. *ff. ad l. Jul. pecul.* Tacit. *annal.* 4. *Gallus* 3 *Aſinius Gyaro aut Donuſa claudendum cenſuerat. Id quoque Tiberius aſpernatus eſt, egenam aquæ utramque inſulam referens, dandoſque vitæ uſus, cui vita concederetur. Ita Serenus Amorgum deportatur.* Deportati ergo ſunt exules, concluſi inſula, in quam ſunt deducti ab apparito- 4
ribus publicis. Zoſim. *lib.* 5. *hiſt.* Τιμάσιος δὲ τῇ Ὀάσεως οἰκήσει παραδοθεὶς ἀπηλαύνετο, φυλακῆς αὐτὸν δημοσίας παραπεμπούσης. Panciro l. 1. *var. lect.* 41. Relegati vero exules, quibus interdictum eſt certa provincia, vel qui ob delictum ſunt projecti in inſulam, *l.* 7. *pr.* & §. 6. & §§. *ſeqq.* §. 14. & *ſeq. ff. de interd. & rel.* Exules dico, quia exilium eſt generale vocabulum, *l.* 5. *ff. eod.* Sed ſtrictiſſime ſumtum, deportationi id interdum opponitur. Ammian. Marcell. *lib.* 14. *Ex iis proſcripti ſunt plures, actique in exilium alii, nonnullos gladii conſumpſere pœnales.* Relegatis ut certo loco interdictum ſit, ſufficit. Deportati vero ſemper concluſi ſunt inſula. In eo tamen conveniunt, quod utriſque, cum ſint exules, carendum ſit patria. Fuit tamen, qui ſolus olim exulavit in pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

5 tria, quod exemplum notabile. Appian. Alex. 4. *de bell. civ. cap.* 315. Σίττιον δὲ καληνοὶ πολίτην σφῶν ὄντα, καὶ πολλὰ ἐς αὐτοὺς ἐκ περιουσίας δαψιλοῦς ἀναλώσαντα ἐφύλασσον, σιδηροφοροῦντές τε ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τοῖς οἰκέταις ἀπειλοῦντες, καὶ τοὺς στρατιώτας ἀπερύκοντες ἀπὸ τῶν τειχῶν, μέχρι μαραινομένου τοῦ κακοῦ, καὶ ἐς τοὺς τρεῖς ἐπρέσβευσαν ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ ἔτυχον Σίττιον τῆς ἄλλης Ἰταλίας εἰργόμενον ἐν τῇ πατρίδι μένειν. Σίττιος μὲν δὴ πρῶτος ἢ μόνος ἀνδρῶν ὅδε τῆς ξένης ἐφυγαδεύετο ἐν τῇ πατρίδι, *Sittium Caleni civem ſuum, & in ipſos pro amplis facultatibus munificum, cuſtodiverunt armati, ſervos minis cohibendo, milites arcendo à mœnibus, donec deferveſcente malo, per legatos impetrarunt à triumviris, ut in patria manens exularet à reliqua Italia. Ita Sittius primus & ſolus mortalium exulavit in patria.* Porro patriam poteſtatem deportati amittunt, §. 1. *Inſt. h. t.* Relegati non item, *h.* §. 2. Deportati amittunt, quæ ſunt juris civilis: Relegati non item, *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 15. *pr. ff. eod. de interd. & rel. l.* 3. *l.* 8. §. 1. & 2. *ff. Qu. teſt. fac. poſſ.* Plin. 3. *epiſt.* 11. *Carent jure togæ, quibus aqua & igni interdictum eſt,* Dion Caſſ. *lib.* 57. *hiſt.* Απεῖπε δὲ ὁ Τιβέριος τοῖς πυρὸς καὶ ὕδατος εἰρχθεῖσι μὴ διατίθεσθαι. καὶ οὗτο καὶ νῦν φυλάττεται. Sueton. *in Auguſt. cap.* 54: *Antiſtius Labeo ſenatus lectione cum vir virum legeret, M. Lepidum hoſtem olim ejus & tunc exſulantem legit.* Bona deportati rediguntur in fiſcum, *l.* 2. *C. de bon. proſcript.* relegati non item, niſi bona nominatim etiam publicari placuerit, *l.* 4. *l.* 7. § 4. *l.* 14. *ff. de interd. & rel.*

6 Relegati in inſulam, ſi ſine venia redeant, deportantur in inſulam. Capite puniuntur, ſi deportati id fecerint, *l.* 4. *l.* 28. §. *in exulibus ff. de pœn.* Sed hodie illud ipſum in deſuetudinem abiit. Punitur extra ordinem, qui in locum, quo eſt ipſi interdictum, revertitur. Virgis aliquando is cæſus in Gallia decreto Burdegalenſium *Ann.* 1599. 23. *Ian.* ut teſtatur Autumn. *not. ad Langl.* 10. *Semeſt. cap. ult.* Deportati præterea exulabant perpetuum, ſed vel in perpetuum, vel ad tempus relegati, *l.* 14. *pr. l.* 18. §. 1. *ff. eod.* Cujac. 6. *obſ.* 25. Deportatio fuit etiam capitale ſupplicium, §. 2. *Inſt. de publ. jud. l.* 4. §. 2. *ff. de bon. libert.* relegatio non item, *l.* 103. *ff. de V. S.* Præſes habebat quidem relegandi licentiam, *l.* 7. §. 1. *ff. de interd. & rel.* deportandi non item, *l.* 2. §. 1. *ff. de pœn. l.* 6. §. 1. *ff. de interd. & rel.*

7 Sed quæri jam poſſet de Oſtraciſmo Græcorum, utrum ei fuerit deportatio ſimilis. Et dicendum quod non. Oſtraciſmus quidem exilium, ſed non erat ſupplicium, verum modus inventus ad reprimendam nonnullorum nimis gravem potentiam, nec erat perpetuus, ſed circumſcriptus de-

decennio, & nec vel infamia, vel confiſcatio bonorum erat comès ejecti.
Joſ. Scaliger *not. ad Euſeb. num.* MDXXXIII. Qui primus Athenis 8
oſtraciſmum excogitavit, fuit dictus Achilles filius Lyſonis, ut teſtis eſt
apud Photium Ptolemæus Hephæſtion. Primus refertur eo pulſus Hip-
parchus, omnium vero ultimus quidam Hyperbolus. Sed Au-
ctores in eo tamen non omnes conſentiunt. Quidam enim oſtraciſ-
mum excogitatum à Theſeo, quidam à Cliſthene prodiderunt me-
moriæ. Euſeb. *in Chron.* Ælian. 13. *Var.* 24. Sunt etiam, qui Cliſthe-
nem, ſunt nonnulli, qui Theſeum omnium primum eo ſcribunt ejectum.
Ælian. *d. loc.* Ioſ. Scaliger *not. ad Euſeb. num.* DCCLXXXIX. Apud nos 9
deportatio jam ab uſu receſſit. Frequentatur tantum relegatio. Non
enim amittunt quæ ſunt juris civilis, qui exulare ſunt juſſi. Groenew.
ad tit. ff. de interd. & rel. Rodeburg. *de jur. conj. tit.* 3. *cap.* 1. *n.* 16. Carp-
zov. *prax. crim. part.* 3. *quæſt.* 130. *n.* 13. *&* 52. Sed apud Gallos, qui juſſus 10
eſt exulare perpetuum, velut deportatus civitatem amittit, & ſi, dum eſt
exul, contraxerit nuptias, nuptiæ nullæ ſunt, liberique ſunt illegitimi, qui
ex iis naſcuntur. Unde cum apud Andes quæſtio eſſet orta inter liberos
exulis ex ejuſmodi nuptiis, & heredes à latere, utri nimirum ab inteſtato
ſuccederent, ſucceſſionem collateralibus Senatus addixit cum onere pen-
ſionis annuæ centum librarum erogandæ liberis, ut teſtatur Mornac. *ad
l. ult. C. de h. qu. ven. æt. impetr.* Matth. Paris *in Iohanne Anglorum rege*:
*Conſuetudo eſt in regno Franciæ, quod ex quo aliquis eſt damnatus ad
mortem, vel ad exilium perpetuum, proles poſt ſententiam damnationis non
debet ſuccedere: geniti tamen ante ſententiam ſuccedere debent.* Vid. eund.
Mornac. *ad l. pen. C. de uſufr.* Cæterum hæc quæſtio, quis ſucceſſor ſit
exulis, in ea parte Galliæ, quam moratam appellant, non eſt magni mo-
menti. Bona enim ejus omnia rediguntur in fiſcum, niſi forte loquamur
de bonis poſt exilium acquiſitis ab exule. Choppin. *de comm. Gall. conſ.
præc. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 3. Groenew. *ad l.* 2. *C. de bon. proſcrip.* Apud nos cum,
ut dixi, is relegato ſit ſimilis, fiſcus ei etiam, niſi reo majeſtatis, non ſolet
ſuccedere. Quod & in Gallia juris ſcripti ſic obtinet, licet enim exul ibi
deportato ſit ſimilis, ſequuntur tamen *Novell.* 134. *cap. ult.* Arth. Duck *de
uſ. & auth. jur. civ. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 19.

TEXTUS

§. III. *Pœnæ ſervus effectus filios in poteſtate habere deſinit. Servi autem
pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur, & qui beſtiis ſubjiciuntur.*

COM-

COMMENTARIUS.

1. *Qui ſervi pœnæ.*
2. *Quæ metalli coërcitio.*
3. *Ad triremes damnati ſimiles ſunt hodie in metallum damnatis.*
4. *Damnati ad beſtias.*

1 SErvi pœnæ dicuntur, qui nullum alium habent dominum præter pœnam aut ſupplicium, cui addicti ſunt, *nov.22.cap.* 8. Patriam poteſtatem amittunt idcirco, quia ſervi liberos in poteſtate non habent, §.2. *Inſt. de patr. pot.* Sed mirum, quod nihilominus ſervi pœnæ dicuntur, qui, jamjam devorandi, ſubjecti ſunt beſtiis. Et dicendum ſine dubio Juſtinianum hic intelligere damnatos ad beſtias, qui ſervorum erant numero, quamdiu magiſtratus non exequeretur ſententiam. Nec ſtatim enim ducti ad ſupplicium damnati. Differenda erat executio dies triginta, *l. ſi vindicari* 20. *C. de pœn.* Olim decem duntaxat. Sueton. *in Tiber. cap.* 75. *Nam cum Senatuſconſulto cautum eſſet, ut pœna damnatorum ſemper in decimum diem differretur.* Senec. *de tranquill. vit. cap.* 14. *Crediſne illum decem medios uſque ad ſupplicium dies ſine ulla ſollicitudine exegiſſe.* Lipſ. *ad Tacit. annal.* 3. Cujac. 20. *obſ.* 13.

2 *In metallum.* Morti proxima pœna eſt metalli coërcitio, *l.* 28. *pr. ff. de pœn.* Moriendum enim erat aut odore metalli, aut decidentibus cruſtis, cum gravati catenis metallum effoderent, *l.*8. §.*inter eos* 6. *ff. de pœn.* Chryſoſt. *homil.* 6. *in Matth.* Οἱ τὰ μέταλλα ἐργαζόμενοι χαλεποῖς τισὶ παραδίδονται ἀνθρώποις, καὶ οὐδένα τῶν οἰκείων βλέπουσιν, ἀλλὰ τοὺς ἐφεστηκότας μόνους. Ambroſ. *epiſt.* 29. *in fin.* *Ut catenatorum ordines innumeros ſpectent de Chriſtiano populo, ut captiva videant colla plebis fidelis, ut condantur in tenebras Dei ſervuli, ut feriantur ſecuribus, dentur ignibus, tradantur metallis, ne pœna cito tranſeat.* Cyprian. *lib.*3. *epiſt.* 25. *Non fovetur in metallo lecto & culcitris corpus; humi jacent feſſa laboribus viſcera, ſqualent ſine balneis membra ſitu, & ſorde deformia; panis illis exiguus, veſtis algentibus deeſt: Semitonſi capitis capillus horreſcit.* Effodiendum erat ut plurimum vel in Proconneſo, vel in inſula Gypſo, *nov.*
3 22. *cap.*8. Pancirol. 1. *var. lect.*41. & 1. *rer. mem.* 61. Qui damnatis in metallum damnatos ad triremes recte, ni fallor, ibi comparandos exiſtimat. Nam ut intelligitur damnatus in metallum damnatus decennium, *l. ſine præſi-*

præfinito 23. *ff. de pœn.* ſic Caroli IX. etiam edicto in Gallia damnati ad remos detinentur decennium, nec ſolent ante dimitti, niſi magna de cauſa hoc conſequantur à Principe. Langl. 10. *Semeſt.ult.* Ut damnatus in metallum habetur pro mortuo, *d. l.* 28. ſic habentur etiam pro mortuis ad triremes damnati, adeo ut & dotalitium eorum uxores tum poſſint exigere, & ſubſtitutis ſit locus, perinde ac ſi revera jam diem obiiſſent. Bacquet. *de juſt. & jur. cap.* 5. *n.* 61. Ita ſane pronuntiatum à Senatu Tholoſano teſtatur Mornac *ad l.* 10. §. *ſed ſi per pœnam ff. de in jus voc.* Ita dicit etiam ex Joſia Beralto ad *art.* 143. *conſ. Norm.* decretis Rothomagenſibus pronuntiatum de iis, qui condemnantur à magiſtratu ad perpetuos carceres, *ad l.* 3. *C. de h. qu. ven. æt. impetr.* Vid. eund. *ad tit. C. de cuſtod. reor.*

Beſtiis ſubjiciuntur. Id eſt, ſubjici ſolent, ut *pr. Inſt. de inut. ſtip. Quæ dominio noſtro ſubjicitur*, id eſt, poteſt aut ſolet, ut ibidem & Vinnius. Objiciebantur aut alligati ne fugerent, aut ad populi voluptatem ſoluti 4
quidem, ſed nudi, & induti reticulis ferarum morſibus diu multumque jactabantur in altum. Si vivi evaderent, ſemianimes porro referebantur in ſpoliarium gladiis trucidandi. Paſſio *SS. Perpet. & Felicit. Saturus autem nihil magis quam urſum abominabatur: ſed uno morſu leopardi confici ſe jam præſumebat. Itaque cum apro ſubminiſtraretur, venator potius, qui illum apro ſubligaverat, ſubfoßus ab eadem beſtia poſt dies muneris obiit. Saturus ſolummodo tractus eſt. Et cum ad urſum ſubſtrictus eſſet in ponte, urſus de cavea prodire noluit.* Euſeb. *lib.* 5. *hiſt. cap.* 1. *in fin.* Καὶ μετὰ τὰς μάστιγας. μετὰ τὰ θηρία. μετὰ τὸ τήγανον, τοὔσχατον εἰς γύργαθον βληθεῖσα, ταύρῳ παρεβλήθη. καὶ ἱκανῶς ἀναβληθεῖσα πρὸς τοῦ ζώου, μὴ δὲ αἴσθησιν ἔτι τῶν συμβαινόντων ἔχουσα ἐτύθη καὶ αὐτή.

TEXTUS

§. IV. *Filiusfamilias ſi militaverit, vel ſi Senator vel Conſul factus fuerit, remanet in poteſtate patris. Militia enim vel Conſularis dignitas de patris poteſtate filium non liberat. Sed ex conſtitutione noſtra ſumma Patriciatus dignitas illico imperialibus codicillis præſtitis, filium à patria poteſtate liberat. Quis enim patiatur patrem quidem poſſe per emancipationis modum poteſtatis ſuæ nexibus filium liberare; Imperatoriam autem celſitudinem non valere eum, quem ſibi patrem elegit, ab aliena eximere poteſtate.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

COMMENTARIUS.

1. *Qui Romæ patricii.*
2. *Qui Conſtantinopoli.*
3. Βασιλεωπάτορες.
4. *Notatur Glycas.*
5. Πρωτοπατρίκιοι.
6. *Patriciæ, Zoſtæ.*
7. *Vizir & Baſſa Patriciis ſimiles.*
8. *Dignitas Patriciatus cur ſumma dicatur.*
9. *Patria poteſtate an liberentur Profeſſores.*
10. *An Advocati.*
11. *An clerici.*
12. *An monachi.*

1 SEcundus modus, quo patria poteſtas finitur, eſt dignitas. Si quæratur, quæ dignitas. Patriciatus, dicendum eſt, ut Imp. hic dicit. Sed quinam erant Patricii? Patricii proprie eorum erant poſteri, quos elegerat Romulus, cæterique reges, item L. Brutus, ut Romanis eſſent inſtar conſilii publici. Vellej. Paterc. *lib.* 1. *hiſt. Romulus centum homines electos appellatoſque Patres, inſtar habuit conſilii publici. hanc originem nomen Patriciorum habet.* Liv. *lib.* 1. *cap.* 8. *Patres ab honore, patriciique progenies eorum appellati.* Dionyſ. Halicarn. 2. *antiq. cap.* 2. *&* 6. Plutarch. *in Romul. cap.* 18. *&* 36. Aurel. Vict. *de vir. illuſt. cap.* 2. *& cap.* 6. Liv. *lib.* 1. *cap.* 35. *de Tarquinio Priſco: Nec minus regni ſui firmandi, quam augendæ reip. memor, centum in Patres legit, qui deinde minorum gentium ſunt appellati.* Idem *lib.* 2. *cap.* 1. *Brutus cædibus regis deminutum Patrum numerum, primoribus equeſtris gradus lectis, ad trecentorum ſummam explevit. traditumque inde fertur, ut in ſenatum vocarentur, qui patres, quique conſcripti eſſent. conſcriptos videlicet in novum ſenatum appellabant lectos.* Tacit. *annal.* 11. *Iiſdem diebus in numerum patriciorum aſcivit Cæſar vetuſtiſſimum quemque è ſenatu, aut quibus clari parentes fuerant: paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum & L. Brutus minorum gentium appellaverant.* Sed Con-
2 ſtantinus cum Conſtantinopolim transtuliſſet imperium, extinctis jam vetuſtiſſimis Romanorum familiis quas ad internecionem propemodum omnes Caracalla deleverat, ut Herodianus id non obſcure ſignificat 4. *hiſt.*

Sena-

Senatum inſtituit, cujus collegas ad imaginem veterum appellavit Patri-
cios, ut, quoties eſſet opus, Patrum inſtar Imperatores juvarent conſiliis.
Unde Græci eos ſimpliciter ſæpiſſime vocant βασιλέως πατέρας. Me-
nander 2. *hiſt.* Παμφρόνιος ὄνομα, ἀξίωμα βασιλέως πατήρ. Idem alibi
in excerpt. Παμφρόνιον, ὃς ἐν τοῖς βασιλέως πατράσιν ἐτέλει. Alio-
quin multum differebant à Patriciis patres Imperatoris, βασιλεωπάτορες,
non πατρίκιοι dicti. Primus Conſtantinus excogitavit patricios. Zo- 3
zim. *lib.* 2. *hiſt.* Συναναιρεθῆναι τούτῳ καὶ Ὀπτάτον παρασκευάσας, ὃς
παρὰ Κωνσταντίνου τῆς ἀξίας τετυχήκει τοῦ πατρικίου, πρώτου ταύτην ἐπι-
νοήσαντος τὴν τιμὴν, καὶ προκαθῆσθαι τοὺς ταύτης ἠξιωμένους τῶν
τῆς αὐλῆς ὑπάρχων νομοθετήσαντος. Βασιλεωπάτορας primus Leo
philoſophus. Cedren. *tom.* 2. *hiſt. cap.* 292. Ἐπολιορκήθη δὲ καὶ ὑπὸ
Σαρακηνῶν ἡ Σάμος, συμπαραληφθέντος καὶ τοῦ στρατηγοῦντος ἐν
αὐτῇ Κωνσταντίνου πατρικίου τοῦ Πασπαλᾶ. ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ πρὸς
Ζωὴν τὴν θυγατέρα τοῦ Σαουτζᾶ, φίλτρῳ νικώμενος, τιμᾷ τὸν ταύ-
της πατέρα βασιλεωπάτορα, αὐτὸς τὸ ἀξίωμα καινουργήσας, μὴ πρό-
τερον ὄν, *Tunc etiam Samus à Saracenis obſeſſa eſt, incluſo ſimul etiam
prætore ejus Conſtantino patricio cognomine Paſpala. At Imperator Zoes
amore impulſus, Zautzam ejus patrem, nova dignitate excogitata, Impe-
ratoris patrem appellat.* Quod omnino notandum hic adverſus Glycam 4
hiſtoricum, memoria lapſum, dum Conſtantinum illius filium & ſuc-
ceſſorem imperii primum ejus aſſerit dignitatis auctorem, Romano *La-
capeno* ad eam evecto, *part.* 4. *annal.* Qui primus erat à Principe allectus 5
inter Patricios erat πρωτοπατρίκιος. Malchus *in excerpt.* Καθέδραν αὐ-
τῷ τὴν πρωτοπατρικίων ἀποδοθῆναι ἐκέλευσε. Marcellin. *in Chron.
Aſpar primus patriciorum.* Sed interdum & fœminæ, nam & illud no-
tandum hic, fiebant patriciæ. Fiebant & Zoſtæ ſingulari honore. Ce- 6
dren. *tom.* 2. *hiſt. cap.* 254. Διαδήματι δὲ τῆς Θεοδώρας καταστεφθεί-
σης, καὶ ἡ ταύτης μήτηρ Θεοκτίστη ζωστή τε καὶ πατρικία τετίμηται,
*Coronata Theodora mater quoque ejus Theoctiſta, Zoſtæ & patriciæ digni-
tate ornata eſt.* Idem *cap.* 336. Εἰς τὸν βασιλέα ἀνασώζεται, τιμηθεὶς
μάγιστρος, καὶ ἡ τούτου σύζυγος Ζώστη, *Salvus ad Imperatorem per-
fertur, ab eoque magiſtri ipſe, uxor Zoſtæ honore afficitur.* Nec minus no- 7
tabile, quod comparetur Patricius cum eo qui à Turcis dicitur Vizir &
Baſſa. Ducas *hiſt. cap.* 22. Ὁ τούτου πατὴρ νοσηλευθεὶς προσκαλεῖται τὸν πρῶ-
τον τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ, ὃν καὶ Βεζύρην καὶ Πάσσαν κατὰ τὴν αὐτῶν καλοῦσι
φωνὴν, ὃν οἱ Ῥωμαῖοι πατρίκιον καὶ μεσάζοντα λέγουσι, *Hujus pater*

cum morbo decubuiſſet, ad ſe vocat magnatum aulæ ſuæ principem, quem Vezirem & Baßam lingua ſua appellant, Romani vero Patricium & Meſazonta nominant. Ibid. Τινὸς μὴ γινώσκοντος ὅτι τέθνηκεν πάρεξ τεσσάρων Παγιαζὴτ, καὶ Ιπεραὶμ τῶν πατρικίων, ἢ Βεζυρίδων, καὶ δύο ἰητρῶν, *Omneſque mors illius latebat præter quatuor duntaxat, Bajazitem & Ibraimum Patricios ſive Veziros, duoſque medicos.* Porro etiam
8 non mirum, quod dignitas Patriciatus appelletur hic ſumma, ſi fuerit major, ut eſt apud Zoſimum, Præfectura prætorii, quam βασιλείαν ἀπόρφυρον appellat Eunapius, ἀρχὴν δευτέραν μετὰ τὰ σκῆπτρα idem alibi Zoſimus. Vid. *l.3.& ult.C.de conſul.* Cujac. *par.C.de offic.mag.mil.* PanciroI. 2.*var.lect.*8. Nec mirum præterea viros tam illuſtres & ſecundos à Principe ſacris ſolutos & poteſtate paterna. Conſules quidem non cedebant Patriciis, *l.* 1. *C.de conſul.* Caſſiod. *de Patriciis 6. var. 2. Præfectorios & aliarum dignitatum viros præcedit, uni tantum cedens fulgori, quem interdum conſtat etiam à nobis aßumi.* Sed annum duntaxat cum obtinerent imperium, remanebant nihilominus in poteſtate paterna, donec jure noviſſimo expreſſe ſancitum eſt, ut omnis dignitas, quæ poteſt efficere, ne filius invitus efficiatur decurio, patriam poteſtatem etiam omnino extingueret, *novell.*81. *cap.*1. §.1. Quapropter & milites, & quorum meminit Imp. hic, Senatores & Conſules, patriæ poteſtati non ſubjecti ſunt amplius, cum inviti non poſſint detrudi in Curiam, *d.nov.* Sui juris ſunt etiam
9 Profeſſores propterea, *l. 6. & ult. C. de prof. & med.* ſed Advocati non
10 item. Inviti enim, ſi nolint, detruduntur in Curiam *l.* 35. *C. de decur.* Mynſing. *h.n.* 7. Vaſq. *in præfat.illuſtr.controv.n.*125. Weſel *ad art.*13.
11 *edict.Ord.deciſ.n.*22. Si quæratur de clericis, an fiant ſui juris. Dicendum quod non. Decuriones enim ſæpiſſime fiunt etiam inviti, ut & ſupra jam dictum. Sed excipiuntur epiſcopi, *d.nov.*81.*cap.ult.* Coſtal. *ad l.*9. *ff.de*
12 *h.qu.ſu.vel.al.jur.* Cujac.*parat.C.de emanc. lib.* Quod ad monachos attinet, nec ſunt ſui juris, nec patris in poteſtate conſtituti ſunt amplius, ſed ſubjecti ſunt Abbati, & habentur pro mortuis, *cap. cum olim ext. de privil.* Bald. *ad l.*4. *C. comm.de ſucceſſ.* Accurſ. *in nov.*123.*cap.*38. Mornac. *ad l.*6. *ff.de cap.min.* Gail.2. *obſ.*131.*n.*7. Fachin. 6. *controv.* 12.& 14.

TEXTUM

§.V. *Si ab hoſtibus captus fuerit parens, quamvis ſervus hoſtium fiat, tamen pendet jus liberorum propter jus poſtliminii: quia hi, qui ab hoſtibus capti ſunt, ſi reverſi fuerint, omnia priſtina jura recipiunt: idcirco reverſus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſus etiam liberos habebit in poteſtate, quia poſtliminium fingit eum, qui captus eſt, in civitate ſemper fuiſſe. Si vero ibi deceſſerit, exinde ex quo captus eſt pater, filius ſui juris fuiſſe videtur. Ipſe quoque filius nepoſve, ſi ab hoſtibus captus fuerit, ſimiliter dicimus propter jus poſtliminii, jus quoque poteſtatis parentis in ſuſpenſo eſſe. Dictum eſt autem poſtliminium à limine & poſt. Unde eum, qui ab hoſtibus captus eſt, & in fines noſtros poſtea pervenit, poſtliminio reverſum recte dicimus. Nam limina, ſicut in domo finem quendam faciunt; ſic & imperii finem eſſe limen, veteres voluerunt. Hinc & limen dictum eſt, quaſi finis quidam & terminus. Ab eo poſtliminium dictum eſt, quia ad idem limen revertebatur, quod amiſerat. Sed & qui captus victis hoſtibus recuperatur, poſtliminio rediiſſe exiſtimatur.

COMMENTARIUS.

1. *Servi ſunt hoſtium, qui ſunt capti ab hoſtibus.*
2. *Fictio legis Corneliæ.*
3. *Juris poſtliminii.*
4. *Quid poſtliminium.*
5. *Qui hoſtes.*
6. *Haſta erat ſignum olim belli indicti.*
7. *Gallus gallinaceus etiam miſſus pro haſta.*
8. *Hoſtium numero non erant latrones.*
9. *Uti nec cives in bellis civilibus.*
10. *Nec populi præterea fœderati & liberi.*
11. *Notatur Salmaſius.*
12. *Nemo apud Romanos civis eſſe poterat duarum civitatum.*
13. *Explicatur l.5.in fin.ff.de capt.& poſtl.rev.*
14. *Explicatur l.7.ff.eod.*
15. *Qui captus eſt in bello, jus poſtliminii habet tantum in bello.*
16. *Captus in pace & in bello, & in pace.*
17. *Qui non habeant jus poſtliminii.*
18. *An quæ geſta ſunt interim, dum pater eſt apud hoſtes, à liberis valeant.*
19. *An jure poſtliminii reſtituatur etiam poſſeſſio.*
20. *Laus Bartoli.*
21. *Poſtliminium unde, & quæ ejus origo.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

PAtria poteſtas inprimis morte diſſolvitur, naturali non ſo-
lum, verum etiam civili, pr. §. 1. & §. 3. Inſt. h. t. Moriuntur
civiliter, qui amittunt civitatem, l. 63. §. ult. ff. pro ſoc. l. 17.
1 ff. de pœn. Amittunt civitatem, qui rediguntur in ſervitu-
tem, l. 20. §. 7. ff. Qu. teſt. fac. poſſ. l. 32. ff. de reg. jur. Rediguntur in ſer-
vitutem etiam capti ab hoſtibus, h. §. l. 3. §. 1. ff. de V. S. Liv. lib. 22. hiſt.
*Liberi atque incolumes deſiderate patriam: imo deſiderate dum patria eſt,
dum cives ejus eſtis. ſero nunc deſideratis deminuti capite, abalienati jure
civium, ſervi Carthaginenſium facti.* Magis tamen ſuſpendit, quam tol-
lit captivitas poteſtatem paternam, h. §. Olim enim Romani, cum vide-
retur iniquum cives ſuos amittere ſuarum rerum dominium, civitatem, &
omnia, quæ ſunt juris civilis, duabus iis fictionibus voluerunt ſuccurrere,
2 jure poſtliminii & fictione legis Corneliæ. Fictione legis Corneliæ ca-
ptum ab hoſtibus, ſi apud hoſtes decederet, cenſebant jam mortuum,
priuſquam caperetur, h. §. verb. ſi vero, l. 10. l. 18. l. 12. §. 1. ff. h. t. l. 22. pr.
& §. 1. ff. eod. l. lege Cornelia 12. ff. Q. teſt. fac. poſſ. l. juſto in fin. ff. de u-
ſucap. §. ult. Inſt. Quib. n. eſt perm. fac. teſt. Goedd. ad l. 3. §. 1. ff. de V.
S. n. 20. Cujac. ad tit. C. de poſtl. rev. & lib. 62. Dig. Julian. in l. bona 22. ff.
de capt. & poſtl. rev. Ant. Fab. lib. 10. conj. cap. 3. & ſeq. Amaya lib. 2. obſ.
cap. 2. Perez. ad d. t. C. de poſtl. rev. n. 1. Quod idcirco fingebant, ut teſta-
mentum valeret, ſiquod hoſtium potitus in civitate feciſſet, aut ſi vita vel
terris inteſtatus concederet, ne excluderentur ſucceſſores legitimi. Servis
3 enim omnino ſuccedi non poterat, l. 3. §. 1. ff. de V. S. l. 4. C. comm. de ſuc-
ceſſ. Jure poſtliminii fingebant captum ab hoſtibus, ſi reverteretur in
civitatem, nunquam fuiſſe captum, ſed ſemper manſiſſe civem, & rerum
ſuarum retinuiſſe dominium, d. l. in bello 12. §. 1. d. l. 22. §. 2. l. retro 16. ff.
eod. de capt. & poſtl. rev. Cujac. in l. denique ff. ex qu. c. maj. lib. 3. quæſt.
Papin. Amay. d. loc. Bachov. & Mynſ. h. Duaren. ad tit. de uſucap. cap. 8.
4 Poſtliminium erat priſtini ſtatus recuperatio integra, perinde ac ſiquis
medio tempore in hoſtium poteſtatem non fuiſſet redactus, l. poſtlimini-
5 um 19. pr. ff. eod. Wiſſenb. part. 2. Dig. diſp. 39. theſ. 19. Sunt au-
tem hic hoſtes, quibus bellum vel Romani indixerunt ſolenniter,
vel ipſi Romani, l. 24. ff. eod. l. 118. ff. de V. S. Cum Romani au-
tem ſolenniter bellum indicerent, prius per legatos res ſolebant re-
petere. Legati in ſpecie dicebantur feciales. Plutarch. in Num. cap. 22.
Liv. lib. 8. L. Cornelio Lentulo, Q. Publilio Philone iterum conſu-
libus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

libus, fecialibus Palæpolim ad res repetendas miſſis quum relatum eſſet à Græcis, gente lingua magis ſtrenua, quam factis, ferox reſponſum, ex auctoritate Patrum populus Palæpolitanis bellum fieri juſſit. Servius ad IX. *Æneid. Cum volebant bellum indicere, Pater patratus, hoc eſt, princeps Fecialium proficiſcebatur ad hoſtium fines: & præfatus quædam ſolennia, clara voce dicebat ſe bellum indicere propter certas cauſas: aut quia ſocios læſerant, aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios redderent.* Si res 6
non redderentur intra diem triceſimum, fecialis haſtam emittebat ad hoſtium fines. Servius *ibid.* Liv. *lib.* 1. *cap.* 32. *Fieri ſolitum, ut fecialis haſtam ferratam, aut ſanguineam præuſtam ad fines eorum ferret, & non minus tribus puberibus præſentibus diceret, Quod populi priſcorum Latinorum &c.* Feſtus: *Haſtæ ſubjiciebantur ea, quæ publice venundabant: quia ſignum præcipuum eſt haſta. Nam & Carthaginenſes cum bellum vellent, Romam haſtam miſerunt &c.* A. Gell. 10. *noct. Attic.* 27. *Q. Fabius imperator Romanus miſit ad Carthaginienſes epiſtolam, ubi ſcriptum fuit populum Romanum miſiſſe ad eos haſtam & caduceum, ſigna duo belli aut pacis: ex quis utrum vellent eligerent.* Dio Caſſ. *lib.* 71. *hiſt.* Ταυτά τε εἰπὼν καὶ τὸ δόρυ τὸ αἱματῶδες παρὰ τῷ Ενυείῳ ἐς τὸ πολέμιον δὴ χωρίον (ὥς γε καὶ τῶν συγγενομένων αὐτῷ ἤκουσα) ἀκοντίσας ἐξορμήθη. Ammian. Marcell. *lib.* 19. *pr. Vixque ubi Grumbates haſtam infectam ſanguine, ritu patrio, noſtrique more conjecerat fecialis.*
Poſteriori ætate gallum gallinaceum pro haſta fuiſſe miſſum teſtis eſt 7
Tzetzes *hiſt. chiliad.* 5. *cap.* XV.

Τὸ πρότερον τὸ γένος μὲν Ῥωμαίων τῶν Λατίνων
Οὐχὶ συνῆπτε πόλεμον ἀκηρυκτὶ πρὸς ἔθνος,
Ἀλλὰ τῇ χώρᾳ πρότερον ἔθνους τοῦ πολεμίου
Δόρυ σημεῖον ἔῤῥιπτεν, ἔχθρας ἀρχὴν σημαῖνον,
Ἔπειτα δὲ κατήρχετο πολέμου πρὸς τὸ ἔθνος.
Καὶ τοῦτο μὲν ἦν παλαιὸν τὸ ἔθος τοῦ πολέμου.
Νῦν δὲ ὡς δοκεῖ μοι, πέπαυται. ἀλέκτορα δὲ μόνον
Ῥίπτουσιν, ὅισπερ μέλλουσιν πόλεμον συγκροτῆσαι.

Hodie ſufficit, ſi miſſis legatis ſit bellum indictum, ut miſit Venetias, qui bellum indiceret Ludovicus XII. Rex Galliarum apud Guicciard. *hiſt. Ital. lib.* 8. *cap.* 6. Adde Dionyſ. Halicarn. 2. *antiq. cap.* 8. Pet. Fab. 2.
Semeſt. 2. *in fin.* Pancirol. 1. *lect.* 93. Quod ſi omitteretur indicendi ſolen- 8
nitas, magis id latrocinium, quam bellum putabant. Liv. *lib.* 38. *Antiochi, Philippi, Annibalis, & Pœnorum recentiſſima bella eſſe. de omnibus*

bus his conſultum ſenatum, populum juſſiſſe. ſæpe legatos ante miſſos, res repetitas, poſtremo qui bellum indicerent, miſſos. Quid eorum Cn. Manli factum eſt, ut iſtud publicum populi Romani bellum, & non tuum privatum lacrocinium dicamus? Latronum autem potitus manebat ingenuus. Ingenui vero ut jure poſtliminii reverterentur in civitatem, non erat neceſſe. Nihil enim amiſerant, quod jure poſtliminii poſſet iis reſtitui. Hoſtium potiti ut jus amiſſum reciperent, poſtliminio debebant reverti in civitatem. Sed hoſtium numero non erant latrones, *l. poſtliminium* 19. §.2.*d.l.*24. *l.latrones* 27. *ff.h.t.d.l.*118.*ub.* Forner.& Goedd. *n.*2. Herodian.*lib.*1.*hiſt.* Ὡς μηκέτι λῃςῶν, ἀλλὰ καὶ πολεμίων ἔχειν ἀξίωμα. Covar. *part.*2.*Relect.c.peccatum de reg. jur.in* 6.§.11.*n.*1.*&* 8. Ajal.*tr.de jur.& off.bell.lib.*2.*cap.*2.*n.*25.*& cap.*5.*n.*38. Nec cives erant hoſtes in bellis ci-
9 vilibus, *l. ſiquis* 21.§.1.*ff.h.t.l.*4.*C. de ingen.man.* Plutarch.*in Othon. cap.*19. Ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις χρῆσθαι οὐκ ἐςὶ τοῖς ἁλισκομένοις. Tacit. 2.*hiſt. Obſtructæ ſtrage corporum viæ, quo plus cædis fuit. neque enim civilibus præliis capti in prædam vertuntur.* Idem 3.*hiſt. Antonius pudore flagitii, crebreſcente invidia, edixit, nequis Cremonenſes captivos detineret. Irritamque prædam militibus effecerat conſenſus Italiæ emptionem talium mancipiorum aſpernantis.* Nec hoſtes erant populi fœderati & liberi.
10 Nec civis Romanus caſu quodam captus ab ejuſmodi populis, ſi rediret in patriam, poſtliminio jus priſtinum debebat recipere, *l.*7.*pr. ff. eod.de capt.& poſtl. rev.* Nihil enim, quod reciperet, captivus amiſerat. Servus non fuerat, ſed in ſervitute; quæ duo diſtincta ſunt, §.1. *Inſt. de ingen.* Servus manumiſſus libertinus efficitur, *pr. Inſt.de libert.* Qui eſt in ſervi-
11 tute is manet ingenuus, *d.*§.1.*d.l.*21.§.1. Ideoque non dubito, quin Salmaſius perperam *d.l.*7. ſic emendaverit *obſ.*26.*ad jus Attic.& Rom. Non dubito, cum fœderati & liberi nobis externi ſint, inter nos atque eos poſtliminium eſſe.* Verum quidem eſt, quod ait Ælius Gallus apud Feſtum in *Poſtliminium*: *Cum populis liberis, & cum fœderatis, & cum regibus poſtliminium nobis eſt, ita uti cum hoſtibus*: ſed id alio pertinet. Civis
12 Romanus civitatis alterius civis eſſe non poterat. Civitatem enim Romanam ſolebat amittere, ſi adſciſceret aliam. Cic. *pro Corn. Balb. Duarum civitatum civis eſſe noſtro jure civili nemo poteſt: non eſſe hujus civitatis civis, qui ſe alii civitati dicarit, poteſt.* Ibid. *Atqui cæteræ civitates non dubitarent noſtros omnes in ſuas recipere civitates, ſi idem nos juris haberemus quod cæteri, ſed nos non poſſumus & hujus eſſe civitatis, & cujuſvis præterea, ceteris conceſſum eſt. Itaque ex Græcis civitatibus*

bus videmus Athenis Rhodios, Lacedæmonios, ceteros undique adſcribi, multarumque eſſe eoſdem homines civitatum. Cujus juris manifeſtum adhuc extat veſtigium in *l.* 5. *in fin. ff. de capt. & poſtl. rev.* de Menandro 13
interprete, qui una cum legatis profectus in Græciam, dicitur amiſſurus civitatem Romanam, ſi animo revertendi revertiſſet in patriam. Cic. *ibid. Nec enim ſine cauſa de Cn. Publicio Menandro libertino homine, quem apud majores legati noſtri in Græciam proficiſcentes interpretem ſecum habere voluerunt, ad populum latum, ut is Publicius, ſi domum revertiſſet, & inde Romam rediſſet, ne minus civis eſſet.* Sed fuiſſe illam legem omnino ſuperfluam dicit Pomponius *d. l.* 5. *in fin.* & recte, ni fallor. Si enim animo remanendi revertiſſet ad ſuos, civis eſſe deſiiſſet, ſin minus, invitus non amiſiſſet civitatem. Cic. *ibid. Jure enim noſtro neque mutare civitatem quiſquam invitus poteſt, neque, ſi velit mutare, non poteſt, modo aſciſcatur ab ea civitate, cujus eſſe ſe civitatis velit.* Quæ ergo ratio dubitandi? Cur non ſine cauſa latam illam legem exiſtimat Cicero? Quia poſtliminio civitatem amiſſam videbatur recipere, ſimulac ejus finibus pedem inferret, *l.* 19. §. 3. *ff. eod.* Sed non ſemper id procedere ibi probat Pomponius. Nam Attilium Regulum, qui captus à Carthaginienſibus Romam redierat, quia non animo remanendi redierat, negat recepiſſe civitatem amiſſam, & idem ibi etiam de Menandro vult ſtatui. Sed interim tamen quia res erat dubia, & trahi poſſet in controverſiam, Cicero non ſine cauſa legem illam, quam dixi, eſſe latam exiſtimat. Quæ enim fiunt, ut tollatur dubitatio, jus commune non lædunt, *l.* 81. *ff. de reg. jur.* Menander alioquin, licet animo remanendi revertiſſet ad ſuos, poſtliminio nihilominus jus amiſſum & civitatem potuiſſet recipere. Gallus Ælius *apud Feſtum d. loc. Poſtliminio receptum, Gallus Ælius in libro primo ſignificationum, quæ ad jus pertinent, ait eſſe eum, qui liber, ex qua civitate in aliam civitatem abierat, in eandem civitatem redit eo jure, quod conſtitutum eſt de poſtliminiis.* Verum de
poſtliminio, quod erat cum exteris ob civitatem Romanam, quam cives 14
amittere, ſi adſciſcerent aliam, Romamque reverſi ſolebant recipere, non loquitur Proculus *d. l.* 7. Reddit enim rationem, quæ ad poſtliminium, quod erat ob libertatem expreſſe reſtringitur: *cum & illi apud nos & libertatem ſuam, & dominium rerum ſuarum æque, atque apud ſe retineant, & eadem nobis apud eos contingant.* Si, inquit, fœderati nos in ſervitutem non redigunt, nec nos fœderatos in ſervitutem redigimus, inter nos & eos nullum eſt poſtliminium. Opus habent poſtliminio, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

amiſſa libertate ſunt hoſtium potiti. Sed invicem fœderati non ſunt hoſtium numero. Ad emendandum aut corrigendum igitur nulla cogit neceſſitas, & ſine libris auctoribus emendare non licet. Textus eſt facilis, ut apparet cuilibet. Nec Juſtiniano etiam fuit animus agere de poſtliminio, quod olim erat ob civitatem Romanam. Totus ille titulus agit de poſtliminio, quod captis ab hoſtibus ob libertatem amiſſam jus civile conceſſit, excepto, quod obiter memoravit Pomponius in *d. l.* 5. *in fin.* Aliter Cujac. 11. *obſ.*23. Grot.*d.loc.n.*18. quem notat Salmaſ. *obſ.*26.*ad*
15 *jus Attic.& Rom.* Cæterum non ſemper, qui potitus eſt hoſtium, ſi revertatur in civitatem, jus amiſſum recuperat. Bello enim captus debet
16 bello reverti, *l.*12.*pr.ff.eod.* In pace vero captus,quemadmodum redeat, in bello,an in pace,nihil refert aut intereſt, *d.l.*12.*pr.l.*5.§.2.*ff.eod.* Grot. *d.loc.n.*12. Cujac.4.*obſ.*9.*&* 24.*obſ.*31. Pet. Fab. 1. *Semeſt.* 1. Capiuntur in pace, qui deprehenduntur præter opinionem bello exorto inter ſuos & exteros, *d.l.*12.*pr.* Nec erat neceſſe, ut capti reverterentur in illam ipſam civitatem, ex qua vel in aciem, vel ad bellum exierant. Si intraſſent in fines, vel perveniſſent ad ſocios, aut ad regem amicum poſtliminio jus amiſſum ſolebant recipere, *d.l.*5.§.1.*l.*19.§.3.*ff. eod.* Grot. *d.loc. n.*2. Et bello captum quod attinet; quomodocunque revertatur, non intereſt, utrum hoſtes evaſerit dolo, an vi, an ab iis dimiſſus, aut bello devictis ſit receptus à ſociis, *l.*26.*ff.eod.* Grot. 3. *de jur. bell. & pac. cap.*9. *n.*5. Salmas. *obſ.*27.*ad jus Attic.& Rom.* Vinn. *h.* Sed erant, qui jus poſtliminii
17 nec habebant in bello, nec etiam in pace, ut erant illi omnes, qui erant hoſtibus dediti, *l.*4. *ff.h.t.* Cic.1.*de Orat. Etenim ſic C. Mancinum nobiliſſimum atque optimum virum, ac conſularem, cum propter invidiam Numantini fœderis pater patratus ex ſenatusconſulto Numantinis dediďiſſet, eumque illi non recepiſſent, poſteaque Mancinus domum reveniſſet, neque in ſenatum introire dubitaſſet, P. Rutilius M. filius tribunus pl. de Senatu juſſit educi, quod eum civem negaret eſſe: quia memoria ſic eſſet proditum, quem pater ſuus aut populus dedidiſſet, ei nullum eſſe poſtliminium.* Qui armis victi ſemetipſos dediderant, *l.poſtliminio* 17. *ff.eod.* Salmaſ. *d.obſ.*27. Grot.*d.cap.*9.*n.*8. Qui ad hoſtes transfugerant, *d. l.* 19. §. 4.*&* §.*filius ff.eod.l.pen.C.eod.* Redempti ab hoſtibus éo jure gaudebant, ſi vel reddidiſſent redemptori pecuniam, vel operas ei præſtitiſſent quinquennium, *l.ſi patre* 15.*ff. eod. l. liber. & l.ult. C.eod.* Grot. *d.loc.n.*90. Cujac.*ad l.*3.*C.eod.*Weſenb. *h.ff.de capt.& poſtl. rev.n.*9. Azo *in ſumm.*
18 *C.eod. n.ult.* Tulden.*C.eod.n.*2. Cum autem, qui revertitur, jus amiſſum re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

recipiat,quid dicendum de iis,quæ, pater dum captus eſt, interim geſſere liberi? Valent haud dubie, *d.l.*12.§.1.*&* 3.*d.l.*22. §. *quod ſi filius ff.eod.* Nam & valet matrimonium ſine patris conſenſu contractum à filio, ſi is hoſtium potitus non revertatur in civitatem intra triennium, *l.* 9. *ff. de rit. nupt.* Poſtulat enim id utilitas publica. Jus amiſſum præterea dixi captis reſtitui. Sed juris appellatione non continetur poſſeſſio, ideoque 19
ſi amiſſa ſit, non poteſt reſtitui, *d.l.in bello* 12.§.*facti,l.*29.*ff.eod.l.*19.*ff. ex qu.cau.maj.* Id tamen obtinuit, ut poſſidere nihilominus, & per ſervum uſucapere poſſit hoſtium potitus, adeo ut ad ipſum, ſi revertatur in civitatem, ſin moriatur apud hoſtes,per legem Corneliam ad heredes ejus, quicquid eſt acquiſitum,pertineat, *d.l.*22.§.3.*ff.de capt. & poſtl.rev.* Atque ita & *l. ſi is qui pro emptore* 15.*ff.de uſucap.*expoſuit Bartolus co- 20
ryphæus interpretum, ex qua cum lectionum feciſſet exordium Piſis anno ætatis ſuæ viceſimo ſexto, tam incredibili dexteritate dicendi refertur explicuiſſe fictionum materiam, ut ne ſenex quidem ex iis, quæ dictaſſet jam juvenis, immutare quicquam potuerit, ut ſcribit Mornac. *ad d.l.*19.

Poſtliminium. Liminium in *poſtliminium* non eſt verbi productio 21
ſine ſignificatu, ut arbitratus eſt Servius. Verius omnino quod Imp. hic tradidit ex *poſt* & *limine* factum eſſe poſtliminium. Cic. *in Topic. cap.* 32. *Scævola autem P. filius junctum putat eſſe verbum, ut ſit in eo & poſt & limen: ut quæ à nobis alienata ſunt, cum ad hoſtem pervenerint, & ex ſuo tanquam limine exierint, hinc cum redierint poſt ad idem limen, poſtliminio videantur rediiſſe.* Boëth. *ibid.* Scalig.*ad Feſt.in Poſtliminium. Poſt* autem hic reditum, *limen* finem aut terminum denotare videtur. Hinc *poſtliminare*, eliminatum ex finibus intra fines recipere. Grot. *d. loc. n.* 1. Salmaſ. *obſ.*26. *ad jus Attic. & Rom.* Jus ipſum poſtliminii, ut pleraque Romanorum, ab Athenienſibus ſumpſit originem. Δευτερόποτμοι καὶ ὑστερόποτμοι dicebantur ab iis reverſi in civitatem. Scalig. *d. loc.*

TEXTUS

§. VI. *Præterea emancipatione quoque deſinunt liberi in poteſtate parentum eſſe. Sed emancipatio antea quidem vel per antiquam legis obſervationem procedebat, quæ per imaginarias venditiones, & intercedentes manumiſſiones celebrabatur: vel ex imperiali reſcripto. Noſtra autem providentia etiam hoc in melius per conſtitutionem reformavit: ut fictione*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

priſtina exploſa, recta via ad competentes judices, vel magiſtratus, parentes intrent: & filios ſuos, vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps, à ſua manu dimittant. Et tunc ex edicto Prætoris in bonis ejuſmodi filii, vel filiæ, vel nepotis, vel neptis, qui, quæve a parente manumiſſus, vel manumiſſa fuerit, eadem jura præſtantur parenti, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti. Et præterea ſi impubes ſit filius, vel filia, vel cæteri: ipſe parens ex manumiſſione tutelam ejus nanciſcitur.

COMMENTARIUS.

1. *Quotuplex emancipatio.*
2. *Quid legitima.*
3. *Quid Anaſtaſiana.*
4. *Quid Juſtinianea.*

1 TErtius modus, quo quis fit ſui juris, eſt emancipatio. Emancipatio eſt triplex. Legitima, quæ fiebat ex duodecim tabulis. Anaſtaſiana, quæ ex imperiali reſcripto; & Juſtinianea, quæ ex decreto judicantium, *h.* §. *l.pen. & ult. C.de emanc. lib.* Quibuſdam ſolennitatibus fiebat legitima, quæ à Cajo refe-
2 runtur 1. *Inst. tit.* 8. *in fin.* Erat enim filius ter vendendus ſolenniter. Tertium venditus, & deinde manumiſſus ſui juris fiebat. Tertium ſolebat ea lege venundari, ut pater naturalis, qui eum vendebat, non ut emptor manumitteret. Theoph. *h.* Αὐτεξούσιον τὸν παῖδα ποιοῦσι τρεῖς ἐμαγκιπατίονες καὶ τρεῖς ἐλευθερίαι. Dionyſ. Halicarn. 2. *hiſt. cap.* 4. Θεραπόντων μὲν ὁ πραθεὶς ἅπαξ ἔπειτα τὴν ἐλευθερίαν εὑρόμενος αὑτοῦ τὸ λοιπὸν κύριός ἐστιν. υἱῶν δ' ὁ πραθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰ γένοιτο ἐλεύθερος, ὑπὸ τῷ πατρὶ πάλιν ἐγίνετο. κἂν τὸ δεύτερον ἀπεμποληθείς τε, καὶ ἐλευθερωθεὶς δοῦλος, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς τοῦ πατρὸς ἦν. μετὰ δὲ τὴν τρίτην πρᾶσιν ἀπήλλακτο τοῦ πατρός. Scholiaſtes Theophili: Τὴν γὰρ τρίτην ἐλευθερίαν μετὰ τὴν πρᾶσιν ἐδίδου ὁ πατὴρ καὶ αὐτὸς vindicta. Faciebat id pater, ut ipſe efficeretur manumiſſi patronus, & idem etiam jus quod patronus acciperet, *h.* §. *in fin.* Et ita quidem olim erat juris in filio. Cæteri vero liberi ſemel emancipati ſui juris fiebant. Theoph. *h.* Η μὲν τοι θυγάτηρ καὶ ἐγγόνη, καὶ τὰ λοιπὰ πρόσωπα διὰ μιᾶς ἐλευθερίας ἐγίνοντο αὐτεξούσιοι. Cujac. *d. loc.* Ulpian. *tit.* 11.
3 *pr.* Sigon. 1. *de jur. civ. Rom. cap.* 10. Cujac. *par. C. de emanc. lib.* Sed tandem ſublatis his ambagibus veterum permiſit Anaſtaſius parentibus filios

filios, impetrato reſcripto, quod erat actis inſinuandum ad rei memori-
am, ſui juris efficere, *d. l. pen.* Juſtinianus autem noviſſime arbitratus 4
ſufficere, ſi parentes ſimpliciter magiſtratum adiiſſent, remiſit neceſſita-
tem impetrandi reſcripti, cum difficulter expediantur, quæ aguntur cum
principe *d. l. ult.* Et idcirco ſi acceſſerit magiſtratus decretum, ſui juris
fit filius, niſi omnino is à patre diſſentiat, *Nov.* 89. *cap.* 11. Nam patri eo
caſu nec magiſtratus conſentiet, niſi velit infantem ſui juris efficere,
d.l. pen. Fruſtra enim tum expectabitur, ut & infans conſentiat. Alioquin
ſufficit, ſi pater apud magiſtratum ſic ſimpliciter dixerit: Τόνδε ποιῶ ἐ-
μαγκιπάτον, καὶ τῆς ἐμαυτοῦ ἀφίημι χειρὸς, *Hunc ego emancipo, &
è manu mea dimitto.* Theoph. *h.*

T E X T U S

§. VII. *Admonendi autem ſumus, liberum arbitrium eſſe ei, qui filium & ex eo nepotem vel neptem in poteſtate habet, filium quidem de poteſtate dimittere, nepotem vero vel neptem retinere: & e converſo filium quidem in poteſtate retinere, nepotem vero vel neptem manumittere: vel omnes ſui juris efficere. Eadem & de pronepote & pronepte dicta eſſe intelligantur.*

C O M M E N T A R I U S.

HÆc ita debent accipi, quemadmodum dixi. Patri licet emancipare quem velit, aut nepotem, aut filium, ſi emancipandus non expreſſe diſſentiat, *d.l.pen.* Si enim tacuerit, conſenſiſſe videtur, *l.* 142. *ff. de reg. jur. & arg. l.* 132. *pr. ff. de V.O.* Emancipatio eſt actus, qui ad juriſdictionem voluntariam pertinet. Juriſdictio voluntaria exercetur inter volentes, *l.* 3. *ff. de adopt. junct. l.* 2. *ff. de offic. proc.* Nemo poteſt emancipari invitus, nec quiſquam invitus emancipare compellitur, §. *ult. Inſt. h. t. novell.* 89. *cap.* 11. Paul. 2. *ſent.* 25. Bachov. *ad* 1. *part. ff. p.* 262.

T E X T U S

§. VIII. *Sed & ſi pater filium, quem in poteſtate habet, avo, vel proavo naturali ſecundum noſtras conſtitutiones ſuper his habitas, in adoptionem dederit, id eſt, ſi hoc ipſum actis intervenientibus apud competentem judicem manifeſtaverit, præſente eo, qui adoptatur, & non contradicente, nec non eo præſente, qui adoptat: ſolvitur quidem jus poteſtatis patris naturalis:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

turalis: tranſit autem in hujuſmodi parentem adoptivum, in cujus perſona & adoptionem eſſe pleniſſimam antea diximus.

COMMENTARIUS.

PAtriam poteſtatem ſimul & conſtituit & tollit adoptio, ſed diverſo reſpectu. Reſpectu ejus, qui adoptat, conſtituit, ſed ejus reſpectu, qui dat in adoptionem, eam totam interimit. *h.* §. Sed ſi diverſo reſpectu adoptio eſt modus, quo ſimul & acquiritur & finitur poteſtas, cur magis inter modos, quibus acquiritur, Imperator eam retulit, quam quibus finitur? Uno verbo dicendum, quia non fuit ad finiendam inventa, ſed ad patriam poteſtatem acquirendam adoptio, *l.* 1. *& t. tit. ff. de adopt.*

TEXTUS

§. IX. *Illud autem ſcire oportet, quod ſi nurus tua ex filio tuo conceperit, & filium poſtea emancipaveris, vel in adoptionem dederis prægnante nuru tua, nihilominus quod ex ea naſcitur, in poteſtate tua naſcitur. Quod ſi poſt emancipationem, vel adoptionem conceptus fuerit: patris ſui emancipati, vel avi adoptivi poteſtati ſubjicitur.*

COMMENTARIUS.

AVo extincto nepos in patris poteſtatem non recidit, ſi avus, dum viveret, aut nepotem, aut filium ſui juris effecerit. Filio nondum emancipato conceptus in avi poteſtate nihilominus naſcitur, etiamſi eo emancipato naſcatur, & idcirco nec recidit in poteſtatem paternam, ſi avus obierit, *h.* §. *& pr. h. t.* Nepos autem conceptus emancipato jam filio non avi ſed patris poteſtati ſubjicitur, *h.* §. Spectatur conceptio in legitimis nuptiis, non autem ſola nativitas, *l.* 18. *ff. de ſtat. hom.* Ulpian. *tit.* 6. *de h. qu. in pot. ſunt* §. *ult.*

TEXTUS

§. X. *Et quidem neque naturales liberi, neque adoptivi ullo pene modo poſſunt cogere parentes de poteſtate ſua eos dimittere.*

COMMENTARIUS.

1. *Cur Imp. adjecerit hic particulam pene.*
2. *An plures ſint modi, quibus patria poteſtas finitur, quam tres.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

3. *Patria poteſtate diſſoluta quid juris.*
4. *Herus major & minor.*
5. *Dominatio.*

PEne adjicit propter caſus exceptos, *l.32.ff.de adopt. l.ult.ff. ſi à par. qu. manum. l.92.ff.de cond.& dem.l.12.C.de epiſc. aud.l.6.C.de ſpectac.* Exemplum ad *l.* 92. eſt apud Sueton. *in Vitell. cap. 6. Uxorem habuit Petroniam, conſularis viri filiam, & ex ea filium Petronianum, captum altero oculo. Hunc heredem à matre ſub conditione inſtitutum, ſi de poteſtate patris exiſſet, manu emiſit.* Et hi quidem tres principales ſunt modi, quibus patria poteſtas finitur & tollitur, nimirum mors, dignitas, & emancipatio. Poteſt iis addi etiam præſcriptio temporis, *l.1.C.de patr.pot.* Cujac. *par.C.eod.* Argentr. *ad conſ.Brit.art.*500.*gl.*1. Bachov.*ad* 1.*part. ff. p.* 264. uti & ſacerdotium Jovis & Veſtę. A. Gell. 1. *noct. Attic. cap.* 12. *Virgo autem Veſtalis ſimul eſt capta, atque in atrium Veſtæ deducta, & pontificibus tradita; eo ſtatim tempore ſine emancipatione, ac ſine capitis minutione è patris poteſtate exit, ac jus teſtamenti faciundi adipiſcitur.* Tacit. *lib.* 4. *annal. Sub idem tempus de flamine Diali in locum Servii Maluginenſis defuncti legendo, ſimul roganda nova lege diſſeruit Cæſar &c. Accedere ipſius cærimoniæ difficultates, quæ conſulto vitarentur. Et quando exiret è jure patrio, qui id flaminium apiſceretur, quæque in manum flaminis conveniret.* Ulpian. *in fragm. tit.* 10. Plutarch. *in Num. cap.* 18. Certo etiam reſpectu poteſt addi adoptio, *d.* §. 8. Cæterum ſoluta jam poteſtate parentum patriæ poteſtatis ceſſant omnes effectus. Solutione poteſtatis ſunt duæ perſonæ, quæ ea nondum extincta habentur pro una, *l.10.ff.de opt.leg.* Qui eſt in poteſtate, is filiusfamilias appellatur in jure. Qui eſt ſui juris, ſimpliciter filius. Argentr. *ad conſ. Brit. art.* 501. *gl.* 2. Simpliciter dominus, & dominus major, cum reſpectu ad filium poteſtati ſubjectum, qui dominus minor ab auctoribus dicitur. Plaut. *Capt. act.* 5. *ſcen.* 5.

1 (margin, beside first line) · 2 (margin, beside "Et hi quidem…") · 3 (margin, beside "Cæterum…") · 4 (margin, beside "Simpliciter dominus")

At herum ſervavi, quem ſervatum gaudeo:
Cui me cuſtodem addiderat herus major meus.

Idem *Merc. act.* 1. *ſcen.* 2.

Ex ſummis opibus viribuſque uſque experire, nitere,
Herus ut minor opera tua ſervetur.

Et inde etiam dominatio, quoties quis ſui juris & poteſtatis efficitur. 5
Feſtus *in Regalia*, *Regalia exta appellantur, quæ potentibus inſperatum hono-*

honorem pollicentur : privatis & humilioribus hereditates, filiofamilias dominationem.

TITULUS XIII.

DE

TUTELIS.

TEXTUS

Tranſeamus nunc ad aliam diviſionem perſonarum. Nam ex his perſonis, quæ in poteſtate non ſunt, quædam vel in tutela ſunt, vel in curatione, quædam neutro jure tenentur. Videamus ergo de his, quæ in tutela, vel curatione ſunt. Ita enim intelligemus cæteras perſonas, quæ neutro jure tenentur. Ac prius diſpiciamus de his, quæ in tutela ſunt.

COMMENTARIUS.

1. *Poteſtatis privatæ quot in jure ſint ſpecies.*
2. *An ſervus ſit aliquis, qui non habet dominum.*

POteſtatis privatæ tantum duæ ſunt ſpecies, patria, & dominica. In poteſtate paterna ſunt liberi nati ex legitimis nuptiis. Servi, ut dictum, in poteſtate dominica. Et ſervi ſunt ſemper in poteſtate dominica : liberi non ſemper in poteſtate paterna. Poteſt eſſe filius & ſui juris nihilominus. Poteſt eſſe filius & paterfamilias, *l. 9. ff. de h. qu. ſu. vel. al. jur. l. 2. ff. de SCt. Maced.* Eſſe patremfamilias & ſui juris non differunt, *l. 43. ff. de obl. & act. l 4. ff. de h. qu. ſu. vel al. jur. l. 50. §. 4. ff. de leg. 3.* Ut vero ſit ſervus, & ſimul etiam ſui juris, non poteſt id effici. Qui eſt ſervus, eſt ſervus cum reſpectu ad dominum. Non eſt ſervus ejuſmodi, qui non habet dominum , niſi ſiquem forte dominus pro derelicto habuerit, *l. 36. ff. de ſtip. ſerv.* Eo caſu eſt ſervus, quia fit occupantis, *d. l. 36.* & tamen non habet dominum, quia eſt nullius, priuſquam fit occupantis. Servi dignitate ſui juris non fiunt, *l. 32. ff. de reg. jur.* Sunt inſtar quadrupedum, *l. 2. §. 2. ff. ad l. Aquil.* Ne morte quidem domini poteſtate liberantur. Tranſeunt enim in poteſtatem heredis, *pr. Inſt. de ſtip. ſerv.* Liberi

beri autem, ſi moriatur, qui eos habet in poteſtate, ſui juris efficiuntur & patresfamilias, etiamſi infantes ſint, *l.* 195. §. 3. *ff. de V.S.* Reguntur quidem infantes curatorum auxilio, ſed id minime prohibet, quominus ſint ſui juris & patresfamilias. Tutor enim pupillum in poteſtate non habet, *arg. pr. Inſt. de h. qu. ſu. vel al. jur.* Reguntur à curatoribus & furioſi & prodigi, ſed nemo tamen propterea eos ſui juris negaverit.

TEXTUS

§. I. *Eſt autem tutela, ut Servius definivit, vis ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem ſe ipſe defendere nequit, jure civili data ac permiſſa.*

COMMENTARIUS.

1. *Quid tutela.*
2. *Mundoaldus, manualdus, mundeburde, mundeburdium.*
3. *Mainbour.*
4. *Quis Balius, Bajulus.*
5. Παϊούλος *unde.*
6. *Baljou unde.*
7. *Quid* vis ac poteſtas.
8. *Ad quem hæc referenda ſint* in capite libero.
9. *A caput capitulum.*
10. *Pupillus obnoxius multorum inſidiis.*
11. *Maſculinum etiam regulariter fœmininum complectitur.*
12. *Qui in tutela ſint.*
13. *Quis proprie pupillus.*
14. *In tutela, ſub tutela.*
15. *Fœminæ olim in tutela perpetua.*
16. *Quibuſdam exceptis.*
17. *Hodie eſt uxor in tutela mariti.*
18. *Mariti auctoritas ad teſtamenta non pertinet.*
19. *Quam in iis tamen exigit ſtatutum Eugubii.*
20. *Et conſuetudo Niverniæ.*
21. *Quæ major eſt hodie, & deſtituta marito, curatorem non habet.*
22. *Niſi Florentiæ & Ticini in Italia.*
23. *Tutela utrum juris gentium, an juris civilis.*
24. *Quotuplex tutela.*

 25. *Cui*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

25. *Cui annumeranda confirmata tutela.*
26. *Moribus hodie quot tutelæ ſint ſpecies.*
27. *An tutor à patre poſſit dari extraneus matre præterita.*
28. *Notatur Simon à Leuwen.*
29. *De wet quid ſignificet.*
30. *Tutela legitima adhuc eſt in uſu Nordovici in Hollandia.*
31. *Inter Electores in Imperio Germanico.*
32. *In regione quam dicimus 't lant van Voorn.*
33. *Item apud Drenthinos.*
34. *Ut & hic Ultrajecti, quod probatur latiſſime.*

1 T*Utela.* Vox eſt πολύσημα. Quamlibet defenſionem aliquando ſignificat ut in *l.3.ff.de juſt.& jur.* Valer.Max.*lib.* 4.*cap.* 1. *Hortantibus amicis, ut gravem in adminiſtratione reipublicæ æmulum, ſed alioqui probum & ornatum virum, qualibet ratione vel tolleret vel ſummoveret, negavit ſe facturum, ne quem in tutela patriæ bonus civis locum obtineret, malus & improbus occuparet.* Aliquando tutorem. Horat. 4. *carm.* 14.

—— te profugus Scythes
Miratur, o tutela præſens
Italiæ; dominæque Romæ

Guntherus *lib.* 3.

Aſpice quæ fuerit priſcis ſub regibus Urbis
Gloria, quæ populi libertas, quanta Senatus
Majeſtas, Prætoris honos, & Conſul uterque
Annuus, & gemini plebis tutela tribuni.

Aliquando etiam eum, qui eſt in tutela. Priapej. *carm.* 76.

Eſt tutela Rhodos beata Solis,
Gades Herculis, humidumque Tibur.

2 Sed frequentius in jure vim ac poteſtatem in capite libero. Longobardi olim mundeburdium & mundeburdem dicebant, tutorem vero mundoaldum, manualdum, & mundium, & *mundeburdem* etiam nihilominus pro qualibet defenſione ſolebant accipere, ut Latini tutelam. Marculf. 1. *form.* 24. *Propter malorum hominum inlicitas infeſtationes, ſub ſermonem tuitionis noſtræ viſi fuimus recepiſſe; ut ſub mundeburde vel defenſione inluſtris viri illius majoris domus noſtri, cum omnibus rebus præfatæ eccleſiæ quietus debeat reſidere.* Pontan. *lib.* 5. *hiſt. Gelr. Otto divina*

favente

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus &c. Baldericus enim prædictæ maritus Adelæ pro noſtra voluntate, exhortatione ſimul & petitione, id ipſum Monaſterium ſua propria ſuæque conjugis manu in noſtrum publicum contradidit mondiburdium. Bignon. *ad Marculf. ibid.* Goris *ad Sand. de effeſt. cap.* 4. *n.* 14. Francis etiam *mainbour* erat tutor 3
antiquitus, unde *momboir* vocabulum, quo adhuc hodie utimur. Dicebant & Balium, quaſi bajulum quendam, gerulumque pupilli, ut teſtatur 4
Choppin. 2. *de morib. Paris. c.* 7. *n.* 2. *&* 8. *in fin.* Inde *baille, mainburnie* pro tutela vel cura. Froſſart. *vol.* 1. *cap.* 155. *fuſſent en garde, baille, tutelle, cure, manburnie.* Nec Balium tantum, verum etiam ſimpliciter ſæ- 5
piſſime Bajulum. Auctor Anonymus *in annal. Franc. Rex Carolus cum filiis & exercitu pacifice Franciam repetiit, filiumque ſuum Ludovicum regem miſit regnaturum in Aquitaniam, præponens illi bajulum Arnoldum, alioſque miniſtros ordinabiliter decenterque conſtituens tutelæ puerili congruos.* Unde licet etiam ſuſpicari detortum illud vocabulum, quod occurrit apud Pachymerem 2. *hiſt.* 32. παΐουλος. Curatorem enim 6
ibi, aut Præfectum ſignificat, aut ut Græci ἐπίτροπον, ut Auctor ipſe teſtatur: Καὶ ταῦτα μὲν Γενουΐταις τὰ ἐπαγγέλματα. Βενετικοῖς δὲ καὶ Πισσαίοις τὰ ὅμοια προσεφιλοτιμεῖτο, τοῖς μὲν ὑπὸ Παΐουλῳ, ὃν Ἕλλην ἂν εἴποι ἐπίτροπον, τοῖς δὲ Πισσαίοις, Κονσούλῳ, ἐφόρῳ, νόμοις τοῖς αὐτῶν χρωμένοις, πράττειν τε τὰ αὐτῶν ἀκωλύτως, ἐλευθέρως διαβιοῦντας, *Hæc Genuenſibus promiſſa. Venetis autem & Piſanis paria ſimiliter oſtentata ſunt. Nempe ut ille quidem ſub Bajulo, quem Græci Præfectum aut* ἐπίτροπον *dicerent, Piſani autem ſub Conſule, quaſi dicas Ephoro, legibus ipſorum quiſque propriis uterentur, ſuaſque res agerent, prohibente nemine, libere per omnia viventes.* Noſtrum etiam *Baljou* ſi quis inde deduxerit, non opinor, erraverit. Bajulus enim olim erat inſtar Prætoris, Venetis, ſaltem, Piſanis, & Genuenſibus, ut ibidem Pachymeres.

Vis ac poteſtas. Facultas adminiſtratoria, quæ tutoribus competit.
Utrumque enim vocabulum hic improprie ſumitur. Vis habet ratio- 7
nem cum invito, ut Hotomann. *hic*, poteſtas autem cum eo, qui parere compellitur. Vis ad avertenda pupilli incommoda, poteſtas refertur ad regendum pupillum.

In capite libero. Verba hæc ad pupillum Theophilus retulit: κατὰ 8
ἐλευθέρας κεφαλῆς διδομένη. Sed poſſunt meo judicio ad utrumque referri. Ad tutorem, quia ſervus non adminiſtrat tutelam, *h.* §. *verb. jure*

 civili,

civili, junct. l.32. ff. de reg. jur. Ad pupillum, quia ſervi non ſunt in tutela. Sunt in tutela, qui ſunt ſui juris, & minores annis quatuordecim. Servi vero ſemper ſunt in poteſtate dominica. Quod ſiquis objiciat, ſi poſſint hæc verba ad utrumque referri, cur Imperator non dixit; ad tuendum id, quod per ætatem &c. ut ſit bona ſyntaxis? Uno verbo dicendum hic occurrere ſyntheſin figuram Grammaticam, ut apud Terent. *in Andr. act. 3. ſcen. 5. Ubi illic ſcelus eſt, qui me perdidit?* Idem *Eunuch. act. 2. ſc. 3. Ut illum Dî Deæque Senium perdant, qui me hodie remoratus eſt.* Ubi Donat. *Ne mireris poſt ſenium* qui *additum, quia declinationem ad intellectum retulit.* Idem fecit Salluſtius: *Abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt.* Ruben. 2. *elect. cap.* 16. Diſſ. Amaya 1. *obſ.* 7. *n.* 3.

9 *In capite.* Id eſt, homine. A. Gell. 5. *noct. Attic.* 19. *Tutoribus in pupillos tantam eſſe auctoritatem poteſtatemque fas non eſt, ut caput liberum fidei ſuæ commiſſum alienæ ditioni ſubjiciant.* A caput capitulum, Terent. *Eunuch. act. 3. ſcen. 3. O capitulum lepidiſſimum.*

10 *Ad tuendum.* Eſt enim obnoxius multorum inſidiis. Cic. 3. *in Verr. Audit pupillum eſſe filium. Homo, qui ſemper ita palam dictitaſſet, pupillos, & pupillas certiſſimam prædam eſſe prætoribus, optatum negotium ſibi in ſinum delatum eſſe dicebat.* Ibid. *Habemus liberos parvos: incertum eſt, quam longa noſtrum cujuſque vita futura ſit, conſulere vivi, ac proſpicere debemus, ut illorum ſolitudo & pueritia quam firmiſſimo præſidio munita ſit. Quis eſt enim, qui tueri poſſit liberûm noſtrorum pueritiam contra improbitatem magiſtratuum.*

11 *Eum.* Supple eamve. Verbum enim maſculinum & fœmininum complectitur, *l. 1. ff. de V. S. l. 16. pr. ff. de teſtam. tut.* Τὰ λεγόμενα περὶ ἄῤῥενος ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον καὶ περὶ θηλείας λέγεται.

12 *Qui per ætatem.* In tutela pupilli ſunt, nati, ſi ſint maſculi, nondum annos quatuordecim, aut ſi ſint fœminæ, nondum annos duodecim, §. 3. *Inſt. h. t. pr. Inſt. Qu. mod. tut. fin.* Proprie autem impubes appellatur pupillus. Minor enim dicitur, qui eſt major annis quatuordecim, *t. tit.*

13 *ff. de min.* Sed Viſigotthi olim omnes, qui minores erant annis quinque & viginti appellabant pupillos. *Leg. Wiſigotth. lib. 3. tit. 1.* Lex eſt 1. cujus hæc eſt ſententia: *Diſcretio pietatis eſt, ſic conſultum ferre minoribus, ut juſtæ poſſeſſionis dominum ſuſtinere damna non patiamur. Ob hoc licet hactenus a patre tantum relicti parvuli filii, pupilli nuncupentur: tamen quia non minorem curam erga filiorum utilitatem, matrem conſtat fre-*

quen-

quenter impendere, ideo ab utroque parente, hoc eſt, patre vel matre infra XXV. *annos, filios poſt mortem relictos, pupillos per hanc legem decernimus nuncupandos.* Idem autem in tutela, ſub tutela. Liv. *lib.* 1. *hiſt.cap.*2. *Ut* 14
animos Aboriginum ſibi conciliaret, ne ſub eodem jure ſolum, ſed etiam nomine omnes eſſent. Sed de fœminis quod dixi, id jure noviſſimo demum obtinuit. Olim enim erant in tutela perpetua. Ulpian. *in fragm. tit.*11.
pr. Cicer. *pro Muræn. Mulieres omnes propter infirmitatem conſilii in tu-* 15
torum poteſtate eſſe voluerunt: hi invenerunt genera tutorum, quæ poteſtate mulierum continerentur. Liv. *lib.* 34. *cap.*2. *Majores noſtri nullam, ne privatam quidem rem agere fœminas ſine tutore auctore voluerunt: in manu eſſe parentum, fratrum, virorum.* Ibid.*cap.*7. *Scilicet ſi legem Oppiam abrogaveritis, non veſtri arbitrii erit, ſiquid ejus vetare volueritis, quod nunc lex vetat. minus filiæ, uxores, ſorores etiam quibuſdam in manu erunt. vos in manu ac tutela, non in ſervitio debetis habere eas.* Nupta vel erat in tutela mariti, vel in ejus, quem pater in teſtamento dediſſet. Si non dediſſet, & moreretur maritus, in ejus, quem maritus in teſtamento dediſſet. Liv. *lib.* 39. *cap.* 19. *Utique Feceniæ Hiſpalæ datio, deminutio, gentis enuptio, tutoris optio item eſſet, quaſi ei vir in teſtamento dediſſet.* Apulej. *apol. in fin.* de uxore ſua annorum jam quadraginta: *Adeſt etiam tutor, auctor mulieris, vir graviſſimus & ſanctiſſimus, omni cum honore mihi nominandus Caſſius Longinus.* Tutorem alioquin ſibi ipſa pe- 16
tebat. Liv. *lib.* 39. *cap.* 9. *Quin eo proceſſerat conſuetudine capta, ut poſt patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore à tribunis & prætore petito, quum teſtamentum faceret, unum Æbutium ſibi inſtitueret heredem.* Hinc Auguſtus ſpecialiter apud Dion. Caſſ. *lib. hiſt.* 49. Τῇ Ὀκταουΐᾳ τῇ τε Λιουΐᾳ καὶ εἰκόνας, καὶ τὸ τὰ σφέτερα ἄνευ κυρίου τινὸς διοικεῖν, τό τε ἀδεὲς καὶ τὸ ἀνύβριστον ἐκ τοῦ ὁμοίου τοῖς δημάρχοις ἔδωκεν, *Octaviæ & Liviæ ſtatuas dedit, utque ſine tutore res ſuas agerent, & eodem jure ſacroſanctæ, quo tribuni plebis eſſent.* Tantum enim quæ habebant jus trium liberorum, & Veſtales erant apud veteres ſine tutoribus. Plutarch. *in Num. cap.* 18. Τιμὰς δὲ μεγάλας ἀπέδωκεν αὐταῖς, ὧν ἐστι καὶ τὸ διαθέσθαι ζῶντος ἐξεῖναι πατρός, καὶ τ᾽ ἄλλα πράττειν ἄνευ προστάτου διαγούσας, ὥσπερ αἱ τρίπαιδες. Hodie videtur 17
uxor in tutela mariti, ſine cujus conſenſu, ſi contractum inierit, aut fecerit aliquid, quod alicujus momenti eſt, non ſortitur effectum. Requiritur, ut maritus auctoritatem accommodet, niſi uxor quid impendat ad exhibendam familiam, vel una cum marito mercaturam exerceat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Mornac. *ad l.8.ff. de jur.& fact.ign.* Herbaj. *rer. quot. cap.*13.§.12. Ro-
deburg. *de jur.conj. tit.2.cap.1.n.*18. Apud Gallos etiam ſi vidua, quod
geſſit dum erat uxor, marito ignorante porro ratum habuerit, valet quod
actum eſt. Choppin. 2. *de morib. Pariſ.*1.*n.*14. Apud nos convaleſcit, li-
cet ratum non habeat, ſi maritus deceſſerit. *Coſtuym. van Utrecht tit.* 22.
18 *art.*5. Rodeburg. *de ſtat.div.tit.*4.*cap.*1.*n.*8. Et quod inprimis notabile,
ad actus inter vivos tantum regulariter pertinet mariti auctoritas. Ad te-
ſtamenta non item. Teſtatur enim uxor & marito invito. Eugubii ve-
19 ro, quæ urbs eſt Italiæ, ne teſtari quidem conceſſum eſt, ſi maritus non
fiat auctor. Pancirol. 1. *lect.* 92. Imo & exigit mariti auctoritatem in
20 teſtamentis uxoriis conſuetudo Niverniæ, quod miratur Mornac. *ad*
auth.ſive à me C. ad SCt. Vellej. cum vix alibi apud Gallos ſit ſtatutum
ejuſmodi. Defendit tamen Molinæus id *ad conſ. Alex.* 155. nec Argen-
treus id improbandum aut reprehendendum exiſtimat *ad conſ. Brit. art.*
223.*gl.*4.*n.*3. Si quæratur deciſio, quærenti ſuppeditabit Matth. Afflict.
21 *deciſ.*260. Quod autem jam dixi, id dixi de nuptis. Valet enim, quod
egit deſtituta marito, etiamſi conſenſum Manualdi non impetraverit,
cujus auctoritas una cum ipſo nomine & apud Hollandos & hic Ultra-
jecti in deſuetudinem abiit. Rodeburg. *in proleg.de jur.conj.n.*11. Grot.
1.*man.*4.*in fin.* Licet notarii, qui à Carpzov. *juriſpr. for. part.*2. *conſt.*2.
*def.*15.& 20. ſalutantur non immerito fratres ignorantiæ, ſimiles pſitta-
cis, qui *in palatiis dominorum ſtant, & quid loquantur, neſciunt*, etiam-
num in inſtrumentis ſic ſcribant ut plurimum, *hebbende in deſen genomen*
tot haren momber, &c. Goris *adverſ. tr.* 3. *part.* 2. *cap.* 6. *n.* 3. De ma-
joribus loquor. Minores enim reguntur curatorum auxilio, quoad ſe
22 collocaverint, aut contraxerint nuptias. Rodeburg. *de ſtat. div. tit.* 4.
*cap.*4. *in fin.* Tum enim recidunt in tutelam mariti. Sed Ticini & Flo-
rentiæ, quæ maritum non habent, etiamſi majores ſint, curatorem agno-
ſcunt, & quaſi idcirco ſunt in tutela perpetua, nec poſſunt teſtari, niſi tu-
tor conſentiat. Pancirol. *d.loc.*

23 *Jure civili.* Tutela juris gentium eſt, quod ad originem, §.6. *Inſt. de*
Attil. tut. Quod ad formam & incrementum eſt juris civilis. *h.* §. Quæ
autem eſt forma? Quod tutela ſit triplex, teſtamentaria, legitima, & da-
tiva. Quod ut teſtamentaria præfertur legitimæ, *l.*11.*pr.ff.de teſtam.tut.*
ſic etiam legitima præferatur dativæ, *l.*6.*ff.de legit.tut.l.*9. §.1. *ff.de tut.*
& rat. diſtr. Quod nemo poſſit tutelam ſucipere, niſi civis Romanus,
h. §. niſi prius fecerit inventarium bonorum omnium pupilli, *l.* 7.*pr.ff.*

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

*de ſatiſd.tut.*Sed & multa ſunt alia, quæ,ut juris civilis ſit tutela,efficiunt,
*l.4.ff.de teſtam.tut.l.*15.*ff.de adm.& per.tut.nov.*72.*cap.*1.*& cap.*6.§.2.
Inſt. de auct. tut.

Data ac permiſſa. Datur legitima. Dari vero permittitur tutèla te- 24
ſtamentaria, & tutela dativa,*argl.*5.*pr.ff.de legit.tut.* Ad teſtamentariam,
de qua primo agendum eſt, debet etiam neceſſario confirmata referri.
Magiſtratus enim non jure datum, ac ſi eſſet jure datus, in teſtamento, 25
confirmat,*l.*1.§.*ſi autem,l.*3.*ff.de conf.tut.*Dici ſane non poteſt hęc tute-
la legitima,quia illa defertur pupilli agnatis, *pr.Inſt.de leg.agn.tut.*Nec re-
cte dicetur etiam tutela dativa, quia dativa non præfertur legitimæ, *d.l.6.
d.l.9.*§.1. Præfertur autem confirmata legitimæ, *d.l.3.l.6.ff.eod. l.27.ff.
de teſtam. tut.* Donell.3.*comm.*5. Moribus hodie tutela tantum eſt du- 26
plex, nimirum regulariter, tutela teſtamentaria, & tutela dativa. Sed da-
ti in teſtamento confirmantur à magiſtratu, ut poſſint ad tutelam admi-
niſtrandam accedere, nullo facto diſcrimine, à quo ſint relicti. Sim. à
Leuwen *ad conſ. Rynl.part.*2.*cap.*2.*& cenſ.for.*1.*tit.*16.*n.*6. Choppin. *de
comm.Gall.conſ.præc. part.*2. *cap.*2.*n.*3. Quod cautum eſt etiam Senatuſ-
conſulto hujus urbis *Ann.*1623.& *Ann.*1631. 25. *Ian.* Raro tamen con-
ſtitutus in teſtamento repellitur. Imo ſolet admitti,licet matre præterita 27
ſcriptus in teſtamento reperiatur extraneus. Spectari enim de eo conve-
nit mariti judicium, qui cauſas habet ſæpiſſime multum probabiles, cur
uxori ſuæ nolit tutelam committere, aut iratæ pupillis, aut nupturienti
jam iterum, aut forte pudoris etiam non ſatis comperti, aut ad rem non
attentæ, aut & prorſus inhabili, ut tutelam ſuſcipiat, & ſiquæ cauſæ ſunt
ſimiles, in quas non eſt opus, ut inquiratur curioſius, *auth.matri C. Qu.
mut.tut.off.fung.* Bald. *conſ.*308. *lib.*2. Argentr. *ad conſ. Brit. art.* 480.
*gloſſ.*1. Quod ſi quis inteſtatus, quantum ad tutelam attinet, in fata con-
ceſſerit, magiſtratus eſt officium, ut tutorem conſtituat, & inprimis qui-
dem eum, qui eſt ſanguine proximus. Eo enim non audito ſi remotio-
rem vocaverit, ut tutelam ſuſcipiat, queri licebit de nullitate decreti. Ar-
gentr. *ad conſ. Brit. art.* 475. *gl.* 3. Choppin. *d. loc.* Quæ cum ita ſe ha- 28
beant divinare vix poſſum, cur Simon à Leuwen *ad conſ. Rynl.part.* 2.
art. 11. tutelam legitimam apud nos adhuc hodie uſitatam docuerit.
Species, inquit, tutelæ jam in uſu ſunt duæ, tutela teſtamentaria & tutela
legitima. Sed teſtamentaria præfertur legitimæ. Niſi forte per *wettige*
dativos intelligat. *De wet* enim Belgice & magiſtratum ſignificat,ut ne- 29
mo ignorat. Sic videtur dicendum, quia dicit ad *art.* 21. *& cenſ.for.*

*lib.*1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

lib. 1. *tit.* 16. *n.* 2. tutelam legitimam eſſe Belgis incognitam, quo & nihil eſt certius, ſi loquamur in genere. Verum eſt quidem, quod quoties nullus eſt tutor teſtamentarius, pupilli conſanguineos magiſtratus inprimis ad tutelam admittat, nec eos rejiciat, niſi prorſus inhabiles, ſed inde non ſequitur eos eſſe legitimos. Dativi ſunt nihilominus, quia non lex, ſed magiſtratus eos ſpecialiter tutores conſtituit. Idem *ad conſ. Rynl.part.* 2.*art.*12.15.*&* 16. Neoſtad. *deciſ. Supr. Cur.* 59. *Coſtuym.van Antwerpen tit.* 43. *art.*17. 25.*&* 60. *Coſtuym. van Mechelen tit.*19. *art.* 3. *&* 7. Quod autem jam attinet ad vocabulum, *wettige*, vox eſt ambigua. Rectius dativi appellantur, *gegevene*, in ſtatutis Rynlandiæ *part.*2.*art.*44.
30 Cæterum Nordovici, qui eſt pagus Rynlandiæ, quod videtur notabile, tutelam ſuſcipiunt, qui ſunt ſanguine proximi, etiamſi non acceſſerit magiſtratus decretum, qui & recte, ni fallor, dici poſſunt propterea
31 tutores legitimi. Sim. à Leuwen *ad conſ. Rynl. part.*2. *art.*1. Sed & illud notabile, quod ſiquis moriatur Electorum Germaniæ relictis pupillis, tutela pertineat ad tutorem legitimum, qui per Auream Bullam tutorem teſtamentarium etiam ſolet excludere, ut teſtantur non pauci, inter quos eſt Goedd. *ad l.*120. *ff.de V.S.n.*3. quem ſequuntur Treutl.*vol.*2.*diſp.*8.
32 *th.*3.*lit. A.* Ioach. Scheplitz *ad conſ. Brandeb.part.*3.*tit.*7.Sim.à Leuwen *cens. for.lib.*1.*cap.*16.*n.*16. Vetus etiam mos obtinet in ea regione, quam Belgice dicimus *'tlant vanVoorn*, ut tutelam ſuſcipiat parentum alteruter, ſi adhuc ſit ſuperſtes: ſi uterque ſit mortuus, agnatus proximior, modo poſſit ſatiſdare. Removetur alioquin, & in locum ejus ſufficitur, qui eſt gradu remotior, ſic ut ſemper tamen agnatus præferatur cognato. *Keuren van't lant van Voorn art.* 74. Grot. 1. *man.* 7. §. *Want geboren.*
33 Sim à Leuwen *Rooms-Holl. Recht lib.*1. *cap.* 16. *n.* 2. Sed nullibi tam expreſſe triplex illa tutela adhuc eſt in uſu, quam apud Drenthinos, vel, ut quidam, Tarantios, ſic ut teſtamentarius excludat legitimum, legitimus vero ſicut jure civili præferatur dativo. *Lantrecht van Drenthe lib.*3.*art.* 5. *&* 19. *Elck ſal by wettelijcke teſtamenten ſijne onjarige kinderen ende erfgenamen voormombers mogen ſtellen, &c. Anders daer weſekinderen ſijn, daer ſijn de vrunden ende naeſte bloet altijt twee van de vaders ſijde, ende twee van de moeders ſijde mombaren over, ende ſoo die niet te*
34 *bekomen ſijn, worden de mombers by den gerichte geſtelt, &c.* Jus noſtrum quod attinet, quod Ultrajecti in uſu eſt, triplex quidem etiam poteſt dici tutela, ſed, quod eſt notabile, ſoli parentes ſunt tutores legitimi. Si uterque deceſſerit, magiſtratus ex agnatis, qui eſt magis idoneus, tuto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

tutorem conſtituit. Nec idcirco tamen, quod agnatus ſit, debet exiſtimari, quod ſit tutor legitimus. Quia datur à magiſtratu, tutor dativus eſt. Ipſo enim jure tutelam non ſuſcipit, nec ipſo jure ad tutelam admittitur, ut olim legitimi, *l.5. pr. ff. de legit. tut.* Decretum requiritur, cujus etiam exemplum petenti conceditur. *Ordonn. van de Vroedſchap Ann.* 1624. 8. *Novemb. Dat voorts een yder die voor momber geaccepteert is, indien ſy des begeerden, by de Gecommitteerde acte ſal worden verleent, daerby verklaert wort, dat ſy mombaers ſijn van de Onmundige kinderen van N. ende N.* Sed parentes quod attinet ipſo jure tutores ſunt. *Coſtuym. van Utrecht rubr. 31. art. 1. Item een man ſal ſijn kinderen vermomberen tot haren mundigen dagen toe, &c. & art. 2. Item desgelycks ſal een weduwe heure kinderen ſelve vermomberen totter kinderen mundigen dagen toe, &c.* Qui propterea etiam dicuntur *geboren mombers, art. 4. ejuſd. rubr.* ſed frequentius legitimi. *Ordonn. van de Vroedſchap van den 27. Octob. 1623. in fin. Dan ſoo verre eenige, die tot mombers verkooren of geſtelt ſullen worden conform de voorſchreve Reſolutie der Vroedſchap van den* XXII. *Septemb. 1623. ofte andere legitime ofte teſtamentaire mombers &c. Ordonn. van den 22. Septemb. 1623. Ende ten eynde de onmundigen met goede mombers mogen werden voorſien, ſoo wanneer geen bequame legitime, teſtamentaire, ofte geſtelde mombers en ſijn, &c.* Expreſſe ſeparantur hic à dativis legitimi. Sed quinam ſint legitimi, id ſtatim jam dixi. Soli parentes, aut eorum alteruter, qui adhuc eſt in vivis. Idem etiam ſervatur in hac tota Provincia. *Ordonn. van Montfoort rubr. 8. art. 3. Dat indien geen teſtamentaire momboirs ſijn geſtelt, en de onmundige vader of moeder int leven hebben, deſelve momboir of momboirſche over deſelve ſullen ſijn, &c. & art. 4. Dat vader ende moeder ontbreeckende, of tot de momboirſchap onbequaem ſijnde, den ſchout, Borgermeeſteren, ende ſchepenen tot momboiren ſullen committeren de naeſte bloetvrienden van de onmundige daertoe bequaem ſijnde, &c.*

TEXTUS

§. II. *Tutores autem ſunt, qui eam vim ac poteſtatem habent, exque ipſa re nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quaſi tuitores atque defenſores: ſicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur.*

COMMENTARIUS.

1. *Momboir unde.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

2. *Notatur Grotius.*
3. *Voormomber.*
4. *Æditumus.*

1 Q*Vaſi tuitores.* Manifeſtum eſt igitur, unde tutor dicatur. Sed unde Belgicum *momber*, non eſt ſatis perſpicuum. Grot. 1. *man.* 4. §. *Alle deſe*, *momboir* dictum exiſtimat, quaſi ſit *mondborg*, quia tutor, inquit, quaſi eſt fidejuſſor
2 pupilli, *om dat de Voogt den Onmondigen als-verborgt.* Sed puto hanc conjecturam non magni momenti, cum tutor & fidejuſſor, *mund* & *onmund* multum inter ſe differant. Pupillum *onmund* ſine dubio, ſed *mund*, quod eſt idem quod Germanicum *mundius*, curatorem ſignificat. *Mund* autem à *munde* quod conſiderare, curare, & cogitare ſignificat. Ælfredus Rex in præfatione, quam tractatui de ling. Gotthorum ſubjunxit Vulcanius: *Tha ic this eal gemunde, tha gemunde ic*, *Cum hæc omnia conſiderarem, ſubit etiam cogitatio, &c.* Et hinc eſt quod antiquitus *ſelfmonden* dicebantur, qui jam erant majores. Grot. *d. loc. pr.* Cæterum quod notandum hic, Drenthini inter *voormomber* & *momber* di-
3 ſtinguunt. *Voormomber* appellant, qui adminiſtrat tutelam, & quotannis rationem contutoribus reddit; *momber* autem ſimpliciter, qui non adminiſtrat, ſed obſervat tantum, & curat, ne is qui adminiſtrat, in tutela graſſetur. *Lantrecht van Drenthe lib.3.art.5. Mits dat uyt die vier mombers eene vant naeſte bloet van des vaders ſijde alleen ſal hebben de adminiſtratie, onderwint, ende ontfanck van des weſekints goed, die alleen voormomber genaemt wort, die andere drie worden ſimpele mombers geheten. Art. 6. Ghy loven ende ſweeren, &c. dat ghy alle jaren de andere drie mombers van uwe adminiſtratie reeckenſchap ſult doen, ter tyt &c.*

4 *Æditui.* Æditus etiam æditumus dicitur. A. Gell. 12. *noct. Attic.* 10. *Æditumus verbum Latinum eſt, & vetus, ea forma dictum, qua finitimus & legitimus, ſed pro eo à pleriſque nunc æditus dicitur, nova & commentitia uſurpatione, quaſi à tuendis ædibus appellatus.*

TEXTUS

§. III. *Permiſſum eſt itaque parentibus, liberis impuberibus quos in poteſtate habent, teſtamento tutores dare. Et hoc in filios filiaſque procedit omnimodo: nepotibus vero neptibuſque ita demum parentes poſſunt teſtamento tutores dare, ſi poſt mortem eorum in poteſtatem patris ſui non ſunt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

recaſuri. Itaque ſi filius tuus mortis tuæ tempore in poteſtate tua ſit, nepotes ex eo non poterunt ex teſtamento tuo tutores habere, quamvis in poteſtate tua fuerint: ſcilicet, quia mortuo te, in poteſtatem patris ſui recaſuri ſunt.

COMMENTARIUS.

1. *Qui poſſint dare tutorem.*
2. *Mater non poteſt, & quæ requirantur, ut datus à matre poſſit tutor admitti.*
3. *Confirmantur non jure dati.*
4. *Hodie & matri licet dare tutorem.*
5. *An avo id liceat.*
6. *Inveſtis.*
7. *Veſtis pro barba.*
8. *Veſticeps.*
9. *Quibus poſſit tutor in teſtamento conſtitui.*
10. *An poſſit dari in codicillis.*

UT recte tractetur de tutela teſtamentaria, conſideranda ſunt quatuor. Qui dare poſſint tutorem. Quibus detur. Qui dari poſſint. Et quemadmodum dentur. Soli dant, qui liberos habent in poteſtate tutorem. Datur pupillis. Dantur omnes qui à lege non prohibentur ſpecialiter. Dantur ſub conditione, vel in diem, vel pure, *h.§.& §.ſeq.§.3.& t.tit. Qu.teſt.tut.dar.poſſ.*

Parentibus. Maſculini ſexus hic intelliguntur parentes. Sequitur 1
enim, *liberis impuberibus, quos habent in poteſtate, &c.* Mater liberos in poteſtate non habet, *§.10.Inſt.de adopt.* nec avus maternus, aut ullus ejus aſcendentium, *§.ult.Inſt.de patr.pot.* Et idcirco nec mater, nec ullus ejus aſcendentium tutorem in teſtamento habet dandi licentiam. Si dederit,
datio eſt nullius momenti. Nec tutelam ſuſcipere licet ei, qui datus eſt, 2
niſi eum magiſtratus ad tutelam admiſerit, *l.1.ff.de confirm.tut.* Admittit autem non aliter, quam ſi datus in teſtamento ſit aptus & habilis, *d.l.1. §.2.l.5.ff.eod.* A matre datum, etiamſi ſit habilis, Prætor tamen non aliter ad tutelam admittit, quam ſi datus ſit pupillis inſtitutis heredibus, *l.4.ff.& C.de teſt.tut.* Non magis mater poteſt dare tutorem, quam extraneus quilibet. Sed quem dedit extraneus, Prætor ita confirmat, ſi datus ad tutelam ſit aptus & habilis. A matre vero datus ut tutelam ſuſcipiat, requiruntur hæc duo: Ut Prætoris aut magiſtratus decretum ac-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ceſſerit: Et ut datus ſit pupillis inſtitutis heredibus, *d. l.4. l.4.& 5.ff. de*
conf. tut. Guil. Forn. *ad l. 120. ff. de V. S.* Patet ergo, quod mater non
poſſit dare tutorem. Argumentum eſt confirmatio, quod dare non poſ-
3 ſit, *l.1. ff. de conf. tut.* Ut confirmentur jure dati, nulla lege requiritur.
Confirmantur duntaxat, qui injuſte ſunt dati, *d.l.1.pr. &* §.1. Sed hodie
4 & matri licet dare tutorem, & pater ſi præmoriens fortaſſis jam dederit,
mater nihilominus ſi moriatur poſterior adhuc recte dat alios. Grot. 1.
man.7. Patet etiam, quod pater dat tutorem in teſtamento vi poteſtatis,
quam exercet in liberos, *l.40. ff. de adm. & per. tut.* Si enim emancipave-
rit, cui dedit tutorem, datio iterum eſt nullius momenti. Nec niſi datus
confirmetur ex ſententia Præſidis, ad tutelam admittitur, §. *ult. Inſt. h.t.*
Patris appellatione continetur & avus. Sed avus non aliter dat tutorem
5 nepotibus, quam ſi non ſint nepotes ſe extincto recaſuri in poteſtatem
paternam, *h.* §. Si ſint recaſuri, idcirco tutorem non habet dandi licen-
tiam, quia ſunt in tutela, qui ſunt ſui juris, *pr.h.t.* Qui in patris eſt pote-
ſtate, tutorem non accipit.

6 *Liberis impuberibus.* Pupillis, qui interdum & dicuntur inveſtes.
Tertull. *de anima*: *Materfamiliæ vocatur, licet virgo, & paterfamiliæ*
licet inveſtis. Inveſtes idcirco, quia nulla nondum barbati veſtiuntur la-
7 nugine. Nam & veſtis pro barba. Lucret. *lib.* 5.

Nec minus incerto dentes cadere imperat ætas
Tempore, & impubem molli pubeſcere veſte,
Et pariter mollem malis demittere barbam.

Virgil. 8. *Æneid.*

Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis.

Servius *ibid. Aurea veſtis. Hoc eſt barba. Unde contra inveſtes dicimus*
imberbes: *unde eſt*, *Tunc mihi prima genas veſtibat flore juventas.* In-
8 veſti vero opponitur veſticeps. Feſtus: *Veſticeps puer, qui jam veſtitus*
eſt pubertate: *econtra inveſtis, qui necdum pubertate veſtitus eſt.* Guil.
Forner. 1. *ſel. pen.* Pupillis autem non omnibus licet dare tutorem, ſed
9 iis, quos habemus poteſtati ſubjectos, *h.*§. Excluduntur emancipati. Ex-
cluduntur naturales ex concubina ſuſcepti. Excluduntur nati ex illegi-
timo coitu. Excluduntur extranei. Datus iis non aliter ad tutelam ad-
mittitur, quam ſi acceſſerit magiſtratus decretum, *d.l.1.l.4.l.5.l.7.ff.eod.*
Jure vero legitimatis, quia ſunt in poteſtate, poteſt tutor conſtitui.
Poteſt etiam idem exheredatis conſtitui, *l.4. ff. de teſtam. tut.* Exhereda-
tio patriam poteſtatem non tollit.

Te-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Teſtamento. Quæritur an codicillis poſſit tutor conſtitui? Et dicendum, ſi teſtamento ſint confirmati, quod ita, *l.* 1.§.1.*ff.de conf.tut.* Verbis enim directis regulariter utimur, cum damus tutorem; in codicillis autem utimur verbis precariis. Requirebantur & olim quædam verba ſolennia. Sed ſolennitatem illam Theodoſius ſuſtulit, *l.ult.C.de teſt.tut.* 10

Dare. Poteſt tutor & dari, & ſi tutor non erit, poteſt alius ſubſtitui. *l.pen.ff.de teſtam. tut.*

TEXTUS

§. IV. *Cum autem in compluribus aliis cauſis poſthumi pro jam natis habeantur: & in hac cauſa placuit non minus poſthumis quam jam natis teſtamento tutores dari poſſe; ſi modo in ea cauſa ſint, ut ſi vivis parentibus naſcerentur, ſui heredes & in poteſtate eorum fierent.*

COMMENTARIUS.

1. *Poſthumus quotuplex.*
2. *An dici poſſit pupillus.*

1 POſthumus eſt vel alienus vel ſuus. Alienus, qui natus, dum pater adhuc vivit, non erit futurus in poteſtate paterna, naſciturus nimirum ex illegitimis nuptiis. Suus, qui natus inter ſuos heredes erit patri futurus, *h.§.* & *§.poſthumo Inſt.de legat.* Soli, qui ſuus eſt, licet dare tutorem. Alieno non licet, quia tutor tantum datur poteſtati ſubjectis, *§.præced.* Nondum eſt quidem poteſtati ſubjectus, qui adhuc eſt in utero, ſed habetur perinde ac ſi jam eſſet poteſtati ſubjectus, *h.§. l.qui in utero* 7. *l.*26.*ff.de ſtat.hom.* Argumen- 2
tum id ergo non eſt magni momenti, ſi ſic velim dicere: Tutor datur pupillo §.3. *Inſt. de tut.* Atqui jam poſthumus non poteſt dici pupillus, Ergo etiam nec poſthumo poteſt tutor conſtitui. Minorem quod attinet: Non eſt pupillus, qui adhuc eſt in utero, *l.* 161.*ff. de V.S.* Atqui poſthumus adhuc eſt in utero, Ergo & poſthumus non poteſt dici pupillus. Sed dicendum, quod poſthumus, licet dici non poſſit, quod ſit vere pupillus, quia nondum adhuc eſt, quoties tamen agitur de ipſius emolumentis, pro pupillo habeatur, *d.l.*7.*d.l.*26.*l.*231. *ff.de V.S.* Guil. Forner. *ibid.* & ad *l.* 153.*ff.de V.S.* Et idcirco ſi poſthumus non edatur in lucem adverſus eum, qui interim ejus geſſit negotia, erit agendum non actione tutelæ, ſed negotiorum geſtorum, quia interim poſthumus non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

eſt vere pupillus, *l.19.§.ult.ff.de teſtam. tut.l.29.ff.de neg.geſt.* Accurſ. *h.* Cujac. *ad l.161.ff.de V.S.* Aliter Goedd. *ad d.l.161.*

Teſtamento. Recte teſtamento. A magiſtratu enim poſthumo tutor dari non poteſt, *l.20.ff.de tut. & cur. dat.* Et in promtu eſt ratio, *l.77.ff. de reg. jur. l.6. §.1.ff.de tut.*

TEXTUS

§. V. *Sed & ſi emancipato filio tutor à patre datus fuerit teſtamento, confirmandus eſt ex ſententia præſidis omnimodo, id eſt, ſine inquiſitione.*

COMMENTARIUS.

1. *Quid ſententia.*
2. *Quid velint hæc verba, ſine inquiſitione.*

1 SEntentia. Decretum intelligit. Quid autem decretum? Juſſus eſt magiſtratus, aut cujuſlibet judicis, quem cauſæ cognitio ſolebat præcedere §.4.*Inſt.Qu.& ex qu.cau. man. non poſſ.* Dico cauſæ cognitio,quia hæc ſi deëſſet, non valebat decretum, *l.3.§.pen.ff.de bon.poſſ.l.5.§.non paſſim 9.ff.de reb.eor.qu. ſub tut. l. ult. C. de curat. fur.* Terent. *in Andr. act.1. ſcen. 3. Decernere eſt de magnis rebus certam proferre ſententiam. unde etiam Senatus decretum.* Scip.Gentil. 1.*de juriſd.* 29.

2 *Sine inquiſitione.* Si decretum requiritur, ergo cauſæ cognitio. Si cauſæ cognitio, ergo & inquiſitio. Sine inquiſitione non fit cauſæ cognitio. Sed inquiſitio eſt duplex. Aliquando inquiritur, an tutor ad tutelam ſit aptus & habilis. Aliquando an datus ſit, an pater in teſtamento eum dare voluerit, an voluntas duraverit, an tutoris etiam duraverit ſolertia, probitas, fides, & amicitia, *l.4. l.8. l.10.ff. de conf.tut.* Prætor non inquirit, an tutor ſit idoneus non jure datus à patre, ſed ſi datum conſtiterit,confirmat ſimpliciter, *l.1.§.2.ff.eod.* Non inquirit in ejus mores, niſi mores mutaverit, *d.l.8.* ut tradit etiam aliquoties ſic judicatum Mornac. *ad l.4.ff.de teſt.tut.& ad l. de creationibus 27.C.de epiſc.aud.*Sed datum à matre, vel à quolibet alio Prætor non aliter ad tutelam admittit,quam ſi prius inquiſiverit,an ſit aptus & habilis, *d.l.1.§.2.l.4.ff. de teſtam. tut. l.5.ff.de confirm. tut.* Proinde quod dicit hic, ſine inquiſitione, id eſt, ſine ea inquiſitione, qua Prætor inquirit an tutor ad tutelam ſit aptus & habilis. Deſideratur enim nihilominus adhuc cauſæ cognitio, ut conſtet nimi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

nimirum, an pater tutorem illum dare voluerit, *d. l.* 8. *d.l.* 10. *ff.de conſ. tut.* Mornac. *ad l.66.ff.de rit. nupt.*

TITULUS XIV.

Qui teſtamento tutores dari poſſunt.

TEXTUS

Dari autem tutor poteſt teſtamento non ſolum paterfamilias, ſed etiam filiusfamilias.

COMMENTARIUS.

REcte *teſtamento.* Ad tutelam enim legitimam filiusfamilias admitti non poteſt. Proximiores agnati ſunt tutores legitimi, §.*ult.Inſt.de cap.dem.*Proximus agnatus non eſt filiusfamilias, quia ſemper eum pater uno gradu pręcedit. Nec facit ad rem, quod patris in poteſtate ſit filiusfamilias, qui autem ipſe eſt poteſtati ſubjectus, poteſtatem in alium exercere non poſſit, *l.* 21. *ff. ad l. Jul. de adult.* De eadem enim poteſtate id oportet intelligas, ſic ut is qui eſt in poteſtate dominica, poteſtatem dominicam habere non poſſit, vel is qui eſt in poteſtate paterna, poteſtatem illam in alium vindicare non poſſit. Nam nec tutor admittitur, qui habet ipſe tutorem, §. 13. *Inſt. de excuſ. tut.* Argentr. *ad conſ. Brit. art.* 506. Verum ei, qui eſt in poteſtate paterna, nihil obſtat, quin & habeat poteſtatem tutoriam, cum poteſtas tutoria ſit poteſtas improprie, & poteſtatis per conſequens hæ diverſæ ſint ſpecies, *l. poteſtatis* 215. *ff. de V.S.*

TEXTUS

§. I. *Sed & ſervus proprius teſtamento cum libertate recte tutor dari poteſt. Sed ſciendum eſt, eum & ſine libertate tutorem datum, tacite libertatem directam accepiſſe videri: & per hoc recte tutorem eſſe. Plane ſi per errorem, quaſi liber, tutor datus ſit: aliud dicendum eſt. Servus autem alienus pure inutiliter teſtamento datur tutor: ſed ita, Cum liber erit, utiliter datur. Proprius autem ſervus inutiliter eo modo tutor datur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

COMMENTARIUS.

1. *An ſervus poſſit eſſe tutor.*
2. *Conciliatur cum hoc* §. *l.* 9. *C. de fideic. lib.*
3. *Item l.* 10. §. *ult. ff. de teſtam. tut.*

1 SErvus etiamſi tutor eſſe non poſſit, poteſt tamen tutor in teſtamento conſtitui, *h.*§. Tutor eſſe non poteſt, quia jure civili habetur pro nullo *l.* 32. *ff. de reg. jur.* Dari vero non impeditur, quia datur cum libertate, ſi ſervus ſit proprius, *h.*§. Ita vero datus ſimul etiam conſequitur civitatem Romanam. Ut enim dixi jam ſupra: cives olim fiebant manumiſſi vindicta, cenſu, aut teſtamento. Sine libertate vero tutor ſcriptus ſimpliciter, tacite nihilominus libertatem directam accepiſſe præſumitur, *h.* §. *l. pen. C. de neceſſ. ſerv. her. inſt.* Et idcirco perinde eſt, utrum quis ita dixerit: *Stichus & tutor*
1 *& liber eſto*; an ita ſimpliciter: *Stichus tutor eſto.* Utroque caſu libertatem conſequitur, & quidem directam, niſi verbis precariis teſtator ſit uſus, nimirum ejuſmodi: *Peto à te heres, ut Stichus ſit tutor liberis meis*: Fideicommiſſariam enim tum libertatem conſequitur, *l. etſi non adſcripta* 9. *C. de fideic. lib.* Vinn. *h.* Aliter Connan. 2. *comm.* 4. *n.* 1. Donell.
3 3. *comm.* 4. Ant. Fab. 6. *conject.* 16. Cujac. 18. *obſ.* 5. Quod ad ſervum alienum attinet; ſub conditione cum liber erit tutor datur utiliter, & ita etiam datus ad tutelam admittitur, cum exiſtit conditio. Pure & ſimpliciter tutor dari non poteſt, quia ſervus ad tutelam admitti non poteſt, §. 1. *Inſt. de tut.* niſi poſſit probari ex verbis teſtamenti, quod teſtator conditionem illam, cum liber erit, ſubintellexerit, *l.* 10. §. *ult. ff. de teſtam. tut.* Sic enim eam legem accipiendam exiſtimo. Alii aliter.

TEXTUS

§. II. *Furioſus vel minor viginti quinque annis tutor teſtamento datus, tutor tunc erit, cum compos mentis, aut major viginti quinque annis fuerit factus.*

COMMENTARIUS.

1. *Minor fit aut naturaliter aut civiliter major.*
2. *Veniam ætatis quis poſſit concedere.*
3. *An Curia Suprema eam poſſit concedere, & probatur quod non.*

4. *Diffe-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

4. *Differentia quæ eſt inter urbes & Curiam.*
5. *Minor etiam per matrimonium aut officium publicum fit major civiliter.*
6. *An major civiliter poſſit admitti ad tutelam alterius.*
7. *An prodigus poſſit.*

SErvus alienus, ſi datus ſit tutor, manumiſſus demum admi-
niſtrabit tutelam. Furioſus ſimiliter, ſi ſanam mentem re-
ceperit. Minor annis non aliter, quam ſi major evaſerit,
h. §. §. *item major* 13. *Inſt. de excuſ.tut. l.ult.C.de legit.tut.*
Minor autem fit aut naturaliter major, ſi quintum & viceſimum ætatis 1
annum exceſſerit, *pr.Inſt.de curat. l.*1. §.*ult. ff. de min.* Aut ſi veniam æ-
tatis ſit conſecutus à principe, fit major civiliter, *l.* 1. *& t. tit. C.de h.qu.*
ven.æt.impetr. Dico à Principe, vel iis, qui majeſtate ſunt muniti ut Prin-
cipes, Provinciarum Ordinibus. Nam & Curia Suprema eo jure non uti- 2
tur. Groen. *ad Grot.*1.*man.*10. Sim. à Leuw. *Rooms-Holl.Regt l.*1.*c.*16.*n.*
11. Sed Ultrajecti quin etiam à magiſtratu Urbano, qui membrum eſt Or-
dinũ, impetretur hæc venia, dubitari non debet. Cum & apud Hollandos,
& Brabantos, & Salios concedi poſſit à magiſtratibus multis in munici-
piis. *Keuren van Leyden art.* 104. *Ordonn. van de Weeskamer van Am-
ſterdam art.*24. *van Rotterdam art.*38. *Coſtuym. van Antwerpen tit.* 43.
*art.*83. *Van Mechelen tit.*19.*art.*28. *Van Deventer* 3. *tit.* 3. §. 22. Groe-
new. *ad l.*2.*C.de h.qu.ven.æt.impetr.* Mev. *ad jus Lubec. tit.*2.§.7.*n.*8.*&*
9. Et recte, ni fallor. Cum enim major à magiſtratu poſſit minor con-
ſtitui, quod fit, cum à magiſtratu declaratur quis prodigus, cur non mi-
nor etiam major ab eodem poſſit effici? Videtur quod nihil obſtet. Et 3
idcirco prima fronte videretur dicendum, quod poſſit & à Curia concedi
hæc venia. Nam & Curia bonis interdicit alicui. Groenew. *ad* §. 4.
Inſt.de Attil.tut. Grot. 1. *man.* 11. *n.* 4. Cur.Holl. *deciſ. ult.* Et Curia
etiam ſæpiſſime concedit hanc veniam. Siquis quærat exemplum, exem-
plum in promtu eſt. Minor enim nuperrime cum adiiſſet eo nomine
Senatum hujus Provinciæ, libello is ſubſcripſit, quemadmodum ſequitur:
*'t Hoff alvorens te diſponeren committeert d'Heer ende Meeſter Jacob
van Dam &c. om diens aengaende te informeren ende rapport te doen.*
Cauſa vero cognita petitioni indulſit, & pronunciavit his verbis: *Gehoort
'trapport van Commiſſaris ende geſien ſijn verbael, 't Hoff verleent* veni-
am ætatis *aen Willem Pinſen van der Aa, requirant in deſen, mits hy geen*

vaſte goederen ſal mogen veralieneren ofte beſwaren voor ſijn vyfentwintich jaren. Actum t'Utrecht 16. *Febr*. 1671. Sed ſiquis jam quæſiverit, cur rejectus ſit igitur libellus eam petentis à Senatu Hollandiæ ad Hollandiæ Proceres, ut refertur à Groenewegen loco jam dicto, cum Senatus Hollandiæ non minus jus habeat, quam Senatus hujus Provinciæ, reſpondendum exiſtimo legitime factum hoc & ſumma ratione à Senatu Hollandiæ. Fuit enim ſolius Principis, & jus majeſtatis olim concedere veniam, *l.* 1. *& t.tit. C.de h. qu.ven.æt.impetr.* jura majeſtatis autem non tranſierunt in Curiam. Tranſierunt in Ordines, qui Principis locum & poteſtatem jam obtinent, & idcirco dicendum, quod iis ſolis etiam competat jus concedendi hanc veniam. Nec obſtabit, ſi dicas helluoni poſſe bonis interdici à Curia, & idcirco quid ſtatui, quod videtur abſurdum, nimirum quod major quidem minor à Curia, ſed quod minor ab eadem non poſſit major conſtitui. Verum nihil abſurdi eſt. Bonis interdicere conceſſum eſt Curiæ, quia & Prætori id ſimiliter licuit, etſi veniam ætatis minori non tribuit, *d.l.* 1. *& t.tit.C.de h. qu. ven. æt. impetr.* Conceſſa Prætori & in Provinciis Præſidi conceſſa ſunt Curiæ, ſed Principis jus, quod ſibi ſoli vindicavit, jam ad Ordines pertinet, qui ſuperiores ſunt Curiis. A Senatu hujus Provinciæ ſæpe concedi & conceſſam hanc veniam negare non poſſum. Sed de jure jam quæritur an ſit recte conceſſa. Non quicquid extra judicium, non quicquid à judice, non quicquid in judicio fit, aut practicatur, ſemper eſt aut legitimum, aut juri conveniens, *l.* 11. *§.*2. *ff.de min.l.*37. *ff.de excuſ.tut.l.*2. *C.Qu.ſit long.conſ. l.*1. *pr. ff.de appell. l. ult. C. de fideic. libert.* Siquis velit dicere: ſed hanc praxin
4 quod attinet, videtur quod ita. Conceſſum enim municipiis cur & à Curia uſurpari non poſſit, præſertim cum ab iis & appelletur ad Curiam? Dicam à Scabinis, qui ſunt in municipiis, non autem à municipiis appellari ad Curiam. Soli enim Scabini civitati non præſident, ſed univerſus Senatus. Et quid ſi ut membra Ordinum, qui Provinciis præſunt, conſiderentur hæc municipia, ni fallor, ingens erit differentia inter
5 urbes & Curiam. Porro minor non ſolum hodie ſi conſecutus ſit veniam, verum etiam nuptiis, ſi eas contraxerit, vel officio publico, ſi ad illud admotus ſit, fit major civiliter. *Keuren van de Weeskamer der Stadt Haerlem art.* 6. *van Amſterdam art.* 24. *van den Briel art.* 154. *van Alkmaer, Edam, Monnickendam, tit.* 10 *art.* 5. *Lantrecht van Veluwe cap.*29.*art.* 1. *van Drenthe lib.*3.*art.*10. *Coſtuym.van Antwerpen tit.*43. *art.*49.*van Gent rubr.*22.*art.*10.*van Brugge tit.*18.*art.*2.*van Sluys rub.*

18.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

18. *art.*15. *van Mechlen tit.*19.*art.*27. *van s' Hertogenboſch cap.*23.*art.* 22. *Ordonn. van Amersfoort rubr. Camere van den weeſmeeſters* §. *die jongelingen. Hantveſt van Hertogh Aelbert* conceſſum Delphenſibus *Ann.* 1389. *Dat de Raedsluyden de kinderen Voogden ſullen ſijn, ter tyt toe dat ſy twintich jaer oud ſijn, ten waer dat ſy Hylick deden by horen gemeenen vrienden.* Mev. *ad jus Lubec. part.* 1. *lib.* 1. *tit.*7. *art.*6.*n.*19.*& ſeqq.* Rodeburg. *de jur. qu.or. è ſtat.div.tit.*4.*cap.*4.*n.*5. Sim. à Leuwen *ad conſ. Rynl. part.*2.*art.*45. Chriſtin. *vol.*3. *deciſ.*149. Boër. *deciſ.* 124. *n.*7. Heemskerck *Arcad. Bat. p.* 140. Abr. à Weſel *ad nov. conſt.Ultr. art.*13. *n.*9. *& ſeqq.* Denegatur enim ei, qui tale gerit officium, reſtitutio in integrum prætextu ætatis. Choppin. 2. *de mor. Pariſ.* 7. *n.*14. Et ſi quis uſumfructum prædiorum conceſſerit genero, donec altera filia ſit major effecta, nubente illa filia, uſusfructus extinguitur. Choppin. 2. *de privil. ruſt. part.*2.*cap.*3. Et finitur tutela ſi contractæ ſint nuptiæ, ſic ut tutor poſſit compelli, ut rationibus redditis adminiſtrationem marito reſtituat. Ita judicatum à Senatu hujus Provinciæ *Ann.* 1666. 31.*Jul. in cauſa van Henrick Iacob Tuyl van Serooskercken, qual. qua, en Iohan Caſenbroot Heere van Reyneſteyn.* Cujus etiam præjudicium in reviſionis judicio ſecuti ſunt Ordines *Ann.*1667. 21.*Aug.* Imo, quod plus eſt, minor annis 20. ſi contraxerit nuptias, uxori, quæ omnino jam vigeſimum quintum ætatis annum exceſſit, auctor eſſe non prohibetur, & remocte pro eadem experitur in judicio, ut ſcribit Mornac. *ad l.*21. *C. de procur.* pronuntiatum in purpuris ad ferias paſchales *Ann.* 1608. Quicquid inquit, Choppinus in contrarium ſcripſerit ad *conſ. Pariſ. lib.* 2. *tit.* 1. Sed an ita civiliter major effectus poſſit etiam admitti ad tutelam alterius, 6
non immerito quæritur. Puto autem dicendum admitti non poſſe, *l.ult.C.de legit.tut. junct.l.*2.*&* 3.*C.de h.qu. ven.æt. impetr.* ub.Tulden. Requirit enim Imp. perfectam ætatem, ut poſſit, qui datus eſt, ad tutelam admitti, §.*un.Inſt.de fid.tut.* Perfectam autem ætatem vult eam demum intelligi, quæ completur annorum viginti quinque curriculis, *l.ult. C.de h.qu.ven.æt.imp.* Quod autem ita civiliter major effectus interdum & hodie ad tutelam admiſſus ſit, facti eſſe non dubitat Ampliſſ. Rodeburg. *de jur.qu.or. è ſtatut.diverſ.tit.*4.*cap.*4.*n.*7.*&* 11.*& ſeqq.* ubi multis etiam idem conatur adſtruere, ne admitti quidem in Gallia ad tutelam adminiſtrandam majorem ejuſmodi. Sane videtur hæc Argentrei ſententia ad *conſ. Brit. art.* 480.*gl.* 1. Sed Hollandis nihilominus placuiſſe contrarium eſt auctor Heemskerckius *Arcad. Bat. p.*141.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

7 *Furioſus.* Quod dicit de furioſo, ſine dubio id etiam intelligendum de prodigo *arg.* §. 13. *Inſt.de excuſ. tut. l.*40. *ff.de reg.jur.l.*6. *ff.de verb. obl. Lantrecht van Drenthe lib.*3. *art.* 11. *Oock mach geen momber ofte voormomber ſijn, die ſijn eygen goet toebrengt, ofte die ſelfs onmundich is, ofte die eenige opſpraeck op ſijn naem ende faem hebbe.*

TEXTUS

§. III. *Ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel ſub conditione, vel ante heredis inſtitutionem poſſe dari tutorem non dubitatur.*

COMMENTARIUS.

DE tutoris datione, quæ fit eſtamento, id debet intelligi. Tutoris enim datio, quæ fit à magiſtratu eſt actus legitimus. Actus autem legitimi diem aut conditionem non ſolent recipere, *l.*77. *ff.de reg. jur.* Nimirum expreſſe non: tacite vero, quod interdum recipiant, præſtat argumentum §. 1. *Inſt.de Attil. tut.* Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent *l.*52. *ff.de cond.& dem.l.*195. *ff.de reg. jur.* Dicendum alioquin magiſtratum non impediri, quominus in ſubſidium tutorem conſtituat, quoad dies adſcripta tutori teſtamentario aut conditio extiterit. Datus enim in diem cum tutelam non ſuſcipiat, niſi dies exiſtat, neceſſario requiritur, ut magiſtratus det alium, nequid pupillus interim detrimenti accipiat. Sed ſi plane deficiant tutores teſtamentarii aut tutores legitimi, magiſtratus non recte dat tutorem ad diem. Quis enim erit tutor, ſi dies extiterit? Magiſtratus ut iterum eo caſu det alium, id & prorſus ineptum, & dictu abſurdum eſt. Semel officio cum poſſit recte defungi, cur fungatur ſæpiſſime?

TEXTUS

§. IV. *Certæ autem rei vel cauſæ tutor dari non poteſt: quia perſonæ, non cauſæ, vel rei tutor datur.*

COMMENTARIUS.

TUtor datur perſonæ, non rei, vel cauſæ, niſi per conſequentiam, §. 17. *Inſt. de excuſ. tut.* Imo interdum etiam tutor datur principaliter certæ rei vel cauſæ, ut in *l.*9. *ff.de tut.& cur.dat.l.*17. §. 1. *ff.de appell. l.*12. *& ſeqq. ff.de teſtam. tut.* ſi pupilli patrimonium ſit tam late diffuſum, ut ſitum illud ſit in diverſis provinciis. Et moribus noſtris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſtris de eo non dubitatur, quin tutor etiam dari poſſit bonis principaliter, quia tutor jam amplius à curatore non differt. Grot. 1. *man. cap.* 7. Waſſenaer *part.* 2. *cap.* 13. *n.* 39. Vinn. *h.*

TEXTUS

§. V. *Siquis filiabus ſuis, vel filiis tutores dederit, etiam poſthumæ, vel poſthumo dediſſe videtur: quia filii vel filiæ appellatione & poſthumus & poſthuma continentur. Quod ſi nepotes ſint, an appellatione filiorum & ipſis tutores dati ſint? Dicendum eſt, ut & ipſis quoque dati videantur, ſi modo liberos dixerit. Cæterum, ſi filios, non continebuntur. Aliter enim filii, aliter nepotes appellantur. Plane ſi poſteris dederit, tam filii poſthumi, quam cæteri liberi continebuntur.*

COMMENTARIUS.

1. *Filiorum appellatione continentur & filiæ, ſed non vice verſa.*
2. *An poſthumæ contineantur appellatione filiarum.*
3. *L. Fœminæ 3. C. de ſec. nupt. & ad maritum porrigitur.*
4. *Numerus pluralis & ſingularem complectitur, & ſingularis pluralem.*
5. *An filiorum appellatione contineantur nepotes.*
6. *An voce kinderen contineantur nepotes.*
7. *Illuſtris quædam deciſio Senatus hujus Provinciæ.*
8. *An voce enfans contineantur nepotes.*

QUi tutor datus eſt filiis, ſimul etiam videtur quod ſit tutor 1
datus filiabus, *l.* 16. *pr. ff. de teſtam. tut.* Verbum maſculinum & fœmininum complectitur. Filiorum appellatione continentur & filiæ, *l.* 1. *l.* 116. *ff. de V. S. l. deteſtatio* 40. *l.* 101. §. *ult. ff. eod. l. hæc autem* 20. & *l. ſeq. ff. de adopt. l. rectiſſime* 14. & *l. ſeq. ff. de lib. cau.* & fratrum etiam vocabulo continentur ſorores, *l.* 35. *ff. de pact.* Guil. Forner. *ad d. l.* 1. *d. l.* 101. *in fin. l.* 163. §. 1. *l.* 172. *l.* 195. *pr. ff. de V. S.* Filiarum autem appellatio non continet filios. Tutor datus filiabus non datus eſt filiis. Exemplo peſſimum eſt fœminino vocabulo maſculos contineri, *l.* 45. *pr. ff. de leg.* 2. In multis juris articulis fœminarum eſt quam maſculorum conditio deterior, *l.* 9. *ff. de ſtat. hom. pr.* &
§. 1. *Inſt. de exher. lib.* Sed datus filiabus & datus eſt poſthumis. Filiarum 2
appellatione continentur & poſthumæ, etiamſi teſtator poſthumarum non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

meminit, *l.*5.*ff.de teſtam.tut.l.*5.*ff.de oper.lib.* Id enim requiritur in legatorum materia. Filiabus ſiquis legaverit, poſthumis legatum id non videtur relictum, niſi quis poſthumarum etiam ſpecialiter meminit, *l.* 17. *pr. ff.de leg.* 1. Relinquuntur legata ex affectione erga legatarium, quæ erga poſthumas vix ulla præſumitur. P. Fab. 2. *Semeſt.* 15. Vi patriæ poteſtatis autem tutor relinquitur, *l.* 40. *ff. de adm. & per.tut.* Sed quod dixi alioquin maſculos non contineri fœminino vocabulo, regulariter verum eſt, *d. l.* 45. *pr.* Fallit interdum, ſi par & eadem ratio neceſſario flagitet, ut ſancitum de fœminis ſortiatur etiam ſimiliter effectum in ma-
3 ſculis. Sic illuſtris illa *l.Fœminæ* 3.*C.de ſec. nupt.* licet loquatur de uxore duntaxat, communiter tamen etiam ad maritum porrigitur, ex ſententia nimirum plerorumque Doctorum & juris interpretum, quos ſecuti ſunt etiam Illuſtres hujus Provinciæ Proceres in edicto noviſſimo, quod deciſorium appellatur *art.* 11. In utroque enim obtinet eadem plane ratio, favor nempe liberorum prioris conjugii. Weſel *ad d. art.* 11. Choppini enim ratio *lib.de comm.Gall.conſ. præc. part.* 2. *cap.* 5. *n.*5.*in marg.* ne unius familiæ bona gentilitia transferantur in aliam, apud eos habet locum, quorum conjuges habent invicem inſtituendi licentiam, ut Hol-
4 landos, & Gallos, & ſiqui ſunt ſimiles. Porro filiis datus in plurali numero eſt utiliter datus, etiamſi teſtatori tantum unus ſit filius *arg. l.* 148. & 149. *ff. de V. S. l.* 3. §. 2. *ff. de neg. geſt. l.*2. §. 6. 7. & 11. *ff.de vi bon.rapt.* Sæpe numerum ſingularem pluralis complectitur, ut oſtendit Mornac. *ad l.*9. *ff.ſiq.caut. jud.ſiſt. c. fact.* Guil.Forner. *ad l.* 164. *ff.de V.S.* Vice verſa ſimiliter, qui datus eſt filio, datus eſt omnibus, ſi teſtator jam plures procreaverit filios, *d.l.* 16. §. 1. *ff.de teſtam.tut.* Singularis pluralem etiam ſæpiſſime continet ex mente dicentis. Nam, ut addam hoc obiter, fuit calumnioſum illud Æſopi commentum, vel, ſi mavis, ſcurrilitas, quam Planudes commemorat, qui cum herus ei juſſiſſet, ut τὴν φακῆν, ſive lentem ſingulariter, pararet in prandium, appoſuit unicam. φακῆν γὰρ ἑνικῶς εἴπας dixit hero jurganti, ἀλλ᾽ οὐ φακᾶς, ὁ δὴ πληθυντικῶς λέγεται. Forner. *ad l.* 158. *ff. de V.S.* Ei tamen, quem pater ſe habere neſcivit, aut fato jam functum, vel extinctum putavit,
5 non videtur relictus, qui datus eſt filiis, *d.l.*16. § 3. & 4. Sed qui datus eſt filiis, an etiam datus ſit nepotibus, quæritur. De nepotibus loquimur ex filiis præmortuis, cum nepotes ex filiis, qui adhuc ſunt ſuperſtites, non poſſint intelligi. Tutor enim datur impuberibus filiis §.3.*Inſt.de tut.* Impuberes autem, qui fieri poteſt, ut tollant nepotes, cum nondum ſint habi-

habiles ad uſum conjugii *pr. Inſt. de nupt*? Poſſunt etiam intelligi ex pu-
beribus filiis nepotes impuberes, qui non ſunt recaſuri poſt avi mortem
in poteſtatem paternam. Pet. Fab. 3. *Semeſt.* 24. *pr.* Dicendum autem
ſimpliciter, quod filiis datus non ſit datus nepotibus, *h.* §. Filiorum ap-
pellatione non continentur nepotes, niſi id juſta interpretatio flagitet,
l. 201. *l.* 104. *l.* 84. *ff. de V. S.* ut in *l.* 14. *ff. de Sct. Maced. l.* 2. §. 28. *ff. ad
Sct. Tertull. l.* 41. §. 5. *ff. de leg.* 3. Nulla autem, ut recedamus à proprie-
tate verborum, hic cogit neceſſitas. Atque ita nec voce *kinderen* pro- 6
prie apud Belgas continentur nepotes. Sand. 4. *deciſ.* 5. *def.* 10. Aliud
ſunt *kinderen*, aliud *kints kinderen*, niſi conſtet, quod voce *kinderen* te-
ſtator etiam ſpecialiter de nepotibus ſenſerit. Coren *conſ.* 14. *Kints kin-
deren* quod attinet, non dubitatur, quin hi & pronepotes ſignificent.
Nimirum pronepotes in linea deſcendentium; in linea vero collaterali,
non item. Neoſtad. *ſupr. Cur. deciſ.* 35. Quod autem nepotes voce filio-
rum non continentur regulariter, id etiam deciſum eſt à Senatu hujus
Provinciæ in facti ſpecie, quæ illuſtris eſt admodum. Godardus van 7
Rhede vir nobiliſſimus & Amerongæ Toparcha factis codicillis *Ann.*
1584. ſic interpretatus eſt teſtamentum, quod ſcripſerat *Ann.* 1571. ut
in locum Johannis, qui vetuſtiſſimus filiorum orbus & ſine liberis in fa-
ta conceſſerat, heres inſtitutus ex domo gentilitia, quæ eſt Amerongæ,
ſuccederet Fridericus, & porro Geardus in locum Friderici, ſi & is ſine
liberis fortaſſis occumberet. Queſtus autem in codicillis matrimonium
à Gerardo ſe invito contractum ſpecialiter noluit, ut prædium quod-
dam, cui nomen *ten Horſt*, devolveretur ad filios natos ex illis nuptiis.
Quamdiu is viveret, ejus eſſe conceſſit, ſed eo extincto ad fratrem ejus
Fridericum, & ſororem Mariam devolvi id voluit, ita tamen ut fratri
portionem ſororis, quam haberet in illo prædio, comparare liceret ter
mille florenis. Teſtator hic porro cum abiiſſet ad plures, in gratiam Ge-
rardi frater ejus Fridericus fideicommiſſo renuntiat, & ante Gerardum
deinde vita concedit. Gerardus etiam cum non longo poſt tempore
obiiſſet ſimiliter, filius Friderici facit filio Gerardi de fideicommiſſo con-
troverſiam. Quæſitum an recte. Non recte judicavit Senatus hujus
Provinciæ *Ann.* 1615. 18. *Septemb.* Teſtator enim illud prædium fi-
deicommiſſo obſtrinxerat in gratiam filiorum Frederici & Mariæ. Fi-
liorum appellatione non continentur nepotes, præſertim ſi reſtricta ſit
filiorum appellatio ad nomina propria. Alciat. *ad l. filii ff. de V. S.* De-
ficiebat fideicommiſſum Frederico relictum, nec poterat tranſmitti ad
Fre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Frederici heredes, quia fideicommiſſa ad heredem non tranſeunt, ſi fideicommiſſarium conſtat eſſe præmortuum ante diem legati aut fideicommiſſi cedentem. Textus expreſſus eſt in *l. 4. pr. ff. Qu. di. leg. ced.*
8 Ant. Fab. *C. de his qu. ant. ap. tab. def.* 1. Apud Gallos etiam ſimiliter vocabulum *enfans* non tam late ſolet accipi, ut nepotes ſignificet. Ita bis retulit Mornacius pronuntiatum in purpuris *ad l. 3. C. de inoff. teſt.* ſemel *Ann.* 1522. 14. *Aug.* inter Hubertum Pourſout & Natalem Fourre, & iterum *Ann.* 1584. pridie aſſumtionis Virginis contra Choppinum virum illum doctiſſimum (nam *quis literas novit, & Choppinum non novit*, ut dicit idem Mornac. *ad l. 15. C. de tranſact.*) in ejuſmodi ſpecie: Ædes ejus ſocer Pet. Baronius ea lege locaverat, ut inquilinus excederet, ſi vel ipſe Baronius, vel quiſquam ex ejus liberis eas vellet incolere, *ſi ledit Baron, ou quelq' un de ſes enfans y vouloit demeurer.* Baronius cum obiiſſet, Choppinus earum eſt conſecutus dominium, & Yvoni Bernardo, quem adſciverat generum eas dedit in dotem, juſſo inquilino, ut iis excederet. Inquilinus recuſat, & vocatur in jus. Multum urget Choppinus ex *l. liberorum* 220. *ff. de V.S.* & doctrina Alciati tam ad illam *l.* quam ad *l. filii* 84. *ff. eod.* ſed cauſa tamen cognita litem amittit, parum ipſum juvantibus, quos Harlæo inſcripſerat, nonnullis verſiculis:

Eripe, neve fori adverſis ſine vincier armis, &c.
Ergo pater populi, pietatis & optime vindex
Dotalem noſtræ patrio de munere natæ
Ipſe tuere domum.

Harlæus autem tum temporis præſidebat Senatui.

TITULUS XV.

DE

Legitima adgnatorum tutela.

TEXTUS

Quibus autem teſtamento tutor datus non eſt, his ex lege duodecim tabularum agnati ſunt tutores, qui vocantur legitimi.

COM-

COMMENTARIUS.

1. *Tutela legitima præfertur dativæ.*
2. *Cur tutela legitima deferatur agnatis.*
3. *Cur proximioribus tantum.*
4. *Cur agnatis remotioribus jure Athenienſium.*
5. *Jure noviſſimo tutela legitima & defertur cognatis.*

UT tutela teſtamentaria præfertur legitimæ, ſic ſimiliter le- 1
gitima præfertur dativæ, *h. pr. junct. pr. Inſt. de Attil. tut.* Et idcirco ſi datus ſit in teſtamento extraneus, unus autem ex filiis, dum adhuc ſunt pupilli & impuberes cæteri, vigeſimum quintum ætatis annum exceſſerit, ad eum non transferetur tutela legitima, *l. 3. C. de teſtam. tut.* Sed finietur omnino tutela dativa recidente pupillo in tutelam legitimam, ſi ſit frater, qui ætatem illam jam in totum compleverit, *l. 9. §. 1. ff. de tut. & rat. diſtr. act.* Legitima dicitur, quę
defertur agnatis. Agnatis autem idcirco, quia pupillorum ſunt heredes 2
legitimi, & eis ab inteſtato ſucceſſuri ſine dubio. Pupillus enim eos non poteſt excludere, *l. 5. ff. Qu. teſt. fac. poſſ.* Ubi autem ſpes eſt ſucceſſionis certiſſima, ibi etiam neceſſe eſt, ut ſit onus tutelę, *pr. Inſt. de leg. patr.*
tut. l. 10. ff. de reg. jur. Proximiores autem cum ſoli ex agnatis ſuccede- 3
rent, *§. 5. Inſt. de leg. agn. ſucceſſ. nov. 118. cap. 3.* ſoli etiam pupillorum
erant tutores legitimi, *§. ult. Inſt. de cap. dem.* Contra quam cautum erat 4
Athenienſium legibus, quibus erant tutores remotiores agnati, ne proximiores, ſi tutelam ſuſciperent, pupillum vel vi vel veneno extinguerent, ut eo maturius poſſent illi ſuccedere. Diog. Laërt. *in Solon.* Sed apud Romanos nullum erat periculum, ut tutores id facerent. Alius enim erat, qui educabat pupillum. Alius, qui pupilli adminiſtrabat tutelam. Vix autem ſolebat ei committi educatio, qui ſucceſſurus erat pupillis, *l. 1. §. 1. ff. ub. pup. educ. vel mor. deb.* niſi matri vel aviæ *l. 1. C. eod.* Prorſus ut apud Thurios erat olim receptum. Diod. Sic. *lib. 12. hiſt. cap. 15. Pupillorum facultates & hereditaria bona agnatorum tutelæ & adminiſtrationi, eorum vero educationem cognatorum fidei & curæ ſubjecit. Si cauſa inveſtigetur, quare alteris patrimonii curam, alteris educationis fidem adſignarit, mirifica legiſlatoris induſtria ac providentia elucebit. Conſanguinei enim materni, ad quorum ſucceſſionem hereditas pupillorum non pertinet, nullas eis inſidias moliuntur: paternis vero propinquis inſidia-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

rum facultas prærepta eſt; quia corpus illis non creditum. Interim cum patrimonium ad illos rediturum ſit, quando orphani vel morbo vel alio caſu prædeceſſerint, fortunas majori cura fideque, ſpe propriæ, ſiquando ſors ita tulerit, ſucceſſionis adminiſtrabunt. Porro illa tutela, quæ defertur agnatis, appellatur legitima, quia fiunt tutores ex duodecim tabulis, *l.* 5. *pr. ff. de legit. tut.* Sed jure noviſſimo cognati non minus quam agnati tutores ſunt, quia non minus quam agnati ſuccedunt, ſi pupillus moriatur, *nov.* 118. *cap.* 3. §. 1. *cap.* 4. *&* 5. Patruus olim excludebat avunculum, cum eſſet inteſtati delata ſucceſſio, *t. tit. ff. und. legit. & und. cogn.* Erat enim patruus pupilli agnatus. Agnati autem præferebantur cognatis, *l.* 1. §. 1. *ff. ſi tab. teſt. null. ext.* Sed patruus jam non excludit avunculum. Simul ſuccedunt, & ſimul etiam tutores ſunt. Pari enim gradu pupillo junguntur, *d. cap.* 4. *&* 5.

TEXTUS

§. I. *Sunt autem adgnati cognati per virilis ſexus cognationem conjuncti, quaſi à patre cognati: veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius, nepoſve ex eo: item patruus & patrui filius, nepoſve ex eo. At qui per fœminini ſexus perſonas cognatione junguntur, adgnati non ſunt, ſed alias naturali jure cognati.*

COMMENTARIUS.

1. *Cognatio quotuplex.*
2. *Φρατρία quid.*

1 Cognatio eſt genus. Ejus ſpecies ſunt duæ, cognatio & agnatio. Sicut pignus eſt genus, & ejus ſpecies ſunt duæ, pignus & hypotheca. Nam & ſæpe contingit, ut nomen ſui generis retineat ſpecies. Per ſexum maſculinum qui conjunguntur, agnati ſunt, contra qui conjunguntur per fœmininum cognati, ut & ſupra jam dictum. Patruelis agnatus eſt, conſobrinus cognatus. Agnata eſt amita, cognata matertera. Per patrem nobis enim conjungitur amita, per matrem matertera. Soror eſt agnata mihi juncta per patrem, ſororis autem filius, quia is per fœminam & matrem conjungitur, mihi cognatus eſt. Sic etiam apud Græcos φρατρία erat ge-
2 nus, & ejus ſpecies erant duæ, φρατρία cognatio, & πατριὰ agnatio, ut eſt auctor Salmaſius 4. *ad jus Attic. & Rom. p.* 124. Agnati porro hic in-

intelliguntur legitimi. Cognati ſimiliter; ſoli enim poterant ab inteſtato ſuccedere, *l.4.§.8.ff.de grad.& affin.*

T E X T U S

§. II. *Quod autem lex duodecim tabularum ab inteſtato vocat ad tutelam adgnatos, non hanc habet ſignificationem, ſi omnino non fecerit teſtamentum is, qui poterat tutores dare: ſed ſi, quantum ad tutelam pertinet, inteſtatus deceſſerit.*

COMMENTARIUS.

DIcitur inteſtatus in fata concedere, non ſolum is, qui heredem ex teſtamento non habet, vel quod teſtamentum omnino non fecit, cum poſſet id facere, vel quod non fecit id, cum nondum haberet id faciendi licentiam, vel quod eſt reſciſſum, aut ruptum, aut irritum teſtamentum, quod fecit, *l.1.pr.ff.de ſu.& leg.her.* verum etiam, ut habetur hic, qui nullum tutorem in teſtamento conſtituit, aut quo adhuc vivo tutor in teſtamento conſtitutus deceſſit. Si enim moriatur teſtatore jam mortuo, dicendum eſt aliud. Niſi enim defunctus ſubſtitutum acceperit, pupillus eſt recaſurus in tutelam legitimam, *l.pen.ff.de teſtam. tut.l.9.§.1.ff. de tut.& rat. diſtr.*

T E X T U S

§. III. *Sed adgnationis quidem jus omnibus modis capitis deminutione plerumque perimitur: nam adgnatio juris civilis nomen eſt: cognationis vero jus non omnibus modis commutatur: quia civilis ratio civilia quidem jura corrumpere poteſt, naturalia vero non utique.*

COMMENTARIUS.

1. *Quibus modis finiatur tutela legitima.*
2. *An emancipatione.*
3. *An adoptione.*
4. *An arrogatione.*

QUia eſt ſterilis hæc univerſa materia de tutela legitima, Imperator ſimul etiam hic tradidit modos, quibus ea finitur. 1
Finitur & diſſolvitur morte potiſſimum. Mors autem eſt duplex, civilis, aut naturalis, *l.63.§.ult.ff.pro ſoc.* Naturalis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

lis eſt cum anima ſeparatur à corpore. Civilis, cum quis civitatem amittit, *l.209.ff. de reg. jur. l.4.* §. *2.ff. de bon.lib. junct. l.17.ff.de pœn.* Amittit civitatem, quicunque vel maximam, vel mediam, vel minimam capitis deminutionem eſt paſſus, §. 1. *&* 2. *Inſt. de cap. dem.* Utraque morte tutela finitur. Naturali idcirco, quia nec mortui aut ſunt in tutela, nec aut ſunt, aut poſſunt etiam eſſe tutores. Civili, quia cives, & ſoli tutores ſunt, & ſunt in tutela, cum tutela dicatur, quod ſit juris civilis, §. 1. *Inſt. de tut.* Sed an finiat etiam tutelam legitimam minima capitis deminutio videamus. Tres ejus ſunt ſpecies, emancipatio, adoptio, &
2 arrogatio, § 3. *Inſt. de cap. dem.* De emancipatione eſt inutilis quæſtio: emancipatus in tutela non fuit, nec idem etiam potuit eſſe tutor legitimus. In tutela non fuit, quia ſunt in tutela, qui ſunt ſui juris, *pr.Inſt.de tut.*emancipatus autem fuit in poteſtate parentum, §.6. *Inſt. Qu.mod. j. patr.pot.* & idcirco non fuit etiam tutor legitimus. Agnati proximi ſunt tutores legitimi §.*ult.Inſt.tit.ſeq.* Non eſt autem proximus, quem pater præcedit. Idem etiam de adoptione dicendum eſt. Adoptantur, qui
3 ſunt in poteſtate parentum, §.1. *Inſt. de adopt.* Et idcirco omnino etiam inutiliter quæritur, an tutelam legitimam diſſolvat adoptio. Sola igitur eam arrogatio tollit. Pupillus enim ſi arrogetur, finitur idcirco, quia
4 jam recidit in poteſtatem paternam, cui ſubjectus non eſt ſui juris, *pr. Inſt. de adopt.* Tutor autem, ſi arrogetur, non eſt amplius agnatus; tollit enim penitus agnationem arrogatio, *h.* §. Sed jura cognationis cum non poſſit extinguere, jure vero noviſſimo cognati etiam ſimul ſint tutores legitimi, *nov.*118. *cap.*4. *&* 5. arrogatus, ni fallor, tutor eſſe non deſinit. Manet enim cognatus, & manet eodem etiam gradu conjunctus. Arrogator enim pupillo eſt omnino extraneus. Hodie an in uſu ſit tutela legitima, ſupra jam dictum eſt.

TITULUS XVI.
DE
CAPITIS DEMINUTIONE.

TEXTUS

Eſt autem capitis deminutio prioris ſtatus mutatio. eaque tribus modis accidit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

accidit. Nam aut maxima eſt capitis deminutio, aut minor (quam quidam mediam vocant) aut minima.

COMMENTARIUS.

1. *Caput vox homonyma.*
2. *Status eſt triplex.*
3. *Minor quid.*

QUid ſit capitis deminutio, cujus Juſtinianus jam fecerat mentionem, ut poſſet intelligi, ſequitur titulus, licet à tutelis ſit paulo alienior. Caput in jure & apud bonos auctores non idem ſemper ſignificat. Proprie eſt illud membrum, unde omnes dignoſcimur, *l.44.pr.ff.de relig.& ſumpt.fun.* Apulej. *de dogm. Plat. Totus homo in capite vultuque eſt.* Nonnunquam accipitur pro ſummo ſupplicio, ut in *l.ſunt quædam 9.ff.de extr.crim.l.7.§.ult.ff.ad l. Iul.rep.l.11.§.ult.ff.de pœn.* Cic.4.*de repub. Probris & injuriis poëtarum ſubjectam vitam, famamque habere noluerunt; capite etiam puniri ſancientes, tale carmen condere ſiquis auderet.* Nonnunquam pro crimine, quod ſummo ſupplicio & morte punitur, *l.4.pr.ff.ff.ſiq.caut.jud.ſiſt.l.3.§.9.ff.de bon.lib.l.10.ff.de jur.patr.* Quod & capital dicitur, & fraus capitalis, *l. cum autem 23.ff. de ædil. ed.* Feſtus. *Capital, facinus quod capitis pœna luitur.* Quintil. *decl.* 331. Guil.Forner. *ad l.103.ff.de V.S.* Aliquando pro parte ſeu ſectione voluminis, legis, aut libri, *l.19.ff.de rit.nupt.l.7.§.1.ff.de leg.Jul.rep.* Aliquando *in caput* perinde eſt ac ſi dicerem in necem alterius. Ita ſervus in caput domini torqueri non ſolet, *l.2.l.3.l.11.l.repeti 16.l.unius 18.§.ſervo ff.de quæſt.* Senec.4.*controv.17. Qui & accuſare, & damnare poſſunt, & occidere. Quidam tam mites ſunt, ut non poſſint in caput ne teſtimonium quidem dicere.* Forner. *ad d.l.* Sed caput hic nihil aliud quam ſtatum ſignificat, & mutationem deminutio. Boët. *in Topic. Cic. Mulieres antiquo jure in perpetua tutela continebantur: recedebant à poteſtate tutoris, & matresfamilias efficiebantur, cum in viri manum convenerant, & ita capite minuebantur. nam prioris ſtatus mutationem patiebantur.* Status eſt triplex libertatis, civitatis, & familiæ, & triplex idcirco etiam capitis deminutio. Auſon. *Idyll.* 11.

(margin numbers: 1 beside "telis ſit paulo alienior"; 2 beside "Status eſt triplex")

Triplex libertas, capitiſque minutio triplex.

Maximam capitis deminutionem patiuntur, qui libertatem amittunt,

§. 1. *Inſt. h. t.* Qui libertate retenta civitatem duntaxat, minorem aut mediam, §. 2. Minimam vero, qui amittunt familiam, §. 3. *Inſt. h. t.* Media
3 capitis deminutio minor etiam vocatur, *h. pr. & §. 2.* nam Latine loquentibus minor eſt etiam, qui eſt mediæ magnitudinis. Sic minor dicitur à Juſtiniano libertas, quæ eſt inter juſtam & dedititiam media, §. 3. *Inſt. de libert.* Martial.

Cum plebs & minor ordo maximuſque.

Ubi per minorem ordinem equeſtrem intelligit. Cujac. 10. *obſ.* 36.

TEXTUS

§. I. *Maxima capitis deminutio eſt, cum aliquis ſimul & civitatem & libertatem amittit: quod accidit his, qui ſervi pœnæ efficiuntur atrocitate ſententiæ: vel libertis, ut ingratis erga patronos condemnatis: vel his, qui ſe ad pretium participandum venundari paſſi ſunt.*

COMMENTARIUS.

1. *Servitus quotuplex.*
2. *In antliam damnati.*
3. *In ludum venatorium aut gladiatorium damnati.*
4. *Rudem accipere.*

1 VEl eſt hominis ſervitus, vel ſervitus pœnæ. Servi ſunt hominis liberti erga patronum ingrati, & propter ingratitudinem in ſervitutem redacti, capti ab hoſtibus, & haſtæ ſubjecti, vel ad pretium participandum ſe venundari paſſi, *h. §. l. 3. §. 1. ff. de V. S. §. 5. Inſt. Qu. mod. j. patr. pot. l. 21. pr. ff. Qu. met. ca. l. 5. pr. ff. de jur. patr. l. 2. C. de lib. & eor. lib. l. 3. ff. Qu. ad lib. procl. non lic. l. 1. C. eod. l. 2. ff. ſi ingen. eſſ. dic.* Pœnæ ſunt ſervi, qui ad ferrum, ad beſtias, vel in metallum damnantur, in ludum item venatorium aut gladiatorium damnati, *l. 8. §. 11. ff. de pœn.* Quibus ſiquis ad-
2 diderit in antliam damnatos non multum erraverit. Antlia erat inſtrumentum, aut aquaria quædam machina, cujus uſus in lapidum aut metallorum fodinis. Iſidor. *in Gloſſis*: *Antlia, rota exhauritoria.* Martial. *lib.* 9.

Sed de valle brevi quas det ſitientibus hortis
Curta laboratas antlia tollit aquas.

Sueton. *Tib. cap.* 51. *Omneſque amicitias & familiaritates, etiam quibus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ea funeris curam moriens demandarat, intra breve tempus afflixit: uno ex his equeſtris ordinis viro, & in antliam condemnato. Lipſ. 2. *elect.* 15. Marcil. *ad* §. 3. *Inſt. Qu. mod. j. patr. pot.* Hi autem omnes, etſi nullum 3
alium agnoſcerent dominum præter pœnam aut ſupplicium, cui erant addicti, *nov.* 22. *cap.* 8. differebant nihilominus damnati ad beſtias ab iis, qui damnati erant in ludum venatorium, damnati ad gladium ab iis, qui damnati erant ad ludum gladiatorium. Omnino moriendum erat damnatis ad beſtias & damnatis ad gladium elapſo illo tempore, quod intercedebat inter ipſam ſententiam & ejus executionem. Sed damnati in ludum liberabantur interdum, ſi viros præſtarent in arena ſe ſtrenuos. Solebant enim pileari tum & rudem accipere. Auctor *coll. leg. Moſaic. cum* 4
Rom. tit. 11. *in fin. Eſt autem differentia inter eos, qui ad gladium, & eos, qui ad ludum damnantur. Nam ad gladium damnati confeſtim conſumuntur, vel certe intra annum debent conſumi. Qui in ludum damnantur, non utique conſumuntur, ſed etiam pileari & rudem accipere poſſunt.* Capitol. *in Opil. Macrin. Plerique gladiatoriam pugnam eum exhibuiſſe dixerunt, & accepta rude ad Africam iſſe, venatorem primo, poſt etiam tabellionem fuiſſe.* Calpurn. *declam.* 50. *Redemit eum laniſta, & rudem ei in arena dedit.* Horat.

Spectatum ſatis, & donatum jam rude, quæris
Mæcenas iterum antiquo me includere ludo.
Non eadem eſt ætas, non mens. Vejanius armis
Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro.

TEXTUS

§. II. *Minor, ſive media capitis deminutio eſt, cum civitas quidem amittitur, libertas vero retinetur: quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit, vel ei, qui in inſulam deportatus eſt.*

COMMENTARIUS.

1. *Formula proſcriptionis, qua hodie utuntur Impp. Germanici.*
2. *Explicatur l.* 5. §. 1. *ff. de extr. cogn.*

Aquæ & ignis interdictio erat pœna graviſſima, ut ſupra jam dixi ad §. 2. *Inſt. Qu. mod. j. patr. pot.* Nihil enim magis ad vitam producendam eſt neceſſarium homini, quam aqua & ignis. Ovid. 4. *Faſt.*

At

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

At quod in his vitæ cauſa eſt, hæc perdidit exul :
His nova fit conjux : hæc duo magna putant.

Feſt. *in Aqua.* Cujac. 6. *obſ.* 39. Briſſon. 3. *ſelect. antiq.* 5. Similis illi eſt non tantum excommunicatio Pontificis Maximi, ut ibi jam dixi, verum
1 etiam proſcriptio, qua uſi ſunt poſtea Imperatores Germanici. Siquis quærat exemplum, occurrit apud Pontanum *hiſt. Gelr. lib.* 9. *Nos Sigiſmundus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, &c. Honorandi, dilecti, ac fideles, cum generoſiſſimus Adolphus Dux Juliacenſis &c. de nobili viro Arnaldo ab Egmonda, deque nobilibus, Baronibus, equitibus &c. eouſque conqueſtus ſit, & lata quoque judiciali ſententia obtinuerit, quemadmodum id æquum eſt, ut Arnaldus Egmondanus prænominatus &c. Quapropter per noſtra & imperii jura, perque obſequium ac fidem eidem imperio debitam ſerio ac ſevere vobis imperamus, voſque obteſtamur, ut prædictum Arnaldum Egmondanum, Barones, clientes, equites, milites, præfectos, conſules, judices, ſcabinos, ſenatores, cives, populumque, atque incolas prænominatarum regionum, civitatum, arcium, emporiorum, ac pagorum Ducatus Gelriæ ac Comitatus Zutphaniæ, ut imperii manifeſtos hoſtes, ac publicos contemptores, ac rebelles, neutiquam hoſpitio excipiatis, neve eſurientibus, aut ſitientibus, commeatũ aut neceſſaria præbeatis, aut ullam cum iis communionem colatis, aut qui ad eos ſpectant, ſive emendo, ſive vendendo, aliaque commercia aut negotia exercendo clam ullove pacto, &c.* Eadem etiam formula Ferdinandus II. parentum memoria proſcripſit Fredericum Regem Bohemiæ, & plures alios præterea Germaniæ proceres, ut videre licet apud Leonem ab Aitzema 1. *hiſt. in fin.* Quod autem deportatio in ejus locum ſucceſſerit, *l.* 2. *ff. de pœn.* id omnino notandum eſt contra Bachovium, qui aqua & igni interdictum abſentibus, præſentes autem in inſulam deportatos exiſtimat. Cujac. 6. *obſ.* 39. qui jus illud novum adſcribit Auguſto ex loco notabili, qui eſt apud Dionem *lib. hiſt.* LVI.

2 *Libertas.* Cur dicitur ergo deportatus libertatem amittere, in *l.* 5. §. *conſumitur* 1. *ff. de extr. cogn*? Aut erit dicendum, quod libertas ſit duplex, ut nonnulli diſtinguunt, nimirum vel juris gentium, vel juris civilis, non eam, quę eſt juris gentium, ſed quæ eſt juris civilis, deportatum amittere. Cic. *pro Cæcinn. Quî enim poteſt jure Quiritium liber eſſe is, qui in numero Quiritium non eſt?* Cujac. *h.* Govean. 2. *lect.* 11. Duaren. 1. *diſp. anniv.* 9. Aut alioquin *vel* eſt legendum pro *veluti*, ut legit Accurſius, aut ſaltem *vel utique*, ut legit Ræyardus 3. *var.* 5. Et dicendum

præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

præterea, quod magna capitis deminutio, cujus ibi fit mentio, maximam ſimul complectatur & mediam. Aliter Hotom. *h.*

TEXTUS

§. III. *Minima capitis deminutio eſt, cum civitas retinetur & libertas, ſed ſtatus hominis commutatur: quod accidit his, qui cum ſui juris fuerint, cœperunt alieno juri ſubjecti eſſe, vel contra: veluti ſi filiusfamilias à patre emancipatus fuerit, eſt capite deminutus.*

COMMENTARIUS.

1. *Explicatur l.* 1. §. 8. *ff. ad SCt. Tertull.*
2. *An emancipatio adhuc hodie ſit capitis deminutio.*

STatus hic ſignificat alicujus familiam. Interdum & libertatem & civitatem ſignificat. Quæ quoties retinentur mutata tantum familia dicitur capitis deminutio ſalvo ſtatu contingere *l.* 1. §. 8. *ff. ad SCt. Tertull.* Status enim eſt triplex, ut dixi jam ante. Et ut ſupra etiam dixi, minima capitis deminutio eſt ſimiliter triplex, ſcilicet emancipatio, adoptio, & arrogatio. Mutant autem hi omnes emancipati, adoptati, & arrogati familiam. Arrogatus è propria tranſit in arrogantis, adoptatus è patris in adoptantis familiam. Emancipatus è patris tranſit in propriam, & è filiofamilias fit paterfamilias, *pr. &* §. 1. *Inſt. de adopt. h.* §. *l.* 195. §. 2. *ff. de V. S.* Scio controverti id inter interpretes, an emancipatio adhuc hodie ſit capitis deminutio. Scio negatum id à doctiſſimis viris, Gov. 1. *lect.* 26. Donel. 6. *com.* 16. Weſenb. *par. ff. de cap. min.* Sed cauſam negandi non poſſum animadvertere. Verum quidem eſt, quod imaginaria venditio & intercedens manumiſſio ierit in deſuetudinem, ſed inde non ſequitur, ergo emancipatio omnino jam nulla eſt. Exolevit legitima. Frequentatur autem ea, quæ in ejus locum ſucceſſit, §. 6. *Inſt. Qu. mod. j. patr. pot.* cujus is eſt effectus, ut è filiofamilias fiat paterfamilias, *d.* §. 6. *d. l.* 195. §. 2. *l. ult. ff. de cap. min.*

(Margin numbers: 1 beside "Tatus hic ſignificat…"; 2 beside "lias, pr. & §. 1…")

TEXTUS

§. IV. *Servus autem manumiſſus capite non minuitur: quia nullum caput habuit.*

COMMENTARIUS.

SErvus non habet caput conſideratum civiliter, *l.* 32. *ff. de reg. jur.* Non minuitur capite, quia ſtatum non mutat. Non mutat idcirco, quia ſtatum non habet. Non habet idcirco, quia ſtatus hic libertatem, aut civitatem, aut familiam ſignificat. Qui autem non eſt liber, is etiam nec civis eſt, & proinde nec civitatem is poteſt amittere. Familiam quod attinet, ejus etiam ſervis, quia jure civili ſunt inſtar quadrupedum, l. 2. §. 2. *ff. ad l. Aquil.* non eſt ulla communio, *l.* 20. §. 7. *ff. Qu. teſt. fac. poſſ.* Mutant tantum emancipati, adoptati, & arrogati familiam. *h.* §. *&* §. 3. *h. t. l. ult. ff. de cap. min.* Sed nequis cavilletur manumiſſos etiam mutare dominorum familiam, & erigere propriam, omnino notandum eſt familiæ vocabulum hic ſumi juridice, ſic ut inprimis ejus conſiderentur effectus, qui juris civilis ſunt. Sunt quidem ſervi in dominorum familia, ſed nullum inde jus conſequuntur propterea, *d. l.* 32. & per conſequens illud jus, quod omnino non habent, nec poſſunt amittere.

TEXTUS

§. V. *Quibus autem dignitas magis quam ſtatus permutatur, capite non minuuntur: & ideo à Senatu motos, capite non minui conſtat.*

COMMENTARIUS.

1. *Senatu moti & appellantur præteriti.*
2. *Notatur in tranſitu Abrah. à Weſel.*

1 LIbertatem, civitatem, & familiam retinent, qui Senatu moventur, *h.* §. Qui interdum & ſimpliciter appellantur præteriti. Liv. *lib.* 38. *cap.* 28. *Princeps in ſenatu tertium lectus P. Scipio Africanus, quatuor ſoli præteriti ſunt, nemo curuli uſus honore.* Feſt. *in Præteriti.* Nec capite minuuntur etiam, qui affiguntur patibulo, quia caput hic non naturaliter, ſed civiliter ſumitur. Nec ſemper, id ſequitur: eſt ſtatus mutatio, ergo eſt, & contingit etiam capitis deminutio. Jam enim dixi, quid
2 hic ſtatus ſignificet. Et idcirco nec prodigus minuitur capite, licet videri poſſit ſtatum mutaſſe, & ſic etiam locutus ſit Abrah. à Weſel ad *nov. conſt. Ultraj. art.* 13. *n.* 26. *& ſeqq.* Error eſt manifeſtus, niſi ſe dicat locutum Grammatice. Sed Juriſconſulti non loquuntur ita de prodigo.

TEX-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

TEXTUS

§. VI. Quod autem dictum eſt, manere cognationis jus etiam poſt ca-
pitis deminutionem: hoc ita eſt, ſi minima capitis deminutio interveniat:
manet enim cognatio. nam ſi maxima capitis deminutio interveniat, jus
quoque cognationis perit, ut puta ſervitute alicujus cognati: & ne quidem
ſi manumiſſus fuerit, recipit cognationem. Sed & ſi in inſulam quis depor-
tatus ſit, cognatio ſolvitur.

COMMENTARIUS.

1. *Jus cognationis, & cognatio differunt.*
2. *Explicatur l.2.§.2. ff. ad SCt. Tertull.*

REfert ſe Imp. ad §. *ult. tit. præced.* & interpretatur jam cla-
rius, quod erat dictum obſcurius. Quæcunque capitis de-
minutio agnationem extinguit, quia juris civilis eſt, *d.§.ult.*
cognatio vero perit tantum maxima & media, quia juris
eſt naturalis. Unumquodque eo modo, quo colligatum eſt tollitur, *d.*
§.ult.l.35. & 153. ff. de reg. jur. Sed ſi hoc verum ſit, & idcirco minima
capitis deminutio cognationem non perimat, quia juris civilis eſt, & jus
civile jus naturale non poſſit diſſolvere, cur ergo maxima capitis demi-
nutio hoc efficit, ut ſolvatur cognatio? Atqui juris civilis eſt non mi-
nus quam minima. Nequis hic hæreat, obſervandum eſt id, quod Juſti- 1
nianus hic dicit: *jus quoque cognationis perit.* Non dicit cognatio, ſed
jus cognationis, id eſt, cognationis effectus. Cognationis effectus eſt
juris civilis, & idcirco non mirum, quod jure civili poſſit prorſus extin-
gui. Ipſa vero cognatio ſive vinculum ſanguinis juris eſt naturalis, quod
nullo jure civili poteſt tolli aut dirimi, *l.8. ff. de reg. jur.* Et ſic accipien-
dum eſt, quod dicit JCtus in *l. 2. §. 2. ff. ad SCt. Tertull. Sed ſi filius vel* 2
filia libertini ſint effecti, mater legitimam hereditatem vindicare non pote-
rit, quoniam mater eſſe hujuſmodi filiorum deſiit. Mater deſinit eſſe ma-
ter, ſi liberi ipſius ſint redacti in ſervitutem, non quod perimatur inter
matrem & filios illud vinculum ſanguinis, quo adſtricti ſunt invicem, ſed
quod illius vinculi tantum ceſſet effectus. Filiis mater ab inteſtato ſuc-
cedit. De eo non dubitatur, *d. l. 2. pr. nov. 118. cap.2. pr.* Sed ut iis
ſuccedat in ſervitutem redactis id jus civile non patitur, *l.3. §.1. ff. de V.S.*
Servi enim hereditas dici non poteſt, *l. 4. C. comm. de ſucceſſ.* Ne iis qui-
dem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

dem, qui manumiſſi ſunt, poteſt mater ſuccedere, *d. l.2.* §. 2. quia jus cognationis ſervitutem redactus non poteſt recipere, etiamſi ſit manumiſſus, *h.* §. *l.is qui* 7. *ff.und.cogn.* Cujac. *ad d.l.8. ff.de reg. jur.* Novus enim homo manumiſſus efficitur, nec priſtinum ſtatum etiam omnino recuperat, *l. ſervus* 27. §. 1. *ff. de adim.leg. l.homo* 21. *ff. de ſtat.hom.* Hotom. *h.* Pet. Fab. 2. *Sem.* 12. Sed jure noviſſimo cum omnes manumiſſi fiant ſtatim ingenui, perinde ac ſi eſſent reſtituti natalibus, *nov.* 78. *cap.* 1. cognationem etiam amiſſam per eandem illam novellam videntur recipere, §. 2. *vers. cum enim Inſt. de bon. poſſ.* Cujac. *in d. nov.* Bachov. *h.*

TEXTUS

§. VII. *Cum autem ad agnatos tutela pertineat, non ſimul ad omnes pertinet, ſed ad eos tantum, qui proximiore gradu ſunt, vel ſi plures ejuſdem gradus ſunt, ad omnes pertinet, veluti ſi plures fratres ſunt, qui unum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.*

COMMENTARIUS.

PRæfertur remotiori, qui eſt gradu proximior. Sed fallit interdum in tutelis hæc regula. Proximiori aliquando præfertur remotior, nimirum ſi concurrant & ſoror & patruus. Soror enim etiamſi ſit agnata proximior, & ſola ſuccedat etiam, tutelam nihilominus non poteſt ſuſcipere, quia eſt fœmina. Fœminæ removentur à muneribus publicis, *l.* 2 *ff. de reg. jur. junct. pr. Inſt. de excuſ.* Pet. Fab. 2. *Semeſt.* 15. Saltem regulariter *l. ult. ff. de tut. auth. matri & aviæ C. Qu. mul. tut. off.* Et idcirco ad tutelam admovebitur patruus, etiamſi ſit remotior, & non poſſit ſuccedere, niſi ſoror ſit mortua, *arg.* §. *un. tit. ſeq. in fin. l.* 1. §. 1. *ff. de legit. tut.*

TITULUS XVII.

DE

Legitima patronorum tutela.

TEXTUS

Ex eadem lege duodecim tabularum, libertorum & libertarum tutela ad patronos liberoſque eorum pertinet, quæ & ipſa legitima tutela vocatur:

non

non quia nominatim in ea lege de hac tutela caveatur, ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem, ac ſi verbis legis introducta eſſet. Eo enim ipſo, quod hereditates libertorum libertarumque, ſi inteſtati deceſſiſſent, juſſerat lex ad patronos, liberoſve eorum pertinere, crediderunt veteres voluiſſe legem etiam tutelas ad eos pertinere: cum & adgnatos, quos ad hereditatem lex vocat, eoſdem & tutores eſſe juſſerit: quia plerumque ubi ſucceſſionis eſt emolumentum, ibi & tutelæ onus eſſe debet. Ideo autem diximus plerumque: quia ſi à fœmina impubes manumittatur, ipſa ad hereditatem vocatur, cum alius ſit tutor.

COMMENTARIUS.

1. *Quæ hujus tituli ſententia.*
2. *Mulier an poſſit ad tutelam admitti.*
3. *Mater & avia an contractis iterum nuptiis tutelam amittant.*
4. *An contractis ſponſalibus.*
5. *Contractis iterum nuptiis, ſi maritus moriatur, an mater & avia iterum admittantur ad tutelam amiſſam.*
6. *Hodie mater & avia licet nihil renuntient, ſi nubant tamen iterum, tutelam amittunt.*
7. *Objectio ſolvitur.*
8. *De matre quod dicitur an porrigendum ad patrem.*

PAtronus manumiſſi eſt tutor legitimus, etiamſi manumiſſi non poſſit dici agnatus. Hic ſenſus eſt tituli. Ratio, quæ agnatos ad tutelam vocaverat, vocat etiam patronum ad tutelam manumiſſi, ſi manumiſit impuberem. Agnati idcirco ex duodecim tabulis ſunt tutores legitimi, quia pupilli ſunt ſucceſſores legitimi, *h.* §. *l.* 1. *& l.* 5. *pr. ff. de legit. tut.* Patronus ſimiliter eſt ſucceſſor legitimus liberti impuberis, *h.* §. *t. tit. Inſt. de ſucceſſ. libert.* ergo poſtulat ratio, ut idem ſit ejuſdem etiam tutor legitimus. Ubi adeſt par ratio, idem jus ſit oportet, *l.* 12. *& ſeqq. ff. de legib.* Dixi patronus: Patrona ſi manumiſerit, ipſa quidem ad hereditatem vocabitur, ſed alius erit tutor, *h.* §. *l.* 3. §. *ſi duo ff. de legit. tut.* niſi forte manumiſerit filium naturalem in ſervitute ſuſceptum, *arg. auth. adhæc C. Qu. mul. tut. off.* Sed quis tum erit tutor, cum patrona manumittit? Ni fallor, ejus filius, aut quivis alius alioquin, qui poteſt libertis ab inteſtato ſuccedere, *l.* 1. §. 1. *ff. de legit. tut.* §. *ſed noſtra* 3. *Inſt. de ſucceſſ. libert.* 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

2 *Fœmina.* Mulier ad tutelam admitti non poteſt, *h.§.l.2.ff.de reg. jur. junct.pr. Inſt.de excuſ. tut.* Sed mater & avia admittuntur nihilominus, ſi SCto Vellejano renuntient & ſecundo conjugio, *auth. matri C. Qu. mul. tut. off. Ordonn. van de Weeskamer van Dordrecht art.22.* Grot.1.
3 *man.7.§. overſulcx.* Sed quid ſi renuntient, & convolaverint tamen iterum ad vota nuptialia? Tutelam amittunt *auth. ſacramentum C.eod.*
4 Dico vota nuptialia. Non eſt enim neceſſe ut contractæ ſint nuptiæ. Poteſt mater depelli ob contracta ſponſalia, præſertim ſi ab iis reſilire non liceat ſponſo invito. Angel. *ad l. ſolet ff. de h. qu. not. inf.* Afflict.
5 *deciſ.* 357. Boër. *deciſ.266.* Sed quid dicendum, ſi repetat tutelam amiſſam per ſecundum connubium, marito jam mortuo? Poteſt iterum admitti, niſi adminiſtret tutelam jam alius. Actus enim diviſio multum adfert incommodi, & rationes præterea conturbantur ut plurimum. Speculat. §. *nunc videndum tit. de tutore.* Boër. *d.loc.* Argentr. *art.* 480.
6 *gl. 2. in fin.* Jus hodiernum quod attinet, quid quæſo eſt notius quam matrem & aviam ad tutelam admitti, licet nihil renuntient? Boër. *deciſ.* 124. Argentr. *ad conſ. Brit. art.* 480. *gloſ.* 3. Groenew. *ad d. auth.* Sed, quod notandum hic interim, etiamſi non requiratur, ut ſecundis nuptiis nominatim renuntient, cautum eſt tamen plerorumque ſtatutis, tutelam eas amittere, ſi eas rurſum contraxerint. *Ordonn. van de Weeskamer der ſtadt Leyden art.* 13. *van Amſterdam art.* 37. *Coſtuym. van Rynlant part.2.art.17. Lantrecht van Zutphen tit.* 19. §.4. *van Veluwe tit.* 29. §. 7. Goris 4. *adv.* 15. *n.* 4. *Coſtuym. van Utrecht. rubr. van momberſchap, art.2. Item deſgelycks ſal een weduwe heure kinderen vermomberen &c. Maer als die moeder eenen man neempt, ſoo is die momberſchap uyt &c. Ordonn. van Montfoort rubr.* 8. *art.* 3. *ten ware de*
7 *moeder lanckst levende ſijnde haer gaf tot een tweede huwelyck, in welcken gevalle hare momberſchap uyt ſal ſijn.* Rodeburg. *lib. de jur. conj. tit.* 3. *cap.* 1. *n.* 4. Novi quidem in hac urbe tutrices ejuſmodi, quibus mota eo nomine controverſia non fuit, quod tutelam retinuerint contracto iterum conjugio. Sed quid inde jam ſequitur? Reperiuntur in hac urbe, quæ, licet iterum nupſerint, tutelam tamen pupillorum nihilominus retinent, ergo quod cautum eſt hujus urbis ſtatuto, jam eſt uſu abolitum. Nimis levis hæc conſequentia. Multa enim hic fiunt, & aguntur de facto, quia nemo eſt, qui de iis apud judicem queritur. Judex enim non rogatus non impertitur officium, *l.* 4. §. *hoc autem* 8. *ff. de damn. inf.* Videmus quid ſtatuto nominatim expreſſum ſit. Siquid jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

jam illi fiat, aut agatur contrarium, an ſtatim tum colligemus ita? Ergo id ſtatutum jam ab uſu receſſit. Quid quæſo ineptius? Sed & illud no- 8
tabile, quod ſtatutis Rynlandiæ, licet mater, ſi convolaverit iterum ad vota nuptialia, tutelam amittat, pater tamen, ſi hoc fecerit, eandem retineat: *Ende ſullen daerinne, ende int bewint van dien blyven de Vader of Grootvader tot haer leven &c. d. art.* 17. Quo ipſo rejiciunt Argentrei ſententiam, qui, dum ſtringit cenſuram in jus civile Romanorum, ut ſolet regulariter, ad patrem id etiam producendum exiſtimaverat *ad conſ. Brit. art.* 480. *gloſſ.* 2. *n.* 2.

TITULUS XVIII.
DE
Legitima parentum tutela.

TEXTUS

Exemplo patronorum recepta eſt alia tutela, quæ & ipſa legitima vocatur. Nam ſiquis filium aut filiam, nepotem aut neptem ex filio, & deinceps, impuberes emancipaverit, legitimus eorum tutor erit.

COMMENTARIUS.

TUtorem non habet, cujus pater in vivis eſt, niſi impuberem pater emancipaverit, *h.* §. Pater enim eo caſu eſt tutor impuberis & quidem legitimus. Sed quid opus propterea ſpeciali hoc titulo? Scimus ex iis, quę Imperator jam docuit, quod tutela legitima deferatur agnatis & quidem proximioribus ex duodecim tabulis, §.*ult. Inſt.de cap.dem.l.*5.*pr.ff.de legit.tut.* Nemo autem ſine dubio eſt patre proximior. Dicendum, licet nemo ſit patre proximior, quia tamen pater non eſt amplius agnatus, idcirco dubitatum, an poſſet admitti ad tutelam impuberis. Suſtulit enim agnationem emancipatio, §.*ult. Inſt.de leg. agn.tut.* Manet quidem agnatus, ſed cognatus non item. Placuit eum tamen non ut agnatum, ſed inſtar patroni, ad tutelam admitti, & eadem ratione, qua patronus admittitur. Nam & inſtar patroni ſuccedit impuberi, §. 6. *Inſt. Qu. mod. j. pat. pot. ſol. l.*10.*ff. de ſuis & leg. her. l.* 2. *C. ad SCt. Tertull.* §. *ult. Inſt. de leg. agn. ſucc.* Sed jure noviſſimo, quo cognati & agnati indiſtincte ſuccedunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

dunt, & ſimul etiam admittuntur ad tutelam legitimam, *nov.* 115.*cap*.3. §. 1. *& cap*. 5. titulus videtur hic omnino ſuperfluus.

TITULUS XIX.
DE
FIDUCIARIA TUTELA.

TEXTUS

Eſt & alia tutela, quæ fiduciaria appellatur. nam ſi pater filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps impuberes manumiſerit, legitimam nanciſcitur eorum tutelam. Quo defuncto, ſi liberi ejus virilis ſexus exiſtant, fiduciarii tutores filiorum ſuorum, vel fratris, vel ſororis, vel cæterorum efficiuntur. Atqui patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque ejus legitimi ſunt tutores. Quoniam filius quidem defuncti, ſi non eſſet à vivo patre emancipatus, poſt obitum ejus ſui juris efficeretur; nec in fratrum poteſtatem recideret, ideoque nec in tutelam. libertus autem, ſi ſervus manſiſſet, utique eodem jure apud liberos domini poſt mortem ejus futurus eſſet. Ita tamen hi ad tutelam vocantur, ſi perfectæ ſint ætatis. quod noſtra conſtitutio in omnibus tutelis & curationibus obſervari generaliter præcepit.

COMMENTARIUS.

PAter emancipati eſt tutor legitimus. Si ille moriatur, & nondum emancipatus pubertatem attigerit, fratres emancipati tutelam ſuſcipiunt, quæ, ut videmus hic, fiduciaria dicitur. Cur non legitima? Quia illa defertur, ut dixi, agnatis. Emancipatione vero perit agnatio. Sed pater non eſt etiam pupilli agnatus, ſi eum manumiſerit, & tamen appellatur ejus tutor legitimus? Cur non frater ergo ſimiliter fratris emancipati erit tutor legitimus? Succedit utique fratri ab inteſtato non minus, quam pater erat illi ſucceſſurus ſi viveret. Sed dicendum, quod idcirco tamen tutor legitimus dici non poſſit, quia non ut patronus, quemadmodum pater, ad fratris ſucceſſionem ab inteſtato admittitur, ſed ut cognatus, cum agnati deficiant. Nunquam enim cognati ſunt tutores legitimi, *pr. Inſt. de leg. agn. tut. l.* 1. *ff. und. legit. l.* 5. *ff. und. cogn.* Agnatis deficientibus tutor ſolet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſolet à magiſtratibus dari, *pr. Inſt. de Attil. tut.* Fratres ergo, ſi jam annum vigeſimum quintum exceſſerint, tutelam fiduciariam fratris ſuſcipiunt, quia lex de iis hanc concepit fiduciam fratris tutelam eos recte geſturos, ſi eum impuberem pater emancipaverit. Sed jure noviſſimo prorſus & hoc in deſuetudinem abiit. Cognati jam etiam ſunt tutores legitimi, ut dixi jam ſæpius.

Atqui patrono. Occurrit objectioni, quæ moveri hic poterat. Reſpondet autem per particulam *quoniam.* Ut eſt apud Tacit. 14. *annal. At multi inſontes peribunt. Nam & cum decimus quiſque fuſtibus multatur, etiam ſtrenui ſortiuntur.* Sed particularis reſponſi eſt ratio, ut oſtenſum à Vinnio. Generaliter autem ita dicendum, ut dixi.

TITULUS XX.

DE

Attiliano tutore, & eo, qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

TEXTUS

Sicui nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur in urbe quidem à Prætore urbano, & majore parte Tribunorum plebis tutor ex lege Attilia: in provinciis vero à Præſidibus provinciarum ex lege Iulia & Titia.

COMMENTARIUS.

1. *Quinam magiſtratus poſſint dare tutorem.*
2. *Tutoris datio ad juriſdictionem legitimam pertinet.*
3. *Solvuntur, quæ obſtant.*
4. *Juriſdictio interdum & pro territorio ſumitur.*
5. *Hodie datio tutoris ad juriſdictionem ordinariam pertinet.*
6. *Notatur Simon à Leuwen.*
7. *Tribuni plebis quot olim.*
8. *Quando lata lex Attilia.*
9. *Quando Iulia & Titia.*

TErtia tutelæ ſpecies eſt tutela dativa, quæ & Attiliana, & honoraria dicitur.

1 *Urbano.* Prætor ergo peregrinus idem illud jus quod urbanus non habuit. Pupillis dare tutorem ſoli apud Romanos magiſtratui licuit, cui hoc nominatim erat lege conceſſum, *l. 6. §. 2. ff. de tutel.* Idcirco enim tam ſollicite Imp. in hoc titulo magiſtratus enumerat, qui dandi tutoris erant nacti licentiam. Magiſtratus ut magiſtratus aut jure ſui magiſtratus non dabant tutorem, ſed tantum vi legis, *d. l. 6. §. 2.* Tutoris datio ad
2 juriſdictionem legitimam pertinet. Non eſt juriſdictionis *d. l. 6. §. 2.* ordinariæ nimirum, *l. 3. §. 5. ff. jud. ſolv.* Ordinaria omnibus magiſtratibus competit. Soli habent legitimam, quibus eam lex demandavit ſpecialiter. Sunt quidem nonnulla, quæ videntur obſtare, ſed non magno
3 negotio poſſunt omnia dilui. Jus dicentis officium eſt dare tutorem, *l. 1. ff. de juriſd.* ſed inde non ſequitur, ergo datio tutoris ad juriſdictionem ordinariam pertinet. Plura ſunt, quæ pertinent ad jus dicentis officium; interdum juriſdictio civilis & criminalis, interdum tantum civilis. Et civilem quod attinet, cum ea ſit duplex, ordinaria ſeu ſimplex, & legitima ſcilicet, interdum utraque pertinet ad jus dicentis officium, ut judicem dare, & dare tutorem, ſed ex alia cauſa magiſtratus dat judicem, ex alia tutorem. Conſtituit judicem vi juriſdictionis, quæ magiſtratui, quatenus magiſtratus eſt, competit, *l. 3. ff. de juriſd.* Vi autem legis, aut ejus juriſdictionis, quæ legitima dicitur, pupillis non habentibus ſolet dare tutorem, *d. l. 6. §. 2.* Sed quid ſi ſic dicam: Quod poteſt mandari, id ad juriſdictionem ordinariam pertinet, *l. 1. ff. de off. ej. c. mand. eſt jur.* Tutoris datio poteſt mandari, *§. 4. Inſt. h. t.* Ergo etiam vi legis, aut vi juriſdictionis, quam lex magiſtratui conceſſit ſpecialiter, tutor non datur. Dicendum, quod minor hic non poſſit procedere, *l. 8. ff. de tut. & cur. dat.* nec poſſit etiam probari ex *d. §.* quia juſſus in eo pro mandato non ſumitur. Juſſus & mandatum non ſunt unum & idem. Cuilibet liberum eſt non ſuſcipere mandatum, *§. 11. Inſt. de mand.* Juſſus vero neceſſitatem injungit. Nec quicquam proficies, ſi minorem probaveris ex *l. 13. ff. de offic. proc. junct. l. 15. ff. eod.* Verum quidem eſt, quod legatus Proconſulis nihil proprium habeat, nec poſſit dare tutorem, niſi fuerit illi à Proconſule mandata juriſdictio, *d. l.* Sed poſtquam mandata eſt, non vi juriſdictionis, quæ eſt illi mandata, tutorem conſtituit, ſed vi Orationis Divi Marci, ut dicit *l. 1. §. 1. ff. de tut. & cur. dat.* Siqua lex ſit præterea, quæ tutoris dationem juriſdictioni videatur adſcribere, de ju-
4 riſdictione, quæ legitima dicitur, id oportet intelligi. Et notandum eſt etiam, quod interdum juriſdictio ſignificet territorium, *§. 4. Inſt. h. t.*

Tacit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Tacit. *lib.* 3. *annal. Id quoque morum Tiberii, continuare imperia, ac pleroſque ad finem vitæ in iiſdem exercitibus, aut juriſdictionibus habere.* Jus noſtrum quod attinet, tutoris datio jam non amplius lege conceditur. Juriſdictionis eſt, & cuilibet magiſtratui, cujus eſt juriſdictio, licet dare 5
tutorem. Groenew. *ad* §. 4. *Inſt. h. t.* Mev. *ad jus Lubec. lib.* 1. *tit.* 7. *art.* 4. *n.* 23. Zypæ. *in not. jur. Belg. tit. de tutore* §. *invitis.* Gail. 1. *obſ.* 48. Poteſt etiam mandari, quo nihil eſt certius. Quæſo enim Commiſſarius an non idem ac mandatarius? Vid. Grot. 1. *man.* 7. §. *Wanneer.* Quæ 6
cum ita ſe habeant fœdum illum errorem non poſſum hic prætermittere Simonis à Leuwen ad *conſ. Rynl. part.* 2. *cap.* 1. qui tutoris dationem, quam Prætor olim & nobiles habebant Rynlandiæ, ad merum imperium referre non dubitat. Gladii poteſtas eſt merum imperium, *l.* 3. *ff. de juriſd.* Quid autem hoc ad tutoris dationem? Niſi quicquid is agit, qui habet merum imperium, exiſtimaverit agere vi illius imperii. Quod adhuc eſt ineptius.

Majore parte tribunorum. Id eſt, ſex: erant enim decem. Vinn. *h.* 7
Liv. *lib.* 3. *cap.* 30. *Is metus perpulit, ut ſcribi militem tribuni ſinerent; non ſine pactione tamen, ut quoniam ipſi quinquennium eluſi eſſent, parvumque id plebi præſidium foret, decem deinde tribuni plebis crearentur.* Idem *lib.* 9. *cap.* 34. *in fin. Approbantibus ſex tribunis actionem collegæ, tres appellanti Appio auxilio fuerunt.* Cic. 3. *de legib. At duo Gracchi fuerunt. Et præter eos, quamvis enumeres multos licet, cum deni crearentur. nullos in omni memoria reperies pernicioſos tribunos: leves & non bonos fortaſſe plures.*

Ex lege Attilia. Quando hæc lata ſit, omnino incertum eſt. Fuit ſa- 8
ne vetuſta, ut oſtendit Ant. Auguſtin. *de legib.*

Julia & Titia. Lata fuit anno Urbis 772. Auguſto III. & M. Titio 9
Coſſ. Sed & ante illam legem Præſes provinciæ jam tutores conſtituit. Locus eſt ſingularis apud Diod. Sicul. *in excerpt. Valeſ. ex lib.* 36. de L. Aſellio Siciliæ Præſide: Οὗ ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν δικαιοδοσίαν πρὸς τὰ συμφέροντα φιλοτιμηθεὶς, τὴν συκοφαντίαν ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἐφυγάδευσε. τῆς δὲ τῶν ἀσθενεστέρων βοηθείας μεγίστην ἐποιήσατο φροντίδα, τῶν γὰρ ἄλλων στρατηγῶν εἰωθότων διδόναι προστάτας τοῖς ὀρφανοῖς, καὶ γυναιξὶν ἐρήμοις συγγενῶν, οὗτος ἑαυτὸν τούτων ἀνέδειξε φροντιστήν.

TEXTUS

§. I. *Sed & ſi in teſtamento tutor ſub conditione, aut ex die certo datus fue-*

fuerat, quamdiu conditio, aut dies pendebat, ex iiſdem legibus tutor alius interim dari poterat. Item ſi pure datus fuerat: quamdiu ex teſtamento nemo heres exiſtebat, tamdiu ex eiſdem legibus tutor petendus erat: qui deſinebat eſſe tutor, ſi conditio extiterat, aut dies venerat, aut heres extiterat.

COMMENTARIUS.

QUid ſi adſcripta tutori teſtamentario defeciſſet conditio? Aut quid ſi teſtamentum eſſet plane deſertum, *l.* 181. *ff. de reg. jur?* Hoc etiam caſu datus interim à magiſtratu deponebat tutelam, & ſuccedebat in ejus locum tutor legitimus, *arg. pr. Inſt. de leg. adgn. tut. l.* 11. §. *ult. ff de teſtam. tut. l.* 9. §. 2. *ff. de tut. & rat. diſtr. act.*

TEXTUS

§. II. *Ab hoſtibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur: qui deſinebat eſſe tutor, ſi is qui captus erat, in civitatem reverſus fuerat. nam reverſus recipiebat tutelam jure poſtliminii.*

COMMENTARIUS.

C*Apto.* Sive teſtamentario, ſive legitimo, *l.* 1. §. 2. *ff. de legit. tut.* Atqui habenti tutorem tutor dari non poteſt, §. 5. *Inſt. de curat?* Habenti tutorem, qui vel adminiſtrat, vel non impeditur adminiſtrare tutelam, tutor dari non poteſt. Captus ab hoſtibus non adminiſtrat tutelam, §. 5. *pr. Inſt. Qu. mod. j. pat. pot. ſolv. junct.* §. 1. *Inſt. de tut.* Deſinit tutor eſſe captus ab hoſtibus, *l.* 14. §. 1. *ff. de tut.* quamdiu nimirum eſt eorum potitus, *h.* §. Deportato alioquin, vel in peregrinitatem redacto, qui eſt tutor legitimus, ſuccedit in tutelam agnatus remotior, *l.* 3. §. *pen. ff. de legit. tut.*

TEXTUS

§. III. *Sed ex his legibus tutores pupillis deſierunt dari, poſteaquam primo Conſules pupillis utriuſque ſexus tutores ex inquiſitione dare cœperunt, deinde Prætores ex conſtitutionibus. Nam ſupradictis legibus neque de cautione à tutoribus exigenda, rem ſalvam pupillis fore: neque de compellendis tutoribus ad tutelæ adminiſtrationem quicquam cavebatur.*

COM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

COMMENTARIUS.

1. *Contentioſam juriſdictionem an habuerint Conſules.*
2. *An merum imperium.*
3. *Unde ſic dicti.*
4. *Quibus remediis poſſit tutor compelli, ut tutelam ſuſcipiat.*

COnſules. Id Claudius Cæſar primum inſtituit. Sueton. *in Claud. cap.* 23. *Sanxit, ut pupillis extra ordinem tutores à coſſ. darentur.* Quod Conſules igitur juriſdictionem etiam 1
contentioſam habuerint, probari hinc poterit. nam ex *tit. ff. de offic. Conſ.* id probari non poterit; Sed probatur hic manifeſte, quia tutor conſtituitur non ſolum invitus, *l.* 1. *pr. ff. de adm. & per. tut.* ſed & datur invito, *l.* 6. *ff. de tut. & cur. dat.* Olim etiam, quod notandum hic, 2
habebant merum imperium. Tacit. *lib.* 2. *annal. In P. Mattium Con-*
ſules extra portam Exquilinam, cum claſſicum canere juſſiſſent, more
priſco advertere. Præſertim militiæ. P. Scipio apud Appian. *in Punic.*
cap. 52. Ἐγὼ μεθ' ὑμῶν ὦ ἄνδρες τῆς εὐπειθείας ἐν ὑμῖν μάρτυσιν ἔ-
δωκα πεῖραν. Ἰὼ νῦν ὑμᾶς αἰτῶ στρατηγῶν, κολάσαι μὲν ἐς ἔσχατον
ἐξουσίαν ἔχων τοὺς ἀπειθοῦντας, ὠφέλιμον δ' ἡγούμενος προσαγορεῦσαι.
Nam in urbe provocatio erat ſemper ad populum. Liv. *lib.* 2. *cap.* 18.
& 27. *Ille cum à lictoribus jam traheretur, provocavit: nec ceſſiſſet pro-*
vocationi conſul &c. Ibid. *cap.* 29. *Laſcivire magis plebem, quam ſævi-*
re. Id adeo malum ex provocatione natum. quippe minas eſſe conſulum,
non imperium, ubi ad eos, qui una peccaverint, provocare liceat. Nec moris in ea Conſuli præferri ſecures, ſed faſces duntaxat, ut latius eſt apud Lipſium legendi licentia 1. *elect.* 23. Dionyſ. Halicarn. 4. *hiſt.* Βεβαίαν τε πίστιν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας τοὺς δημοτικοὺς λαβεῖν βουλόμενος, ἀφεῖλεν ἀπὸ τῶν ῥάβδων τοὺς πελέκεις. καὶ κατεστήσατο τοῖς μετ' αὐτὸν ὑπάτοις ἔθος, ὃ καὶ μέχρι τῆς ἐμῆς διέμεινεν ἡλικίας, ὅταν ἔξωθεν τῆς πόλεως γένωνται, χρῆσθαι τοῖς πελέκεσιν, ἔνδον δὲ ταῖς ῥάβδοις κοσμεῖσθαι μόναις. Unde apud Polybium *lib.* 6. *hiſt.* Τιμῆς γὰρ ἔστι καὶ τιμωρίας ἐν τῇ πολιτείᾳ μόνος ὁ δῆμος κύριος, &c. Κρίνει μὲν οὖν ὁ δῆμος καὶ διαφόρου πολλάκις, καὶ μάλιστα τοὺς τὰς ἐπιφανεῖς ἐσχηκότας ἀρχάς, θανάτου δὲ κρίνει μόνος. Sed tempore Principum decrevit ita paulatim auctoritas Conſulum, ut vix civilis juriſdictio iis reliqua fuerit, *h.* §. *l.* 1. §. 1. *ff. de appell.* Conſules autem dicti à conſulendo 3
haud dubie, Conſtant. Manaſſes:

Κυροῦσι δὲ προβάλλεσθαι κατ᾽ ἔτος Κονσυλίους
Ὅπερ δηλοῖ καθ᾽ Ἕλληνας συμβούλους ἢ προβούλους,
Οὓς Ἕλληνες ὀνόμασαν ὑπάτους μετὰ ταῦτα,
Τὸ μεγαλεῖον τῆς αὐτῶν ἀξίας κατιδόντες.

Deinde Prætores. Soli abſque tribunis, ut recte notat hic Vinnius. Primus id conſtituit Antoninus Philoſophus. Capitol. *in ej. vit. Prætorem tutelarem primus fecit, quum ante tutores à Conſulibus poſcerentur, ut diligentius de tutoribus tractaretur.*

4 *Compellendis.* Extra ordinem coguntur tutelam ſuſcipere, *l.1. pr. ff. de adm. & per. tut.* nimirum mulctæ dictione, vel captis pignoribus, §.3. *Inſt. de ſatiſd. tut. l.3. C. de ſuſp. tut.* Sed ut auctoritatem pupillis accommodent, cogi non poſſunt, *l.17. ff. de auct. præſt.*

TEXTUS

§. IV. *Sed hoc jure utimur, ut Romæ quidem Præfectus urbi, vel Prætor ſecundum ſuam jurisdictionem, in provinciis autem Præſides ex inquiſitione tutores crearent, vel Magiſtratus juſſu Præſidum, ſi non ſint magnæ pupilli facultates.*

COMMENTARIUS.

1. *Præfecti urbis an Prætoris fuerit majus imperium.*
2. *Olim miliaria diſtincta lapidibus.*
3. *Cujus inventum id.*
4. *Stadium quot paſſuum.*
5. *Paſſus quot pedum.*
6. *Plinii & Gellii tentatur concordia.*
7. *Miliarium quid.*
8. *Magiſtratuum majorum & minorum definitio.*
9. *Aureus olim quot fecerit denarios.*
10. *Quot ſeſtertios denarius.*
11. *Quot ſeſtertios ſeſtertium.*
12. *Honorarium Advocatorum.*
13. *Semiſſes, Tremiſſes.*
14. *Veterum aurei cujus hodie valoris.*
15. *Ex auri libra quot cuſi ſint aurei.*
16. *Stateres.*
17. *Folles, Terunciani.*

18. *Ce-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

18. *Ceratium.*
19. *Miliariſium.*
20. *Follis ſeptem ſolidorum.*
21. *Aurei librali pondere.*

SEcundum ſuam juriſdictionem, id eſt, pupillis juriſdictio-
ni ſuæ ſubjectis. Juriſdictio enim ſignificat hic territori- 1
um, ut dixi. Majus autem territorium Præfecti urbi, quam
territorium Prætoris. Muris urbis erat definita juriſdictio
prætoris. Præfecti urbi, & in urbe, & extra urbem erat juriſdictio uſque
ad centeſimum miliare, ſeu centeſimum lapidem, *l. 1. pr. & §. initio ff. de*
offic. præf. urb. Miliaria enim erant diſtincta lapidibus. Quintil. 4. *Inſt.* 2
orat. ult. Reficit quoque audientem certo ſingularum partium fine non a-
liter, quam facientibus iter multum detrahunt fatigationis notata in ſcri-
ptis lapidibus ſpatia. C. Gracchi inventum. Plutarch. *in ej. vit.* Πρὸς δὲ 3
τούτοις διαμετρήσας κατὰ μίλιον ὁδὸν πᾶσαν (τὸ δὲ μίλιον ὀκτὼ στα-
δίων ὀλίγον ἀποδεῖ) κίονας λιθίνους σημεῖα τοῦ μέτρου κατέστησεν, *Por-*
ro ſingula miliaria dimenſa diligenter lapideis columnis diſtinxit. Miliare
vero octo fere ſtadia continet. Mille igitur paſſus, unde dictum miliare, 4
& octo ſtadia erant unum & idem, nam ſingula ſtadia centum viginti
quinque paſſus ſolebant efficere. Plin. 2 *hiſt. cap.* 23. Duo vero greſſus, 5
ut dicit Pancirol. 1. *lect.* 65. aut quinque pedes ad minimum paſſum fa-
ciebant. Pedes enim ſtadium ſupra ſexcentos viginti quinque continu-
it, ut tradidit Plin. *d. cap.* 23. *Stadium centum viginti quinque noſtros ef-*
ficit paſſus, hoc eſt, pedes ſexcentos viginti quinque? Et erunt tot utique, 6
ſi centum viginti quinque computaveris quinquies. Diſſ. A. Gell. 1.
noct. Attic. 1. Sed aut numerum rotundum pro paulo majore numero ibi
poſuit Gellius, aut auctum nonnihil fuit ſtadium poſtea, aut ubique ejus
eadem longitudo non fuit. A miliario miliaria capiebant initium. Erat 7
autem miliarium columna aurea, quæ in foro erat erecta ſub ædem Sa-
turni. Tacit. *lib.* 1. *hiſt. Innixus liberto per Tiberianam domum in Ve-*
labrum, inde ad Miliarium aureum ſub ædem Saturni pergit. Mornac. *ad*
l. 1. §. 1. ff. de offic. præf. urb. Sed jure noviſſimo pupillis non habentibus
Præfectus urbi non ſolum tutorem conſtituit, ſed & Prætor eſt adhiben-
dus, *l. 2. C. Qu. mul. tut. off. fung.* & ſi dandus ſit tutor pupillis illuſtri-
bus, decem præterea Senatores ampliſſimi, *l. 1. C. de tut. & cur. illuſtr.*

Magiſtratus. Per magiſtratus hic magiſtratus minores intelligit, qui 8
& ſæ-

& ſæpe Duumviri, & magiſtratus municipales appellantur in jure, *l. un. ff. ſiq. jus dic. non obt. l. 26. ff. ad municip.* Et idcirco ſeparantur hic à magiſtratibus Præſides. Erant enim Præſides magiſtratus majores. Majores dicuntur, qui habent aut merum aut mixtum imperium, *l. 2. ff. de in jus voc.* Minores vero, qui imperium non habent, & tueri ſe non poſſunt pœnali judicio, *l.32. ff. de inj. d. l. un.* Separantur etiam à magiſtratibus Præſides in *l.12. pr. ff. de accuſ.* ſed ibi intelliguntur magiſtratus urbani. Wiſſenb. *part.* 1. *exerc. ad Pand. diſp.* 5. *th.* 14.

9 *Si non ſint magnæ.* Quæ non excedunt aureos quingentos, non magnæ dicuntur, *arg.* §.5. *Inſt. h. t.* Aureus continebat viginti quinque denarios. Dio Caſſ. *lib.* 55. *hiſt.* Χρυσοῦν δὲ καὶ ἐγὼ τὸ νόμισμα, τὸ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς δυνάμενον, κατὰ τὸ ἐπιχώριον ὀνομάζω. καὶ τῶν Ἑλλήνων δὲ τινὲς, ὧν τὰ βιβλία ἐπὶ τῷ ἀττικίζειν ἀναγινώσκομεν, οὕτως αὐτὸ ἐκάλεσαν, *Aureum voco id numiſma, quod viginti quinque denarios continet: ſic enim noſtrates aureum accipiunt. eſtque ita invenire apud Græcos quoſdam auctores, quos propter linguæ At-*
10 *ticæ ſtudium legimus.* Quatuor ſeſtertios efficiebat denarius. Centenos enim nummos, quos Tacitus Othonem cohorti agenti apud Galbam excubias diviſiſſe commemorat 1. *Hiſt.* ſingulos aureos appellat Sueton. in *ej. vit. cap.* 4. Unde centies centum ſeu decem millia ſeſtertiorum vale-
11 bant aurei centum, vel, quod eſt idem, dena ſeſtertia. Seſtertium enim, cum neutrius eſt generis, valet mille ſeſtertios. Juvenal.

—— mullum ſex millibus emit
Æquantem ſane paribus ſeſtertia libris.

12 Ubi mullum vult Juvenalis pependiſſe ſex libras, & in ſingulas libras ſolutum eſſe ſeſtertium, id eſt, mille ſeſtertios. Id obſervandum, ut conſtet honorarium Advocatorum, quod definiverat Claudius, adhuc uſitatum Ulpiani temporibus, nec Ulpianum & Tacitum ſibi eſſe contrarios. Tacit. *annal.* 11. *Capiendis pecuniis poſuit modum ad dena ſeſtertia.* Ulpian. *l.* 1. §.12. *in fin. ff. de extr. cogn. Licita autem quantitas intelligitur pro ſingulis cauſis uſque ad centum aureos.* Brummer. *ad l. Cinc. cap.* 6. Sed Imperator nihilominus, ut ſerviret propoſito unum aureum æſtimat mille ſeſtertiis, §.3. *Inſt. de ſucceſſ. libert.* Erat autem denarius nummus argenteus, ut & ipſe ſeſtertius. Plin. *lib.* 33. Ant. Auguſt.
13 2. *emend.* 8. Aureum quod attinet, vocatur & ſolidus ſemiſſium & tremiſſium intuitu ſcilicet, §.5. *Inſt. h. t. l.* 47. *ff. de ædil. edict.* Semiſſes enim dimidium, tremiſſes trientem illius auri habebant, quod erat in aureo.

Lam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Lamprid. *in Alexand. Vectigalia publica in id contraxit, ut qui* x. *aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiam partem auri præſtarent, hoc eſt, triceſimam partem. Tuncque primum ſemiſſes aureorum formati ſunt: tunc etiam, quum ad tertiam partem auri vectigal decidiſſet, tremiſſes, dicente Alexandro etiam quartarios futuros, quod minus non poſſet.* Si ad no- 14
ſtram monetam rem velimus exigere, valebit, ni fallor, aureus aut ducatum Hungaricum, aut duos Hiſpanicos ducatos cum ſemiſſe, ſi credendum Goveano ad *l.* 7. *ff. de juriſd.* Si quæras, unde poſſit hoc tam præ- 15
ciſe cognoſci. Dicam, quod iniri poſſit à monetariis ratio, cum cuſi ſint aurei ex libra auri regulariter ſeptuaginta & duo, *l.* 5. *C. de ſuſcept.* Conf. Gail. 2. *obſ.* 39. Sichard. *ad l.* 34. *n.* 5. *C. de donat.* Mornac. *ad l.* 11. *ff. de dol.* Porro aurei tres efficiebant ſtaterem, ut ait Pancirol. 1. *lect.* 70. Singuli ſtateres autem obolos ſive folles ducentos & decem, ut ait Pro- 16
cop. *in Arcan. hiſt.* Τῶν γὰρ ἀργυραμοιβῶν πρώτερον δέκα καὶ διακοσίους ὀβολοὺς, οὓς φόλεις καλοῦσιν, ὑπὲρ ἑνὸς στατῆρος χρυσοῦ προΐεσθαι τοῖς ξυμβάλλουσιν εἰωθότων. Folles hic ejuſmodi fortaſſis intelligit, 17
de quibus Marcellin. in *Chron.* loquitur: *Nummis, quos Romani Teruncianos, Græci Follærales vocant, Anaſtaſius Princeps ſuo nomine figuratis, placabilem plebi commutationem diſtraxit.* Duodecim tales efficiebant 18
ceratium. Cedren. *hiſt. tom.* 1. *in fin.* Κεράτια δὲ αἱ ιϐ φόλεις ὠνομάσθησαν, ἤτοι νοῦμμοι ἀπὸ νουμᾶ βασιλέως Ῥώμης, ὃς καὶ πρῶτος τοὺς ὀβολοὺς τῇ ἰδίᾳ εἰκόνι ἐχάραξε, καὶ νούμμους αὐτοὺς κατὰ τὸ ἴδιον ὄνομα ἐκάλεσεν. Conſtantin. *in leg. Georg.* Κεράτιον ἓν, ἤγουν φόλεις δώδεκα. Scholiaſt. *Baſilic. eclog.* 23. Χρὴ γινώσκειν, ὅτι τὸ ἓν κεράτιον φόλλεις εἰσὶ δώδεκα, ἤτοι μιλιαρισίου τὸ ἥμισυ, *Sciendum Ceratium* 19
folles eſſe duodecim, id eſt, Miliariſii ſemiſſem. Miliariſium erat nummus, qui dabatur militibus, *nov.* 105. Epiphan. Τὸ ἄργυρον τοῦτο ἐστιν, ὃ οἱ Ῥωμαῖοι μιλιαρήσιον καλοῦσιν, ὃ ἑρμηνεύεται στρατιωτικὸν δόμα. Cujac. *ad l.* 7. *C. de palat. ſacr. largit.* Fuit alius follis, qui nummus erat au- 20
reus ſeptem ſolidorum. *l.* 2. *C. de prætor.* Fuerunt etiam aurei, qui librali erant pondere, & multum mirabiles. Gregor. Turon. *lib.* 6. *hiſt. pr. Au-* 21
reos etiam ſingularum librarum pondere, quos imperator miſit, oſtendit, habentes ab una parte iconem imperatoris pictam, & ſcriptum in circulo, Tiberii Constantini perpetui Augusti: *ab alia vero parte habentes quadrigam & aſcenſorem, continenteſque ſcriptum,* Gloria Romanorum: *multa autem & alia ornamenta, quæ à legatis ſunt exhibita, oſtendit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

TEXTUS

§. V. *Nos autem per conſtitutionem noſtram hujuſmodi difficultates hominum reſecantes nec expectata juſſione Præſidum, diſpoſuimus, ſi facultates pupilli vel adulti uſque ad quingentos ſolidos valeant; Defenſores civitatum una cum ejuſdem civitatis religioſiſſimo Antiſtite, vel alias publicas perſonas, id eſt, Magiſtratus, vel Juridicum Alexandrinæ civitatis, tutores vel curatores creare: legitima cautela ſecundum ejuſdem conſtitutionis normam præſtanda, videlicet eorum periculo, qui eam accipiunt.*

COMMENTARIUS.

1. *De ſe cum loquuntur Principes, in plurali loquuntur.*
2. *Qui defenſores.*
3. *Juriſdictionem & imperium an habuerint epiſcopi.*
4. *Quis Juridicus Alexandriæ.*
5. *Tutores dativi an coacti ſatisdare.*

1 NOs autem. In plurali numero Juſtinianus hic loquitur, quod quilibet debet facere, qui repræſentat Rempublicam, dicit Chaſſan. *ad conſ. Burg. in pr.* Veteres tamen Principes & uſi ſunt ſingulari, *l. 1. C. de jur. & fact. ign.* ut obſervat Pancirol. 1.*var. lect.cap.*2. Cæterum non tollit hic Imp. §.4. ſed id tantum, quod ibi dixerat, magiſtratus non aliter quam juſſu Præſidum poſſe dare tutorem. Jus enim dandi non ademit Prætori, *l. 30. C. de epiſc. aud.*

Nec expectata. Id tantum requiritur, ut municeps à magiſtratibus detur tutor municipi, *l. 3. ff. de tut. & cur. dat.* niſi deſint municipes ad tutelam idonei in ea civitate, quam pupillus inhabitat, *l. 24. ff. eod.l.10. ff. de tut.*

Vſque ad quingentos. Quid ſi excedant? Tum Præſes eo caſu debet dare tutorem. Præſidis nomine venit etiam Proconſul. Veniunt etiam omnes, qui regunt provinciam, *l.1.ff.de offic.præſ.*

2 *Defenſores.* Magiſtratus erant in municipiis, qui plebem defendebant à potentiorum injuriis, tribunis plebis Romanorum non multum abſimiles, *l.2.l.3.l.4.l.5.l.9.§.1. C.de defens.civ.l.un.C.de offic. jur. Alex. l. in hac 30. C. de donat.*

An-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Antiſtite. Epiſcopo ſcilicet. Nudam tantum alioquin notionem 3
& audientiam habebat epiſcopus, *l.7.l.8. C.de epiſc.aud.nov.123.pr.§.1. & §.ult.* Cujac. *par.C.eod.* Rittersh. *ad Novell. part.1.cap.7.n.47.* Vinn. *de juriſd. cap.11.n.11.* Graswinck. *de jur. maj. cap.5.* Unde eſt illud, quod occurrit apud Sidonium 2. *epiſt.7. Namque ni fallor, ſupra Decemvirales, Pontificaleſque ſententias, ægritudini hujus prope interminabilis jurgii, ſola morum tuorum temperantia, ſolita judicandi ſalubritate medicabitur.* Vid. eund. 6. *epiſt.* 2. *&* 4. Sed quid ſi tutelam nolit tutor ſuſcipere? A defenſoribus, ni fallor, compelletur eam ſuſcipere, non ab epiſcopis. Mixtum enim imperium non eſt datum epiſcopis *d.l.* 8. Defenſoribus maxime, *l.7. C. de defenſ. civ. novell.* 15. *cap.6.§.1.*

Magiſtratus. Magiſtratus eſt perſona publica, quæ jurisdictioni præeſt, *h.§.l.1.l.2.l.10.ff.de juriſd.*

Juridicum. Præfectus Alexandriæ appellatur juridicus à jure dicundo, ut dixi ad §.2.*Inſt.de jur. nat. gent.& civ.* Primus eum Alexandriæ 4
ſublato ſenatu cæteriſque magiſtratibus, præfecit Auguſtus, cum cives animadverteret turbulentiſſimos, Alexandriam vero totius Ægypti potentiſſimam urbem, ſic ut poſſet ſubigere univerſam Ægyptum, qui Alexandriam victam in deditionem acciperet. Romanis autem Ægyptus, quæ mittebat frumentum, erat ingens ſubſidium. Ammian. Marcellin. *lib.* 22. *Alexandria eſt civitas, quæ ſuopte motu, & ubi cauſæ non ſuppetunt, ſeditionibus crebris agitatur, & turbulentis, ut oraculorum quoque loquitur fides.* Tacit. *annal.* 2. *Auguſtus inter alia dominationis arcana, vetitis niſi permiſſu ingredi ſenatoribus, aut equitibus Romanis illuſtribus, ſepoſuit Ægyptum: ne fame urgeret Italiam, quiſquis eam provinciam, clauſtraque terræ ac maris, quamvis levi præſidio adverſum ingentes exercitus inſediſset.* Add. Trebell. Pollion. *in Æmil.*

Legitima cautela. Satisdationem hic per cautelam intelligit, qua tu- 5
tores promittunt ſe geſturos tutelam ex utilitate pupilli, *l.1. & t. tit. ff. rem pup. ſalv. for.* Verum eſt quidem, quod tutores dativi non teneantur ſatisdare, *pr. Inſt. de ſatiſd. tut.* ſed id intelligendum, ſi magiſtratus majores tutores creaverint. A minoribus datus tenetur omnino, ut aperte docemur hic. Magiſtratus eam ipſe ſolebat exigere, & ſi non exegiſſet fortaſſis idoneam, pupillo erat obſtrictus in factum actione, quam & ſubſidiariam Imp. appellat in §.2. *Inſt. de ſatiſd. tut.* Propterea dicit hic: *periculo eorum, qui eam accipiunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

TEXTUS

§. VI. *Impuberes autem in tutela eſſe, naturali juri conveniens eſt: ut is, qui perfectæ ætatis non ſit, alterius tutela regatur.*

COMMENTARIUS.

NAturali juri. Id eſt, juri gentium, quod naturale vocatur, quia ratio naturalis inter omnes fere gentes id ipſum conſtituit, §. 1. *Inſt.de jur.natur.gent. & civ.* §.11.*Inſt.de rer.div.* Tutela juris gentium eſt quoad originem; quoad formam & incrementum eſt juris civilis, ut ſupra jam dictum §.1.*Inſt.de tut.* Cic.3.*in Verr.Habemus liberos parvos, incertum eſt, quam longa noſtrum cujuſque ætas futura ſit: conſulere vivi ac proſpicere debemus, ut illorum ſolitudo ac pueritia quam firmiſſimo præſidio munita ſit.*

TEXTUS

§. VII. *Cum ergo pupillorum pupillarumque tutores negotia gerant, poſt pubertatem tutelæ judicio rationem reddunt.*

COMMENTARIUS.

1. *Officium tutoris.*
2. *Quando tutor teneatur inventarium conficere.*
3. *Cujus impenſis.*
4. *Quæ in id referenda ſint.*
5. *Quid juris ſi inventarium ita nolit conficere, ut ſtatuta requirunt.*
6. *An præciſe requiratur, ut res æſtimatæ in id referantur.*
7. *Si lis ſit pupillo, quamdiu tutor eam perſequi debeat.*
8. *Condemnatus an de ſuo teneatur exſolvere.*
9. *An debitum liquidum poſſit remittere.*
10. *Si domi otioſam habeat pupilli pecuniam, quid juris ſit quæritur.*
11. *Quando currant uſuræ, ſi factus ſit reliquator rationibus redditis.*
12. *Pupilli nomine an litem poſſit perſequi ſine decreto.*
13. *An per ſe aut per alium poſſit aliquid emere ex bonis pupilli.*
14. *An ſine decreto poſſit immobilia inter pupillos dividere.*
15. *An ſine decreto hæc permiſſum ſit vendere.*
16. *Si decretum acceſſerit, an vendenda ſint publice.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

17. *Si non acceſſerit, an convaleſcat venditio, ſi minor major factus eam ratam habuerit.*
18. *Si alibi ſita ſint pupilli immobilia, quam ubi is habitat, à quo tum decretum interponi neceſſe ſit.*
19. *Niſi donationis acceptatio à pupillo ſit facta, donatio non valet.*
20. *Tutor non tenetur de leviſſima culpa, vel de caſu fortuito.*
21. *Nec tenetur ſi debitor, qui erat locuples eo tempore, quo credebat ipſi pecuniam, poſtea progreſſu temporis ſit facultatibus lapſus.*
22. *Finita demum tutela actione tutelæ experiri conceſſum eſt.*
23. *Intra annos triginta.*
24. *Sed apud Drenthinos tantum intra biennium.*
25. *Quid actio tutelæ.*
26. *In ſuis cauſis an experiri poſſit in judicio minor annis* XVII.
27. *Rationes adminiſtrationis ſi nondum ſint redditæ, tutor interim proviſionaliter condemnari non debet.*
28. *Nec tutor etiam, quod ſibi abeſt, poteſt recipere, ſi rationes adminiſtrationis nondum reddiderit.*
29. *Rationibus redditis & rationum volumina, & omnia inſtrumenta, quæ ad eas ſunt pertinentia, debent reddi pupillo.*
30. *Licet pandi noluerit, facultatum ſecreta, qui tutorem conſtituit.*
31. *Tutor debet reddere rationem accepti & expenſi in ſpecie.*
32. *Si ſatis conſtiterit de rationibus redditis, præſumendum etiam in caſu dubio, quod recte ſint redditæ.*
33. *An rationibus redditis poſſit tutor à pupillo poſtulare ſalarium.*
34. *Moribus hodie quando tutor debeat reddere rationem adminiſtrationis.*
35. *Ubi ea reddenda ſit.*
36. *An tutor habeat tacitam hypothecam in bonis pupilli, ut habet pupillus in bonis tutoris.*
37. *De jure Gallorum.*

Diligenter debet tutor adminiſtrare tutelam. Non debet 1 efficere, quæ debent omitti, nec debet omittere, quæ omnino facienda ſunt, *l. 1. pr. ff. de tut. & rat. diſtr. act.* Sic debet in univerſum curare negotia, ut nequid pupillus detrimenti accipiat. *Coſtuym. van Utrecht rubr.* 31. *art.* 5. Grot. 1. *man.* 8. Quotquot enim commiſſi ſunt alicujus tutelæ, tot ſunt ſacra depoſita,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

2 ſita, παρακαταθῆκαι, ut eſt apud Demoſthenem. Priuſquam tutelam adminiſtrandam ſuſcipiat, bonorum inventarium tenetur conficere, *l.7. pr. ff.de adm.& per.tut. Coſtuym.van Utrecht rubr.31. art.3. van Oudewater art.196. Oldeambſt-Lantr. lib.2.art.28.Lantr.van Hunſingo lib. 3.art.32. Ordonn.van Rynlant part.2.art.29.Keuren van de Weeskamer der Stadt Leyden art.23. van Amſterdam art.4. van Rotterdam art.14. van Alkmaer, Edam, Munnickendam tit.2. art.7.van den Briel art. 28. van Dordregt art.24. Ordonn. van Montfoort rubr. 8. art. 5. Lantrecht*
3 *van Drenthe lib.3.art.8.* Covarr. *var. reſol. lib.2. cap.14. n.4.* Neoſtad. *Cur. Holl.dec.20.* Ant.Fab. *Cod.lib.5.tit.25.def.* 1. Confectio debet fieri expenſis pupilli. Mev. *ad jus Lubec. tit. 7.art.13. n.17.* Sed nihil omni-
4 no in eo debet omittere. Quicquid pupilli eſt, quicquid habet aut poſſidet, ut & æs alienum in id debet referre, *l.ult. C.arb.tut. Ordonn.van de Weeskamer tot Dort art.34.* nec res tantum ſimpliciter, ſed & res æſtimatas. Facienda eſt æſtimatio à rerum peritis. Si iniqua ſit æſtimatio, nullius momenti eſt. Cenſetur iniqua, quæ omnium judiciis ut iniqua damnatur. Diverſiſſima enim ſunt judicia hominum, cum res æſtiman-
5 tur. Argentr. *ad conſ. Brit. art.477. gloſſ. 1.n.3.& 4.* Quod ſi is inventarium ita nolit conficere, vel, ſiquid ſuppreſſerit, damnatur in duplum, *l.ult. §. 10. C. de jur. delib. Weeskeuren der Stadt Leyden art.29. Coſtuym.van Antwerpen tit.43.art.34.Lantrecht van Drenthe lib.3.art.* 9. vel tanquam ſuſpectus à tutela repellitur *§.5.Inſt.de ſuſp. tut.* vel jus in re, quam ſuppreſſit,amittit,ſi ſit pater,aut mater, aut pupillorũ coheres, *Ordonn.van Rynlant part.2.art.28. Willekeur. van Amſterdam lib.1.tit. 4.art.5.* Atque ita judicatum eſt à Senatu Hollandiæ 10. *Novemb.*1666. *in der ſake van Hendrick ende Mayken Geurs contra Maritjen Bodeyn weduwe ende Boedelharſter van Gerrit Pieterſz Knuyſting.* Sim. à Leu-
6 wen *ad d. art.28.* Unum id tamen, ut res æſtimentur, non præciſe requiritur. Sæpe præconi enim ſubjiciuntur mobilia, præſertim ſi pupilli ſint deſtituti parentibus. Sim. à Leuwen *ad conſ. Rynl. art.32.& 34.* Te-
7 netur tutor prȩterea litem inchoatam & tueri,& perſequi, quamdiu ab eo nondum rationes ſunt redditæ, *l.negotiorum 24. l. tutor 27. l.ult. §.2.ff.*
8 *de appell.l.un. ff. ſi pend.app.mors int. t.tit. C.ut cau. poſt. pub.* Condemnatus tamen de ſuo non tenetur exſolvere. Nam nec executio fit ipſius in bonis, ſed in bonis pupilli, *l. 1. C. Qu. fiſc. vel priv. deb. ſui deb.conv.* niſi & auditus & condemnatus ſit iterum,ut ſolvat de ſuo, quod in litem expenſum eſt. Ant. Fab. Cod. *lib.7.tit.20. def.52.& lib.5.tit.23.def.5.*

Solet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Solet id fieri, ſi nullam habens litigandi cauſam ſatis probabilem litem intenderit, *l. non eſt ignotum* 6. *C. de admin. tut. l. meminerint* 6. §. 1. *C. und. vi.* Argentr. *ad conſ. Brit. art.* 486. *gl.* 1. De debito liquido non po- 9
teſt tutor remittere, *l. pactum curatoris* 22. *C. de pact.* Pupilli pecuniam domi otioſam non debet relinquere, ſed vel eam fœnerare, vel eam in emptionem prædiorum impendere, *l.* 7. §. *ſi poſt* 3. *&* §. *uſuræ* 11. *l. tutor* 15. *l. qui negotiationem* 58. §. 3. *ff. de adm. & per. tut. l.* 3. *C. de uſur. pup.* Mev. *ad jus Lubec. lib.* 1. *tit.* 7. *art.* 13. *n.* 31. Si neutrum hoc fecerit, ſo- 10
let plecti uſuris, *d. l.* 7. §. 3. Ita dicit Mornac. *ad l.* 2. *C. ſi tut. vel cur. int.* inter duos Lugdunenſes judicatum Pariſiis *Ann.* 1610. Solet plecti uſuris communibus ſcilicet, ut jam olim pronuntiatum eſt à Senatu Hollandiæ. Neoſtad. *deciſ.* 51. Et eo nihil eſt uſitatius ſublata per deſuetudinem *nov.* 72. *cap.* 6. *& auth. noviſſime, C. de admin. tut.* ut teſtantur Grot. 1. *man.* 9. §. *de penningen.* Sand. 2. *tit.* 9. *def.* 14. Reſp. Holl. *part.* 1. *conſ.* 117. Carpzov. *def. for. part.* 2. *conſt.* 11. *def.* 22. Groenew. *ad d. auth. noviſſime.* Mornac. *ibid. ad d. l.* 2. Sim. à Leuwen *cenſ. for. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 9. *Ordonn. van Amersfoort pag.* 70. *van Rynlant part.* 2. *art.* 37. *van de Weeskamer tot Leyden art.* 39. *van Alckmaer, Edam, Munnickendam, tit.* 8. *art.* 9. *van Rotterdam art.* 26. *van Middelburg art.* 37. *van den Briel art.* 24. *Coſtuym. van Antwerpen tit.* 43. *art.* 41. Nec tutor audiendus eſt, ut ibi docet Mornacius, cum dicit ideo ceſſaſſe pupillarem pecuniam, quod nomen idoneum invenire non poſſet, ſi arguatur eo tempore bene ſuam ipſius collocaſſe pecuniam, *l. tutor ſecundum* 13. §. 1. *ff. de adm. & per. tut.* Si collocare non poſſit, præſtat ut pecuniam tum apud acta deponat. *l.* 4. *C. de admin. tut.* Neoſtad. *ibid.* Neutrum ſi fecerit, ſolet plecti uſuris, quemadmodum dixi. Nec tenetur tantum, quod notabile, in 11
uſuras ejus pecuniæ, quam nec fœneravit, dum adminiſtrat tutelam, nec apud acta depoſuit, verum etiam præterea in uſuras ejus pecuniæ, cujus factus eſt reliquator rationibus redditis. Et ſi conſtet, quod eam in ſuos uſus converterit, uſuras debet ab eo tempore, quo rationes ſunt redditæ. Si non conſtet, ab eo tempore, quo aut fuit in mora, aut in jus eſt vocatus. Non enim ſtatim id ſequitur. Pecuniam non fœneravit, aut apud acta depoſuit, ergo eam tutor in ſuos uſus convertit. Sibi hoc imputet, qui ſui juris evaſit, quod eam non citius ſibi reddi curaverit, ut, cum quæſtio incidiſſet, pronuntiatum in ſupremo hujus Provinciæ reviſionis judicio *Ann.* 1647. 5. *Maji* in cauſa *van Reynier Loots als gemachtichde van Steven van der Hagen, en Willem van Nyenrode Oudt*

Sche-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Schepen en Curateur van den Boedel van Stephania van der Maet.

12 Porro ſine decreto, qui adminiſtrat tutelam, ſi cauſa ſit dubia, experiri non debet. *Ordonn. van Rynlant part.2.art.41. Weeskeuren der Stadt Leyden art.58. van Delft art.14. van Amſterdam art.45. van Dordregt art.70. van Rotterdam art.32.* Et in genere nihil ſerium, niſi auctore judice, in re pupillari tutor debet aggredi, ſi fieri poſſit, & velit ita ſibi quam optime conſuli. Id enim optimum appellatur conſilium in *l. pen. §. ult.*
13 *ff. de rit. nupt.* Et idcirco nec quicquam emere ex bonis pupilli nec per ſe, nec per alium, ipſi jure conceſſum eſt, niſi ſiquid forte publice diſtrahatur ſub haſta, *arg. l.5. §.2. & §.5. l.6. ff. de auct. tut. l. 5. C. de contr. emt. Lantrecht van Hunſingo lib.3. art.34.* Bald. *conſ.* 347. *lib.*4. Ant.Fab. *C. de auct. præſt. def.* 2. Quod enim fit palam, id licite factum, & bona fide præſumitur, quamvis ſit factum à perſona prohibita ait Molinæus *conſ.* 20. Atque ita judicatum etiam tradit Mornac. *ad d. l.* 5. *Ann.* 1610. 12. *Ianu.* Quintil. 5. *Inſt. orat. cap.* 10. *Ut ſi dicam bona mente factum: ideoque palam: mala, ideoque ex inſidiis, noctu, & in ſolitudine.* Vid. *l.*
14 *ult. C. arb. tut. l. ult. ff. de rit. nupt.* Guil. Forner. *ad l.* 33. *ff. de V.S.* Fundos quidem & immobilia tutori licet inter pupillos dividere, & valebit diviſio, etiamſi non acceſſerit magiſtratus decretum, præſertim ſi major, qui invitus in communione detineri non poteſt, *l. ult. C. comm. div.* diviſionem petierit, aut rixoſus ſit ſocius, vel diſſipator, aut prodigus, ſed ut ſibi nihilominus quam optime conſulat, præſtat ut accedat etiam magiſtratus auctoritas. *Ordonn. van de Weeskamer van Dordregt art.* 55. Mev. *ad jus Lubec. lib.* 1. *tit.*7. *art.*10. *n.*17. *& ſeqq.* Argentr. *ad conſ. Britan. art.*481. *gloſſ.* 1. *n.*7. Sim. à Leuwen *ad conſ. Rynl. part.* 2. *art.* 31.
15 Venditionem enim quod attinet, ſine decreto hæc celebrari non poteſt. Decretum autem à magiſtratu impetratur non aliter, quam ſi æris alieni id neceſſitas poſtulet, aut pupilli alioquin non ſit tantum in bonis, ut vivere poſſit, prout decet ingenuum, *l. 5. §. 14. l. pen. ff. de reb. eor. qu. ſub. tut. l. 12. C. de præd. min. Weeskeuren der Stadt Leyden art.* 34. *van Amſterdam art.42. van Rotterdam art.25. van den Briel art.103. van Alckmaer, Edam, Munnickendam tit.* 8. *art.* 15. 16. *Ordonn. van Rynlant part.* 2. *art.* 35. Hantveſt *van Graef Jan van Henegouwen Ann.* 1354. 24. *Aug. Sal die leſtlevende alle die goeden beſitten, ende gebruycken, ende die kinderen manlyck opvoeden, maer geen erfgoederen te verkoopen buyten conſent van den Heer, ende der kinderen twee ofte drie naeſte magen, in ſoo verre dat die kinderen onmondigh ſijn, ten ware by ſchulden,*

alſoo

alſoo dat gereede die ſchulden niet ſtrecken en mochte, dat ſoude ſtaen tot goetduncken van den gerechte. Sande *lib.* 2. *tit.*9. *def.*14. Si decretum ac- 16
ceſſerit, publice debet fieri venditio ſub haſta. Nec valet venditio, ſi non facta ſit publice. *l.* 1. *C. de fid. & jur. haſt. fiſc. junct. l.* 5. *C. de legib.* Grot. 1. *man.* §. *Maer onroerende.* Sed raro tamen Senatus, ſi privatim ſit facta, & conſtet, quod pupillo nihil damni contigerit, eam ſolet reſcindere, ut accepi judicatum à Supremo Senatu, qui eſt in Hollandia. *Ann.* 1599. 22. *Decemb. in de ſaeck van Meeſter Gysbert van Netſe, contr. Jooſt Henrickſe en Gerrit van Bracum.* Sim. à Leuwen *Rooms-Holl. Regt lib.*1.*cap.*16.*n.*9. Groenew. *ad Grot.d.loc.* Præſertim ſi acceſſerit vel contutoris auctoritas, vel ſaltem intervenerint proximiores amici, & pupillorum cognati, ut judicatum hic in ſupremo reviſionis judicio, *Ann.* 1667. 20. *Septemb. in cauſa van Anthonis van Weſtrenen, Capiteyn, en Juffr. Anna van Pellecorne, Wed. en Boedelharſter wylen Mr. Aernout van Weſtrenen.* Valet etiam venditio, etiamſi non acceſſerit magiſtra- 17
tus decretum, ſi minor jam major eam ratam habuerit, vel eam intra quinquennium non reſcindi petierit, *l. ult. C. ſi maj. fact. alien. fact.* ut deciſum in eodem illo reviſionis judicio, & *Ann.* 1633. 18. *Jul. in cauſa van Jacob Lambertſen van Bemmel, en Gerrit Hol woonende tot Vianen.* Dec. *conſil.* 209. *n.*4. Ant. Fab. *ad Cod. lib.* 5. *tit.* 39. *def.* 2. Sed multum 18
hic inſuper digladiantur interpretes, ſi alibi ſita ſint pupilli immobilia, quam ubi is habitat, à quo tum decretum interponi neceſſe ſit, utrum ab eo, ubi ſitum eſt prædium, an vero ab eo, in cujus eſt territorio domicilium pupilli. Videtur autem ſpectandum hic domicilium pupilli, ne demus interdum etiam minori ſine decreto alienandi licentiam, ibi nimirum, ubi minor fit major etiam anno vigeſimo, quo eſſet nihil abſurdius. Idem enim haberetur & minor & major, cum tamen non dubitetur, & nihil ſit certius, quin Ultrajectinus, qui Ultrajecti eſt minor, ejuſmodi maneat, quocunque ſe conferat. Statutum enim perſonale, ut eſt illud ipſum, quod definit ætatem, comitatur perſonam ubicunque terrarum, & ubicunque contraxerit. Argentr. *ad conſ. Brit. art.* 481. *gl.* 2. *n.* 4. Rodeburg. *de jur. qu. or. è ſtat. div. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *n.* 4. Cæterum, ni fallor, hinc clariſſime patet, quam ingenti ſollicitudine tutor, requiratur, ut tutelam ſuſcipiat. Si pupillo fiat donatio, cavere debet ſum- 19
mopere, ut acceptatio ab eo fiat. Alioquin erit irrita, *l.* 4. *l.* 10. *l. hoc jure* 19. §. 2. *ff. de donat. l.* 69. *ff. de reg. jur. l.* 8. §. 3. *ff. de bon. lib.* & ita quidem irrita, ut inanes ſint codicilli, quibus ejus omiſſæ à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

magiſtratu ſit venia,ut ad *d.l.2.C.ſi tut.vel cur.int.* ſcribit Mornac. pronuntiatum in purpuris *Ann.* 1603. 7. *Septemb.* pridie natalitiorum D.
20 Virginis, item *Ann.* 1608. menſe Auguſto. Siquid damni ipſius dolo vel levi culpa contigerit, totum id pupillo reſarcire compellitur, *l. 1. pr. ff. de tut. & rat.diſtr. act.* & ſi non ſervanda ſervaverit poteſt etiam conveniri de caſu fortuito, *l. ſi res pupillares C. de peric. tut.* Regulariter enim de eo non convenitur, *l.4. C.eod.d.l. 1.pr.l.23.ff. de reg. jur.l.5.§.*
21 *2. ff. commod.* Et idcirco ſi fœneraverit pupilli pecuniam,& eo tempore, quo collocavit, ſit nomen idoneum, progreſſu autem temporis, cui eam fœneravit, redigatur ad inopiam, ſecurus eſt nihilominus. Ita judicatum eſt à Senatu Hollandiæ *Ann.*1613. 18.*Decemb.in cauſa van Klaes Lottenſz Gaal, impetr. op ende jegens Henrick Backer gedaech.* Ita etiam judicatum hic in ſupremo hujus Provinciæ reviſionis judicio *Ann.* 1658. 13. *Aug. in cauſa van Herman Verwey als getrouwt hebbende Digna Adriaens van Nykoop impetr. en Dirck Janſſen van Dorſten gedaechde.* Sufficit ſi eo tempore, quo fœneramus pecuniam, vel hypotheca, vel nomen reperiatur ejuſmodi, ut bonus paterfamilias id arbitretur idoneum, cui citra periculum poſſit credi pecunia. Hartm. Piſtor. *lib. 1. quæſt.* 49.
22 *n.* 29. Sim. à Leuwen *Rooms-Holl. Regt. lib.1. cap.16. n.12.* Tutor ergo regulariter ſi vel lata vel levi ipſius culpa quid contigit, quod pupillo damnoſum eſt, convenitur propterea,ſed poſt pubertatem, ut Imp. hic dicit. Nam finita tutela demum reddit rationem,*l.4.pr.ff.de tut.& rat.*
23 *diſtr.* Si nolit eam reddere, pupillus, ut reddat, actione tutelæ poteſt eum compellere intra annos triginta,*h.§.& arg.l.3.C.de præſcr.30.vel 40.an.l.*
24 *1.§.1.C.de annal.exc.* Sed apud Drenthinos, qui à Grotio ſemper appellantur Tarantii in hiſtoriis Belgicis, intra biennium. *Lantrecht van Drenthe lib.3.art.10. Sullen dan oock gehouden ſyn binnen twee jaren, by aldien ſy ſich by de adminiſtratie haerder momberen bevinden verkortet, haer actie tegens den ſelven inſtitueren, of van hunne pretenſie verſteken*
25 *ſijn, ende daerna niet meer gehoort worden.* Actionem autem tutelæ directam intelligo,quæ eſt actio perſonalis pupillo competens adverſus tutorem, ut reddat rationem adminiſtratæ tutelæ, *§.2.Inſt.de obl.q.qu. ex contr.* Et pupillum cum dico,eum intelligo,qui fuit pupillus: nam,ut dixi, jam ſtatim, finita demum tutela actione tutelæ experiri conceſſum eſt, *d.l.4.* Quilibet autem, cum eſt ea finita,ad agendum admittitur,licet
26 nondum adhuc natus ſit annos ſeptendecim, *§.4. Inſt.de ſuſp. tut.* In ſuis enim cauſis experiri non impeditur minor annis ſeptendecim , modo accedat

cedat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

cedat curatoris auctoritas, *l.* 1. §. 1. *& 2. ff. de adm. & per. tut. l.* 4. *C. de*
auct. præſt. Inprimis autem tutorem ut reddat rationem, pupillus debet 27
compellere, ſi id, quod ſibi abeſt, conetur recipere. Quid enim illi abſit
conſtare vix poterit, quamdiu à tutore non eſt reddita ratio. Et idcirco
nec tutor etiam condemnandus eſt interim, ne fiduciarie quidem, ſive
proviſionaliter, ut vulgo loquuntur, ſi pupillo rationem paratus ſit red-
dere, ut olim judicatum à Senatu hujus Provinciæ *in der ſaecke van Ra-*
delant contra Strick. Nec aliter judicatum etiam à Senatu Friſiorum te-
ſtis eſt vir Ampliſſimus Jo. à Sande 2. *deciſ.* 9. *defin.* 12. Niſi forte pu-
pilli univerſum patrimonium ſit in manu tutoris, nam eo caſu non du-
bitatur, quin tutor ad alimenta condemnandus ſit interim, ne alioquin
pupillus laboret inopia. Ant. Fab. *Cod. arb. tut. def.* 5. Viciſſim & tu- 28
tor rationem adminiſtrationis compellitur reddere, ſi velit, quod ſibi
abeſt, à pupillo recipere, ſic ut ſi minor ſit reſtitutus in integrum adver-
ſus tranſactionem de reddendis rationibus cum tutoribus initam, cogi
non poſſit ad reddendam pecuniam, quam ex cauſa tranſactionis ab iis
eſt conſecutus. Eam enim interim tutor in rationes, quas redditurus eſt
poſtea, tenetur referre. Sic certe pronuntiatum eſt à Senatu Pariſiis
Ann. 1609. 29. *Decem.* ut ſcribit Mornac. *ad l. un. C. de reput.* Porro au- 29
tem rationes reddidiſſe non ſufficit, ſed tutela finita & rationum volumi-
na, & omnia debent etiam inſtrumenta reſtitui ad eas pertinentia, ut ſem-
per poſſit cognoſci, an recte ſint redditæ. Montan. *de tut. cap.* 38. *n.* 3.
& ſeqq. Atque ita judicatum etiam à Senatu Sabaudiæ. Ant. Fab. *Cod.*
arb. tut. def. 3. A Senatu hujus Provinciæ *Ann.* 1666. 31. *Jul. in cauſa*
van Henrick Jacob Tuyll van Serooskercken qual. qua, ende Johan Ca-
ſenbroot Heere van Ryneſteyn. Cujus præjudicium & ſecuti ſunt Ordi-
nes *Ann.* 1667. 21. *Auguſt.* Nec tutor etiam idcirco rationum redden- 30
darum neceſſitatem effugiet, quod expreſſe vetuerit, qui tutorem conſti-
tuit, ne ſuarum facultatum panderentur ſecreta. Non enim pupillum,
ſed extraneos tantum hæc prohibitio reſpicit, ut in eadem illa cauſa judi-
catum tum temporis, &, quod omnino notabile, deciſum etiam præterea
hæc quæ dixi procedere, ſi minor per matrimonium ſit major effectus, &
tutelam extingui, ſi contractæ ſint nuptiæ.

Sed notandum præterea, quod cum tutor reddit rationem accepti & 31
expenſi, præciſe requiratur, ut eam reddat in ſpecie. Ut rationem red-
dat in genere, id omnino non ſufficit. Pupillus utramque paginam ac-
curate debet evolvere, & ad ſingula capita debet animadvertere, quid tu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

tor præſtiterit, qua fide ſe geſſerit. Quod & ipſi tutori vel inprimis eſt utile, ut ſit tanto ſecurior. Si enim generaliter rationem reddiderit, & pupillus eum generaliter per acceptilationem liberatum dimiſerit, receptum eſt nihilominus, ut conveniri poſſit iterum. Poteſt enim acceptilatio, quoties generalis eſt, reſcindi facillime, *arg.l. ſub prætextu* 19. *& l. ſi de certa re* 31. *C. de tranſact.* Jaſon *conſil.*119. Caſtrens. *conſil.*379. *vol.* 1. Res erit clarior, ſi addamus exemplum, quod ad *l.* 19. ſtatim jam allegatam Fulgoſius retulit: Adoleſcens ab avunculo, qui tutelam adminiſtraverat, rationes exegerat, & rationibus redditis cum liberaſſet avunculum per acceptilationem factam generaliter, vidit ejus uxorem non longo poſt tempore ornatam monilibus, quæ cum didiciſſet fuiſſe matris ſuæ monilia jam pridem præmortuę, adit Fulgoſium, & quærit an non habeat hæc vindicandi licentiam. Negavit Fulgoſius acceptilationem illam arbitratus ſufficere, ſed Jaſoni hoc conſilium recte diſplicuit. Uſu enim hoc caſu frequentatur contrarium, ut Argentreus teſtatur ad *conſ. Brit. art.*477. *gloſſ.* 4. Nec quicquam eſt æquius *l.* 9. §. *qui per fallaciam*
32 2. *ff. de tranſact.* Quod ſi ſatis conſtiterit de rationibus redditis, præſumendum etiam in caſu dubio, quod recte ſint redditæ, niſi probet contrarium, qui læſum ſe aſſerit, *l.*30. *ff. de verbl.obl.* §. 16. *Inſt. de inut. ſtip.* Et ita ab Ordinibus judicatum *Ann.* 1645. 15. *Octob. in cauſa van Henrick Wegen als borge voor Peter Jacobſz Heeck, en Geertjen Henricks*
33 *wed. en Boedelharſter van Dirck Willemſz Sleup timmerman &c.* Sed ſiquis porro quæſiverit, an rationibus redditis poſſit tutor à pupillo poſtulare ſalarium, dicendum quod hodie non aliter apud nos illud poſſit exigere, quam ſi judex nominatim, cum tutelam ſuſciperet, id ipſi decreverit, cum alia lege eam nollet ſuſcipere. Sic enim Senatus hujus urbis conſtituit promulgato edicto *Ann.* 1623. 27. *Octob.* Atque ita judicatum etiam à Senatu Sabaudiæ. Ant.Fab. C. *de excuſ.tut.def.*1. Olim apud Romanos tutoris officium erat plane gratuitum, *l. qui ſine* 38. *ff. de neg. geſt.* & adhuc eſt Lubecæ, ubi tutor etiam ſimiliter prohibetur vel accipere vel expectare ſalarium. Mev. *ad jus Lubec. lib.*1. *tit.*7. *art.*14. Apud Hiſpanos autem id omnino non obtinet. Conſequuntur enim pro opera decimam fructuum, Luſitani vigeſimam. Mev. *d. loc.* Gutierrez *de tut. part.*3. *cap.*1. *n.* 11. Apud nos ſi ſalarium magiſtratus conſtituat, annuorum redituum vigeſimum quintum non debet nummum excedere, ut diſerte ſancitum *edict. Ann.* 1623. 27. *Septem.* Et, ni fallor, æquiſſimum, ne idcirco quid exigant parentes à liberis. *Ordonn. van Rynlant*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

lant part.2. art.23. Maynard. *6. deciſ.* 55. Grot. 1. *man.* 9. Sim. à Leuwen *cenſ. for. lib.*1. *cap.* 18. *n. ult.* Quod autem jam dixi de finita tutela, 34
quod tutor tum teneatur, ut reddat rationem, id hodie apud nos non eſt ita receptum. Singulis enim annis poteſt tutor compelli, ut reddat rationem. *Coſtuym. van Utrecht rubr.*31. *art.*1. *&* 4. *Ordonn. van Rynlant part.*2. *art.*44. Quod idem & Oldamtinis & Saxonibus placuit. *Saxiſch Lantrecht lib.*1. *art.*23. *Oldambſt Lantr. lib.*2. *art.*36. Sed apud Tranſiſulanos ſingulis bienniis debet ratio reddi. *Lantr. van Overyſſel lib* 2. *cap.* 4. §. 13. Apud Drenthinos, qui adminiſtrat tutelam, quotannis reddit rationem contutoribus cæteris, qui non adminiſtrant, pupillo vero non aliter, quam finita tutela. *Lantr. van Drenthe lib.*3. *art.*6. *&* 7. Velavos quod attinet, jus civile ſequuntur, *Lantr. van Veluwen rubr.* 29. *art.* 3. quo etiam nominatim & expreſſe ſancitum, ut tutor reddat rationem, 35
ubi geſſit tutelam, *l.* 1. *C. ub. de ratioc. ag. op.* Jure vero Gallorum, quod apud nos etiam in uſu eſt, apud judicem loci, qui eum creavit & tutorem conſtituit. Ita quater pronuntiatum à Senatu Pariſiis tradit Mornac. *ad d.l.*1. Semel autem ſimiliter à Senatu hujus Provinciæ, Montan. *de tutel. cap.* 39. *n.* 18. Add. Zypæ. *not. jur. Belg. de juriſd. verſ. ſed & tutela.* Groenew. *ad d.l.*1. Choppin. 2. *mor. Pariſ.* 7. *n.* 13. Ponamus jam porro, 36
quod rationes ſint redditæ, tutor autem ſit reliquator, & quia eſt obæratus, nec habet tantum in bonis, pupillo non poſſit ſolvere, pupillus quid faciet? Si durante tutela alienata ſint prædia, pupillus hæc revocabit per actionem hypothecariam. Habet enim ab initio tacitam hypothecam in bonis tutoris, *l. pro officio* 20. *C. de admin. tut.* licet tutor non habeat tacitam hypothecam in bonis pupilli. Choppin. 2. *de privil. ruſt. cap.* 5. *&* 3. *de mor. Paris.* 4. *n.* 16. Conceſſum pupillo non eſt etiam ſimiliter conceſſum tutori. Ne licet quidem retinere facultates pupilli pro conſequendis impenſis, quæ factæ ſunt interim, *l.* 25. §. 1. *ff. ſol. matr.* Choppin. *d. loc.* Ant. Fab. *Cod. de contr. tut. & ut. act. def.* 1. Sed Gallis, 37
cum id admodum durum videretur, placuit paulatim, ut hypotheca tutoris in bonis pupilli inciperet ab eo tempore, quo rationes ſunt redditæ, *arg. l. interdum* 5. *l. hujus enim* 6. *ff. Qu. pot. in pign.* Mornac. *ad l.* 2. *ff. de jur. & fact. ign. & ad l. un. C. rem. al. gerent. interd.* Placuit iis etiam, ut fundum gentilitium, quem tutor ſuis nummis pupilli ſui nomine ab extraneo redemit, tantiſper retineat, donec pretium receperit, ut ſcribit ita Pariſiis judicatum idem Mornac. *ad l. ult. C. commod.* Nihil enim jam retinet pro conſequendis impenſis, cum nec proprie hoc caſu in rem pupil-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

li impenderit; fuit enim fundus, quem redemit alterius. Cæterum quid juris ſit, ſi actio hypothecaria pupillo ſit inutilis, dicetur inferius.

TITULUS XXI.
DE
AUTHORITATE TUTORUM.

TEXTUS

Authoritas autem tutoris in quibuſdam cauſis neceſſaria pupillis eſt, in quibuſdam non eſt neceſſaria: ut ecce, ſiquid dari ſibi ſtipulenter, non eſt neceſſaria tutoris authoritas, quod ſi aliis promittant pupilli, neceſſaria eſt tutoris authoritas. Namque placuit meliorem quidem conditionem licere eis facere etiam ſine tutoris authoritate: deteriorem vero non aliter quam cum tutoris authoritate. Unde in his cauſis, ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, ut in emtionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depoſitis: ſi tutoris authoritas non interveniat, ipſi quidem, qui cum his contrahunt, obligantur: at invicem pupilli non obligantur.

COMMENTARIUS.

1. *Quid tutoris authoritas.*
2. *Quando requiratur tutoris authoritas.*
3. *Cur adiri non poſſit à pupillo hereditas ſine authoritate tutoris, etiamſi lucroſa ſit.*
4. *Præter auctoritatem requiritur interdum & decretum Prætoris.*
5. *An obligetur pupillus, ſi ſine tutoris authoritate contraxerit.*
6. *Quando pupillus ex contractu ſit locupletior.*
7. *An uxori etiam neceſſaria ſit mariti auctoritas.*
8. *Differentia inter maritum & pupilli tutorem.*
9. *Ut maritus alienare poſſit uxoris immobilia & ipſa invita, requiritur, ut ex ea jam ſuſceperit liberos.*
10. *Condemnato pupillo non fit executio in bonis tutoris, ſed poteſt fieri executio in bonis mariti, ſi condemnata ſit uxor.*
11. *Marito licet eligere vel mutare domicilium & invita uxore.*

12. *Etiam-*

12. *Etiamſi ſit cautum pactis antenuptialibus, ne ipſi id liceat.*
13. *Pupillo jam licet ſolvere & ſine decreto.*
14. *Sed peti poteſt iterum, quod ſine tutoris auctoritate ſolutum eſt.*
15. *Idem eſt, ſi uxori ſine mariti auctoritate ſolvatur.*
16. *Marito ignorante ſi uxor contraxerit, poteſt conveniri poſt mortem mariti.*

AUt tutor, quicquid agendum eſt, agit per ſe, aut præſtat 1
authoritatem pupillo agenti. Eſt autem authoritas, ejus approbatio, quod agit pupillus. Sed non ſemper requiritur tutoris authoritas. Quantum ad acquirendum attinet, 2
pupillus ea non indiget, aut quatenus conditionem ſuam facturus eſt meliorem, *h.pr.& l.11.ff. de acq. rer.dom. l.1.* §.3. *l.32.* §.*ult.ff.de acq. poſſ.* Deteriorem vero ſi faciet, omnino requiritur, *h.pr. &* §.1. *Inſt. h.t.* Grot.1.*man.*8.§.*de minderjarige.* Goris *ad Sand.de effeſt.c.*5.*n.*14.& 16. Donationem ergo accipere, ſtipulari, venari, vel fructus ex fundo, quem poſſidet bona fide, poteſt ſuos efficere, etiamſi non accedat tutoris auctoritas. Sed promittere, ſolvere, vel inire contractum, ex quo obligetur, 3
vel donare non poteſt, nec præterea etiam vel dare, vel accipere mutuum, vel adire hereditatem, etiamſi lucroſa ſit, niſi tutor nominatim authoritatem præſtiterit, *h.pr. &* §.1. §.2. *Inſt. Quib.alien. lic.vel n.* Nunquam enim obtingit hæc adeo luculenta, ut aut æs alienum, aut creditores non habeat, *arg.*§.5. *Inſt.de her.qual. & diff.* quibus heres obligatur ex vero contractu eadem actione, qua tenebatur defunctus, *arg. l.* 24.*ff. de V.S. nov.*48.*in præfat.*§.21.*Inſt.de leg.l.ult.C.de obl. & act. l. un.* C.*ut act. ab her. vel c. her.* Sed interdum etiam non ſufficit tutoris auctoritas. Præter 4
auctoritatem decretum requiritur, quoties eſt aliquid pupillo ſolvendum, *d.* §.2. *Inſt. Qu. al.lic.l.*25. C.*de admin.tut.* vel res ejus immobiles vendi neceſſe eſt, *l.*22. C.*eod.l.*1.*& t.tit. ff.de reb. eor.qu. ſub tut.t.tit.*C. *de præd.min.* Quo caſu tamen non ſimpliciter impetratur decretum. Ut æs alienum pupilli venditionem expoſtulet, vel inprimis requiritur, *l.* 5. §.14.*ff.de reb.eor.qu. ſub tut.l.*12. C.*de præd.min.* Atque ita pronuntiavit etiam Senatus hujus Provinciæ *Ann.*1577.2.*Mart.in cauſa van Gerrit de Reus en Louff van Haercoper.* An æs alienum autem tam graviter urgeat, facti eſt quæſtio, & idcirco Mornac. *ad l.*7. C.*de in int. reſt. min.* dicit id laudatiſſimum ſtatutum Ferrariæ, cujus meminit Salicetus *ad l.* 1.C.*de error adv.* ut contractus ſit irritus, quemcunque minor celebra-

verit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

verit magiſtratu abſente. Præcidit id litium nexus immenſos, ut ibidem is aſſerit. Sed dixi quod pupillus non poſſit contrahere, niſi accedat tu-
5 toris auctoritas. Quid ſi contraxerit? Claudicabit contractus. Pupillus non obligabitur, ſed is obligabitur, qui cum eo contraxit, *h.pr.in fin. l.obligari 9.pr.ff.de auct.tut.* Unde cautum expreſſe ſtatuto Dordracenſium *de re pupill.art.62. Ende ſoo wie met de voorſchreven Weeskinderen, ofte andere perſonen onder voogdye ende int weesboeck noch ſtaende, contraheerden, kochten, verkochten, leenden, ſpeelden, ofte borghden, ofte andere ſchulden maeckten met brieven ofte obligatien, ofte ſonder dien buyten conſent der Weesmeeſters, ende voochden als vooren, hooger dan twintich ſtuyvers, deſelve ſchult en ſal geen ſtadt grypen, nochte van weerden gehouden, noch recht daer over gedaen worden.* Quod ita tamen intelligendum, ut dicamus pupillum non obligari civiliter. Naturaliter enim ſemper & indiſtincte obligatur, etiamſi non acceſſerit tutoris auctoritas, *l.13.§.1.& ſeq.ff.de cond.ind. l.43. §. pupillus ff. de obl.& act.l.ſi pupillus 127.ff.de verb.obl.l.1.in fin.ff. de novat. l.25. §. heres ff. Qu.di.leg.ced. l.95. §.aditio ff.de ſolut.* Civiliter non item, niſi quaſi contraxerit, vel tutor authoritatem ſuam ipſi præſtiterit. *h.pr.l.46.ff.de obl.& act.l.1.pr. ff. de contr. tut. & ut act.* Recte vero negatur hic obligari ſimpliciter, quia obligatio naturalis non producit actionem, qua poſſit conveniri, *l.1.§.4.& 5.ff.de pact. l. 15.ff. de fund. dot.* Poteſt quidem conveniri, ſi factus ſit locupletior, ſed actionem illam producit tum D. Pii reſcriptum, *l.1.pr. l.5. pr.ff.de auct.tut.* quod fuiſſet ſuperfluum, ſi obligatio naturalis produceret actionem. Semper tantum naturaliter, ſive factus ſit locupletior, ſive non ſi locupletior, obligatur pupillus, *d.l.25.§.heres ff. Qu. di.leg. ced. d.l.95. §.aditio ff. de ſolut.* ſed ſi factus ſit locupletior, poteſt etiam conveniri, & quidem cum effectu, *d.l.1.d.l.5.pr.& §.1.ff. de auct.tut.l.3.§.pupillus ff. de neg. geſt. l.3.ff. commod.* non factus locupletior conveniri non poteſt, & quia tum efficaciter cum eo agi non poteſt, dicitur etiam obligari ne naturaliter quidem, *l. 41.ff. de cond. ind. l. 59.ff.de cond.ind.* Cujac.22.*obſ.*23. Merill.7.*obſ.*5. Bachov. *ad Treutl.*
6 *vol. 2. diſp. 8. th.6. lit.I.* Locupletior autem vocatur, qui vel rem adhuc habet, quæ alteri nimirum abeſt, vel aliquid ex illa re, *l.4.ff. de except.* ut clarius intelligetur, ſi ponamus exemplum: Sine tutoris auctoritate pupillus rem vendidit, an emptor eum poteſt cogere, ut tradat quod vendidit? Dicendum non poſſe, quia, ut habetur hic, non obligatur pupillus. Sed an non tenetur ergo reſtituere pretium, ne locupletetur cum alterius

jactu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

jacturá, *l.14.ff.de cond.ind.l.206. ff.de reg. jur.* Tenetur omnino, ſi vel pretium adhuc habeat, vel aliquid ex illo pretio, puta, ſi eo pretio rem aliquam comparaverit. Tum enim eſt locupletior, *d.l.4.* & proinde habet locum condictio ex lege & Divi Pii reſcripto, *d. l. 1. d. l. 5. pr. ff. de auct.tut.* Sed ſi illud vel incendio vel furto amiſerit, cum eo agi non poteſt, quia jam non eſt locupletior, & proinde nec habet locum vulgatiſſima regula: Nemo debet locupletari cum alterius jactura. Contra vero pupillus, ſi velit ſtare contractu, poteſt actione venditi emptorem compellere ad implendam emptionem. Obligatur enim is, qui cum pupillo contraxit, *h.pr.in fin.* Cæterum quod hactenus de pupillo jam dixi, 7
vulgo id etiam ad uxorem extenditur: nam nec uxor poteſt contrahere, ſi maritus diſſentiat, & idcirco cum maritus ſit tutoris inſtar uxori, neceſſaria eſt illi etiam mariti auctoritas. Coſtal. *ad l.28.ff. de pact.* Mornac.*ad l.18.ff.mand.*Herbaj.*rer.quot.cap.13.§.5.* Sand. *lib.2.tit.4.def.3.* Goris *ad Sand.de effeſt.cap.5.n.15.* Sed in eo eſt differentia, quod tutor 8
curare debeat, ut res pupilli ſit ſalva, & ſine decreto ejus immobilia alienare non poſſit, maritus autem immobilia alienare non tantum,ſed uxoris etiam patrimonium æri alieno univerſum poſſit obſtringere. Quod adeo verum eſt, ut pronuntiaverit Curia reditum annuum conſtitutum à marito, ſolvendum à vidua, etiamſi & uxor conſtitutum neſciſſet, & maritus eum conſtituiſſet ejuſmodi fœminę, quæ ſtupri cum eo erat perpetrati ſuſpecta, *Ann.1587. 8.April.in cauſa van Thymentgen Ott Brunenſz, en de weduwe van Jan Bruynings van Deventer.* Dico autem univerſum, quia nihil excipitur, cum & paraphernalia, & communioni exemta maritus non prohibeatur alienare, ſi velit, ut judicatum *Ann.* 1650. 29.*Maji*, in ſupremo hujus Provinciæ reviſionis judicio, *in cauſa van Louys van Malapert H. van Iutphaes,op en jegens Iohan en Thomas van der Marck.* Chriſtin.*ad leg. Mechl. tit.9. art.1. per tot.* Mornac. *ad l.21.C.de proc.* Neoſtad.*de pact.anten.obſ.9.in fin.*Rodebur.*de jur.qu.or. è ſtat. div. tit.1. cap. 1. & de jur.conj.tit.2.cap.1. n.4.* Sufficit, ſi maritus 9
jam ſuſceperit liberos. Orbo enim non aliter alienare permittitur,quam ſi uxor conſentiat, ut habetur expreſſe in hujus urbis ſtatutis, *rubr. van houwelyckſche voorwaerden art. 2.* & judicatum etiam ſimiliter in reviſionis judicio *Ann.* 1647. 29. *Jul. in cauſa van Johan en Thomas van der Marck, op en jegens Louys van Malapert Heere van Jutphaes ged.* Diſſ. Gelri, & nonnulli præterea, qui indiſtincte requirunt,ut & uxor conſentiat. Lamb.Goris *adverſ. tract. 3. part. 2. cap. 6. & tr. 4.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

§.26. Sed notandum etiam præterea, quod uxor & pupillus non ubique conveniant. Pupillus enim, ſi contraxerit ſine tutoris auctoritate, non convenitur, etiamſi aut pubes, aut curatione finita jam major evaſerit, *h.pr. junct. l.29. ff.de reg. jur.* Contra vero cum effectu, ſi ſolutum ſit matrimonium, uxor aut ejus heres ad ſolvendum compellitur. *Coſtuym. van Utrecht rubr. 22. art. 5.* Et ſic olim etiam pronuntiatum à Senatu hujus Provinciæ *Ann.* 1585. 20. *Decemb. in cauſa van Herman van*
10 *Dompſelaer en Job Elberts.* Condemnato pupillo non fit executio in bonis tutoris, *l.* 1. C. *Qu. fiſc. vel priv. deb. ſu. deb.* ſed poteſt fieri executio in bonis mariti, ſi condemnata ſit uxor, licet facta ſit condemnatio adhuc ante conjugium, ut olim ita judicatum à Senatu Hollandiæ *Ann.* 1549. 28. *Maji.* Papegaey *cap.* 4. *pag.* 83. Et idcirco ſpecialiter pactis antenuptialibus caveri oportet, ne alter conveniatur ex contractu alterius ante nuptias jam inito. Valet enim hoc pactum & ſortitur effectum, ſi nimirum excluſa ſit bonorum communio, *novell. conſt. Ultraj. art.* 6. Grot. 1. *man.* 5. *verſ. Hoewel.* Neoſtad. *de pact. anten. obſ.* 18. *&* 19. Abr.
11 à Weſel *ad d. art. n.* 16. *& ſeqq.* Sequi tutorem, ſi transferat domicilium, pupillus non cogitur, *arg. l.* 1. *& t. tit. ff. &* C. *ub. pup. educ. vel mor. deb.* Sed ſequi uxor maritum, quocunque conſtituat domicilium, compellitur, niſi fiat is leproſus, aut vagabundus, aut hiſtrio, *c. cum caput* 15. *c.* 38. *qu.* 5. Covarr. *de matrim. part.* 2. *cap.* 7. *n.* 5. Mornac. *ad l.* 8. *C. de op. libert.*
12 Rodeburg. *de jur. qu. or. è ſtat div. tit.* 2. *part.* 2. *cap.* 1. *n.* 2. *&* 3. Viri eſt gubernare & eligere domicilium, etiamſi ſit cautum pactis antenuptialibus, ne ipſi id liceat. Sequi nihilominus tenetur uxor maritum, quia pactum evertens maritalem reverentiam nullius momenti eſt, *l.* 14. *ff. ſol. matr.* Quod ſi ſequi noluerit, nec maritus ipſi tenebitur præſtare alimenta, cum uxor regulariter teneatur ad duo, ad obſequia & dotem, ut eſt apud Surd. *tr. de aliment. tit.* 7. *qu.* 16. *n.* 11. *& ſeqq.* Atque ita judicatum etiam in ſupremo hujus Provinciæ reviſionis judicio *Ann.* 1641. 18. *Maji, in cauſa van Juffr. Sara de Trucquet impetr. en verweerderſche à minima ter eenre, en Louys de Malapart gedaech. en impetr. ter and. ſijde.*
13 Sed quod dixi requiri etiam magiſtratus decretum, cum pupillo quid ſolvitur, §. 2. *Inſt. Qu. alien. lic.* jam ab uſu receſſit. Sola jam ſufficit tu-
14 toris auctoritas. Maynard. 3. *deciſ. Tholoſ.* 53. Quæ ſi non adſit, non valet ſolutio, ſed ſolvendum eſt iterum, niſi quatenus pupillus eſt factus locupletior. *Ordonn. van de Weeskam. tot Dordrecht art.* 63. *Niemant ſal mogen betalinge doen aen de Weeſen, ofte den genen, die onder Vooghdye ſtaen,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſtaen , van ſchulden diemen hen ſchuldich mochte weſen : op peyne van noch eens te moeten betalen aen de Vooghd ofte Curateur, niet tegenſtaende hy daer af hadde Schepene quitantie. Aen welke tweede betalinge hy niettemin ſal mogen korten ofte inhouden , ſo vele als de weſen door d'eerſte betalinge gelocupleteert ofte rijcker geworden ſijn. Et hactenus etiam uxor 15
à pupillo non differt. Cum uxori quid ſolvitur , requiritur , ut adſit & mariti auctoritas. Ea deficiente non liberabitur debitor , ſed maritus eum iterum recte conveniet, licet uxor eum apocha ſecurum dimiſerit, ut pronuntiatum à Curia *Ann.* 1550. 22. *Sept. in cauſa van Aert Aertſen van Steen, en Geerloff Aelbertſen, item Ann.* 1591. 1. *Febr. in cauſa van Aert van Harwys , en Jor. Balthaſar van Buyren.* Quod autem con- 16
veniri poſſit , ſi ſolutum ſit matrimonium , quæ maritus dum viveret, conveniri non poterat , non mirandum eſt adeo, cum & morte donantis convaleſcat donatio, quam pater fecit filio , aut maritus uxori, licet quamdiu vixerint pater & maritus, ſit nullius momenti, *l.*23.*l.*32.*pr.*§.1. *& ſeqq. &* §.23.*ff.de don.int.vir.& ux.l.*25.*C.eod.junct.l.*3.§.10.*ff.eod. l.*1.§.1.*ff.pr. don.* Bachov. *ad Treutl. vol.*2. *diſp.*19.*th.*4. Rodeburg.*de ſtat. diverſ.tit.*4.*cap.*1.*n.*8. Sand.2.*deciſ.*4.*def.*3.

TEXTUS

§. I. *Neque tamen hereditatem adire, neque bonorum poſſeſſionem petere, neque hereditatem ex fideicommiſſo ſuſcipere aliter poſſunt, niſi tutoris authoritate (quamvis illis lucroſa ſit) ne ullum damnum habeant.*

COMMENTARIUS.

1. *An differant hereditas & bonorum poſſeſſio.*
2. *An aditio hereditatis ſit quaſi contractus.*
3. *Cenſentur una perſona defunctus & heres.*

Hereditas definitur in *l.* 24. *ff. de V.S.* Bonorum poſſeſſio in *l.*3.§.2.*ff.de bon. poſſ.* Quæ definitiones licet verbis inter ſe 1
differant, re tamen conveniunt. Tantundem enim præſtat bonorum poſſeſſio, quantum hereditas. Hereditas eſt nomen & vox juris civilis. Bonorum poſſeſſio vero juris prætorii, *pr. Inſt. de bon. poſſ. l.* 1. *&* 2.*ff. eod.* Cujac. 4. *obſ.*16. Sed cum pupillus, ut dixi, obligetur etiam civiliter ex quaſi contractu, etiamſi non accedat tutoris auctoritas, *l.*46.*ff.de obl.& act.l.*1.*pr.ff. de contr.tut.& ut.act.* cur adiri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ri à pupillo non poteſt hereditas? Aditio hereditatis eſt quaſi contractus,
2 §. 5. *Inſt. de obl. qu. ex qu. contr.* Sed dicendum, quod aditio certo reſpectu ſit quaſi contractus, quatenus nimirum ad præſtanda legata heres legatariis obligatur adeundo, *d.* §. 5. Revera alioquin aditio eſt modus, quo acquiritur nobis hereditatis dominium, §. 5 *&* §. 6. *Inſt. de her. qual. & diff. l. 1. l. 8.* §. 1. *l. 54. l. 67. l. 82. ff. de acq. her.* Cum autem, qui adiit, creditoribus hereditariis non ex quaſi contractu, ſed ex vero contractu cenſeatur obſtrictus, ex eodem nimirum, quem inivit defunctus, neceſſario requi-
3 ritur, ut tutor fiat auctor, cum adit pupillus. Cenſetur enim, cum adiit, inivisse contractum, quem inivit defunctus, *arg. nov.* 48. *in præf.* De extraneorum hereditatibus loquor. Patri enim pupillus ipſo jure fit heres, *l. 8. pr. ff. eod. de acq. her.* §. *ſui* 2. *Inſt. de her. qual. & diff.* Patri cujus eſt poteſtati ſubjectus.

Ne ullum damnum habeant. Ita hic Mynſing. Ferret. Accurſ. Sed Vinn. & Bachov. *h. nec ullum damnum habeat,* ſecuti Theophilum, & Cajum in *l. 9.* §. 3. *ff. h. t.* Verba Theophili: εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐπικερδὲς ὑπάρχει τὸ φιδεικομμίσσον, καὶ οὐδεμίαν ἔχει ζημίαν ἐν ἑαυτῷ.

TEXTUS

§. II. *Tutor autem ſtatim in ipſo negotio præſens debet author fieri, ſi hoc pupillo prodeſſe exiſtimaverit. Poſt tempus vero, vel per epiſtolam, aut per nuntium interpoſita auctoritas, nihil agit.*

COMMENTARIUS.

1. *Ad l. 25.* §. 4. *ff. de acq. her.*
2. *Notatur Marcilius.*
3. *Mores hodierni.*

1 Nihil operatur ergo ratihabitio, *l. 1. in fin. ff. de tut. l. 1.* §. 1. *l. 3. l. 9.* §. *tutor ſtatim ff. h. t. l. pupillus* 11. *ff. de acq. rer. dom. l. 7.* §. 1. *ff. de reſc. vend.* Vulgo quidem objicitur *l. 25.* §. 4. *ff. de acq. her.* Sed & vulgo jam notum eſt verbum ibi præteritum pro præſenti accipiendum. Perfecto negotio, pro eo negotio, quod adhuc perficitur, ut recte Hotom. *h.* Nec debet etiam inſolens hæc videri reſponſio; præſens enim interdum & pro præterito ponitur, & verbum erit pro fuit, *l. 123. ff. de V. S.* Alioquin illa verba *perfecto negotio* poſſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſunt etiam, ni fallor, hic intelligi proprie, quatenus juſſus quidem ejus, qui habet in poteſtate, aditionem hereditatis debet præcedere, tutoris autem auctoritas recte præſtatur & ſtatim in continenti poſt perfectum negotium. Verba enim *poſt tempus* longius duntaxat hic intervallum excludunt, *arg. l. nunquam* 31. *ff. de uſucap.* Facit, quod Ulpian. in *l.* 1. *in fin. ff. de ſolut. in re præſenti*, quod eſt idem ac ſi dicerem, in ipſo negotio, ſic interpretatur, ſtatim poſtquam eſt perfectum negotium. Cujac. 13. *obſ.* 31. Donell. 3. *comm.* 13. Bachov. *ad Treutl. vol.* 2. *diſp.* 8. *th.* 6. *lit. E.*
Præſtat ita dicere, quam ſequi hic in not. Theod. Marcilium, qui refra- 2
gantibus libris putat vel inſerendam particulam *non*, vel legendum alioquin, *infecto negotio*. Sed quid ſi actus initio interponatur tutoris auctoritas? Valiturum nihilominus non inepte quis dixerit, modo tutor pupillo rationem & formam contrahendi præſcripſerit, *arg. l.* 1. *in fin. ff.*
de ſolut. junct. l. 21. *C. de uſur.* Bachov. *d. loc.* Hodie vero quin valeat 3
etiam poſt tempus interpoſita tutoris auctoritas, nullum eſt dubium. Retro enim jam trahitur omnis ratihabitio. Groenew. *h.* Sim. à Leuwen *cenſ. for. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 10.

TEXTUS

§. III. *Si inter tutorem pupillumque judicio agendum ſit: quia ipſe tutor in rem ſuam author eſſe non poteſt: non prætorius tutor, ut olim, conſtituitur, ſed curator in locum ejus datur: quo curatore interveniente judicium peragitur, & eo peracto curator eſſe deſinit.*

COMMENTARIUS.

Regulam, quæ habetur hic, quod tutor in rem ſuam author eſſe non poſſit, ſic explicuit Ulpian. in *l.* 1. *ff. de auct. tut.* ut in iis tantum caſibus ſibi locum inveniat, quibus is principaliter in rem ſuam ſit auctor, non autem in iis, quibus per conſequentiam. Sed ut tutor habeat cum pupillo controverſiam, id jure noviſſimo vix poteſt contingere, quia Juſtinianus ſpecialiter vetuit pupilli debitorem aut creditorem admitti ad tutelam pupilli, *nov.* 72. *cap.* 1. ſic ut ſi debitor diſſimulaverit debitum, amittat actionem, *d. nov. cap.* 4. niſi ſit debitum prorſus exiguum. Bach. *ad Treutl. vol.* 2. *diſp.* 8. *theſ.* 4. *lit. C.* Verum tamen erit, quod Imp. hic dicit, ſi durante tutela tutor pupilli debitor aut ejus creditor fiat, præſertim ſi ſit unus tantum tutor pupilli, *d. nov. cap.* 2. Si enim ſint plures, unius ex cæteris auctoritas ſufficit, *arg. l. ult. C. h. t.* Quod adeo verum eſt, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ut tutor etiam honorarius abſentibus cæteris poſſit auctoritatem accommodare pupillo, *l.49.ff.de acq.her. junct. l.4.ff. h.t.* Honorarium dico, qui non adminiſtrat *l.3.§.2.ff. de adm. & per.tut.* Varie Interpp. Cujac. *tr.4. ad Afric. in explic. d.l.49.* Duaren. *ad h. t. ff. de auct. tut. cap.3.& ad tit. ff.de acq.her.cap.4.* Tulden. *ad tit. C. de auct. præſt.n.1.*Wiſſenb. *part.1. exerc. ad Pand. diſp. 51. th.12.*

TITULUS XXII.

Quibus modis tutela finitur.

TEXTUS

Pupilli pupillæque, cum puberes eſſe cœperint, à tutela liberantur. Pubertatem autem veteres quidem non ſolum ex annis, ſed etiam ex habitu corporis in maſculis æſtimari volebant. Noſtra autem Majeſtas dignum eſſe caſtitate noſtrorum temporum exiſtimans, bene putavit, quod in fœminis etiam antiquis impudicum eſſe viſum eſt, id eſt, inſpectionem habitudinis corporis, hoc etiam in maſculos extendere. Et ideo noſtra ſancta conſtitutione promulgata, pubertatem in maſculis poſt annum decimum quartum completum illico initium accipere diſpoſuimus: antiquitatis normam in fœminis bene poſitam, in ſuo ordine relinquentes, ut poſt duodecim annos completos viri potentes eſſe credantur.

COMMENTARIUS.

1. *Utrum tempus hic naturaliter, an civiliter computetur.*
2. *An in uſu apud veteres obſcœna inſpectio.*
3. *Refutatur Rævardus.*
4. *Juſtinianus Imp. doctiſſimus.*
5. *Nativitatis ſcriptura.*
6. *Tutela finita an ſimul etiam finitum tutoris officium.*
7. *Mores hodierni.*
8. *Fabri & aliorum de Rævardo judicium.*

VAriis modis ſed inprimis pubertate tutela finitur, quæ poſt
completum annum decimum quartum contingit in maſ-
1 culis, in fœminis duodecimum, ut Imp. hic dicit. Dico *com-
pletum*, quia ultimum diem anni decimi quarti, aut anni
duo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

duodecimi attigiſſe non ſufficit. A momento ad momentum computatur hic tempus, non autem civiliter, *l.ult.C.Qu.tut.vel cur.eſſ.deſ.* Quod enim ſcripſit Coſtalius ad *l.* 3. §. 3. *ff. de min.* in favorabilibus diem ultimum cœptum pro completo haberi, id omnino evertitur per *l.* 1. §. *initium* 3. *ff. de poſtul.* §. 5. *Inſt. Qu. & ex qu. ca. man. junct. l.* 13. *ff. de man. vind.*

Inſpectionem. Utrum honeſtam, an obſcœnam inſpectionem hic 2
Imperator intelligat, controvertunt Interpretes. Negat Rævardus 4. *var.* 10. hic obſcœnam intelligi. Sed tanti non ſunt, quæ ab eo addu- 3
cuntur, ut propterea Juſtiniani elevetur auctoritas, qui hic plane contrarium non obſcure ſignificat, *h. pr. verb. caſtitate noſtrorum temporum,* & *verb. quod in fœminis etiam antiquis impudicum eſſe viſum eſt.* Oris enim inſpectio & formæ totius corporis, quam Rævardus intelligit, impudica non dicitur. Add. *l.*4. *C.Qu. teſt. fac. poſ. l.* 32. *pr. ff. de min.l.*3. *C. ſi min. ſe maj. dix.* Quintil. *decl.* 279. *Poſtea nudari filium, atque in conſpectu judicum conſtitui cogit.* Quid quod Juſtinianus adhuc clarius loquatur *l. ult. C. Qu. tut. vel cur. eſſ. deſ. Indecoram obſervationem in examinanda marium pubertate reſecantes &c.* & *ibid. in fin. indagatione corporis inhoneſta ceſſante.* Sed Iuſtiniano Rævardus non credendum exiſtimat. Rudi & illiterato principi, dicit, Tribonianus impoſuit. Quod omnino ridiculum. Puto Juſtinianum cujus ætas propius ad antiquitatem acceſſit, & quo adhuc imperante tot Auctorum volumina nondum erant deperdita, quid olim obtinuerit, habuiſſe cognitius, quam Rævardus id habuit, deceptus à Suida, dum Juſtinianum literatiſſimum Principem illiteratum exiſtimat. Procop. 3. *Gotth.* Κάθηται ἀφύλακτος 4
ἀεὶ ἐπὶ λέσχης τινὸς ὁμοῦ τοῖς τῶν ἱερέων ἐσχατογέρουσιν, ἄχετον ἀνακυκλεῖν τὰ χριστιανῶν λόγια σπουδὴν ἔχων, *Perpetuo ſine cuſtodibus deſidet ad multam noctem in Muſæo cum ſenioribus quibuſque ſacerdotibus, attentiſſimo ſtudio arcana Chriſtianorum dogmata inveſtigans.* Victor Tununenſis: *Poſt Conſulatum Beliſarii anno ſecundo. Juſtinianus Imperator libros de incarnatione Dominica edidit, & Illyricianos epiſcopos ad ſubſcribendum coëgit.* Alemann. *not. ad Procop. Arcan. Hiſt. p.* 83. Quæ autem ex Macrobio & Tertulliano Rævardus citavit ad teſtimonium, non multum efficiunt. Tertull. *lib. de veland. virgin. Tempus etiam ethnici obſervant, ut ex lege naturæ jura ſua ætatibus reddat. Nam fœminas à duodecim annis, maſculos vero à duobus amplius ad negotia mittunt.* Macrob. *lib.* 1. *in Somn. Scip. Poſt an-*

nos bis ſeptem ipſa ætatis neceſſitate pubeſcit. Tunc enim moveri incipit vis generationis in maſculis, & purgatio fœminarum. ideo & tutela puerili quaſi virile jam robur abſolvitur, de qua tamen fœminæ propter votorum feſtinationem maturius biennio liberantur. Juſtinianus enim non negat pubertatem etiam apud veteres æſtimatam ex annis, ſed negat eam æſtimatam duntaxat ex annis. *Non ſolū ex annis*, dicit, *ſed ex habitu corporis æſtimari volebant.* Ipſe eam tantum juſſit æſtimari ex annis. Sed quid ſi alicujus ætas vocetur in controverſiam? Ad tabulas profeſſio-
5 num tum inprimis recurritur, *l.* 1. *C. ſi min. ſe maj. dix.* Nativitatis ſcripturam Modeſtinus appellat, *l.* 2. §. 1. *ff. de excuſ. tut.* Veteres enim filios & eorum natales apud acta profeſſi, *l.* 16. *l.* 29. §. 1. *ff. de probat.* Capitol. *in Gordian. Filium Gordianum nomine Antonini & in ſenatu illuſtravit, & cum apud Præfectos ærarii, more Romano, profeſſus filium publicis actis ejus nomen inſereret.* Apulej. 2. *apolog. Pater natam ſibi filiam more cæterorum profeſſus eſt; tabulæ ejus partim tabulario publico, partim domo adſervantur.* Lipſ. *in lib.* 5. *ann. Tacit.* Briſſon. 1. *ſelect. antiq.* 5. Guil. Forner. 1. *ſelect.* 24. Mornac. *ad l.* 7. *C. de in integr. reſt. min.* Pan-
6 cirol. 2. *lect.* 49. Cæterum licet tutela pubertate finiatur, ea tamen non finitur tutoris officium. Curatoribus conſtitutis demum finem id accipit, *l.* 33. §. 1. *ff. de adm. & per. tut.* Atque ita judicatum à Senatu Sabaudiæ. Ant. Fab. *Cod. lib.* 5. *tit.* 29. *def.* 2. Et idcirco debet tutor admonere pupillum, qui jam factus eſt pubes, vel ut dicit Sueton. *in Claud. cap.* 2. qui recepit tutelam, ut petat ſibi curatores conſtitui, *l.* 5. §. 5. *ff. cod. l. admone* 7. *C. Qu. pet. tut.* Quicquid enim fit poſt finitam tutelam, fit tutoris periculo, donec minor à magiſtratu curatores acceperit, *l. un. C. ut cau. poſt pub. adſ. tut. l. ult. C. de peric. tut.* Ræyard. 1. *var.* 17. Argent. *ad conſ.*
7 *Brit. art.* 488. *gl.* 2. Moribus hodie qui pupilli eſt tutor, ipſius etiam curator eſt, quoad annum vigeſimum quintum exceſſit. Goris *adverſ. tr.* 4. §. 14. Fit quidem pubes poſt annos quatuordecim, & idcirco non prohibetur tum contrahere nuptias. Sed tamen tutela non liberatur propterea. Cura & tutela jam non amplius differunt. Bachov. *ad Treutl. vol.* 2. *diſp.* 8. *th.* 8. *lit. D.* Grot. 1. *man.* 7. §. *Van outs.* Abrah. à Weſel *ad nov. conſt. Ultraj. art.* 13. *n.* 5. Heuſdæ tamen id dicitur vetuſtiſſimi moris, ut major ſit maſculus natus annos octodecim. Sim. à Leuwen *Rooms Holl. Recht. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 3. Quemadmodum filii Electorum Germaniæ fiunt etiam majores nati tot annos. Bachov. *ib.* Sed quod magis notandum eſt Calcariæ maſculus anno duodecimo liberatur tutoribus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ribus, ſiquidem velit, vel ut verba loquuntur, *ſo is by mundich of by will*. Gerh. Feltmanni *de jur. in re cap.* 19. *n.* 6. Rævardum porro 8
quod attinet, eum magis acutum, quam in juriſprudentia ſatis ſolide exercitatum Pet. Faber exiſtimat. Cujus opinioni & judicio ſubſcribunt Amaya 3. *obſ.* 5. *n.* 34. Oſwald *ad Donell. lib.*3. *cap.*7. *lit. A.*

TEXTUS

§. I. *Item finitur tutela, ſi adrogati ſint adhuc impuberes, vel deportati. item ſi in ſervitutem pupillus redigatur, vel ſi ab hoſtibus captus fuerit.*

COMMENTARIUS.

TUtela finitur pubertate non ſolum, ſed & morte tutoris aut pupilli extinguitur; naturali non tantum, verum etiam civili. Nec enim eſt tutor, aut eſt in tutela, qui vita conceſſit, & omnes illi etiam, qui moriuntur civiliter, amittunt tutelam, quæ eſt juris civilis, quod ad formam, ut dixi. Moriuntur autem civiliter in ſervitutem redacti, *l.* 219. *ff. de reg. jur.* & deportati à principe, *l.*4. §.2. *ff. de bon. lib. junct. l.*2. *ff. de pœn. l.*63. §. *ult. ff. pro. ſoc.* Tutor ut deportetur, aut redigatur in ſervitutem poteſt facile fieri. Pupillus autem ut deportetur, vix aliter accidit, quam ſi proximus pubertati jam ſe ſciat delinquere, §. *pen. Inſt. de obl. qu. ex del. naſc. l.*3. §. 1. *ff. de inj. l. impuberem* 23. *ff. de furt. l. excipiuntur* 14. *ff. de SC. Silan. l.*111. *ff. de reg. jur.* Exemplum autem, quo pupillus in ſervitutem redigitur, vix aliunde poteſt peti, quam ex *l.* 2. *C. de liber. & eor. lib.* ſi revocet libertum patronus in ſervitutem propter ingratitudinem. Nam pupillus ſemetipſum non poteſt diſtrahere, *arg.* §. 4. *Inſt. de jur. perſ.* & adduci non poteſt exemplum ejus, qui eſt captus ab hoſtibus, quia Juſtinianus redactum in ſervitutem hic ſeparat ab eo, qui eſt captus ab hoſtibus. Eo autem caſu, quo tutor aut pupillus potiti ſunt hoſtium, tutela non ſemper in perpetuum finitur, ſed interdum ad tempus, ut & ſupra jam dictum, §.2. *Inſt. de Attil. tut.*

TEXTUS

§. II. *Sed & ſi uſque ad certam conditionem datus ſit tutor teſtamento, æque evenit, ut deſinat eſſe tutor, exiſtente conditione.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

COMMENTARIUS.

TEmpus eſt modus, quo tutela finitur, *h. §. pr. & §. 5. Inſt. h. t.* Sed tempus non eſt modus, quo obligatio finitur, quæ ex adminiſtratione tutelæ deſcendit. Certis enim modis obligatio finitur, quorum quidam enumerantur, *tit. Inſt. Qu. mod. toll. obl.* inter quos non eſt tempus, quia ad tempus deberi non poteſt, *§. 3. Inſt. de verb. obl. l. 44. §. 1. ff. de obl. & act.* Cujac. 25. *obſ.* 1. Recte vero dicit hic Imperator teſtamento, quia tutor à magiſtratu ad certam conditionem, aut ad tempus non datur, *l. 77. ff. de reg. jur.* ut & ſupra jam dictum, *§. 1. Inſt. de Attil. tut.*

TEXTUS

§. III. *Simili modo finitur tutela morte vel pupillorum, vel tutorum.*

COMMENTARIUS.

HEres ergo tutoris tutelam non ſuſcipit, *l. 16. §. 1. ff. de tut. l. 4. §. 1. ff. de tut. & rat. diſtr. act.* Eliguntur enim ad tutelam tutores idonei, *pr. Inſt. de ſatiſd. tut.* Heres autem tutoris non eſt forte tam habilis, ut fuit defunctus, *arg. l. 31. ff. de ſolut.* Sunt interdum heredes etiam furioſi, mente capti, infantes, & prodigi, nihil autem abſurdius, quam idcirco eos ſimul etiam ad tutelam admittere. Tutela vero licet ad heredem non tranſeat, *h. §.* obligatio nihilominus, quam ex adminiſtratione contraxit defunctus, ad heredem tranſmittitur, *t. tit. C. de hered. tut. l. pen. C. de in lit. jur. l. 6. §. 6. ff. de h. qu. not. inf. l. 2. §. 2. ff. de verbl. obl.* & idcirco per defunctum inchoata negotia heres ejus etiam tenetur perficere, *l. 1. ff. de fidej. & her. tut. l. 21. §. pen. ff. de neg. geſt.* Ita & viſum eſt Friſiorum Senatui. Sand. 2. *dec.* 9. *def.* 18.

TEXTUS

§. IV. *Sed & capitis deminutione tutoris, per quam libertas vel civitas amittitur, omnis tutela perit. Minima autem capitis deminutione tutoris, veluti, ſi ſe in adoptionem dederit, legitima tantum tutela perit: cæteræ non pereunt. Sed pupilli & pupillæ capitis deminutio, licet minima ſit, omnes tutelas tollit.*

COMMENTARIUS.

1. *An finiatur tutela, ſi minima capitis interveniat deminutio.*

2. *Ex-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

2. *Explicatur l. 7. pr. ff. de cap. min.*

CApitis deminutio, ſi ſit maxima aut media, tollit tutelam.
Nec de eo dubitatur. Moriuntur enim civiliter ita capite
minuti, & amittunt civitatem, *l. 63. §. ult. ff. pro ſoc.* Sed 1
inprimis excutiendum hic, an tutela finiatur, ſi & minima
capitis interveniat deminutio. Tres ejus ſunt ſpecies, emancipatio, ado-
ptio, & arrogatio, ut dixi. Tutor emancipatus non amittit tutelam, ſi
teſtamentariam & dativam intelligas, *arg. pr. Inſt. Qu.teſt.tut.dar.* Nam
an tutor emancipatus amittat legitimam, eſt inutilis quæſtio. Nunquam
enim emancipatus fuit tutor legitimus. Fuit filiusfamilias. Agnati au-
tem proximi ſunt tutores legitimi, *§. ult. Inſt. de cap. dem.* Idem dicen-
dum eſt, ſi adoptatus ſit tutor. Adoptatur enim is, qui eſt filiusfamilias,
conſtitutus adhuc in poteſtate paterna. Sed tutor ſi arrogatus ſit, tutela
legitima ſtatim diſſolvitur; teſtamentaria, vel dativa non item. Nam,ut
conſtat, ad eas & admittuntur extranei, agnati vero proximi ad tute-
lam legitimam, *d.§.6.* Qui non eſt agnatus non eſt tutor legitimus. Non
eſt autem agnatus, qui arrogari ſe patitur. Agnationem arrogatio plane
tollit & perimit, *§. ult. Inſt. de leg. agn. tut.* Sed cognationem arrogatio
cum non poſſit extinguere, *d. §. ult.* jure vero noviſſimo & admittantur
cognati ad tutelam legitimam, *nov.118.cap.4.* ne tutela quidem legitima
finitur & interit, ſi tutor ſit arrogatus. Videtur quidem arrogator arro-
gatum præcedere, pupilli tamen cognatus is appellari non poteſt. Ex
eodem enim ſanguine cognati oriuntur, *l.4. §.1. ff. de grad. & affin.* Pu-
pillum autem quod attinet: Eo emancipato, vel dato in adoptionem, an
finiatur tutela, eſt inutilis quæſtio, quia non fuit is ſub tutorum imperio,
ſed in ſacris paternis, *§.6. Inſt. Qu.mod. j.patr. pot. §.1. Inſt. de adopt.* Eo
autem arrogato finitur tutela, & quidem omnis tutela, *h.§.* quia jam ar-
rogatus tranſit in poteſtatem ejus qui arrogavit. Nemo eſt autem &
ſubjectus tutoribus & poteſtati paternæ, quia ſunt in tutela, qui ſunt ſui
juris, *pr. Inſt. de tut.* Nec de his ambigendum; ſed de Pauli reſponſo, quod 2
eſt in *l.7. pr. ff. de cap. min.* & multorum torſit ingenia, ſic videtur dicen-
dum: *Tutelas etiam non amittit capitis minutio*; puta teſtamentariam aut
dativam arrogatio, quæ eſt capitis minutio, non evertit aut tollit, *arg. pr.
Inſt. Qu.teſt.tut.dar.poſſ. Exceptis his, quæ deferuntur*, id eſt, his quæ de-
feruntur ex duodecim tabulis, quæ dicuntur legitimæ; tollit, inquit, has
arrogatio: *in jure alieno poſitis perſonis*, id eſt, ſi ponantur aut redigantur
in

in poteſtatem alterius. Ablativos abſolutos enim conditionaliter etiam accipi id negari non poteſt. Dandi vero caſu ſiquis velit accipere, ſententiam illam omnem abſurdam efficiet, quia nunquam defertur hæc tutela legitima ei, qui eſt in poteſtatem alterius, *arg. d.* §. *6. Inſt. de cap. dem.* Alii aliter. Hotom. 3. *obſ.* 9. Cujac. 9. *obſ.* 7. *& in comm. ad Ulpian. tit.*11. & 12. Quod dixi cum ſequentibus ni fallor optime convenit. Græci tamen illa verba pro dativis accipiunt. Sic enim Baſilica *lib.* 46. *tit.* 2. Ἀλλ' οὔτε τὰς ἐπιτροπὰς ἢ κούρας φθείρειν δύναται δεμινουτίων: ὑπεξῃρημένων ἐκείνων τῶν ἐπιτροπῶν, ὅσαι προσώποις καταφέρονται τοῖς οὖσιν ὑπὸ ἀλλοτρίου δικαίου τε τοῖς διαμείνασι ὑπεξουσίοις μέχρι τῆς τοῦ πατρὸς τελευτῆς. Accurate non ſatis, & idcirco Cujac. in *not. ad Ulpian. tit.* 11. & 12. ſic legendum exiſtimat: *Tutelas etiam non amittit capitis minutio, exceptis his, quæ jure agnationis proximis perſonis deferuntur.* Tolleret omnem difficultatem hæc lectio, ſi vetuſti exemplaris accederet auctoritas.

TEXTUS

§. V. *Præterea qui ad certum tempus teſtamento dantur tutores, finito eo deponunt tutelam.*

COMMENTARIUS.

LOcum ergo habet tutelæ judicium, ſi finita tutela ſit, *l.* 5. §. *ult. ff de legit. tut. l.* 4. *pr. ff. de tut. & rat. diſtr.* Sed pupillus ſi nondum ad tutelam pervenerit, tutor in tutelam ſuccedit legitimus, *l.* 6. *ff. de legit. tut. l.* 11. *ff. de teſt. tut.* Dativus enim admittitur, ſiquis non ad certum, ſed ex certo tempore tutorem acceperit, §. 1. *Inſt. de Attil. tut.*

TEXTUS

§. VI. *Deſinunt etiam tutores eſſe, qui vel removentur à tutela ob id, quod ſuſpecti viſi ſunt: vel qui ex juſta cauſa ſe excuſant, & onus adminiſtrandæ tutelæ deponunt, ſecundum ea, quæ inferius proponemus.*

COMMENTARIUS.

AN nuptiis etiam finiatur tutela eſt inutilis quæſtio, quia in tutela ſunt ſoli impuberes, *pr. &* §. 3. *Inſt. de tut. pr. Inſt. h. t.* nuptias autem impuberes non poſſunt contrahere, *pr. Inſt. de nupt.* Curam quod attinet: Non tollitur nuptiis, *l.* 7. *C. Qu. pet. tut. l.* 3. *C. de interd. matr.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

TITULUS XXIII.
DE
CURATORIBUS.

TEXTUS

Maſculi quidem puberes, & fœminæ viri potentes, uſque ad viceſimum quintum annum completum curatores accipiunt: quia licet puberes ſint, adhuc tamen ejus ætatis ſunt, ut ſua negotia tueri non poſſint.

COMMENTARIUS.

1. *Tutores & curatores quemadmodum differant.*
2. *An minor ſine curatoris auctoritate obligetur civiliter.*
3. *Conciliatur l.25.ff. de fidejuſſ. cum l.6.ff. de verbl.obl.*
4. *Cura, Curatura.*

TUtores & curatores in plurimis differunt. Differentiæ 1
vero exponuntur hoc titulo. Tutor datur pupillo, §.3.
Inſt. Qu.teſt.tut. Curator autem minori, *pr. Inſt. h.t.* Mi-
nor eſt proprie, qui major annis XIV. nondum annum vi-
geſimum quintum exceſſit. Dico, exceſſit, quia diem noviſſimum at-
tigiſſe non ſufficit, *arg.l.3. §.3.ff.de min.* Mynſ. & Hotom.*h.* Tutor da-
tur perſonæ. Curator vero bonis, non autem perſonæ, niſi per conſe-
quentiam, §.4. *Inſt.Qu.teſt.tut.l.ſciendum 20.ff. de rit.nupt. l.8.C.eod.*
Quæ perſonam concernunt, minor expedit libere, etiamſi non accedat
curatoris auctoritas, *d.l.20. d.l.8.* Pupillus non item, *d.* §.4. Et idcirco 2
etiam minor poteſt nuptias contrahere, etiamſi curatores vel expreſſe
diſſentiant, *d.l.20.* & etiamſi iis etiam vel invitis contraxerit, obligatur
tamen nihilominus ex contractu civiliter, *l.101.ff. de verb.obl.* Nam &
nuptiæ pertinent ad perſonarum materiam, & obligatio non res, ſed per-
ſonas adſtringit, *l.3.ff. de obl. & act.* Quod nuptiæ pertineant ad perſo-
narum materiam, apparet ex eo, quod omnes vel ſui, vel alieni juris di-
cantur, *pr.Inſt.de h.qu.ſu. vel al. jur.* Alieno juri ſubjecti ſunt omnes in
poteſtate parentum aut dominorum, *d.pr.* & poteſtas parentum acqui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ritur nuptiis, §. 1. *Inſt. de patr. pot.* Verum eſt quidem, quod minor res ſuas alienare non poſſit, *l.* 3. *C. de in integ. reſt. min.* ſed inde non ſequitur, ergo nec ſe ipſum obligare civiliter, niſi curator & nominatim conſentiat. Alienare non poteſt, niſi curator auctoritatem præſtiterit, quia datur curator bonis adminiſtrandis, *d. l.* 20. ſed obligare ſe poteſt, etiamſi non accedat curatoris auctoritas, *d. l.* 101. quia ejus perſonam, quam afficit obligatio, curator non regit, ſaltem non principaliter. Id tamen notandum eſt, quod obligetur quidem civiliter, & poſſit etiam conveniri obligatus civiliter, efficaciter tamen actio non poſſit inſtitui, *d.l.*3.*d.l.*101. Cujac. 19. *obſ.*33. Exceptio enim doli aut in factum oppoſita actionem & elidet & inanem efficiet, §. 1. *Inſt. de except.* ſi habens curatorem eo inconſulto contractum inierit, *d. l.* 3. Nam ſi minor id fecerit, qui curatorem non habet, peti debet à magiſtratu, ut reſtituatur in integrum. Quod dicitur autem idem non abſimilis prodigo, *d. l.* ex eo non ſequitur, minorem, ſi contrahat, non obligari civiliter, quia & prodigus obligatur civiliter, licet fidem promiſſi non poſſit exſolvere. Verba enim debent ad effectum referri, quæ habentur in *l.* 6. *ff. de verbl.*
3 *obl. vel promittendo obligari*: ſcilicet cum effectu. Nam & verba ſequentia ſic accipi debent; *& ideo nec fidejuſſor pro eo intervenire poterit*, ſcilicet, cum effectu, ſic ut fidejuſſor habeat beneficium ordinis, aut actionem mandati, qua ſolutum ſolet recipere, *arg. l.* 25. *ff. de fidejuſſ.* quæ alioquin videtur contrariari graviſſime: *Marcellus ſcribit ſiquis pro pupillo ſine tutoris auctoritate obligato prodigove fidejuſſerit, magis eſſe, ut ei non ſubveniatur: quoniam his mandati actio non competit.* fidejuſſoribus ſcilicet. Nec obſtat, quod prodigus comparetur pupillo in *l.* 9. §. 7. *ff. de reb. cred.* conſtet autem pupillum non obligari civiliter, *pr. Inſt. de auct. tut.* quia & prodigus comparatur furioſo; *l.* 40. *ff. de reg. jur.* quem conſtat non obligari ne naturaliter quidem *l.* 70. §. 4. *ff. de fidej. l.* 5. *ff. de reg. jur.* Secundum quid fit comparatio, non autem per omnia. Aliter Cont. 2. *lect.* 2. Cujac. *in l. ſi hominem* 19. *ff. de uſucap.* Guil. Forner. 3. *ſelect.* 25. Rævard. 2. *var.* 9. Vinn. *ad* §. 1. *Inſt. de fidej.* Curam porro quod attinet: Eſt vis & poteſtas in capite libero ad ejus bona tuenda, qui ea per ætatem
4 adminiſtrare non poteſt. Curaturam interdum etiam dicunt Grammatici. Donat. *ad Terent. Eunuch. act.* 2. *ſc.* 3. *Cura, mentis eſt. Curatio medicinæ. Curatura diligentiæ.* Sed videamus & cæteras, quæ ſuperſunt differentias. Biennio citius quam maſculi tutela fœminæ liberantur, cura non item, *h. pr.* Olim enim erant in tutela perpetua, ut & ſupra jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

jam dictum. Ulpian. *in fragm. tit.* 11. Sequitur alia in §. 1.

TEXTUS

§. I. *Dantur autem curatores ab eiſdem magiſtratibus, à quibus & tutores. Sed curator teſtamento non datur: datus tamen confirmatur decreto prætoris vel præſidis.*

COMMENTARIUS.

TUtela eſt triplex. Cura tantum eſt unica, nimirum dativa. Curator teſtamento non poteſt conſtitui, quia lex non conceſſit conſtituendi licentiam, vel ut ajunt Argentr. *ad conſ. Brit. art.* 474. *gl.* 2. & Marcil. *in not. h.* quia bonis adminiſtrandis ſolet dari curator, de bonis autem filiorum ultra pubertatem non poſſit pater diſponere, *pr. &* §. 8. *Inſt. de pup. ſubſt.* Cura etiam legitima non defertur agnatis, quia ceſſat jam ratio, quæ deferri illis voluit tutelam legitimam. Tutela legitima defertur agnatis, quia illi pupillorum ſunt ſucceſſores legitimi. Ab inteſtato pupillis ut ſuccedant neceſſe eſt, *arg.* §. 1. *Inſt. Qu. teſt. fac. poſſ.* Ubi autem ſucceſſionis eſt lucrum & commodum, ibi etiam neceſſe eſt, ut ſit onus tutelæ, *pr. Inſt. de legit. patr. tut.* Sed non ita ſimiliter agnati minorum ſunt ſucceſſores legitimi, facto enim teſtamento à ſucceſſione minores eos poſſunt excludere, *arg. l.* 5. *pr. ff. Qu. teſt. fac. poſſ.* Ratio legis cum non amplius obtinet, ceſſat etiam id quod eſt lege ſancitum. Vid. Pancirol. 2. *var. lect.* 82.

TEXTUS

§. II. *Inviti adoleſcentes curatores non accipiunt, præterquam in litem. curator enim & ad certam cauſam dari poteſt.*

COMMENTARIUS.

1. *Conciliatur hic §. cum l.* 1. *in fin. & l.* 2. *ff. de min.*
2. *Qui veniam ætatis impetravit apud Gallos non tenetur invitus curatorem accipere, præterquam in litem.*
3. *Quando lata lex Lætoria.*
4. *Explicatur Dion Caſſius.*
5. *Minor hodie invitus an curatorem accipiat.*

DUas hic differentias paragraphus continet. Inviti adoleſcentes non accipiunt curatores, ſed tutor datur & pupillis invitis, *l.* 6. *ff. de tut. & cur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

& cur.dat. Ad certam cauſam poteſt dari curator, ſed tutor certæ rei vel
1 cauſæ non datur, *§.4. Inſt. Qu. teſt. tut. dar.* Torſit tamen non leviter hoc Juſtiniani effatum, & vexavit interpretes; *Inviti adoleſcentes non accipiunt curatores*, cum ſatis conſtet contrarium ex *l.1. in fin. & l.2. ff. de min.* Sunt multi, qui incuſant hic Triboniani ſocordiam, quod pro novo hic nobis jus vetus obtruſerit, jus nimirum uſitatum ex lege Lætoria. Sic enim Cicero illam legem appellat *lib.3. de offic. Iſte dolus malus erat legibus vindicatus, ut tutela* XII.*tabulis, & circumſcriptio adoleſcentium lege Lætoria.* Et *lib.3. de nat. Deor. Inde judicium publicum rei privatæ lege Lætoria: inde everriculum malitiarum omnium judicium de dolo malo, quod C. Aquilius familiaris noſter protulit.* Item Sueton. *lib.4. Prætorum* relatus à Priſciano *lib.8. Lætoria vetat minorem annis* XXV. *ſtipulari*: id eſt, interrogatum ſtipulanti promittere, ut exponit Cujac. *lib.19. obſ. cap.33.* Apud Capitolin. in *M. Antonin.* occurrit quidem *Lectoria*: *De curatoribus vero cum ante non niſi ex lege Lectoria, vel propter laſciviam, vel propter dementiam darentur, ita ſtatuit, ut omnes adulti curatores acciperent non redditis cauſis.* Sed ibi pro *Lectoria* legendum *Lætoria* monuerunt Salmaſius & Gruterus *ibid.* licet cenſeat Caſaubonus retinendum *Lectoria.* Nonnulli jus vetus à D. Marco ſublatum putant iterum receptum Juſtiniani temporibus. Baro *h.* Rævard. 1. *var.*17. Tulden. *C. Qu. tut. vel cur. eſſe deſ.* Sed οὐκ αὐτὸν κρούουσι τὸν βατῆρα τῆς θύρας, meo quidem judicio. Si enim curatores non acceperint inviti Juſtiniani temporibus, cur finita tutela ſimul etiam non finitur tutoris officium? Cur demum finitur, ſi dati ſint curatores, *l.33. §.1. ff. de adm. & per. tut?* Cur ut poſtulet ſibi dari curatorem pupillus tutor eundem admonere tenetur, *l.5. §.5. ff. eod.* & ſi nolit pupillus, cur adito præſide tutori tum curatorem permittitur petere, *l.7. C. Qu. pet. tut?* Tribonianum enim ſemper accuſare ſocordiæ, nimis eſt temerarium. Quæſo animadvertant, qui ita loquuntur, ne calumniantes ad vindictam expoſcat ſimilitudo ſupplicii. Ceſſabit difficultas, ſi dicamus ſimpliciter: Inviti adoleſcentes non accipiunt curatores ab alio petitos. Eos enim ipſi ſibi petere debent. Alius nemo ad petendum admittitur, *l.2. §.4. & 5. ff. Qu. pet. tut.* præterquam in litem, ſi nolit ſibi petere curatorem, ut dixi, *h.§. d.l.7. & l.1. C. eod.* Pupilli autem inviti accipiunt tutorem & ab alio petitum. Iis enim tutores, ſi mater & avia neglexerint petere, repelluntur ab eorum ſucceſſione legitima, *l.2. §.1. & 2. ff. Qu. pet. tut. l.2. §.28. ff. ad SC. Tertull.* Mev. *ad jus Lubec. lib.1. tit.7. art.13.* Aliter

Vinn.

Vinn. *h.* Bachov. *ad Treutl. vol.* 2. *diſp.* 8. *th.* 8. *lit. A.* Apud Gallos, 2
quod hic dicitur, ſic licet exponere: Invitus adoleſcens curatorem non accipit, ſi veniam ætatis impetravit à Curia, *t. tit. C. de h. qu. ven. æt. imp.* Præterquam in litem, quia tum deſideratur curatoris auctoritas. Ita refert Mornac. ad *l.* 3. *C. Qu. legit. perſ. ſtand. in jud.* Principem Condæum ad agendum non aliter à Senatu admiſſum, quam ſi matris ejuſdem velut curatricis adeſſet auctoritas, licet is tueretur ſe Principis Francici illuſtriſſimo nomine, & natus annos præterea viginti & duos jam eſſet veniam ætatis conſecutus à Curia. Dicit litem agitatam ingentibus animis *Ann.* 1611. 17. *Febr.* Dicit etiam ſimiliter *Ann.* 1595. 1. *Jul.* contra equitem quendam natum annos XXIV. cui nomen Mouchy, per ſe agere conantem, à Senatu deciſum, ut ageret per curatorem à propinquis electum. Verum quid eſt, ſi hæc ita ſe habeant, quod non aliter curatores petantur à pubere, quam ſi res ejus id exigat, ut dicit, *l.* 6. *C. Qu. pet. tut*? Quia omne quod fit poſt finitam tutelam, fit tutoris periculo, donec minor à magiſtratu curatorem acceperit, ut recte, ni fallor, ab Amaya reſponſum eſt 1. *obſ.* 9. Porro vero quod attinet ad legem Lætoriam, vetu- 3
ſtiſſima fuit, ſed quando illa lata ſit, aut quo interrogante id omnino incertum eſt. Ant. Auguſtin. *de leg. & ſenatuſc.* Fuit ſaltem in uſu jam ante Divum Auguſtum, cum & Cicero nominatim ejus faciat mentionem, licet ſcrupulum apud Dion. Caſſ. Mecœnas injiciat *lib. hiſt.* 52. 4
Καταλέγεσθαι χρὴ εἰς τὸ συνέδριον πεντεκαιεικοσιέτεις. πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν καὶ σφαλερόν ἐστι τὰ μὲν οἰκεῖα μηδενὶ πρὸ ταύτης τῆς ἡλικίας ἐπιτρέπεσθαι, τὰ δὲ δημόσια καὶ νεωτέροις τισὶν ἐγχειρίζεσθαι. *In ſenatum adſcribendi nati annos viginti quinque. quomodo enim non ſit turpe ac damnoſum, quum nemini ante id ætatis ſuorum bonorum adminiſtrationem concedatis, iis, qui eam nondum attigerint, rempublicam vos credere.* Poteſt enim hic tolli & eximi facile, ſi addatur exceptio, μηδενὶ ſive nemini, niſi conſtet eſſe juvenem probum & frugi, & bene gerentem etiam ſui negotii, ut alibi Cicero *orat. pro Quint.* Cujac. *in l.* 1. *ff. de* 5
excuſat. Hodie quin inviti etiam curatores accipiant, dubitari non poteſt. Grot. 1. *man.* 7. *n. ult.* Argentr. *ad conſ. Brit. art.* 475. *gl.* 2.

TEXTUS

§. III. *Furioſi quoque & prodigi, licet majores viginti quinque annis ſint, tamen in curatione ſunt agnatorum ex lege duodecim tabularum. Sed ſolent Romæ præfectus urbi, vel prætores, & in pro-*

vinciis præſides ex inquiſitione eis curatores dare.

COMMENTARIUS.

1. *Cura quotuplex.*
2. *Prodigus quotuplex.*
3. *Herculi quæſtum conterere.*
4. *Nepos pro prodigo.*
5. *Viſceratio quid.*
6. *Exemplum decreti, quo bonis apud veteres interdictum eſt prodigo.*
7. *Mores hodierni.*
8. *Pœnæ quibus apud veteres mulctati ſunt prodigi.*
9. *Bonorum adminiſtrationem magiſtratus non adimit niſi cauſam cognoverit citatis & prodigo & iis quorum intereſt.*
10. *Si homini ſobrio interdictum ſit bonis an interdictio nihilominus ſortiatur effectum.*
11. *Ipſo jure, an decreto prætoris bonorum adminiſtrationem recipiat prodigus, ſi frugi effectus ſit.*
12. *Exemplum libelli, quo in ſuam tutelam petit iterum reſtitui.*
13. *Objectio ſolvitur.*
14. *An dandus ſit etiam meretrici curator.*
15. *Mores Britanniæ.*
16. *Filius patri etiam poteſt dari curator.*

1 CUra tantum eſt unica, nimirum dativa, §. 1. *Inſt. h. t.* Excipitur cura furioſi & prodigi, cæterorumque qui enumerantur in §. 4. Quæ omnino eſt triplex, teſtamentaria, legitima, & dativa. Poteſt iis curator in teſtamento conſtitui, quia lex id nominatim conceſſit parentibus, *l. 27. C. de epiſc. aud.* Si parentes non dederint, agnati ſunt curatores ex duodecim tabulis, *h. §. d. l. 27.* Vindicat enim iterum ſibi locum hæc ratio, quæ fecit, ut agnati ſint tutores legitimi. Ubi ſucceſſionis eſt emolumentum & commodum, ibi etiam neceſſe eſt, ut ſit onus tutelæ, *pr. Inſt. de legit. patr. tut.* Ab inteſtato ſine dubio furioſorum ſucceſſio deferetur agnatis, cæterorumque majorum, quorum modo meminimus. Hi enim cum teſtamenti factionem non habeant, teſtamento agnatos non poſſunt excludere, §. 1. 2. & 3. *Inſt. Qu. non eſt perm. fac. l. 1. pr. ff. de ſu. & leg. her. Donell. 3. comm.* 19. Bachov. *h.* Porro autem agnati ſi aut nulli exiſtant, aut omnino inhabi-

habiles, ſolet tum curator à magiſtratu conſtitui, *h. §. l. 13. ff. de curat. fur. & prod.*

Prodigi. Prodigus alius eſt ethice prodigus, qui finem & modum ex- 2
penſarum non faciens dilapidando nequiſſime ſua bona profundit, qui vel Herculi quæſtum etiam poſſit conterere, ut eſt apud Plaut. Moſtell. 3
act. 4. *ſc.* 2. Vovebant enim veteres Herculi decimas, ut ibid. in not. Eleganter Juvenal. de ejuſmodi prodigo *Sat.* 11.

Talibus à dominis poſt cuncta noviſſimus exit
Annulus & digito mendicat Pollio nudo.

Cicero uno verbo nepotem appellat 1. *in Rull. pr. Ut ſit non minus in* 4
patrimonio populi Romani nepos quam in ſuo. Alius vero eſt juridice prodigus, cui à magiſtratu interdictum eſt bonis, *l.* 40. *ff. de reg. jur. l.* 1. *l.* 10. *ff. de curat. fur. & prod.* Et ejuſmodi hominem hic Imperator intelligit. Ipſo enim jure bonorum adminiſtratio nulli adimitur, quia & hoc ipſum verſatur in facto, an revera ſit prodigus, qui eſt forte liberalis, non autem luxurioſe ſua bona profundit:

Fallit enim vitium ſpecie virtutis & umbra.

Ut ait Juvenal. *Sat.* 14. Cic. *lib.* 2. *de offic. Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & viſcerationibus, & gladiatoriis muneribus, ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt.* Ubi nequis fortaſſis hæreat, per viſcerationes 5
intelligit epulas. Nam viſcera non ſemper inteſtina ſignificant, ſed & carnes, quæ denudatæ ſunt pelle detracta, ut Servius annotavit ad illum locum Virgil. 1. *Æneid.*

Tergora diripiunt coſtis & viſcera nudant.

Viſcera, inquit, *non tantum inteſtina dicimus, ſed & quicquid ſub corio eſt, ut, in Albano Latinis viſceratio dabatur, id eſt, caro. Eſt autem nominativus hoc viſcus, hujus viſceris, &c.* Utuntur autem præcipue viſcerationis vocabulo, cum ſignificant epulas, quæ dabantur in funere. Liv. *lib.* 8. *cap.* 22. *Populo viſceratio data à M. Flavio in funere matris.* Aurel. Vict. *de vir. illuſt. Mortuo huic tantum æris populi liberalitate congeſtum eſt, ut inde filius viſcerationem & epulum publice daret.* Διανομὴ ſolet dici à Græcis. Vett. Gloſſ. *Epulum* Διανομή. Eædem: Διανομὴ κρέως, *viſceratio.* Pancirol. 2. *lect.* 76. Forner. 2. *rer. quot.* 11. Is igitur ſolus eſt juridice prodigus, qui decreto magiſtratus declaratus eſt prodigus, *d. l.* 1. *d. l.* 10. Mynſ. *h.* Argentr. *ad conſ. Brit. art.* 495. *gloſſ.* 1. Decreti ex- 6
emplum eſt apud Paulum ejuſmodi 3. *ſent.* 4. *Quando tu bona paterna*

avitaque nequitia tua diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob
7 *eam rem tibi ea re commercioque interdico.* Apud Gallos decretum id proponitur publice clangentibus buccinis per vias & compita, &, ut ſcribit Mornac.ad *l.11. ff. de inſtit. act.* in ſacello tabellionum ſemper etiam habetur affixum parieti, ut nomen ejus hominis creditores non ſolum, ſed & quilibet alius etiam poſſit cognoſcere. Apud nos ſi decretum recitetur in Curia, videtur ſufficere, præſertim ſi hoc fiat pulſantibus nolis. *Weeskeuren der Stadt Leyden art. 69. & ſeq. Van Alkmaer, Edam, Munnickendam, tit. 11. art. 3. Van den Briel art. 162. Coſtuym. van Antwerpen tit. 43. art. 89. & ſeq. Ordonn. van Rynlant part. 2. art. 49.*
8 Nec Galli tamen cum prodigis agunt juſto ſeverius, ſi quemadmodum alii eos olim mulctaverint, velimus attendere. Quidam enim pecuniis juſſerunt eos luere tam ingentem luxuriam. Solon eos excluſit ab actionibus publicis, & notavit infamia. Quidam etiam arcuerunt à paternis ſepulchris, ut Argentreus commemorat vir excellentis ingenii ad *conſuet.*
9 *Brit. art.* 491. *gl.* 1. Sed nequis queratur, & is qui bona ſua diſſipando profundit, & ejus agnati, aut ſucceſſores legitimi, qui ſunt ſanguine proximi, ſunt vocandi ad judicem, ut auditis & diſcuſſis, quæ hinc inde dicuntur, judex quod ſit optimum, id ipſum conſtituat. *Ordonn. van Rynlant part. 2. art.* 48. Argentr. *ad conſ. Brit. art.* 492. *gl.* 1. Chriſtin. *vol.* 1. *deciſ.* 1821. *n.* 21. Sand. *de prohib. rer. alien. part. 2. cap. 1. n. 3. & ſeqq.* Porro autem
10 appellet, ſiquis ſe nihilominus gravatum exiſtimet. Nam quid ſi magiſtratus interdixerit bonis homini feliciter rem adminiſtranti, an interdictio nihilominus ſortietur effectum? Sortietur nihilominus, quia rem judicatam haberi pro veritate non ſemel ſancitum eſt, *l. 25. ff. de ſtat. hom. l. pen. ff. de reg. jur.* niſi fuerit fortaſſis prætori obreptum, vel etiam non interceſſerit ulla cauſæ cognitio. Quo caſu nihil æquius, quam ut læſus appellet, *arg. l. 6. ff. de cur. fur. l. 19. ff. de appell.* Mynſ. *h.* Vigl. *in §. item prodigus Inſt. Qu. non eſt perm. fac. teſt.* Ant.Fab. *Cod. lib. 5. tit.*
11 40. *def.* 7. Cæterum ut prodigo bonorum adminiſtratio per prætorem adimitur, ſic decreto prætoris eam debet recipere, *Weeskeuren van den Briel art. 163. van Alkmaar, Edam, Munnickendam tit. 11. art. 4. Coſtuym. van Antwerpen d. tit. 43. art. 90. & ſeq. Ordonn. van Rynlant part. 2. art. 54.* Promulgatur decretum id è Curia publice, & Lugduni Batavorum etiam pulſantibus nolis, *Weeskeuren der Stadt Leyden art.* 73. Ut
12 impetretur decretum offerendus eſt Curiæ libellus ejuſmodi: *Geeft reverentelijck te kennen A. &c. dat alhoewel hy Suppliant by den Hove*

on-

ontrent —— *jaer geleden,opt verſoek van ſijn huysvrouw,en eenige vrienden, geſtelt is geweeſt in Curatele, ſoo iſt nochtans ſulcks, dat hy Suppliant daer naer nue al ſekere lange jaren, hem unthouden heeft van onbehoorlijke dronckeryen, malle koopmanſchappen, ende ander diſſoluyt leven; maer hem ter contrarien eerlijcken ende bequaem gedragen, ende geleyt heeft een eerlijck leven, oock ſijne handelinge ende ſake tot voorſtant ende welvaren van hem ende ſijn Huysgeſinne, als een burger met eeren toeſtaet gedaen; Invoegen dat hy Suppliant &c. Mits welcken alſo hy ſuppliant wedergekeert is, ad ſaniorem mentem &c. Verſoeckt hy Suppliant daeromme, dat't Hof gelieve de voorſchreven Curatele af te doen, ende ſulks hem te reſtitueren tot den Staet ende qualiteyt, daer in hy voor date van dien is geweeſt. 't Welck doende &c.* Vid. *Papegaey van Alphen cap.* 49. Curia deinde de veritate cognoſcit. Ipſo jure enim prodigus bonorum adminiſtrationem non poteſt recipere, etiamſi jam ſua bona diſſipare deſierit, *arg. l.* 35. *&* 153. *ff. de reg. jur.* Nam & hoc ipſum verſatur in facto, an diſſipare deſierit. Graviter quidem obſtat *l.*1. *ff. de curat. fur.* Sed recte, 13
ni fallor, eſt reſponſum ab aliis, verba, quæ habentur ibi, ipſo jure, non excludere magiſtratus decretum, *arg. l.*4. *l.*21. *ff. de compenſ.* §. 30. *Inſt. de act. junct.* §. *pen. Inſt. eod.* Sane non magis quam vocabulum *lege* excludit decretum in *l.*18. *pr. ff. Qu. teſt. fac. poſſ.* Ipſo jure, id eſt, jure civili, quo cautum, ut prodigi ſua bona recipiant, ſi frugi effecti ſint, *d.l.*1. quemadmodum lege nominatim permittitur bonorum adminiſtratione interdicere prodigis, ſi finem aut modum expenſarum non faciant. Argentr.
ad *conſ. Brit. art.* 497. *gl.*1. Bonis autem non tantum interdicitur maſcu- 14
lis, verum etiam fœminis luxurioſe viventibus, *l.*15. *pr. ff. de cur. fur. & prod.* ſi id forte contingat, quod eſt apud Juvenal. *Sat.*6.

Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum.

Sed raro id evenit, *l. ſi ſtipulata* 35. §. 1. *ff. de don. int. vir. & ux. l.*4. *ff. ad SC. Vellej.* & idcirco ſic dicit: *Et mulieri, quæ luxurioſe vivit &c.* Fruſtra enim Accurſius meretricem intelligit, ut oſtendunt Cujac. *in l.*6. *ff. de verb. obl.* Pinell. *ad l.*4. *C. de bon. mat. n.*20. Guil. Forn. 2. *ſelect.* 5. Sand. *part.*2. *de prohib. rer. al. cap.*2. Valer. Max. *lib.*3. *cap.*5. *Q. Pompejus prætor urbanus bonis interdixit Q. Fabio, Q. Fabii Max. Allobrogici filio, qui perditam luxuria vitam agebat.* Lucan. *lib.*4.

—— *O prodiga rerum*

Luxuries.

Apud Britannos, quod eſt etiam notabile, bonis à magiſtratu interdici- 15
tur

tur nemini, niſi tertiam partem eorum jam diſſipaverit. Argentr. *ad conſ. Brit. art.* 491. *gl.* 1. *n.* 3.

16 *Curatores dare.* Nimirum idoneos. Nec obſtat, quominus filius poſſit dari parenti, *l.* 12. §. 1. *ff. de tut. & cur. dat.* & uxor etiam marito. Saltem moribus Britonum id eſt ita permiſſum, ne ſecreta familiæ pandantur extraneis.

TEXTUS

§. IV. *Sed & mente captis, & ſurdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant, quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, curatores dandi ſunt.*

COMMENTARIUS.

1. *Furioſi & mente capti quemadmodum differant.*
2. *Cœcus an etiam curatorem accipiat.*

1 FUrioſi ſeparantur à mente captis & hic & in *l. ſi furioſi* 25. *C. de nupt.* Quid intereſt igitur? Animi quadam rabie agitatur furioſus, mente vero captus inſanit quietius, ut ajunt communiter. Bachov. *h.* Alciat. 2. *parerg.* 16. Mente capti regulariter per plateas vagantur, furioſi non item. Nihil omnino furioſi intelligunt, ſed mente & intelligentia ad omnia carent, ut ait Hotom. *in comm. verb. jur. verb. furioſus.* Mente capti ex parte, non in totum inſaniunt. Cic. 3. *Tuſc. quæſt. Stultitiam enim cenſuerunt, id eſt, inconſtantiam ſanitate vacantem: poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum, & vitæ communem cultum atque uſitatum: furorem autem eſſe rati ſunt mentis ad omnia cæcitatem.* Plin. 6. *epiſt.* 15. *Eſt omnino Priſcus dubiæ ſanitatis: intereſt tamen officiis, adhibetur conſiliis, atque etiam jus civile publice reſpondet.* Senec. 1. *de ira cap.* 1. *Furentium certa indicia ſunt, audax, & minax vultus, triſtis frons, torva facies, citatus gradus, inquieta manus, color verſus, crebra & vehementius acta ſuſpiria.*

2 *Et ſurdis & mutis.* Donell. 9. *comm.* 1. & adjicit cœcum, ſed nulla lege ſubnixus. Patet potius contrarium ex *l.* 3. *C. Qu. dar. tut.* Pro *haberi* enim ibi *habere* legendum eſt. Sand. *part.* 1. *de proh. rer. alien.* §. 1. *n.* 5. Nec aliter judicavit Parlamentum Burgundicum. Bouvot *en ſon recueil des arreſts de Bourgongne in lit. A. verb. Avengle quæſt.* 1. & 2.

TEX-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

TEXTUS

§. V. *Interdum autem & pupilli curatores accipiunt, ut puta ſi legitimus tutor non ſit idoneus: quoniam habenti tutorem, tutor dari non poteſt. Item ſi teſtamento datus tutor, vel à prætore aut præſide, idoneus non ſit ad adminiſtrationem, nec tamen fraudulenter negotia adminiſtret, ſolet ei curator adjungi. item loco tutorum, qui non in perpetuum, ſed ad tempus à tutela excuſantur, ſolent curatores dari.*

COMMENTARIUS.

HUjus §. hæc eſt ſententia. Cuicunque tutori, teſtamentario, dativo, legitimo, ſi non ſit idoneus, ex fide tamen adminiſtret negotia pupilli, curator adjungitur. Dico, *ſi adminiſtret.* Si non adminiſtret, tum tutor adjungitur, §.1.& 2.*Inſt.de Attil.tut.* Ceſſat enim tum regula: Habenti tutorem tutor dari non poteſt. Dico *ex fide.* Si adminiſtret fraudulenter, ſtatim à tutela ut ſuſpectus repellitur, §. 5. *& ult. Inſt. de ſuſp. tut.*

Habenti tutorem. Et hactenus tutores à curatoribus differunt. Habenti tutorem tutor dari non poteſt; ſed habenti curatorem poteſt dari curator, *l.*20.§.1.*ff.de tut.& cur.dat.* & idcirco in *l.*10.*C. Qu. dar. tut.* delendum eſt *curatorem*, & legendum *tutorem*, ut notavit Cujac.17. *obſ.* 6. Vid.Bachov. *ad Treutl.vol.*2.*diſp.*9.*th.*1.*lit.C.*

Curatores dari. Interdum & tutores, ſi flagitet id ipſum pupillorum utilitas, *l.*12.*l.*15.*l.*17.*ff.de tut.l.*3. §.*ſiquis abſfuturus ff.de ſuſp. tut.l.*21. §.*ult.ff.de excuſ.tut.l.*4.*C.in qu.ca.tut.hab.* ut ſi adeunda ſit pupillo hereditas, *l.*17. §.1. *ff.de appell.l.*9.*ff. de tut.& cur. dat.* Hotom. *h.* Aliter Baro *ad tit.Inſt.de auct.tut.in fin.*Donell.3.*comm.*15.*in fin.*Cujac.*par.C. in qu. cau. tut. hab.* Duaren. *de tutel.cap.*4.

TEXTUS

§. VI. *Quod ſi tutor vel adverſa valetudine, vel alia neceſſitate impediatur, quo minus negotia pupilli adminiſtrare poſſit, & pupillus, vel abſit, vel infans ſit, quem velit actorem periculo ipſius tutoris, prætor, vel qui provinciæ præerit, decreto conſtituet.*

COMMENTARIUS.

Actor etiam, quod notabile, appellatur adjutor in *l.* 13. §. 1. *ff.de tut.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

l. 6. C. Quom. & qu. jud. ſent. & revera nec tutor eſt, nec eſt etiam curator, *arg. tit. C. de act. à tut. ſeu cur. dand. l. 10. C. de appell. l. 9. ff. rat. rem. hab. l. 6. ff. Qu. ex fact. tut.* Curator & tutor agunt ſuo periculo, actor autem curatoris aut tutoris periculo, *h. §.* Bachov. *h.* Notandum hic igitur, quod ob ſolam valetudinem aut tutoris abſentiam non ſtatim alius poſſit tutor aut curator ſubſtitui, *d. l. 6. l. un. C. de act. à tut. ſeu cur. dand.* ub. Cujac. *in parat.*

TITULUS XXIV.

DE

Satiſdatione tutorum vel curatorum.

TEXTUS

Ne tamen pupillorum pupillarumve, & eorum, qui quæve in curatione ſunt, negotia à curatoribus tutoribuſve conſumantur, vel diminuantur, curet prætor, ut & tutores & curatores eo nomine ſatisdent. Sed hoc non eſt perpetuum. nam tutores teſtamento dati ſatisdare non coguntur: quia fides eorum & diligentia ab ipſo teſtatore adprobata eſt. Item ex inquiſitione tutores vel curatores dati ſatisdatione non onerantur: quia idonei electi ſunt.

COMMENTARIUS.

1. *Quinam tutores & curatores ſatisdent.*
2. *An ſufficiat repromiſſio, vel ſi tutor aut juret, aut pignoribus caveat.*
3. *Tutor quid caveat & quem in finem ſatisdet.*
4. *Mores hodierni.*
5. *Quinam dicantur hic fidejuſſores idonei.*

SEquuntur tres tituli, qui & ſinguli continent, in quibus tutores & curatores conveniunt. Conveniunt, quatenus compelluntur ſatisdare. Quatenus iis ſe excuſare permittitur. Et quatenus poſſunt accuſari ſuſpecti. Primum quod attinet: Tuto-

Tutores & curatores tenentur ſatisdare, ſed ſoli tutores & curatores legi- 1
timi. Fiunt enim legitimi ex duodecim tabulis *l.5.pr.ff.de legit.tut.* non
ex agnatis ſolertiſſimi quilibet, ſed ſoli, qui pupillo agnati ſunt proximi,
§.ult.Inſt.de cap.dem. & ut quiſque eſt proximior ad tutelam admitti-
tur, non ut quiſque eſt diligentior, quia ſolus proximior eſt ſucceſſor le-
gitimus *pr.Inſt.de legit.patr.tut.nov.*118.*cap.*2.*& cap.*3.§.1. Et idcirco
ne pupillus quid detrimenti accipiat, ſi parum diligens fiat tutor, æquum
eſt eo caſu caveri pupillo, *h.pr.* Qualiſcunque tamen cautio hic non po-
teſt ſufficere. Satiſdatio requiritur, *l.1.l.4.§.1.ff.rem pup.vel adol.ſalv.*
Sidon. Apollin. 4. *epiſt.* 24. *Frater & ſoror ſub annis adhuc tutelaribus
agunt, ſorori necdum maritus, patri necdum curator, curatori necdum
ſatisdator inventus eſt.* Satisdatio eſt cautio, quæ fit fidejuſſoribus, *l.1.
ff.Qu.ſatisd.cog.* Fidejuſſores autem requiruntur idonei, *l.2.pr.ff.eod.
l.7.ff.de præt.ſtip.* Non ſufficit repromiſſio, quia nec cautio juratoria 2
ſufficit, *l.2.C.de tut.vel cur.qu.n.ſatisd.* Removetur, quicunque non
poteſt ſatisdare, & quod ad cautionem pignoratitiam attinet, fruſtra eam
tutor eſt præſtiturus pupillo, quia lex pupillo jam hypothecam conceſ-
ſit in bonis tutoris, *l.pro officio* 20. *C.de adm.tut.* Diſſ. Schneid. *h.n.*5.
Satisdandum eſt igitur geſtum iri tutelam ſumma cum diligentia, *h.pr.* 3
*& d.l.*1.*ff.rem pup.ſalv.* eum in finem, ut ſi tutor diſſipaverit forte bona
pupilli, nec habeat, quo eidem ſatisfacere poſſit, à fidejuſſoribus ſuum tum
conſequatur pupillus, quos habet actioni ex ſtipulatu obnoxios, *d.l.4.§.1.
l.5.§.ſatis acceptio ff.de verb.obl.* Quod ſi tutor non caverit, quicquid agit
eſt nullum, *l.3.C.de tut.vel cur.qu.n.ſatisd.* Sed tutori legitimo interdum
remittitur ſatisdandi neceſſitas, *l.5.§.1.ff.de legit.tut.* & teſtamentarius, ſi
forte mores mutaverit ad ſatisdandum compellitur, *l.5.ff.de conf.tut.*
Quod ut aliquid ſingulare hic omnino notandum eſt. Et deinde notan-
dum, quod moribus noſtris dati in teſtamento & tutores dativi etiam
teneantur ſatisdare. *Coſtuym. van Utrecht rubr.* 31. *art.* 3. Sed apud 4
Hollandos id non præciſe requiritur. Interdum enim ſufficit, ſi tutor
juraverit. Interdum vero cavet etiam datis pignoribus, prout judex vo-
luerit. *Ordonn. van Rynlant part.2.art.22.*Grot.1.*man.9.pr.* Groenew.
ad pr.Inſt.h.t. Quod & apud Gallos eſt receptum frequentius. Chop-
pin. 2. *mor.Pariſ.* 2. *n.* 13. Mornac. *ad l.1.C.ub.de ratioc.tam publ.qu.
priv.& ad l.1.C.ub.pup.educ.deb.* Oldamtini autem requirunt jusju-
randum hujuſmodi: *Ghy ſweren, dat gy een Voormondt ſullen weſen tot
A. ende B. naegelaten kinderen, ende ſullen de kinderen tot den beſten*

leeren ende holden, ende haer goederen trouwelicken verwaren, ende ten meeſten oorbaer voortſetten, tot der kinder behoef, nae uwe wetenſchap ende vermogen, ende der kinderen goedt niet vertyen, beſwaren, noch verkopen ſullen, buyten nootſake, ende dat by conſent des rechters, ende der ander twee Vogeden, die dat recht daer toe geſettet ende geëdet heeft, ende ſullen den ſelven vogeden alle jaer rekeninge doen, ende bewyſinge van der kinder goederen doen, ter tyt ſy tot haren jaren gekomen ſint, ofte tot des rechts wederſeggen, dat u Godt ſoo helpe. Olde-ambſt *Lantr. lib.* 2. *art.* 26. Drenthini hujuſmodi: *Ghy loven ende ſweeren dat ghy geduyrende uwe Adminiſtratie goede opſicht ſult dragen op de nalatige kinderen van N. ende N. ende uwes vermogens ſorge dragen, dat deſelve ter eeren Godts ende haren beſten in goede tucht ende leere opgetrocken worden, ende dat ghy der ſelver goederen getrouwlycken mede ſullen helpen bewaren, ende voortſetten tot der kinderen behoef, ende ſorge hebben, dat deſelve niet veralieneert, beſwaert, ofte verkoft worden, buyten nootſaecken, ende conſent des rechters, &c.* Apud Omlandos, qui regiones illas incolunt, quæ dicuntur ab incolis, *Hunſingo, Fivelingo, en het Weſterquartier,* inter teſtamentarium & tutorem dativum nominatim diſtinguitur. Dativi adiguntur ad idem id jusjurandum, quod Oldamtinis in uſu eſt. *Lantr. van Hunſingo lib.* 3. §. 24. Datus autem in teſtamento non jurat regulariter, eadem illa ratione, quam Juſtinianus hic reddit. *Ibid.* §. 23. *Die beſorgers worden den onmondigen van haer vader in ſijn uyterſte ofte teſtament gegeven, ende ſint niet ſchuldich van haer adminiſtratie eenige wysheyt ofte eedt te doen, om dat ſy de vader door ſijn uyterſte wille, trouwe ende goet genoech daer toe gekent heeft, &c.* Apud nos Ultrajecti tutor eſt removendus, qui non poteſt ſatisdare ſtatuto quod prodiit, *Ann.* 1624. 8. *Novemb.* quamvis vix unquam id deducatur in praxin, præſertim ſiquis ſit immobilium poſſeſſor, *d. ſtat.* Tenetur jam alioquin ſatisdare quilibet, licet dici non poſſit, quod ſit tutor legitimus. Chaſſaneum enim hominem cæteroquin doctiſſimum toto foro exploſum Argentreus commemorat ad *conſ. Brit. art.* 474. *gl.* 1. *in fin.* cum ſenſiſſet contrarium, & leges illas allegaſſet, quas uſus jam ſuſtulit. Porro autem
5 requiruntur fidejuſſores idonei, cum cavetur pupillo. Dicuntur idonei, qui conventu ſunt faciles, & ſatis habent in bonis pro rei qualitate & metu periculi, *l.* 2. *pr. ff. qu. ſatisd. cog. l.* 234. §. 1. *ff. de V. S.* Nec enim neceſſe eſt, ut quantum pupillus, tantum etiam habeat fidejuſſor in bonis, quod Gloſſa putavit ad *l. paupertas* 7. *ff. de excuſ. tut.* Sufficit ſi ejus facul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

facultates reſpondeant pupilli mobilibus aut reditibus annuis. Bona enim immobilia vix eſt ut magiſtratus alienari permittat. Bald. *ad l. ult. C.de magiſtr.conv.* Argentr. *ad conſ. Brit.art.*477.*gl.*3.*n.*3.

TEXTUS

§. I. *Sed ſi ex teſtamento vel inquiſitione duo pluresve dati fuerint, poteſt unus offerre ſatisdationem de indemnitate pupilli vel adoleſcentis: & contutori ſuo, vel concuratori præferri, ut ſolus adminiſtret: vel ut contutor aut concurator ſatis offerens præponatur ei, ut & ipſe ſolus adminiſtret. Itaq; per ſe non poteſt petere ſatisdationem à contutore ſuo, vel concuratore: ſed offerre debet, ut electionem det concuratori vel contutori ſuo, utrum velit ſatis accipere, an ſatisdare. Quod ſi nemo eorum ſatis offerat, ſiquidem adſcriptum fuerit à teſtatore, quis gerat ille gerere debet. quod ſi non fuerit adſcriptum, quem major pars elegerit, ipſe gerere debet, ut edicto prætoris cavetur. Sin autem ipſi tutores diſſenſerint circa eligendum eum vel eos, qui gerere debent, Prætor partes ſuas interponere debet. Idem & in pluribus ex inquiſitione datis comprobandum eſt: id eſt, ut major pars eligere poſſit, per quem adminiſtratio fiat.*

COMMENTARIUS.

NOn ſatisdant regulariter dati in teſtamento, aut tutores dativi, ſed Imperator hic proponit exceptionem à regula. Si plures in teſtamento ſint conſtituti tutores vel dati à magiſtratibus, & unus adminiſtrationem velit ſolus ſuſcipere, tenetur ſatisdare cæteris contutoribus ſe tutelam geſturum ex utilitate pupilli, *h. pr.* Pupillo enim non expedit, ut omnes ſimul adminiſtrent tutelam, *l.*3.*§.*6. *ff. de adm. & per. tut.* Quod omnes curant, id plerumque negligitur, *l.*2. *C. Qu. & qu. quar. par.* Et idcirco ex pluribus ſolet ſolus admitti, qui cæteris contutoribus eſt paratus ſatisdare, ſic tamen ut cæteris det eligendi licentiam, utrum velint ſatisdare, an ſatis accipere, *h. pr.* Quod ſi ſit nemo, qui velit ſatisdare, debebit ſatisdare, cui ſoli teſtator tutelam adminiſtrandam aut magiſtratus injunxit. Si nulli teſtator aut magiſtratus injunxerit, ipſi tutores uni ex ſuo numero eam debent injungere. Sed ſi illi diſſentiant, vel ſi omnes ſatis offerant, & ad adminiſtrandum admitti deſiderent, Prætoris erit unum, ut ſolus adminiſtret, ad ſatisdandum eligere, *h. pr.* Quo caſu erunt cæteri tutores honorarii, *l.*3. *§. cæteri ff. de adm. & per. tut. l.*14. *§.*1. *ff. de ſolut.* Dico Prætoris, *h. §.* quia ſorti hoc caſu res committi non

 pote-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

poterit. Sors enim poſſet in ignaviſſimum cadere, atque ita pupillo, aut ſaltem ejus bonis eſſet male conſultum. Vinn. & Bachov. *h.*

TEXTUS

§. II. *Sciendum autem eſt non ſolum tutores vel curatores pupillis, vel adultis, cæteriſque perſonis ex adminiſtratione rerum teneri: ſed etiam in eos, qui ſatisdationem accipiunt, ſubſidiariam actionem eſſe, quæ ultimum eis præſidium poſſit adferre. Subſidiaria autem actio in eos datur, qui aut omnino à tutoribus vel curatoribus ſatisdari non curaverunt, aut non idonee paſſi ſunt caveri. Quæ quidem tam ex prudentum reſponſis, quam ex conſtitutionibus imperialibus etiam in heredes eorum extenditur.*

COMMENTARIUS.

1. *Quid adminiſtratio tutelæ.*
2. *Tutor an teneatur de culpa leviſſima.*
3. *An agi poſſit cum herede de levi culpa tutoris.*
4. *Plures heredes an conveniendi in ſolidum.*
5. *Plures tutores an conveniendi in ſolidum.*
6. *Facultatibus tutorum & fidejuſſorum excuſſis an poſſit adhuc hodie cum magiſtratibus agi.*
7. *Quæ hic actio ſubſidiaria.*
8. *Ante magiſtratus an poſſit conveniri tutor honorarius, qui non geſſit tutelam.*

1 ADminiſtratio tutelę eſt quaſi contractus, ex quo & pupillus obligatur tutori, & tutor viciſſim obligatur pupillo, §. 2. *Inſt. de obl. qu. qu. ex contr.* & quia tutor viciſſim eſt obligatus pupillo, poteſt eum cum effectu convenire pupillus, ut reddat rationem adminiſtratæ tutelæ, *d.* §. 2. *l.* 1. *pr. l.* 4. *pr. ff. de tut. & rat. diſtr. act.* & quod abeſt, reſtituat, vel ſiquid reddi non poſſit conſumtum, ablatum, aut plane deperditum, ejus æſtimationem pupillo exſolvat, ſi id dolo vel culpa ejus ita perierit. Culpa nimirum ejus lata vel
2 levi; nam non præſtat leviſſimam, *l.* 1. *pr. ff. de tut. & rat. diſtr.* Sand. 2. *deciſ.* 9. *def.* 14. Quod ſi tutor deceſſerit, convenitur ejus heres, ſed ob dolum tutoris vel latam ejus culpam conveniendus tantummodo, *l.* 4. *ff. de mag. conv.* Ob levem non aliter, quam ſi vel locupletior ex eadem evaſe-
3 rit, vel litem jam inchoatam cum defuncto conſtiterit, *l.* 1. *C. de her. tut.* Spe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Speciale eſt, quod Imp. in *d. l.* conſtituit. Obligatio enim regulariter ex
perſona heredem non immutatur aut tollitur, *l. 2. §. 2. ff. de verb. obl.*
Wiſſenb. ad 1. *part. ff. diſp.* 53. *th.* 4. Si ſint plures heredes, convenien- 4
di ſunt ſinguli pro ea portione, pro qua ſunt heredes, *l. 1. C. ſi cert. pet. l.*
2. §. ult. ff. fam. erciſc. l. 9. ff. de cond. furt. Plures autem tutores ſi ſimul
adminiſtraverint, pupillus unum ex pluribus habet in ſolidum conve-
niendi licentiam, *l. 2. pr. C. de divid. tut.* niſi omnes ſolvendo ſint, cum
lis conteſtatur, tum enim tantum ſingulos pro parte conveniet, *l. 1. §. 11.*
ff. de tut. & rat. diſtr. act. Cujac. *par. C. de divid tut.* Quod ſi omnes tute-
lam pro indiviſo non geſſerint, ſed teſtator aut magiſtratus adminiſtra-
tionem inter eos diviſerit, unumquemque pro ea parte, pro qua admini-
ſtravit, pupillus conveniet. Si ipſi diviſerint, ex iis unum nihilominus
pupillo in ſolidum convenire permittitur, *d. l. 2. in med.* Si adminiſtrator
non reperiatur ſolvendo, fidejuſſorem tum conveniri oportet. Ante
tutorem non convenitur fidejuſſor, ſed excuſſo tutore, *nov. 4. cap.* 1. per
quam eſt correcta *l. 1. C. de fidej. tut.* Quod ſi nec fidejuſſor pupillo ex
ſuis bonis ſatisfacere poſſit, pupillo cum magiſtratibus experiri conceſ-
ſum eſt, ut, quia non idonee curaverunt ſatisdari, conſequatur ab iis,
quod tutor aut fidejuſſor non potuerunt exſolvere, *h. §. l. 1. C. de magiſtr.*
conv. Sed moribus noſtris id non amplius obtinet. Nec nominatores 6
ſunt pupillo obnoxii, nec magiſtratus ſimiliter, qui tutorem crearunt,
etiamſi is eo tempore, quo tutor creabatur, aut minus ſolvendo, aut non
idoneus fuerit. Bis ita pronuntiatum eſt à Senatu Pariſiis. Mornac. ad
l. 3. C. de probat. Choppin. *lib. 2. de morib. Pariſ. tit. 7. n. 11.* Semel au-
tem ſimiliter à Senatu Hollandiæ. Groenew. ad *tit. ff. de fidej. & nom.*
& her. tut. Semel etiam ſimiliter à Senatu Tholoſano. Maynard. 6. *deciſ.*
56. Diſſ. Sim. à Leuwen *cenſ. for. lib. 1. cap. 17. n. 4.* Dolo tamen ſi magi-
ſtratus quid egerit, puto eum hoc caſu pupillo obnoxium, *arg. l. 51. §. 2.*
ff. ad l. Aquil. l. 38. ff. de rei vind. Atque ita intelligendum, quod idem
ait judicatum à Senatu Hollandiæ *Ann.* 1646. 23. *Maji*, & deinde con-
firmatum à Supremo Senatu *An.* 1653. 30. *Maji.* Aut credendum alio-
quin, quod magiſtratus illi fuerint ex Auſtrali Hollandia condemnati à
Curia. Ibi enim tenentur, licet dolo non egerint, ſecundum jus ſcri-
ptum, *l. 4. ff. de mag. conv.* ex privilegio Johannis Hollandiæ Comitis
Ann. 1603. Groenew. *h. ad* §. 2. De eo autem non dubitatur, quin tu-
tor honorarius conveniri non poſſit, niſi prius ſit excuſſus, qui geſſit tu-
telam, *l. 46. §. 6. ff. de adm. & per. tut.* Montan. *de tut. cap. 39. n. 149. &*

ſeqq. Chriſtin.*ad leg. Mechlin.tit.*19.*art.*23. *n.*3.*& vol.*1.*deciſ.*180. Atque ita judicatum à Senatu Hollandiæ, *in de ſaeck van Iannetjen Aerts appellant,en Gillis Gerards geapp. Ann.*1615. 25. *Mart.* Sim. à Leuwen
7 *Rooms-Holl. Regt lib.*1. *cap.*16.*n.*12. Qua autem actione experietur pupillus? Subſidiaria, ut Imp. hic dicit. Sed quam ſubſidiariam hic Imp. intelligit? Actionem tutelæ *l.*7.*ff.de mag.conv.* quæ etiam datur in magiſtratus heredem, *l.*4.*ff. eod.* SCto id nominatim expreſſum eſt, cum alioquin proprie huic actioni ſint tutores obnoxii, *l.pen. C.eod.l.*1. *pr.ff.*
8 *de tut.& rat.diſtr. act.l.*2.*l.*7.*l.*9.*l.*11.*C.arb.tut.* Quod ſi nec à magiſtratibus poſſit ſuum recipere, ultimo loco adhuc habet refugium adverſus tutorem, qui non adminiſtravit, ut reddat rationem, cur ſuſpectum non fecerit, quem male rem gerere, facultatibus labi, diſſipare patrimonium, & graſſari videbat in gerenda tutela, *d. l.*46.§.6. *l.ult.C.de divid.tut.* Sed ſi nec ab eo poſſit ſuum recipere, non eſt quod poſſit queri, aut experiri ulterius. Tum locus eſt regulis: Inopia debitoris excludit actionem, *l.*6.*ff.de dol.* & Qui non habet, is dare non poteſt, *cap. Qui non ext. de reg. jur. in* 6.

Ultimum præſidium. Atqui id ultimum eſt pupilli præſidium, quod ei comparatum eſt adverſus tutorem, qui, non adminiſtravit, *d.l.*46.§.6. *d.l.ult.* Sed præſupponendum, quod Imp. loquatur hic vel de caſu, quo tantum unus eſt tutor, vel quo omnes ſimul adminiſtrarunt tutelam, vel ſaltem non eſt, qui non adminiſtravit.

TEXTUS

§. III. *Quibus conſtitutionibus & illud exprimitur, ut niſi caveant tutores & curatores, pignoribus captis coërceantur.*

COMMENTARIUS.

1. *Quid captis pignoribus.*
2. *Explicatur Suetonius.*
3. *Tutor quomodo cogatur jam tutelam ſuſcipere.*

1 *Pignoribus captis.* Apparitoribus miſſis in poſſeſſionem bonorum, quæ deinde venduntur, ſi tutor in contumacia permanere noſcatur, ut ſiquid interim damni pupillo contigerit, poſſit inde reſtitui, *arg. l.*1.§.*quid ergo* 3.*ff.de inſp. vent.* Liv. *lib.* 39. *cap.* 36. *in fin. Quum abſentes damnati eſſent, corporibus*

bus ſubtractis, bona tantum, quæ publicari poterant, pignoranda pœnæ præbebant. Sueton. *in Jul. cap.* 17. *Vettium pignoribus captis & direpta ſupellectile male multatum, ac pro Roſtris in concione pene diſcerptum, conjecit in carcerem. Direpta,* dicit Caſaubonus, id eſt, ablata, diſtracta, & 2
divendita cupide. Sed putat pro *direpta*, *dirupta* legendum Guiljelm. Ranchinus vir acris ingenii, *lib.*1.*lect.cap.*10. Solebant enim magiſtratus & confringere pignora. Cic. 3. *de Orat. pr. An tu, qui omnem authoritatem univerſi ordinis pro pignore putares, eamque in conſpectu populi Romani concideres, me his pignoribus exiſtimas poſſe terreri? Non tibi illa ſunt cædenda, ſi Craſſum vis coërcere: hæc tibi eſt excidenda lingua: qua vel evulſa, ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit.* Quæ lectio plane non meretur contemni. Videtur enim veriſimilis, & idcirco manuſcriptis eſt relinquenda deciſio. Sed ita bona tutoris dirupta ob contumaciam non videtur credibile. Quæ enim hinc ad pupillum utilitas? Poteſt tutor alioquin & quaſi ſuſpectus à tutela repelli, ſi vel nolit ſatisdare, vel tutelam ſuſcipere, *l.*3. *C. de ſuſp. tut.*§.5. *Inſt.eod.* Sed moribus 3
hodie pœna arbitraria compelluntur regulariter, ut tutelam ſuſcipiant. *Lantr. van Hunſingo art.* 28. *Ordonn. van Rynlant part.* 2. *art.* 11. Oldamtini de eo caſu ſic expreſſe loquuntur: *Wel van die Droſt tot voormont of voget gekoren werdt, ſal tot het aenvaerden van d'adminiſtratie by pena vyf, thien, vyfthien golt-gulden daertoe geconſtringeert werden, ende wat ſchade de pupillen onder des, door des ſelven verſuymeniſſe ende onwillicheyt genieten, ſal van den ſelven gerepareert werden. Olde ambſt Lantr.lib.*2 *art.*20.

Coërceantur. Ab eo nimirum, qui habet mixtum imperium, *arg.l.*9. *§.ult.ff.ad l.Iul. pec.d.l.*1.*§.*3.*ff.de inſp.ventr.l.*15.*§.*2.*ff.de re jud.*Quod non habent Duumviri, *l.un.ff.ſiq. jus dic. n. obt.l.*26. *ff. ad municip.* niſi nominatim iis lege conceſſum, *l.*29.*§.*7.*ff.ad l. Aquil.*

TEXTUS

§. IV. *Neque autem præfectus urbi, neque prætor, neque præſes provinciæ, neque quiſquam alius, cui tutores dandi jus eſt, hac actione tenebitur: ſed hi tantummodo, qui ſatisdationem exigere ſolent.*

COMMENTARIUS.

IN urbe ſatisdationem ſolet ſcriba exigere, in provinciis illi, qui dicuntur Duumviri, *l.*3.*l.ult.C.de magiſt. conv. l.*3. *§.ult. ff. de pecul.* Scribam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

bam Juſtinianus appellat clariſſimum, *nov.94.in fin.* ni fallor, quod præerat ſcribarum decuriis, de quibus *l. 1. C. Th. de lucr. offic.* Omnes enim generaliter quod clariſſimi fuerint non eſt veriſimile, & probari non poteſt, licet aditum ſibi ad ſummos honores non difficulter omnino comparare potuerint, *arg.l.2.§.5.ff.de orig. jur.* Gothofr.*ad l.1.C.Th.de decur.urb.Rom.*Cujac.*ad tit.C.de tabul.*Duumviri duo erant creati in municipiis ad imaginem Conſulum. Magiſtratus minores & municipales etiam dicuntur frequentius, *l. 32. ff. de inj. l. 26. & t. tit. ff. ad municip. l. 1. §. 3. l. 2. ff. de magiſtr. conv. l. pen. C. eod.* & magiſtratus ſimpliciter, *l. 1. pr. l. 4. l. 5. l. 6. & t. tit. ff. de mag. conv. §. 4. Inſt. de Attil. tut.* Ferret. & Theoph. *h.*

TITULUS XXV.

DE

Excuſationibus tutorum vel curatorum.

TEXTUS

Excuſantur autem tutores & curatores variis ex cauſis: plerumque tamen propter liberos, ſive in poteſtate ſint, ſive emancipati. Si enim tres liberos ſuperſtites Romæ quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in provinciis quinque à tutela vel cura poteſt excuſari, exemplo cæterorum munerum. Nam & tutelam & curam placuit publicum munus eſſe. Sed adoptivi liberi non proſunt: in adoptionem autem dati, naturali patri proſunt. Item nepotes ex filio proſunt, ut in locum patris ſui ſuccedant: ex filia, non proſunt. Filii autem ſuperſtites tantum ad tutelæ vel curæ muneris excuſationem proſunt: defuncti autem non proſunt. Sed ſi in bello amiſſi ſunt, quæſitum eſt, an proſint. Et conſtat eos ſolos prodeſſe, qui in acie amittuntur. hi enim, qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur.

COMMENTARIUS.

1. *Quid excuſatio.*
2. *Qui excuſare ſe poſſint.*
3. *Præmia* πολυπαιδίας.

4. *Qui-*

4. *Quinam liberi excuſent à tutela.*
5. *Latior Romæ quam urbis ſignificatio.*
6. *Cur majus Romæ quam Italiæ privilegium.*
7. *Roma Dea.*
8. *Roma duplex nova & vetus.*
9. *Idem novæ quod veteris privilegium.*
10. *Themata.*
11. *Quo ſenſu tutela munus publicum.*
12. *Cæſi heredibus, dum officio fungitur, an continuandum ſtipendium.*

EXcuſatio eſt hic nihil aliud, quam allegatio immunitatis à 1
tutela vel cura. Qui legitimam cauſam habet excuſationis,
excuſare ſe poteſt, ſi jure datus ſit tutor, *h. pr. & tot. h. tit.* 2
l.13. §. ult. ff. eod. Si non ſit jure datus, ſe excuſare non co-
gitur. Manifeſtiſſimum tutoris jure dati argumentum eſt excuſatio, *d.l.*
13.§.ult. Cauſæ vero legitimæ, ex quibus tutor ſe excuſat, enumerantur
hoc titulo. Prima eſt liberorum, *h. pr.*

Tres liberos. Favebant Lacedęmonii non minus quam Romani tot 3
liberorum parentibus. Ælian. 6. *var. hiſt.* 6. Νόμος ἐςὶ τοῖς Σπαρτιά-
ταις, τὸν παρασχόμενον υἱοὺς τρεῖς, ἀτέλειαν ἔχειν φρουρᾶς. τὸν δὲ πέντε,
πασῶν τῶν λειτουργιῶν ἀφεῖσθαι. Romani vero quod faverint non eſt
tam mirabile. Cum enim bellis civilibus periiſſet Romanorum multi-
tudo innumerabilis, & totam Italiam obtinerent ergaſtula, ut queritur
Livius 6. *hiſt. Olim multitudinem innumerabilem liberorum capitum in*
iis locis fuiſſe, quæ nunc vix ſeminario exiguo militum relicto, ſervitia
Romana ab ſolitudinę vindicant. Romani autem ut plurimum Iunonem
exoſi animis magis inclinarent in Venerem, propoſitis præmiis fuerunt
invitandi ad legitimas nuptias, ex quibus & illud unum eſt, quod Juſti-
nianus hic retulit. *Vid.l.2.ff.de min.l.7.§.3.ff. de bon. damn. l.9.C.de de-*
cur. l.1. C.de legat.l.1. ff.ad SC. Tertull. A Gell.2.*noct. Attic.*15. Bach.
vol.2.diſp.9 th.2.lit.A. Nec quicquam intereſt, utrum liberi ſint maſcu- 4
li, an fœminæ, nepotes, an filii, emancipati, an in poteſtate parentum,
l.2.§.7.ff. de excuſ.tut.l.2.§.incolumes ff.de vac.& excuſ. mun. Cujac.*ad*
d.l.2. Sufficit, ſi nati ſint ex legitimis nuptiis, *l. 2. §.3. ff.h.t.* Sed nepotes
ut proſint, requiritur, ut parentes ipſorum ſint mortui. Si vivant, avum
excuſare non poſſunt, *l. 2. C. Qu. num. lib.* Et idcirco, qui filium habet
Romæ ſuperſtitem, & ex eodem illo filio habet duos nepotes, excuſari

 non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

non poteſt, *d.l.*2. Nec is excuſatur, qui præter illum filium, quem habet Romæ ſuperſtitem, ex filio prædefuncto habet duos nepotes, quia duo illi nepotes repræſentant parentem, & habentur pro uno, *d.l.*2.§.2.*ff.h.t.* Stirpes tantum hoc caſu numerantur non capita, quamvis ſoli nepotes ſint præmortuis filiis, *l.*3.*C.de his qu.num.lib.*Guil.Forner. *ad l.* 104.*ff. de V.S.* Sed is excuſatur, qui præter duos filios, quos habet Romæ ſuperſtites, ex alio prædefuncto habet duos nepotes, *h. pr.l.*1.*C. Qu.num.lib. d.l.*2.§.7. Dico *ex filio,* quia non proſunt, qui naſcuntur ex filia. Proſunt enim patri, non avo materno, *h. pr.* Quid ſi præter illos duos, quos habet Romæ ſuperſtites, ex filio prædefuncto nepotes non habeat, an excuſare ſe poteſt? Dicendum non poſſe, niſi forte defunctus ſit extinctus in acie, *h. pr.* Hic enim in æternum intelligitur vivere ſumma cum gloria. Nec intereſt, prelians expiraverit ſtatim, an confectus vulneribus non multo poſt tempore vita conceſſerit, *arg.l.*12.*ff. de legib.* Bachov. *h.* Dico *in acie.* Si enim in caſtris aut in obſidionibus in fata conceſſerit, ad excuſationem prodeſſe non poterit, *l.*18.*ff.h.t.*& idcirco regulariter non excuſant defuncti, non magis, quam illi qui prodeunt mortui, *l.* 129.*ff. de V.S.* aut non magis quam illi, qui adhuc ſunt in utero, *l.* 2. §. 4. *&* §. 6. *ff. h. t.* Forner. *ibid. ad d. l.* 129. Qui duos habet filios, & uxorem prægnantem, excuſari non poteſt, *d. l.* 2. §. 8. Poſthumi non habentur pro jam natis in jure, niſi quoties verſatur ipſorum utilitas, *l.*7.*l.*26.*ff.de ſtat. hom.* Hic autem ſolius patris verſatur utilitas. Sed quid ſi eo tempore, quo tutor creatur, is qui habet Romæ duos tantum ſuperſtites, & uxorem prægnantem, poſt tutelam ſuſceptam conſecutus ſit tertium, an tutelam injunctam poteſt ſtatim deponere? Dicendum quod non, ſed à novis tutelis, quæ poſtea deferuntur, excuſare ſe poterit, *d. l.* 2. §.8. Et idcirco in Friſia cum tutori creato quatuor tantum eſſent ſuperſtites liberi, quintum autem ejus uxor in lucem emitteret, pendente cauſa excuſationis in judicio, nihilominus tutelam eſt coactus ſuſcipere. Sand. 2. *deciſ.*9.*def.*8. Requiruntur enim in provinciis quinque ſuperſtites, *h. pr.* Sed dixi nos loqui de legitimis liberis. Quapropter nec ſpurii, nec liberi naturales ex concubina ſuſcepti, nec adulterini, aut meretrice prognati cauſam excuſationis ullam præſtant idoneam, *d.l.*2.§.3. Verum legitimati etiam proſunt parentibus, quia illi non differunt à legitimis liberis, *nov.* 89. *cap.*9.*&* *cap.*11.& adoptivos quod attinet, patri naturali illi proſunt tantummodo, adoptivo non item.

5 *Romæ.* In urbe nimirum, vel in ejus ſuburbiis, aut continentibus ædificiis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ficiis. Latior eſt Romæ, quam urbis ſignificatio, *l.* 2. *pr.l.* 147. *l.* 139. *ff. de V. S. l. pen.* §. 3. *ff. de excuſ. tut. l.* 4. *ff. de pen. legat.* Guil. Forner. ad *d. l.* 147.

In Italia. Non mirum quod multo majus ſit Romæ privilegium, 6
quæ paſſim tot excellentibus inſignitur elogiis. Communem omnium patriam dicit JCtus in *l.* 33. *ff. ad municip.* Amm. Marcellin. *lib.* 14. *hiſt. Urbs æterna. Urbs venerabilis. Victura dum erunt homines Roma. Quæ per omnes quotquot ſunt partes terrarum, ut domina ſuſpicitur & regina.* Caſſiod. 1. *var.* 39. *Eloquentiæ fœcunda mater, virtutumque omnium latiſſimum templum.* Curiam dignitatum, verticem mundi, legum domicilium eam dicit Sidonius 1. *epiſt.* 6. Cui exteri non dubitabant etiam templa ſtatuere. Tacit. 4. *annal. Seque primos templum urbis Romæ ſtatuiſſe, M. Porcio conſule, magnis quidem jam Romani populi rebus,*
nondum tamen ad ſummum elatis. Deam enim credebant. Martial. 7

Terrarum dea gentiumque Roma,
Cui par eſt nihil aut nihil ſecundum.

Ejus elegantiſſime expreſſit effigiem in electis Rubenius 2. *elect.* 20.
Cæterum Romam, ni fallor, & novam & veterem Juſtinianus intel- 8
ligit. Idem §. 10. *de concept. digeſt. Romam autem intelligendum eſt, non ſolum veterem, ſed etiam regiam noſtram, quæ Deo propitio cum melioribus condita eſt auguriis.*
Idem enim Conſtantinopolis quod Romæ 9
privilegium, § *ult. Inſt. de ſatisd.* Sozomen. 7. *hiſt. eccleſ. cap.* 9. Καὶ γερουσίᾳ, καὶ τάγμασι δήμων, καὶ ἀρχαῖς ὁμοίως ἐχρῆτο. καὶ τὰ συμβόλαια κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Ῥωμαίων ἐκρίνετο, καὶ τὰ δίκαια καὶ τὰ γέρα περὶ πάντα ἑκατέρᾳ ἰσάζετο. Nec ejus etiam inferius quam Romæ præconium. Caput orbis terrarum, *l.* 3. *C. de conſul.* Caput omnium civitatum, *d.* §. *ult.* Urbs æterna, *l.* 5. *C. de diverſ. præd. urb.* & βασιλὶς τῶν πόλεων appellatur ſexcenties. Sidon. Apollin. *Panegyr.*

— *regina Orientis*
Orbis Roma tui.

Conſtant. Manaſſes:

Καὶ πόλιν ὀλβιόπολιν αὐτῇ περισανεγείρει,
Πόλιν τὴν μεγαλόπολιν, πόλιν τὴν νέαν Ῥώμην,
Ῥώμην τὴν ἀρυτίδωτον, τὴν μήποτε γηρῶσαν,
Ῥώμην ἀεὶ νεάζουσαν, ἀεὶ καινιζομένην,
Ῥώμην ἀφ' ἧς περιχέανται χαρίτων αἱ συρμάδες.

Provinciis. Quæ poſterioribus ſeculis frequentius *Themata.* Theo- 10
phan.

phan. *ad ann. Chr.* DCCLXII. Πάντα μοναχὸν καὶ μοναστρείαν τοὺς ὑπὸ τῶν θεμάτων τῶν Θρακησίων ὄντας συνῆξεν εἰς Ἔφεσον, *Monachos & Moniales omnes Thracenſium Themati ſubjectos Epheſum advocavit.* Conſtantin. *de admin. imp. cap.* 30. Περὶ τοῦ θέματος Δελματίας. *Cap.* 50. Περὶ τῶν ἐν τῷ θέματι Πελοποννήσου σκλάβων. Leo Grammaticus: Τὸν δὲ ἕτερον υἱὸν αὐτοῦ προβάλλεται μονοστράτηγον εἰς τὰ δυτικὰ θέματα, *Alteri vero filio ſupremi Ducis in Occidentalia Themata dignitatem confert.* Ducas *hiſt. cap.* 23. Οὐ μόνον τὰ ἀνατολικὰ θέματα, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς Θρᾴκης κρατήσαντες ἀπὸ Χεῤῥονήσου μέχρι τοῦ Ἴστρου πάσας τὰς ἐπαρχίας καθυποτάξαντες. Nec tantum ea voce indigitarunt provincias, verum etiam legiones, aut militares cohortes, provinciarum præſidia. Meurs. in Θέμα. Theophan. *ad Ann. Chr.* DCCXXIII. Τοῦ Ἀρταβάσδου μετὰ τοῦ Ὀψικίου λαοῦ ἐν τῇ πόλει εἰσελθόντος, κατέλαβεν καὶ Κωνταντῖνος ἐν τῇ Χρυσοπόλει μετὰ τῶν δύο θεμάτων Θρακησίων τε, φημὶ, καὶ Ἀνατολικῶν. Idem *ad Ann. Chr.* DCCLXXX. Ἀποστείλασα ἡ βασίλισσα Σταυράκιον Πατρίκιον καὶ λογοθέτην τοῦ δρόμου ἐν τῇ Θρᾴκῃ, πρὸς τὰ περατικὰ θέματα ἐκεῖσε τηνικαῦτα ὄντα, ἔπεισεν αὐτοὺς συνεργῆσαι αὐτῇ, *Imperatrix miſſo Stauracio Patricio & publici curſus Logotheta in Thraciam ad tranſmarina Themata illic conſidentia, ut ſibi operam accommodarent.*

11 *Publicum.* Auctoritate, *l.* 9. *ff. de h. qu. ſu. vel al. jur. l. ult. pr.* §. 1. *&* §. *hæc omnia* 28. *ff. de mun. & hon.* non utilitate, niſi per conſequentiam, *arg.* §. *ult. Inſt. de juſt. & j.* Vel eſt publicum munus, ſed non reipublicę, *l.* 6. §. *tutela* 15. *ff. h. t.* Quo ſenſu etiam dici poteſt munus privatum, quia non conſiſtit in adminiſtranda republica, *l.* 17. §. 4. *ff. eod. l.* 14. §. 1. *ff. de mun. & hon.* Cujac. ad *d. l.* 6.

12 *Per gloriam.* Scribit Choppinus 1. *mor. Paris.* 1. *n.* 35. hoc transferendum ad eos, qui cæſi ſunt in officio, dum eo funguntur, & idcirco vel viduæ vel occiſi etiam heredibus continuandum ſtipendium. Atque ita teſtatur & aliquoties judicatum. Cicer. *Philipp.* 14. *Cenſeo P.C. quæ præmia militibus promiſimus, nos Rep. recuperata, tributuros, ea vivis victoribuſque cumulate, cum tempus venerit, perſolvenda: Qui vero ex his, quibus illa promiſſa ſunt, pro patria occiderint, eorum parentibus, liberis, conjugibus, fratribus tribuenda exiſtimo.*

TEXTUS

§. I. *Item Divus Marcus in Semeſtribus, reſcripſit, eum, qui res fiſci*

admi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

adminiſtrat, à tutela, vel cura, quamdiu adminiſtrat, excuſari poſſe.

COMMENTARIUS.

1. *Defuncti Impp. relati in Deos.*
2. *Semeſtria quid.*
3. *Placita, Silentia.*
4. *Procurator Cæſaris, Rationalis, Catholicus.*
5. *Comites theſaurorum.*
6. *Duplex ærarium privatum & publicum.*
7. Γενικὸν, γενικοῦ λογοθέτης.
8. Ἰδικὸν, κουρατωρεία, πριβατάριος.
9. *Notatur Cedreni interpres.*

D*Ivus.* Romani Imperatores, cum erant extincti, referebant 1
in Deos. Inde Divi dicuntur. Ritus conſecrandi eſt apud Herodianum *lib.4.hiſt.* Sed locus eſt longior, quam ut poſſit adſcribi.

Marcus. Antoninus Philoſophus.

Semeſtribus. Semeſtria hoc loco appellantur conſilia, quæ aſſumptis 2
aliquot Senatoribus & juriſperitis habebant Impp. ſemeſtribus ſingulis. Sueton. *in Auguſt.cap.35. Sibique inſtituit conſilia ſortiri ſemeſtria, cum quibus de negotiis ad frequentem ſenatum referendis ante tractaret.* Ho- 3
tom. & Bachov. *h.* Latini hæc placita poſterioribus ſeculis, Græci etiam ſimpliciter appellarunt ſilentia. Ado Viennenſis: *Tenente placitum Pippino rege in Compendio, Taſſilo dux Bajovariorum ad illum ibi venit, ſeque illi in vaſſalum commiſit.* Idem: *Rex Carolus Saxones cum uxoribus & infantibus baptizatos in fide ſibi conjunxit, & placitum generale tam ex Francis, quam ex Saxonibus celebravit ad Paterbrurnam.* Leo Grammaticus *in vit. Alexan.* Ἐποίησε δὲ Σιλέντιον καὶ σύνοδον Ἀλέξανδρος ἐν τῇ Μαγναύρᾳ. Theophan. *ad Ann. Chr.* DCCLXXVIII. Καὶ ποιήσας ὁ βασιλεὺς Σιλέντιον ἐν τῇ Μαγναύρᾳ, *Imperator autem Silentio ad Magnauram indicto.* Goar *ad Theophan. p.342.*

Qui res fiſci. Cæſaris procurator, Rationalis, Catholicus. Qui ju- 4
dex erat inter privatos & fiſcum, & colligebat in provinciis bona vacantia, *l. nec quicquam 9. pr. ff. de offic. proc. l.1. C. de juriſd. l.1. l.2. l.5. C. ub. cau. fiſc. l.114. §.2. ff. de leg.1.* Dio Caſſ. *lib.53. hiſt.* Καὶ τοὺς ἐπιτρόπους, οὕτω γὰρ τοὺς τάς τε κοινὰς προσόδους ἐκλέγοντας καὶ προσεταγμένα σφί-

σφίσιν ἀναλίσκοντας ὀνομάζομεν, ἐς πάντα ὁμοίως τὰ ἔθνη τά τε ἑαυ-
τοῦ δὴ καὶ τὰ τοῦ δήμου, τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἱππέων, τοὺς δὲ καὶ ἐκ τῶν ἀ-
πελευθέρων, *&c.* Britanni apud Tacit. *in vit. Agricol. Nihil profici patien-
tia, niſi ut graviora tanquam ex facili tolerantibus imperentur: ſingulos
ſibi olim reges fuiſſe, nunc binos imponi, è quibus legatus in ſanguinem, pro-
5 curator in bona ſæviret.* Ni fallor, hic idem eſt, qui Comes theſaurorum
appellatus eſt poſtea. Idem enim officium, & ut Rationales antiquitus,
ſic Comites theſaurorum per unamquamque provinciam, qui omnes &
ſinguli erant dicto audientes Comiti ſacrarum largitionum, ut ſummo
adminiſtratori rerum fiſcalium, ut demonſtratum eſt fuſius, §.3. *proœm.
Inſt. verb. Exquæſtore.* & ad §. *ult. Inſt. de h. qu. ſu. vel al. jur.* Dico *fiſca-
lium*, quia Comes rerum privatarum præerat tantum iis, quæ pertine-
bant ad privatam Imp. ſubſtantiam. Cujac. *par. C. de offic. Com. rer. priv.*
Caſſiodor. *6. var. 8. Comitiva Privatarum, ſicut nominis ipſius ſentitur
inſonare vocabulum, per Rationalium curam quondam Principum priva-
6 tam fertur gubernaſſe ſubſtantiam.* Erat duplex ærarium tempore Prin-
cipum, qui Conſtantinopoli habebant ſummam imperii, privatum &
7 publicum, ut & dictum ibidem. Mornac. ad *l. 7. C. de edend.* Γενικὸν di-
cebant etiam ærarium publicum, & eidem præfectum γενικοῦ λογοθέτην,
Λογοθέτην γενικὸν, & Λογοθέτην ſimpliciter. Cedren. *in vit. Baſil.
Maced.* Καὶ ἐς τὸ λεγόμενον γενικὸν κατιὼν, τοὺς εἰσπραττομένους ἐσκό-
πει περὶ τοῦ δημοσίου, μήπου τις ἀδίκως εἰσπράττοιτο, *Et deſcendens ad
ærarium publicum, ubi reipublicæ nomine vectigalia & tributa accipiun-
tur, proſpexit, ne ab ullo quicquam injuſte exigeretur.* Nicephor. *in bre-
viar. hiſt.* Τῶν δημοσίων λογιστὴν, ὃν τὸ δημῶδες Λογοθέτην καλοῦσι, καθί-
στησιν, *Publici ærarii præfectum conſtituit, quem Logothetam vulgo nun-
cupant.* Idem *in vit. Anaſtaſ.* Τούτοις ἡγεμόνα ἐφίστησιν Ἰωάννην διά-
κονον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ τῶν δημοσίων φόρων λογιστὴν, ὃν
Λογοθέτην γενικὸν οἶδε καλεῖν ἡ συνήθεια. Cujac. ad *l. ult. C. de diſcuſſ.*
Meurſ. in Γενικὸν & in Λογοθέτης. Fabrot. in Γενικὸν *in Gloſſ. Cedren.*
8 Privatum ἰδικὸν, κουρατωρείαν, & eidem præpoſitum dicebant πριβα-
τάριον, κουράτωρα, τῶν πριβάτων τὸν κόμητα, τὸν προεστῶτα τῆς
αὐτοῦ βασιλέως περιουσίας. Harmenop. *promt. lib. 6. tit. 1. §. 5.* Κουρά-
τωρ τοῦ βασιλέως, ὃ νῦν λογοθέτης λέγεται. Menander: Καὶ Βοῦνον
προεστῶτα τῆς αὐτοῦ βασιλέως περιουσίας. Meurſ. in Γενικὸν. Aga-
thias *lib. 5. hiſt.* Ἀνατόλιον μόνον φθαρῆναι ξυνέβη, ἄνδρα τῇ τε τῶν
ὑπάτων ἀξίᾳ τετιμημένον, καὶ πρός γε τὸ φροντίδα τίθεσθαι καὶ ἐπι-

μελείαν

μελείαν τοῦ βασιλέως οἴκων τε καὶ κτημάτων ἀρχὴν εἰληχότα. Κουρά-
τωρας δὲ τούτους καλοῦσι Ρωμαῖοι. Theophan. *ad Ann. Chr.* DCCCIII.
Τὰ δὲ κρείττονα τῶν κτημάτων εἰς τὴν βασιλικὴν κουρατωρείαν ἀἱρε-
θῆναι ἐκέλευσε. Quod Anaſtaſ. Biblioth. *in hiſt. eccleſ.* Latine ſic reddi-
dit. *Quæ meliora erant in rebus in regiam Curatoriam deferri præcepit.*
Regiam curatoriam, id eſt, regium fiſcum aut privatum ærarium. Jacob.
Goar *not. ad Cedren. p.* 568. Fabrot. in πριβατάριος *in Gloß. Cedren.*
Videtur tamen κουρατωρεία generale vocabulum, & interdum eo ſignifi-
cari etiam ærarium publicum. Cedren. *hiſt. p.* 627. Τὴν μὲν οὖν Μελι-
τηνὴν εἰς κουρατωρείαν καταστήσας ὁ βασιλεὺς, καὶ πᾶσαν τὴν περιοι-
κίδα, πολλὴν συντέλειαν τῷ δημοσίῳ προσήγαγε. Dicit δημοσίῳ,
quod omninò notandum. Illud autem εἰς κουρατωρείαν καταστήσας 9
&c. an recte ſit verſum ab interprete dubito: *in præfecturæ formam re-
degit, Curatoreiam ipſi vocabant.* Malim ita: *Imperator Melitenam,
& quicquid circum eſt regionis redegit in fiſcum, ac magnos inde reditus
confecit ærario.* Cæterum hi omnes, qui curabant ærarium, & excuſare
ſe poterant, *h. §. & l. adminiſtrantes* 41. *ff. h. t.* Solum excipiuntur acto-
res civitatum, aut qui civitatis adminiſtrant ærarium, *l.* 15. *§. ratiocina-
tor ff. h. t.* Cujac. ad *l.* 30. *C. de decur.*

TEXTUS

§. II. *Item qui reipublicæ cauſa abſunt, à tutela vel cura excuſantur. Sed & ſi fuerint tutores vel curatores dati, deinde Reipublicæ cauſa abeſſe cœperint, à tutela, vel cura excuſantur, quatenus Reipublicæ cauſa abſunt: & interea curator loco eorum datur: qui ſi reverſi fuerint, recipiunt onus tutelæ: nam nec anni habent vacationem, ut Papinianus libro* 5. *Reſponſorum ſcripſit: nam hoc ſpatium habent ad novas tutelas vocati.*

COMMENTARIUS.

Abeſſe dicuntur reipublicæ cauſa, qui abſunt coacti ad procurandam rem publicam, ut legati inprimis, *l. abeſſe* 32. *l. qui mittuntur* 35. *l. Reipublicæ* 36. *ff. ex qu. cau. maj.* Sed mercatores non abſunt reipublicæ cauſa, exceptis naviculariis, & qui mercantur annonam in uſum Italiæ, *l.* 5. *§.* 3. *ff. de jur. immun.* Qui mittuntur in ſtudia; licet dici non poſſit, ſi accurate loquamur, quod abſint coacti ad procurandam rem publicam, *d. l.* 36. *& l.* 28. *ff. eod.* tutelam nihilominus non compelluntur ſuſcipere. Ad munus enim perſonale avocari non poſſunt ante quintum

& vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

& viceſimum annum ætatis, *l.*1. *&* 2. *C. Qu. æt. vel prof. ſe exc.* Ingens admodum ſtudiorum eſt favor, *l.* 28. *ff. ex qu. cau. maj. auth. habita C. ne fil. pro patr. ub. Dd. comm.*

TEXTUS

§. III. *Et qui poteſtatem aliquam habeat ſe excuſare poſſunt, ut Divus Marcus reſcripſit: ſed ſuſceptam tutelam deſerer·· non poſſunt.*

COMMENTARIUS.

CUm aliquam dicit ordinariam non ſolum, ſed & extraordinariam poteſtatem intelligit, *l. Geometræ* 22. §. 1. *l.* 26. *l.* 41. §. 1. *ff. h. t. junct. l.* 2. §. 33. *ff. de Or. jur.* magiſtratus quinetiam, non ſolum majores, verum etiam minores, ut Ædilem *l.* 17. §. *is qui ædilitate ff. eod.* Duumviros *l.* 6. §. 16. *ff. eod.* legatos etiam & magiſtratuum comites *l.* 12. §. 1. *ff. de vac. & excuſ. mun.* Decuriones autem in municipiis ſe excuſare non poterant, nam nec Romæ Senatoribus ob id ipſum tantummodo, quod erant Senatores excuſare ſe licuit, *l.* 15. §. 2. *ff. h. t.* Decuriones in municipiis magiſtratus non erant, ſed creandi erant magiſtratus ex decurionum collegio, *l.* 1. *pr. ff. de mag. conv. l.* 7. §. *pen. ff. de decur.* Cujac. ad *l.* 2. *in fin. ff. h. t. & par. C. de offic. præf. ann.* Et idcirco non mirum, quod à tutela filiorum collegæ ſui decurio ſe excuſare non poſſit, *d. l.* 41. §. *ult. ff. h. t.* licet ſecus in Gallia Senatus Burdegalenſis decidendum putaverit, 3. *Mart.* 1493. ut eſt teſtis Autumn. ad *Langl. Semeſt. lib.* 2. *cap.* 4. Nam & multis in locis jus hodiernum quod attinet, tutelam invitus non adminiſtrat decurio. *Stadtrechten van Tiel cap.* 13. *art.* 33. Diſſ. Groenew. *h. ad* §. 3.

TEXTUS

§. IV. *Item propter litem, quam cum pupillo, vel adulto tutor, vel curator habet, excuſari non poteſt; niſi forte de omnibus bonis vel hereditate controverſia ſit.*

COMMENTARIUS.

1. *Pupilli debitor aut creditor ejus tutor eſſe non poteſt.*
2. *Mores hodierni.*

1 QUid ſi fratri tutoris, aut ipſius ſorori, aut ſororis ipſius filiis cum pupillo ſit controverſia? Tum etiam interdum ſe excuſans admitti-

mittitur, ſi præſertim ſit veriſimile fraterno affectu iri impeditum, ne ut oportet defenſioni pupilli ſtudioſe poſſit incumbere *l. humanitatis* 23. *C.de excuſ.* Langl.3. *Sem.* 2. Sed jure noviſſimo qui cum pupillo habet controverſiam, tutor aut curator creari non poteſt, *nov.* 72. *cap.* 1. & idcirco nec ulla eum cogit neceſſitas, ut tutor creatus ſe excuſet creanti. Soli ſe excuſant, qui jure dati tutores ſunt, *l.*13.*§.ult.ff.h.t.* Quapropter nec volens ad tutelam admittitur. Amittit debitum, ſi ad eam acceſſerit ſe creditorem diſſimulans, *d.nov. cap.*4. Atque ita judicatum à Senatu Hollandiæ *Ann.*1615.17. *Feb. in de ſaeck van Pieter Maertenſſe ſoo hy procedeerde impetrant in cas d'Appel, contr. Pieter Bolle ged.* Sim. à
Leuwen *Rooms-Holl. Regt lib.*1. *cap.*16. *n.*4. Moribus tamen id ubique 2
non obtinet. Groenew. ad *l.creditorem C. Qu.dar.tut.vel cur. poſ.* Mev. ad *jus Lubec.lib.*1.*tit.*7.*art.*7. Carpzov.*part.*2.*conſt.*11.*def.*20.

Propter litem. Atqui pupillus obligari non poteſt, *pr.Inſt.de auct. tut. in fin.l.*5.*pr.ff.eod.* Dicendum id evenire, ſi vel ex paterno, vel ex quaſi contractu ſit obligatus tutori, *l.*46.*ff.de obl.& act.l.*2.*§.*2.*ff.de verb.obl. l.*24.*ff.de V.S. l.un. C.ut act.ab her. vel cont. her.*

TEXTUS

§. V. *Item tria onera tutelæ non adfectatæ, vel curæ, præſtant vacationem, quamdiu adminiſtrantur: ut tamen plurium pupillorum tutela, vel cura eorundem bonorum, veluti fratrum, pro una computetur.*

COMMENTARIUS.

QUi adminiſtrat tutelam, ſi vocetur ad ſecundam, excuſari non poteſt, ut nec is etiam ſimiliter, qui duas adminiſtrans vocatur ad tertiam. Sed tres adminiſtrans ſi vocetur ad quartam excuſare ſe poteſt, *h.§.l.*3.*&* 4.*ff.h.t.* Tres autem efficit non numerus pupillorum, ſed patrimoniorum & facultatum diverſitas, *d.l.* 3. Nec ut tres ab eodem adminiſtrentur tutelæ, tam præciſe requiritur; tres eſſe ſufficit in eadem familia, *l.*5.*ff.eod.* Eſt tamen caſus, quo adminiſtrans tutelam, ſi vocetur ad ſecundam, excuſare ſe poteſt, ſi nimirum tam intricata, tam negotioſa, & difficilis ſit ea, quam adminiſtrat, ut cedat pro pluribus, *l.* 31. §. *ult.ff.h.t.* Caſus eſt etiam, quo tres adminiſtrans, ſi vocetur ad quartam, excuſari non poteſt, ſi nimirum vel unam ex illis tribus ambierit, vel una ſit facilis, & momenti leviſſimi, *l.*15. §. *eſt autem* 15.*ff.h.t.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

TEXTUS

§. VI. *Sed & propter paupertatem excuſationem tribui, tam divi fratres, quam per ſe divus Marcus reſcripſit, ſiquis imparem ſe oneri injuncto poſſit docere.*

COMMENTARIUS.

QUis dicatur hic pauper, puto id relinquendum arbitrio judicis. In accuſationibus pauper is appellatur, qui aureos quinquaginta non habet in bonis, *l.* 10. *ff. de accuſ.* In hac autem materia non eſt id definitum. Apud Tacitum Claudius, quod omnino ſtupendum eſt, dicere pauperem in Senatu non erubeſcit, qui ſeſtertii ter millies habebat in bonis, tres auri milliones, ut dicit Pancirol. 2. *lect.* 225. Locus eſt apud Tacit. *annal.* 12. *Refertur*, inquit, *ad patres de pœna fœminarum, quæ ſervis jungerentur, ſtatuiturque, ut ignaro domino ad id prolapſa in ſervitutem, ſin conſenſiſſet, & qui nati eſſent, pro libertis haberentur. Pallanti, quem repertorem ejus relationis ediderat Cæſar, Prætoria inſignia, & centies quinquagies ſeſtertium cenſuit Conſul deſignatus Barea Soranus, &c. Aſſeveravit Claudius contentum honore Pallantem inter priorem paupertatem ſubſiſtere; & fixum eſt ære publico Senatuſconſultum, quo libertinus ſeſtertii ter millies poſſeſſor antiquæ parſimoniæ laudibus cumulabatur.* Oldamtini tantum ſimpliciter de iis loquuntur, qui ſunt admodum pauperes. *Old-ambſt. Lantr. lib. 2. art. 23. Soldaten, abſentes reipublicæ cauſa, die in groote armoedt leven, die drie verſcheyden voormonderſchappen hebben,* liberalium artium profeſſores, *die niet leſen of ſchryven konnen, &c. ſullen haer van voormonderſchap en vooghdyen mogen excuſeren.*

TEXTUS

§. VII. *Item propter adverſum valetudinem, propter quam ne ſuis quidem negotiis intereſſe poteſt, excuſatio locum habet.*

COMMENTARIUS.

DAtum tutorem & morbus excuſat, ſed morbus ejuſmodi, qui impedimento eſt rei agendæ, *h.* §. *l.* 10. *in fin. l.* 40. *ff. h. t.* Vocatur is ſonticus in *l.* 60. *ff. de re jud.* & ejus exemplum ibi febris adfertur. Quod intelligendum de graviſſima febre, tertiana nimirum, aut febre continua.

Vetus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Vetus enim quartana non multum nos impedit, *l.1. §. proinde* 8. *ff. de æ-*
dil. ed. Bachov.ad *Treutl.vol.2.diſp.9.th.1.lit.B.*Forner.ad *l.101.& 113.*
ff. de V.S. Surdi & muti etiam morbo laborant,*d.l.40.l.un.C. Qu.morb.*
l. 3. l. 4. l. 9. ff.de ædil.ed. ſed tutores & curatores hi non poſſunt conſti-
tui *l.1.§. pen. & ult. ff.de tutel.§.4. Inſt.de curat. junct. §. 13. Inſt.h.t.* &
idcirco nec conſtituti ut ſe excuſent neceſſe eſt, *arg. d. l. 13. §. ult. ff.h.t.*
Cœcum quod attinet, poteſt tutor conſtitui, *arg.l.etiamſi 16.ff.de auct.*
*tut.*ſed conſtituto nihilominus ſe excuſare conceſſum eſt, *h.§.l.1. §.7.ff.*
de ædil.ed.l.un.C.Qu.morb. Monoculus vero fit & tutor invitus, *l. fra-*
ter 9. C. de excuſat.

T E X T U S

§. VIII. *Similiter eos, qui literas neſciunt eſſe excuſandos, divus Pius reſcripſit : quamvis & imperiti literarum poſſint ad adminiſtrationem negotiorum ſufficere.*

COMMENTARIUS.

1. *Literæ quid.*
2. Γράμματα.

SOlent hic multum digladiari interpretes, quemadmodum
cum eo, quod Juſtinianus hic dicit, ſit conciliandum, quod
habetur in *l. 6. in fin. ff. h. t.* Vinnius in *not. h.* legem illam
objectam de tutela leviori, & quæ non eſt magni ponderis,
intelligendam exiſtimat, id autem, quod habetur hic, de tutela difficili.
Sunt qui per adjectam illam particulam quamvis verba præcedentia ar-
bitrantur reſtringi, ut imperiti literarum ſe excuſare non poſſint, ſi rebus
adminiſtrandis reperiantur idonei. Accurſ. *h.* Vultej. *diſcept.*8. Nonnul-
li agnoſcunt antinomiam ſimpliciter. Mihi vero videtur omnis illa dif-
ficultas ſic optime tolli, ſi id, quod habetur hic, dicamus intelligendum
de eo, qui nec legere nec ſcribere didicit, legem autem objectam de eo,
qui bonarum artium diſciplinis & ſtudiis ſua labra non proluit. Pro 1
ſcientiis enim literæ non raro uſurpantur etiam à ſcriptoribus claſſicis.
Cicero 1. *Tuſcul. qu. pr. Doctrina Græcia nos & omni literarum genere*
ſuperabat. Idem *in Brut. Titus Flamininus exiſtimabatur quidem bene*
latine, ſed literas neſciebat. Senec. 5. *de benef.* 13. *Sic pyxidem & argen-*
team & auream dicimus. ſic illiteratum non ex toto rudem, ſed ad lite-

 ras

ras altiores non perductum. Valer. Max. 3. *rer. mem. cap.* 4. *Ornata ſunt ab eo literarum Latinarum monumenta.* Sic γράμματα Græci etiam nonnunquam accipiunt. Plutarch. *in Craſ. in fin.* Ἦν γὰρ οὔτε φω-
2 νῆς οὔτε γραμμάτων ὁ Ὀρώδης ἑλληνικῶν ἄπειρος, *Neque linguæ, neque literarum Græcarum Orodes ignarus erat.* Polyb. *in excerpt. Valeſ. lib.* 27. Μετὰ τῆς καθηκούσης προστασίας εἰς Ῥώμην ἀπέστειλε, χάριν τοῦ καὶ τὴν διάλεκτον, καὶ τὰ γράμματα Ῥωμαϊκὰ μαθεῖν. Aliter Cujac. ad *d. l.* 6. Bachov. *h. & ad Treutl. vol.* 2. *diſp.* 9. *th.* 2. *lit. F.*

TEXTUS

§. IX. *Item, ſi propter inimicitias aliquem teſtamento tutorem pater dederit, hoc ipſum præſtat ei excuſationem: ſicut per contrarium non excuſantur, qui ſe tutelam adminiſtraturos patri pupillorum promiſerant.*

COMMENTARIUS.

Datus etiam tutor libertino ingenuus excuſare ſe poteſt, *l.* 1. §. 4. *ff. h. t.* Nec libertus invitus patroni ſui liberis poteſt tutor conſtitui, ſi ab eo patronus jusjurandum exegerit, ne uxorem adſciſceret, *l.* 15. *ff. de jur. patr. junct. l.* 6. *ff. eod.* vel ſi ipſi noluerit alimenta præſtare, *l.* 33. *ff. de bon. libert.* vel ſi jura patronatus ſperare non poſſint patroni illius liberi, ut in caſu *l.* 10. §. 1. *ff. de bon. libert.* Cujac. 14. *obſ.* 6.

Promiſerant. Old-ambſt. Lantr. *lib.* 2. §. 24. *Alle de gene, dewelcke der pupillen olderen belovet hebben Voormont ofte Voget te weſen, konnen ſich met de voorſchreven oorſaken niet excuſeren, ten waer deſelve oorſake nae de gedane belofte eerſt voorgekomen was.*

TEXTUS

§. X. *Non eſſe autem admittendam excuſationem ejus, qui hoc ſolo utitur, quod ignotus patri pupillorum ſit divi fratres reſcripſerunt.*

COMMENTARIUS.

Divi fratres. L. Verus & Antoninus Philoſophus. Capitol. *in Ant. Phil. Poſt exceſſum divi Pii à ſenatu coactus regimen publicum capere, fratrem ſibi participem in imperio deſignavit, quem Lucium Aurelium Verum Commodum appellavit, Cæſaremque atque Auguſtum dixit, atque ex eo pariter cœperunt rempublicam regere.* Cujac. ad *l.* 6. *ff. h. t.* Vigl. *ad* §. 2. *Inſt. de vulg. ſubſt.* Wiſſenb. *ad Inſt. diſp.* 8. *th.* 28.

Non

Non natura, ſed adoptio eos fratres effecerat. Idem *in Anton. Pio: Adoptionis lex hujuſmodi data eſt: ut quemadmodum Antoninus ab Adriano adoptabatur, ita ſibi ille adoptaret M. Antoninum fratris uxoris ſuæ filium, & L. Verum, Ælii Veri, qui ab Adriano adoptatus fuerat, filium, qui poſtea Verus Antoninus eſt dictus.*

TEXTUS

§. XI. *Inimicitiæ, quas quis cum patre pupillorum, vel adultorum exercuit, ſi capitales fuerunt, nec reconciliatio intervenit, à tutela vel cura ſolent excuſare.*

COMMENTARIUS.

Quæ ſpirabant ex profeſſo vindictam & ſanguinem, dicuntur capitales. Rævard. 5. *var.* 15. Solenniter eas olim ſolebant indicere. Cicer. *pro L. Flacco: Etenim cum à clariſſimis viris juſtiſſimas inimicitias ſæpe cum bene meritis civibus depoſitas eſſe vidiſſem, non ſum arbitratus quenquam amicum reipublicæ, poſteaquam L. Flacci amor in patriam perſpectus eſt, novas huic inimicitias nulla accepta injuria denunciaturum.* Sueton. *in Calig. cap. 3. in fin. Ac ne tunc quidem ultra progreſſus, quam ut & amicitiam ei more majorum renunciaret, mandaretque domeſticis ultionem, ſiquid ſibi accideret.* Liv. *lib. 36. Conſulti feciales à M. Acilio Conſule, num prius Ætolis renuntianda amicitia eſſet, quam bellum inferendum.* Idem *lib. 43. Miſſi legati Perſeo amicitiam renuntiarunt.* Valer. Max. *lib. 7. cap. 1. Acerrime cum Scipione Africano Macedonicus diſſenſerat, eorumque ab æmulatione virtutis profecta contentio, ad graves teſtataſque inimicitias progreſſa fuerat.* Vid. Lipſ. *ad lib. 2. annal. Tac.*

TEXTUS

§. XII. *Item is, qui ſtatus controverſiam à pupillorum patre paſſus eſt, excuſatur à tutela.*

COMMENTARIUS.

Excuſatur is etiam, qui non per calumniam ſtatus controverſiam movet pupillo, *l. 6. §. 18. ff. h. t.* Status autem controverſiam pati is dicitur, qui apud magiſtratum in ſervitutem aſſeritur, vel de quo diſputatur, liber an ſervus ſit. Quod videtur perinde, ac ſiquis aliquem vel ar-

arceſſeret capitis, vel ferro appeteret, aut eum ad ultimam neceſſitatem adigeret. Servi enim habentur in jure pro mortuis, *l.*32. *l.*209. *ff. de reg. jur. l.* 59. §. 2. *ff. de cond. & dem.* Vinn. *h.* Pet. Fab. ad *d.l.*32.

TEXTUS

§. XIII. *Item major ſeptuaginta annis à tutela & cura poteſt ſe excuſare. Minores autem viginti quinque annis, olim quidem excuſabantur: noſtra autem conſtitutione prohibentur ad tutelam vel curam adſpirare: adeo ut nec excuſatione opus ſit. Qua conſtitutione cavetur, ut nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus: cum ſit incivile eos, qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur, & ab aliis reguntur, aliorum tutelam, vel curam ſubire.*

COMMENTARIUS.

1. *Exponitur Plinius.*
2. *Emendatur l.* 3. *C. Qu. æt. vel prof. ſe exc.*
3. *Quis major annis* LXX.
4. *An minores olim potuerint tutores conſtitui.*
5. *Vinnius refutatur.*
6. *Explicatur l. ult. C. de legit. tut.*

1 Videtur ergo Plinius cum latitudine temporis & ἐν πλάτει locutus 4. *epiſt.* 23. *Et prima vitæ tempora & media patriæ, extrema nobis impertire debemus, ut ipſæ leges monent, quæ majorem annis* LX. *otio reddunt.* Aut ſaltem ita locutus, quia ſic obtinebat ipſius ætate, quod eſt veriſimilius. Macrob. 1. Saturn. *cap.* 5. *Hiſne tam doctis viris, quorum M. Cicero & Varro imitatores ſe gloriantur, adimere vis in verborum comitiis jus ſuffragandi, &
2 tanquam ſexagenariis majores de ponte dejicies.* Nam *l.* 3. quod attinet *C. Qu. æt. vel prof.* error eſt creatus ex notis numerorum, ut obſervavit Forner. 3. *rer. quot.* 2. Pro LV. legendum LXX. Quod & ex ſequentibus
3 ſatis eſt evidens. Major autem is dicitur annis ſeptuaginta, qui jam plane complevit & exceſſit ultimum diem anni ſeptuageſimi, cum tutor creatur, *l.* 2. *pr. ff. h.t. l.* 3. *ff. de jur. imm. l.* 1. *in fin. ff. de vac. & excuſ. mun.* Atque ita judicatum eſt à Friſiæ Curia. Sand. 2. *dec.* 9. *def.* 5.

4 *Excuſabantur.* Dati nimirum in teſtamento tutores, aut vocati ad tutelam ex duodecim tabulis, *arg. l.* 32. §. *ult. ff. de teſtam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſtam. tut. l. 5. pr. l. 9. ff. de legit. tut. l. 10. §. pen. ff. h. t. Minor enim
à magiſtratu tutor dari non potuit, *arg. l. 77. ff. de reg. jur. l. 6. §. 1. ff. de*
tut. Qui autem dari non poterat, nec cauſam excuſationis tenebatur pro-
ponere, ut dixi jam aliquoties, & patet etiam ex iis, quæ Juſtinianus hic
dicit. Vocari enim minorem ad tutelam legitimam vetat ſpecialiter, &
negat etiam propterea eum poſſe compelli ad ſe excuſandum, ſi datus ſit
tutor. Olim ſe excuſabat, & ut ſe excuſaret, erat etiam neceſſe, quia po-
terat tum legitime tutor conſtitui, *l. 73. pr. ff. de reg. jur. d. l. 32. §. ult.* Jam
autem non item, *h. §. l. ult. C. de legit. tut.* Dico *conſtitui*,
quia minor nec olim ad tutelam adminiſtrandam ſolebat admitti,
§. un. Inſt. de fiduc. tut. §. 2. Inſt. Qu. teſt. tut. Dandus erat interim in
ejus locum curator, *d. l. 10. §. pen. ff. h. t.* Omnino eſt aliud dari poſſe tu-
torem, & eſſe tutorem. Servus eſſe tutor aut curator non poteſt, *§. 1. Inſt.*
de tutel. junct. l. 32. ff. de reg. jur. Sed dari non prohibetur, *§. 1. Inſt. Qu.*
teſt. tut. dar. Et hoc eſt illud novi, quod Juſtinianus conſtituit. Nec 5
Triboniani hic error eſt, ut exiſtimat Vinnius. Quî enim probabitur,
quod Tribonianus putaverit minorem à magiſtratu potuiſſe tutorem
aut curatorem conſtitui? Et unde quæſo probabitur, quod idem etiam
crediderit, curatorem interim ſubſtitutum in locum minoris tutelam
adminiſtraſſe minoris periculo. Videtur ita quidem Imperator ſenſiſſe,
cum dicit in *l. ult. C. de legit. tut. Immineat enim cuique pro ſua tantum-*
modo adminiſtratione periculum, ne alieno onere alius prægravetur. Sed
an omnes ergo leges, quæ habentur in Codice, Tribonianus compoſuit?
Ubi habetur hoc? Et deinde, ſi dicamus; fuit hæc Triboniani aut Juſti-
niani ſententia curatorem interim ſubſtitutum in locum minoris tute-
lam adminiſtraſſe ejuſdem periculo, quid inde jam mali? An non eſt
juri veteri omnino conveniens tutoris ejus periculo, qui non adminiſtrat,
tutelam aut curam adminiſtrari eatenus, quatenus pupillo eſt in ſubſidi-
um obſtrictus, ſi adminiſtrantem, & mala fide verſantem in rebus pu-
pilli ſuſpectum non fecerit, *l. 46. §. 6. ff. de adm. & per. tut. l. 3. C. de di-*
vid. tut? Eo enim Imperator videtur reſpicere. Prius autem quod at-
tinet, Tribonianum credidiſſe, minorem à magiſtratu potuiſſe tutorem 6
aut curatorem conſtitui, præſumitur perperam ex verbis, quæ habentur
in *d. l. ult. Diſcretis itaque omnibus vel dativi, vel legitimi fiant tutores hi,*
qui talis ætatis ſunt, cui ſuarum rerum adminiſtratio committitur, quo-
rumque res poſſunt pleniſſimo jure hypothecarum teneri. Ex iis enim
Vinnius id videtur præſumere, ſed omnino hæc præſumtio non poteſt
ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

admitti. Quæ enim eſt conſequentia? Eos Imperator vult tutores eſſe dativos, aut tutores legitimos, qui majoris ætatis ſunt, ergo Tribonianus id credidiſſe videtur, quod minor olim à magiſtratu tutor dari potuerit. Ubi hoc habetur per tutores dativos ſemper intelligendos à magiſtratibus datos? An non teſtamentarii poſſunt dici dativi, quia dantur in teſtamento? An non etiam generaliter & dati à magiſtratibus & dati in teſtamento ibi poſſunt intelligi? Et ſi ita dicamus quid quæſo alienum à veritate dicemus? Si ibi dati in teſtamento non poſſint intelligi, cur ergo Juſtinianus in §. *un. Inſt. de fiduc. tut.* à ſe id generaliter dicit lege ſancitum, ne minor poſſit ad tutelam admitti? Dicit enim expreſſe: *Quod noſtra conſtitutio in omnibus tutelis & curationibus obſervari generaliter præcepit.* Quæ conſtitutio? Dicta *l. ult. C. de legit. tut.* Si ergo generaliter & dati in teſtamento, & dati à magiſtratibus ibi poſſint intelligi, an inde jam ſequitur, quod Tribonianus crediderit minorem olim à magiſtratu potuiſſe tutorem aut curatorem conſtitui? An non Principes ſæpe confirmant illud ipſum, quod jam olim obtinuit? An non latius illud ipſum ſæpiſſime porrigunt? Ut ibi Imperator, quod olim erat ſancitum circa tutores à magiſtratibus datos, *l. 6. §. 1. ff. de tut. l. 77. ff. de reg. jur.* porrigendum exiſtimavit ad datos in teſtamento, & eos, qui jure ſanguinis tutelam ſuſcipiunt, *d. l. ult. junct. d. §. un. Inſt. de fiduc. tut.* Siquis porro rogaverit, unde poſſit hoc ipſum tam expreſſe probari, quod minor etiam jure veteri ad tutelam vocatus ſit ex duodecim tabulis, reſpondendum exiſtimo, id evidentiſſime probari ex eo, quod vocetur, quisquis eſt pupillo proximior, *l. 9. ff. de leg. tut. §. ult. Inſt. de cap. dem.* non exceptis minoribus. Excipiuntur enim alibi tantummodo fœminæ, *l. 73. pr. ff. de reg. jur.* minores non item. Manent ergo ſub regula. Sed inprimis ad probandum id debet nobis ſufficere Juſtiniani auctoritas, qui illud ipſum, quod dixi, ſatis clare ſignificat in *d. l. ult. C. de legit. tut.* licet id Vinnius non videatur concoquere. Sic enim adſcripſit ad §. *un. Inſt. de fiduc. tut. Quæ hic notat Cujac. & exſcripſit Pac. olim ita jus fuiſſe, ut minores 25. annis legitimi & dativi tutores fierent, &c. ex errore nata ſunt.* De dativis aſſentior, de legitimis non poſſum. Quid enim ineptius, quam caſu, quo dubitatur, quid obtinuerit jure veteri, majorem habere fidem Juſtiniani interpreti, quam ipſi Juſtiniano doctiſſimo Principi?

TEX-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

TEXTUS

§. XIV. *Idem & in milite obſervandum eſt, ut nec volens ad tutelæ onus admittatur.*

COMMENTARIUS.

1. *Militem armis, non privatis negotiis occupari oportet.*
2. *Veteranus à tutela an excuſare ſe poſſit.*

MIlitem Imperator hic armatum intelligit *arg. l. 15. §. 2. ff.*
h.t. Hic autem nec volens ad tutelam admittitur, ne ad bel-
lum alioquin fiat ignavior. Nam idcirco nec prædia licet 1
ipſi conducere, nec poteſt procurator aut fidejuſſor exi-
ſtere, *l. 31. C. de loc. cond.* Militem armis, non privatis negotiis occupari
oportet, *d.l.l.15.C.de re milit.l.un.C.negot.ne milit.nov.*116.*cap.*1.*Reſp.*
*Holl.part.*1.*conſ.*157. Veget. *lib.*2.*de re milit.cap.*19. *Nec aliquibus mili-*
tes inſtituti deputabantur obſequiis, nec privata iiſdem negotia manda-
bantur. Siquidem incongruum videbatur Imperatoris militem, qui veſte
& annona paſcebatur, utilitatibus vacare privatis. Ambroſ. 1. *offic. Is*
qui Imperatori militat, à ſuſceptionibus litium, actu negotiorum forenſi-
um, venditione mercium prohibetur humanis legibus. Cujac. ad *d. l. 15.* 2
Forner. 2. *ſelect.* 3. Veteranum quod attinet, poteſt tutor conſtitui, ſed
conſtituto nihilominus ſe excuſare permittitur, ſi conſtitutus ſit iis, quo-
rum pater nec militat, nec olim militavit, *l. 8. pr. ff. h. t.* A tutela filio-
rum vel ejus qui militavit, vel adhuc militantis ſe excuſare non poterit,
niſi intra annum, ex quo impetravit miſſionem ab exercitu, datus ſit tu-
tor, aut niſi jam adminiſtrans tutelam ejuſmodi vocetur ad aliam, *d.l.*8.
pr. & §. 10. ff. h. t. Loquor de iis, qui viginti in exercitu meruerunt ſti-
pendia, & honeſte dimiſſi ſunt, *d.l.8.§.2.l.1.C.de excuſ. vet.l. pen.C.Qu.*
prov. non. eſt nec. Pauciora ſi fecerint, vel ignominioſe ſint conſecuti
miſſionem, tum aliud juris eſt, *d. l. §. 1. & §. qui intra 3. ff. h. t.* Ant.
Auguſt. *ad Modeſtin. h. t.*

TEXTUS

§. XV. *Item Romæ Grammatici, Rhetores, & Medici, & qui in patria ſua has artes exercent, & intra numerum ſunt, à tutela & cura habent vacationem.*

COMMENTARIUS.

1. *Quinam Grammatici.*
2. *Sophiſtæ & Rhetores differunt.*
3. *An immunes etiam à tributis, qui hic enumerantur.*
4. *Quid* intra numerum.
5. *Advocati an etiam excuſare ſe poſſint.*
6. *An Poëtæ.*
7. *An juris Profeſſores.*
8. *Refutatur Bachovius.*
9. *An poſſint etiam à tutela ſe excuſare Philoſophi.*

1 G*Rammatici.* Non intelliguntur hic præceptores ſcholarum trivialium, qui Grammatiſtæ dicuntur, *l.* 11. §. *ult. ff. de mun. & hon. l.* 2. §. *ult. ff. de vac. & excuſ. mun.* ſed illi qui altioribus innutriti ſunt ſtudiis, Profeſſores hiſtoriarum, qui exponunt Homerum, aut quemvis alium ſcriptorem inter veteres eruditionis cujuſdam reconditæ. Quintil. 1. *Inſt. orat.* 2. *Grammaticus quoque de ratione loquendi ſi diſſerat, quæſtiones explicet, hiſtorias exponat, poëmata enarret, tot illa diſcent, quot audient.* Juvenal. *Sat.* 7.

—— ſed vos ſævas imponite leges,
Ut legat hiſtorias, auctores noverit omnes
Tanquam ungues digitoſque ſuos, ut forte rogatus
Dum petit aut thermas, aut Phœbi balnea, dicat
Nutricem Anchiſæ, nomen patriamque novercæ
Archemori, dicat quot Aceſtes vixerit annos
Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.

Vid. Wower. *de polymath. cap.* 6. & *cap.* 10.

1 *Rhetores.* Oratores etiam Imperator & Sophiſtas intelligit. Confunduntur regulariter, ſed interdum & differunt, aut videntur differre, ſi accurate loquamur. Rhetor ſane ſpecialiter à Sophiſta diſtinguitur in *l.* 6. §. 1. *ff. h. t.* Sed quæ eſt differentia? Rhetor eſt, qui novit artem Rhetoricam, licet eam non doceat. Sophiſta, qui docet. Ita Cujac. ad *d. l.* 6. Aliter Ant. Auguſt. *ad eand. l.* Cœl. Rhodigin. 10. *antiq. lect.* 57.

Medici. Circuitores, id eſt, περιοδευταί, ut eos Græci appellant *d. l.* 6. §. 1. Non enim excuſantur, qui ignavi & deſides medicinam non faciunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

unt, *arg. l.* 1. §. 1. *ff. de extr. cogn. & verb. ſeqq.*

Et qui in patria ſua has artes exercent. Ad medicos igitur id non debet reſtringi. Dicit enim *has artes* in plurali numero. Nec etiam, quod habetur hic, tam late capiendum eſt, quaſi à tutelis immunitate conceſſa ſimul etiam conceſſa ſit à tributis immunitas. Eam ſibi cum unus ex Caſtrodunenſibus medicis eſſet auſus aſſerere, *arg.d.l.6.*§. 1.repulſam eſt paſſus, ut ad *d.l.6.* obſervavit Mornacius. 3

Intra numerum. Erat lege definitus in civitatibus ſingulis Grammaticorum, Medicorum, & Rhetorum numerus, qui magiſtratuum municipalium decreto inſcripti, & ſoli ad exercitium illarum artium admiſſi excuſare ſe poterant, *d.l. 6.* §. *eſt autem* 2. & §. *& utique* 4. *ff. h. t. l.un. C.de ſtud.lib.urb.Rom.l.*5.*C.de profeſſ.* Briſſon. 2. *antiq.*3. Verum quid eſt, quod Juſtinianus Advocatorum non meminit? An ergo deteriores Advocati ſunt medicis? Dicendum, quod Advocati ſe excuſare non poſſint, non quod dignitate ſuperentur à medicis, ſed quia lex non conceſſit iis excuſandi licentiam. Digniores ſunt medicis. De eo non dubitatur. Sed ſola dignitas aliquem excuſare non poteſt, *l.*15. §.2. *ff.h.t.* Senatores etiam ſine dubio digniores ſunt medicis, ſed illi tamen propterea ſe excuſare non poſſunt, *d.l.*15. §.2. De Advocatis hic licet dicere, quod dixit eleganter de Poëtis Cujac. ad *l.*3. *C. de profeſſ.* Non excuſantur Poëtæ, non quia non merentur, ſunt enim divini ſpiritus, ſed quia lege ſunt deſtituti. Juris autem Profeſſores, qui Romæ vel Conſtantinopoli docent jura civilia, excuſare ſe poſſunt, *d. l.6.* §. 12. *l.un. C.de ſtud. lib. urb. Rom.* Cæteri non poſſunt, quia lege ſimiliter & illi ſunt deſtituti, vel quod videtur probabile, quia jura civilia olim Romæ duntaxat & Conſtantinopoli profiteri licuerit, *d. l. un.* Poſtea idem & Beryti permiſſum eſt, *l. un.* §. 7. *de rat. & meth. jur. doc. ad Antec.* ſed quod & iis ſe excuſare licuerit, quid Beryti docebant, nulla lege ſancitum eſt. Nec ego, qui erubeſco ſine lege quid dicere, auſim ad eos etiam jus illud extendere. Scio de Advocatis legem illam 6. §. 12. à Doctoribus accipi. Scio etiam Bachovium *ad Treutl. vol.*2. *diſp.*9. *th.*2. *lit. H.* Advocatis in præſidatu ſe excuſandi licentiam exiſtimare conceſſam, exceptis vagabundis, & qui non habent domicilium, aut nulla ſede morantur. Sed adverſatur id, ni fallor, ipſis verbis paragraphi. De docentibus loquitur. Advocati non docent, ſed praxin exercent. Si Advocati docerent, quem effectum haberet Juſtiniani conſtitutio, qua doceri jus alibi, quam Romæ, Beryti, & Conſtantinopoli, tam expreſſe prohibuit, *d. l. un.* §.7. Advocati olim erant in ſingulis foris, *l. ult. C. de adſeſſ. l.* 8. *l.* 9. *l.*15.

4 (margin, beside "Intra numerum"); 5 (beside "l.un. C.de ſtud… Verum"); 6 (beside "pterea ſe excuſare…"); 7 (beside "lege ſunt deſtituti…"); 8 (beside "accipi. Scio etiam Bachovium…")

l.15.l.16.C.de advoc. 1. *l.2. l.11. C. de advoc.* 2. & Juſtinianus præterea vagabundos non excipit, ſed generaliter loquitur. Erubeſcimus ſine lege loqui *nov.* 18. *cap.* 5. Adde quod iis ſolis excuſare ſe liceat, qui aſſi-
9 dent Principi, *l.30.ff.h.t.* Sed notandum hic inſuper, quod habeant immunitatem à tutelis Philoſophi, *d.l.6.§.8.h.t.l.8.§.Philoſophos ff. de vac. & excuſ. mun.* modo à magiſtratu ſint decreto admiſſi, *l.8.C.de prof. & med.* & nonnulli artifices, qui enumerantur in *l. ult. ff. de jur. immun. & l.1. C. de excuſ. artif.* non habeant eandem immunitatem Geometræ, *l.22.ff.h.t.* uti nec muſici, *l.4.C.de excuſ.mun.* Cujac.ad *d.l.6.*

TEXTUS

§. XVI. *Qui autem vult ſe excuſare, ſi plures habeat excuſationes, & de quibuſdam non probaverit, aliis uti intra tempora conſtituta non prohibetur. Qui autem excuſare ſe volunt, non appellant, ſed intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognoverint ſe eſſe tutores vel curatores datos, ſe excuſare debent, cujuſcunque generis ſint, id eſt, qualitercunque dati fuerint tutores, ſi intra centeſimum lapidem ſunt ab eo loco, ubi tutores dati ſunt. Si vero ultra centeſimum lapidem habitant, dinumeratione facta viginti millium diurnorum, & amplius triginta dierum: qui tamen, ut Scævola dicebat, ſic debent computari, ne minus ſint, quam quinquaginta dies.*

COMMENTARIUS.

1. *An liceat appellare à datione tutelæ.*
2. *Quid appellatio.*
3. *Qui dies utiles & quinam continui.*
4. *Quis primus annum diviſerit in dies* CCCLXV.
5. *Cauſa excuſationis utrum ſit juſta, intra quod tempus decidendum à judice.*
6. *An tutor per libellum excuſare ſe poſſit.*
7. *Intra quod tempus excuſare ſe liceat.*
8. *Centum miliaria uno die confecta.*
9. *Dum pendet excuſatio conſtituitur actor excuſantis periculo.*

1 N*On appellant.* Nec poſſunt, ſi velint, ſed cauſas excuſationis, ſi putent eſſe legitimas, ſimpliciter apud judicem debent proponere. Si judex eas rejecerit, poſſunt à rejectione tum appellare, ſi velint. Ante non poſſunt, ſed expreſſe prohiben-

bentur *l.*1.§.1.*ff. Qu. appell.ſit.* Et idcirco præſupponendum, quod in *l.*17.§.1.*ff.de apppell.l.pen.ff.de tut.& cur.dat.l.*20.*ff. de adm.& per.tut.* tutores non provocaverint à datione tutelæ, ſed à rejectione cauſarum. Quod enim attinet ad argumentum ex *l.* 13.*pr.h.t.* id nimis infirmum eſt. Non enim ſequitur: Tutores, ut appellent, neceſſe non habent, ergo dati poſſunt ſtatim appellare, ſi velint; non magis quam illud: Tignum alienum ſuis ædibus junctum, qui ædificarunt, non coguntur eximere, ergo illud poſſunt, ſi velint, eximere. Impingit enim hæc conſequentia in *l.*2.*C.de ædif.priv.d.l.*1.§.1.Donell.3.*comm.*9.Bachov.*ad Treut.vol.*2.*diſp.*9.*th.*1.*lit.B.*Diſſ.Hotom.*h.*Cujac.ad *l.*4.*ff.h.t.&* 9.*obſ.*35. Sutholt *diſp.*3.*th.*47. Porro appellatio eſt querela gravati, aut gravatum ſe aſſe- 2
rentis, & non acquieſcentis ſententiæ judicis. Vid. Cujac. *par.ff.de appell.*

Quinquaginta. Intra tres ſeptimanas ſtatutis Rynlandiæ *part.* 2. *art.* 19.

Dies continuos. Dicuntur continui, quibus annumerantur etiam dies 3
feriati. Utiles autem, qui opponuntur continuis, quibus eſt experiri in judicio conceſſum, *l.*1.*ff.de div. temp.præſcr.l.* 55. *ff. de ædil. ed.l.*2.*C. Qu.adm.ad bon.poſſ.* ut annus utilis dicitur, qui dies habet utiles ccclxv. quibus eſt in judicio experiundi poteſtas, annus autem continuus, qui ccclxv. dies habet continuos. Heliodor. IX. *Æthiopic.* Καὶ οὐδὲν ἀλλ᾽ ἢ τὸν ἐνιαυτὸν ἀντικρὺς εἶναι τὸν Νεῖλον. τῶν γὰρ κατὰ τοὔνομα στοιχείων εἰς ψήφους μεταλαμβανομένων, πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίαι μονάδες, ὅσαι καὶ τοῦ ἔτους ἡμέραι συναχθήσονται. Qui primus annum in tot dies diviſit, fuit Thales Mileſius. Diog. Laërt. *lib.* 1. *de vit. phil.* Τάς 4
τε ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ φασὶν αὐτὸν εὑρεῖν, καὶ εἰς τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε ἡμέρας διελεῖν. Vid. Guil. Forner. ad *l.* 98. *ff. de V. S.* Radulph. Forner. 2.*rer.quot.* 14. Cæterum tutor quidem intra illud ſpatium 50. 5
dierum ſe excuſare compellitur, ſed quatuor menſes ad judicandum conceſſi ſunt, an juſta ſit excuſatio, *l.*38.*ff. h.t.* Tutor etiam pro tribunali ſe 6
excuſare compellitur. Excuſare ſe tutor per libellum non poterit, *l.* 25. *ff.h.t.* ſed præpeditus naufragio, vel vi tempeſtatis, aut adverſa valetudine poteſt dare libellos, quibus reddat rationem, cur venire non poſſit ad ſe excuſandum intra dies illos quinquaginta continuos, *l.*13.§.7.*&* §.10. *ff. h.t.* Cujac.ad *d.l.*13. Bachov.*ad Treutl. vol.*2.*diſp.*9.*pr.* Nemo habet 7
plures ad ſe excuſandum, etſi abſit ab eo loco, in quo tutor creatus eſt, vel centum miliaribus, vel ducentis aut pluribus, *h.* §. Tum enim quotidie, ſi, ut hic eſt ſtatutum, viginti miliarium viam confecerit, intra decen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

cendium ducenta conficiet *d.l.*13.§.1.*&* §.2. Atque ita eveniet, ut is, qui eſt Cirtæ, ſi datus ſit tutor aut curator Carthagine, venire poſſit Carthaginem ad ſe excuſandum intra ſexdecim dies. Itinerarium Antonini: A CARTHAGINE CIRTAM M. P. CCCXXI. Nec præciſe tamen tot miliaria tenetur conficere. Quid ſi enim diebus ſingulis tantum decem conficiat? Nihil ei nocebit hoc, modo intra illud tempus quinquaginta dierum ſe excuſet nihilominus *arg. d. l.* 13. §. 2. Viginti enim miliaria præſcribuntur idcirco, nequis forte contendat ſe excuſare propterea, vel ſubmovere præſcriptionem illam quinquaginta dierum, quod habitaret remotius. Nec cum præſcribuntur hic viginti miliaria præſcribitur nimium. Conſtat enim quod ſingula ſemihoram duntaxat aut præter propter effecerint. Vid. quæ dixi ad §.4. *Inſt. de Att. tut.* Ita Neapoli cum eſſet mota ſeditio anno hujus ſeculi quadrageſimo ſeptimo, Dux tumultuantium Gennarus Anneſe, cum evocaſſet abſentes, ut in urbe ſe ſiſterent intra diem præfinitum, ſingulis diebus etiam viginti miliaria conficienda præſtituit, nequis vitæ longitudinem obtenderet contumax. Auctor
8 *tumult. Neapol. part.* 2.*p.*240. Nec erat hoc nimium. Legimus Mithridatem potentiſſimum regem uno etiam die confeciſſe nonnunquam & centum miliaria. Appian. Alexand. *de bell. Mithrid. cap.* 158. Res erit impoſſibilis, ſi de integris horis hæc velimus accipere. Sed ſiquis hic Appiano non credendum exiſtimet, teſtabitur Socrates *lib.* 7. *hiſt. eccleſ. cap.* 19. fuiſſe Conſtantinopoli quendam Palladium equos agitantem celeritate tam mirabili, ut ſpatio tridui Conſtantinopoli perveniret in Perſiam, & rurſus Conſtantinopolim eodem illo ſpatio reverteretur è Perſia. Sic ut quidam de illo diceret: οὗτος ὁ ἀνὴρ μεγίστην οὖσαν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, μικρὰν ἔδειξε τῇ ταχύτητι, *imperium Romanorum, quod per ſe eſt latiſſimum, celeritate ſua hic anguſtiſſimum facit.* Κατεπλήττετο δὲ καὶ ὁ περσῶν βασιλεύς, ταῦτα περὶ τοῦ ἀνδρὸς πυνθανόμενος.

Qualitercunque. Ergo & excuſare ſe poſſunt legitimi, *h.* §.*l.*9.*C.h.t. l.*2.§.5.*ff.eod.l.*3.§.*quæri ff. de legit. tut. l.* 1. *l.* 4. *C. eod. l.* 9 *C. Qu. dar. tut.* Diſſ. Hotom. *h.* & Cujac. *ad l.*13.*ff. h. t.* Porro bona pupilli ne interim
9 diſſipentur, dum adhuc diſputatur, an juſta ſit excuſatio, curator aut actor à magiſtratu ſufficitur, excuſantis periculo, ſi rejecta ſit excuſatio, *arg.*§.*ult. Inſt. de curat. l.* 1. *&* 2. *C. ſi tut. vel cur. falſ. alleg. l. tutor* 41. *ff. de uſur. l. quanquam C. h.t. Ordonn. van Rynlant. art.*19. *Keuren van de Weeskamer der Stadt Leyden art.*15. *Van Dordregt art.* 24. *Van Rotter-*

terdam art. 11. *Van Alckmaer, Edam, Munnickendam tit.* 7. *art.* 18. *van den Briel art.* 116. Argentr. ad *conſ. Brit. art.* 476. *gloſſ.* 1. Grot. 1. *man.* 7. §. *Vooghden.*

Lapidem. Dixi jam ſupra miliaria apud Romanos diſtincta lapidibus. Rutilius Numat. *itin. lib.* 2.

Intervalla viæ feſſis præſtare videtur,
Qui notat inſcriptus millia crebra lapis.

TEXTUS

§. XVII. *Datus autem tutor ad univerſum patrimonium datus eſſe creditur.*

COMMENTARIUS.

SI tamen ſitum ſit pupilli patrimonium in diverſis provinciis, tutori ab eo, vel ejus adminiſtratione, quod remotum eſt longius, excuſare ſe licet, *l.* 10. §. 4. *ff. h. t. l.* 2. *l.* 11. *C. eod.* Id æquiſſimum hodie, nam interdum qui alibi habent jus majeſtatis, tutorem alibi datum nec volentem admittunt, ſed bonis, quæ ſubjecta ſunt ſuo territorio, curatorem conſtituunt. Mev. *ad jus Lubec. part.* 1. *lib.* 1. *tit.* 7. *art.* 2. *n.* 7. *& in addit.*

TEXTUS

§. XVIII. *Qui tutelam alicujus geſſit, invitus curator ejuſdem fieri non compellitur: in tantum, ut licet paterfamilias, qui teſtamento tutorem dedit, adjecerit ſe eundem curatorem dare; tamen invitum eum curam ſuſcipere non cogendum, divi Severus & Antoninus reſcripſerunt.*

COMMENTARIUS.

PEr Belgium hodie & univerſam Germaniam id juris non obtinet. Qui geſſit tutelam, curam etiam adulti tenetur ſuſcipere. Tutor & curator non amplius differunt. Gudel. 1. *de jur. noviſſ. cap. ult. in fin.* Ant. Fab. *Cod. lib.* 5. *tit.* 29. *def.* 2. 3. Mev. *ad jus Lubec. lib.* 1. *tit.* 7. *art.* 1. *n.* 12. *& ſeqq.* Grot. 1. *man.* 17. Goris *tr.* 4. *adverſ.* §. 14. Gail. 2. *obſ.* 96. Sim. à Leuwen *cenſ. for. lib.* 1. *tit.* 16. *n.* 1. Weſel *ad nov. conſt. Ultraj. art.* 13. *pr.*

TEXTUS

§. XIX. *Iidem reſcripſerunt maritum uxori ſuæ curatorem datum, excuſare ſe poſſe, licet ſe immiſceat.*

COM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

COMMENTARIUS.

1. *Proprie ſe excuſant qui jure dati tutores ſunt.*
2. *Maritus uxori non poteſt dari curator.*
3. *Mariti quæ hodie in uxorem poteſtas.*
4. *Alamannicum jus.*
5. *Caſati, leudes.*
6. *Helotes.*
7. *Germani uno tantum uſi & ſimplici nomine.*

1 EXcuſandi vocabulum hic καταχρηστικώτερον & improprie ſumitur. Curatores enim jure datos ad ſe excuſandum adſtringit neceſſitas. Non jure dati ſe excuſare non ſolent, *l.* 13. §. *qui non juſte ult. ff. h. t.* §. 13. *ſupr. h. t.* Maritus
2 autem uxori non poteſt dari curator, *l.* 2. *C. Qu. dar. tut. l.* 4. *l.* 17. *C. h. t.* Ne decreto quidem à magiſtratu illi poteſt conſtitui, *l.* 14. *ff. de curat. fur.* Baro *h.* Aliter Accurſ. Hotom. & Weſenb. *h.* Sed Argentreus iniquum & nulla bona ratione à Romanis illud jus introductum exiſti-
3 mat ad *conſ. Brit. art.* 483. *gl.* 1. Hodie ſane id ab uſu receſſit. Maritus uxoris non eſt tantum curator, ſed poteſtatem exercet etiam longe majorem, quam olim fuit curatori conceſſa. Herbaj. *rer. quot.* 13. §. 1. Sand. 2. *tit.* 7. *def.* 3. & 4. *Coſtuym. van Utrecht tit.* 22. §. 4. & 5. *Lantr. van Overyſſel* 2. *tit.* 2. §. 5. *van Veluwe* 27. §. 3. Rodeburg. *de jur. qu. or. è ſtat. div. tit.* 2. *cap.* 5. *n.* 9. & *ſeqq.* Puto autem nec illud etiam bonis ullis rationibus apud nos jam uſitatum, quod maritus uxorem obligare non ſolum, ſed univerſum ejus patrimonium per immenſam luxuriam poſſit etiam evertere, *arg. l.* 7. *pr. de donat.* Dixi jam ſupra; &, ut vulgo notiſſi-
4 mum, durat hæc poteſtas, dum vivit maritus. Sui juris eſt vidua, habens etiam liberam alienandi licentiam, ut olim apud Alamannos, quemadmodum patet ex vetuſtiſſima charta, quæ olim ab Alemannis ſcripta in Alemannia: *In Dei nomine: Ego Cotauina ancilla Dei, dono atque trado ad monaſterium ſancti Galloni, ubi ejus ſacrum requieſcit corpus. Et hoc eſt, quod trado, quod ego in Lutinach viſura ſum habere, & in alio loco, qui dicitur Beſſindorf, & in locis, campis, ſilvis, & omnia, quæ inibi viſura ſum habere, & caſatos tres his nominibus Ragingerius cum infantes ſuos his nominibus, Rihgero, Wantilone, Waltricho, & uxore ſua Faſtrata, & filio eorum Wolfrido, & ſervo ejus Iſamberto, & alio ſervo nomine Wo-*

to, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

to, & Haccone, qui eſt in concambio cum Wichardo, ſi redimere ſe vult, det alium mancipium XI. *manuum longum. Hi ſunt teſtes, qui præſentes fuerunt & ſignaverunt. ſig. Cotauinæ, quæ hanc traditionem fieri rogavit ſig. Wichardi. ſig. Tuto. ſig. Wotahar. ſig. Amalger. ſig. Theotbald. ſig. Mairolt. ſig. Tuilo. ſig. Wolfberti. ſig. Aſthari.*

Ego itaque Albuinus clericus rogatus ab Cotauina hanc cartam ſcripſi ſub die VII. *Kalend. Octob. in anno I. regnante Carolomanno rege.*

Nulla hic mentio curatoris, ut patet, contra quam Longobardis uſita-
tum tum temporis. Per caſatos autem, ni fallor, intelliguntur coloni, qui 5
& adſcriptitii, & liti, & leudes. Gregor. Turonenſ. *lib. 9. hiſt. Similiter*
convenit, ut ſecundum pactiones inter domnum Guntchramnum, & bonæ
memoriæ domnum Sygibertum initas, leudes illi, qui domno Guntchramno
poſt tranſitum domni Chlotarii ſacramenta primitus præbuerunt: & ſi po-
ſtea convincuntur ſe in parte alia tradidiſſe de locis, ubi commanere viden-
tur, convenit, ut debeant removeri, &c. Similiter convenit, ut nullus al-
terius leudes nec ſollicitet, nec venientes excipiat. Apud Græcos Helo- 6
tes. Corn. Nepos *in Pauſan. Eſt genus quoddam hominum, quod Helotes*
vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit, ſervo-
rumque munere fungitur. Caſati alioquin & vaſallos ſignificant. Ivo
Carnotenſis epiſt. 28. *Præterea caſati eccleſiæ & reliqui milites pene omnes*
vel abſunt, vel pro pace violata excommunicati ſunt. Caroli M. Capitula
lib. 3. cap. 73. De vaſſis dominicis, qui adhuc intra caſam ſerviunt, & ta-
men beneficia habere noſcuntur, ſtatutum eſt, ut quicunque ex eis cum
domno Imperatore domi remanſerit, vaſſallos ſuos caſatos ſecum non reti-
neat: ſed cum comite cujus pagenſes ſunt, ire permittat. Patet hinc etiam 7
verum eſſe, quod dixi ſupra ad *proœm. cap. 2. n. 16.* Germanos uno tan-
tum uſos & ſimplici nomine. Scio quidem quod fuerint, quibus duplex fuit nomen, ut occurrunt apud Tacitum 4. *hiſt.* ſed hi ſunt, ni fallor, qui recepti in civitatem, abjecto priſtino nomine, nomen ejus aſſumpſerant, cujus beneficio erant cives Romani. Unde ſcribit & Dion Caſſius delatos eo nomine, qui cum eſſent à Claudio recepti in civitatem, nec nomen ejus adſciſcerent, nec quicquam ipſi præterea in teſtamento legarent. Vid. Forner. 5. *rer. quot.* 17. Pancirol. 1. *var. lect.* 12.

Se immiſceat. Quia dari non poteſt, id idcirco receptum eſt. Tutor enim jure datus ſe excuſare non poteſt, ſi intra diem quinquageſimum tutelam attigerit, *l. 2. C. ſi tut. vel cur. falſ. alleg.* Porro autem, quod hic eſt

 de

de marito ſancitum, idem etiam conſtitutum eſt de ſponſo & ſocero, *l.1. in fin. ff. de excuſ. l. licet* 17. *C. de excuſ.* Argentr. *d. loc.*

TEXTUS

§. XX. *Siquis autem falſis allegationibus excuſationem tutelæ meruerit, non eſt liberatus onere tutelæ.*

COMMENTARIUS.

Quid ſi vera ſit allegatio, ſed non ſit cauſa legitima, prætor autem nihilominus ob cauſam illam illegitimam ſe excuſantem dimiſerit? Idem dicendum eſt, *l.qui teſtamento* 37. *ff. h. t.*

TITULUS XXVI.

DE

Suſpectis tutoribus vel curatoribus.

TEXTUS

§. I. *Datum eſt autem jus removendi tutores ſuſpectos, Romæ Prætori, & in provinciis præſidibus earum, & legato Proconſulis.*

COMMENTARIUS.

1. *Remotio ſuſpecti tutoris eſt juriſdictionis ordinariæ.*
2. *Solvuntur, quæ obſtant.*

1 Quærunt interpretes, an omnis magiſtratus poſſit ſuo jure, quia eſt magiſtratus, tutorem aut curatorem removere ſuſpectum, an ſoli id poſſint, quibus nominatim id lege conceſſum eſt. Dicendum, quod id ipſum cuilibet liceat. Ad juriſdictionem enim ordinariam pertinet, non ad legitimam tutoris remotio. Evidentiſſime id ita probatur: Quod poteſt mandari, id ad juriſdictionem ordinariam pertinet, *l.1. ff. de offic. ej. c. mand. e. jur.* Tutoris autem remotio poteſt mandari, *l.4. pr. ff. eod. l.* 1. §. 4. *ff. h.t.* Ergo. Nec in contrarium nos cogit diſcedere, *l.* 1. §. 11. *ff. ad SCt. Turpil.* Legiſlator enim dum Præſidi jus removendi ibi ſoli adſcribit, conatur tantum

tum excludere magiſtratus minores, non autem Proconſulem, aut legatos Proconſulis. Præſidis enim vox eſt generale vocabulum, *l. 1. ff. de offic. præſ.* Vinn. *h.* Aliter Hotom. *h.* Regulam juris etiam ſolent objicere: Eo modo quo colligatum eſt, unumquodque diſſolvitur, *l.* 35. *l.* 153. *ff. de reg. jur.* Datur tutor ab eo, cui lege conceſſum eſt, *l.* 6. §. 2. *ff. de tutel.* ergo & ſolus is, cui lege conceſſum eſt, habet jus removendi. Sed illa regula vitiatur hic, & ſuum perdit officium: Nam & parentibus licet dare tutorem, ſed an inde jam ſequitur, ergo & parentibus removere conceſſum eſt. Dare poſſunt tutorem & curatorem Duumviri, ſed eundem illi nihilominus removere non poſſunt, *d. l.* 1. §. 11.

TEXTUS

§. II. *Oſtendimus, qui poſſint de ſuſpecto cognoſcere. Nunc videamus, qui ſuſpecti fieri poſſint. Et poſſunt quidem omnes tutores fieri ſuſpecti, ſive ſint teſtamentarii, ſive non ſint, ſed alterius generis tutores. Quare etſi legitimus fuerit tutor, accuſari poterit. Quid ſi patronus? Adhuc idem erit dicendum: dummodo meminerimus, famæ patroni parcendum eſſe, licet ut ſuſpectus remotus fuerit.*

COMMENTARIUS.

F*Amæ patroni.* An ergo judex efficiet, ne doli damnatum ſequatur infamia? Non poteſt efficere, ne furti damnatum ſequatur infamia, *l.* 63. *ff. de furt.* Dicendum, quod judex id non poſſit efficere, niſi id nominatim ei lege permiſſum ſit, ut hic jam videmus.

TEXTUS

§. III. *Conſequens eſt, ut videamus, qui poſſint ſuſpectos poſtulare. Et ſciendum eſt, quaſi publicam eſſe hanc accuſationem, hoc eſt, omnibus patere. Quinimo mulieres admittuntur ex reſcripto Divorum Severi & Antonini: ſed hæ ſolæ, quæ pietatis neceſſitudine ductæ ad hoc procedunt: ut puta mater, nutrix quoque & avia: poteſt & ſoror. Sed & ſiqua alia mulier fuerit, quam Prætor propenſa pietate intellexerit, ſexus verecundiam non egredientem, ſed pietate productam, non ſuſtinere injuriam pupillorum, admittet eam ad accuſationem.*

COMMENTARIUS.

AD accuſationem ſuſpecti tutoris admittitur quilibet, ſed interim tamen crimen illud ſuſpecti non eſt publicum crimen. Non enim vin-

catur judicio publico, *arg. pr. Inſt. h. t.* nec ab eo accuſando procurator repellitur, *l. non ſolum 39. in fin. ff. de procur.* nec incurrit in pœnam SCto Turpiliano ſancitam is, qui ab ejus accuſatione deſiſtit, *d. l. 1. §. 11. ff. ad SCt. Turpil.* Hotom. *h.* Actio popularis etiam non appellatur hæc accuſatio. Actio popularis enim tuetur jus populi, *l. 1. ff. de pop. act.* Hæc accuſatio jus pupilli defendit. Govean. ad *l. 1. ff. de jurisd. n. 16. & 17.* Et ideo quia nec popularis eſt actio, nec judicium publicum etiam poteſt efficere, Imperator eam ſimpliciter quaſi publicam dicit, cum judicia publica imitetur in eo, quod cuilibet pateat, *arg. §. 1. Inſt. de publ. jud.*

Mulieres. Fœminæ regulariter accuſare non poſſunt *l. 8. ff. de accuſ.* ſed hic eſt exceptio favore pupilli.

TEXTUS

§. IV. *Impuberes non poſſunt tutores ſuos ſuſpectos poſtulare: puberet autem curatores ſuos ex conſilio neceſſariorum ſuſpectos poſſunt arguere: & ita Divi Severus & Antoninus reſcripſerunt.*

COMMENTARIUS.

1. *Cur pupilli non poſſint tutores ſuos poſtulare ſuſpectos.*
2. *Vinnius refutatur.*
3. *Quinam neceßarii.*
4. *Quinam dicti parentes poſteriori ætate.*
5. *Quinam fratres & filii.*
6. *Quinam affectus.*

Neceſſariorum. Cur non curatorum? Quia illi in rem ſuam auctores eſſe non poſſunt, niſi ſint plures, & accuſetur ex iis unus ex cæterorum conſilio, *arg. l. 46. §. 6. ff. de adm. & per. tut.* Sed quæ ſit illa ratio, cur non poſſint impu-
1 beres tutorem ita ſimiliter poſtulare ſuſpectum, hic dici vix poterit. In ſuis enim cauſis perſonam habent legitimam ſtandi in judicio, modo ſi tutor auctoritatem accommodet, *l. 1. §. 2. ff. de adm. & per. tut. l. 2. C. Qu. leg. perſ. ſtand. in jud.* Quod enim quidam exiſtimant non admitti idcirco, quod accuſare non poſſint, *l. 8. ff. de accuſ.* elaudari non debet, quia ſemper admittuntur ad ſuam ſuorumq; perſequendam injuriam, *l. 8. l. 9. l. 10. l. 11. ff. eod. l. 3. §. 11. ff. de hom. lib. exhib.* Zoëſ. *ad d. tit. de accuſ.*
2 *n. 4.* Nec ratio videtur etiam ſatis idonea, quod abſurdum ſit pupillum ejus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ejus mores arguere, à quo ipſe debet regi, ut dicit hic Vinnius. Quæ e-
nim ergo ratio, cur pubes hoc faciat? An non debet is etiam à curato-
ribus regi, *l.1.§.ult. ff.de min.* licet ita non regant eum, ut tutores pupil-
lum, *arg.l. ſciendum 20. ff. de rit. nupt. l. 101. ff. de V. O.* Quod autem
ad *l.7.C. h.t.de ſuſp. tut.* ne pugnet cum eo, quod de pupillis hic dicitur,
vox *tuarum* incluſa virgulis debet tolli ut ſpuria, & è textu expungi. Nec
indignum ut notetur hoc, cum id multi omiſerint. Cæterum per ne- 3
ceſſarios, conſanguineos, cognatos, & affines intelligit, *arg.l.1.& 2.ff.in
jus voc. ut ean.* Cicero 4. *ad Herenn. Hereditas aliqua obvenit? non po-
teſt dici, ſed etiam à neceſſariis omnibus exheredatus eſt.* Liv. *lib.* 38. *cap.*
24. *Duo neceſſarii mulieris ad conſtitutum locum, & centurio cum capti-
va venit.* Valer. Max. *lib. 2. cap. 1. Convivium etiam ſolenne majores
inſtituerunt, idque Chariſtia appellaverunt, cui præter cognatos & affines
nemo interponebatur: ut ſiqua inter neceſſarios querela eſſet orta, apud
ſacra menſæ, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhi-
bitis tolleretur.* Vid. *eund. lib. 6. cap.* 1. Cicer. 1. *in Verr.* Forner. 3. *rer.
quot.* 16. Poſteriori ætate ſunt & dicti parentes & quidem frequentius. 4
Eutrop. 1. *hiſt. Propter quam cauſam Brutus parens & ipſe Tarquinii
populum concitavit, & Tarquinio ademit imperium.* Pæan. *ibid.* Ενταῦ-
θα δὲ Βρούτος γένει προσήκων τῷ Ταρκυνίῳ τὸν δῆμον ἀθροίσας &c. Ca-
pitol. *in Maxim. Iun. Quum Grammatico daretur, quædam parens ſua
libros Homericos omnes purpureos dedit, aureis literis ſcriptos.* Zeno Ve-
ronenſis *ſerm. de Lazaro: Poſt quatriduum Lazari lingua movetur,
manus officio præparantur, oculi ſuis in orbibus currunt, veſtigia greſſibus
explicantur, auribus renovatur auditus: acies dirigitur in parentes: co-
gnatio redivivis obtutibus muneratur.* Gregor. Turon. *lib. 5. hiſt. cap.*5.
Cujus parentes condolentes propinqui exitum, &c. Idem *lib.7.cap.29.Cor-
pus vero Claudii & reliquorum parentes proximi auferentes in ſuam re-
gionem ſepelierunt.* Idem *lib.*10. *cap.* 28. *Si enim domini proprios famulos
de ſacro fonte ſuſcipiunt, cur & mihi non liceat propinquum parentem ex-
cipere, ac filium facere per baptiſmi gratiam ſpiritalem.* Auctor.*vett.form.
cap.* 39. *Fratri illi, Ego enim ille. Dum & omnibus habetur percognitum,
qualiter tu ante hos dies inſtigante adverſario germanum meum vel
quemlibet parentem interfeciſti.* Caſaub. ad Capitol. *Ant. Phil.* Bignon.
ad Marculf. lib.2.cap.14. Ranchin. *de ſucceſſ. ab inteſt. §. 11. pr.* Et ita
Panciról. 2. *var. lect.* 54. vocabulum parentes accipiendum exiſtimat in
l.12.§.3. ff.de adm. & per.tut. Nec mirum videatur, cum poſterioribus

ſeculis amicis etiam quibuſlibet id nomen indiderint. Sic Imp. Honorius frequenter admodum Symmachum parentem vocat cariſſimum in *epiſt. Symmach. lib.* 10. *epiſt.* 72. 75. *&* 77. Videntur autem potiſſimum uſi eo nomine, ſi illi quos appellabant, eſſent natu majores. Natu mino-
5 res enim frequentius filios, pares ætate vero fratres indigitant. Symmach. 2. *epiſt.* 14. *Aurelianum filium meum, qui nunc cohortes urbanas gubernat, in amicitiam te jubente ſuſcepi.* Idem 1. *epiſt.* 74. *Eſt aliquid in querelis Faſgamiæ filiæ meæ, quod mihi ex voto fateor accidiſſe.* Idem 4. *epiſt.* 19. *Flavianus vir inluſtris noſtrum commune pignus, diu eluctatus fortunæ aſpera, ſed Divi Principis beneficio in tranquillum reductus, ſolvere ſolarium patris juſſus eſt, taxatione pretiorum graviter aggerata.* Ibid. *epiſt.* 39. *Ama Flavianum dominum & Filium meum, quantum me velle interpretaris: & ſi fieri poteſt, certamen mecum de amore ejus ingredere.* Vid. *& epiſt.* 51. *&* 7. *epiſt.* 112. Idem 2. *epiſt.* 18. *Ita votis in te meis felix eventus arrideat, ut ego graviter fero, fratrem Hephæſtionem, per te mihi cognitum, per ſe probatum, neſcio quid amaritudinis incidiſſe.* Sed notandum hic etiam, quod obſervavit Mornac. ad *l.* 35. *ff. de pact.* ab Hebræis generaliter conſanguineos quoſlibet fratres nominatos. Quo ſenſu id, quod eſt apud *Ioann. Euang. cap.* 2. Auguſtinus vult accipi *tract.* 10. *in Ioann. Deſcendit in Capernaum ipſe, & mater ejus, & fratres*
6 *ejus.* Dicti etam affectus ſunt poſterioribus ſeculis. Oroſ. *lib.* 7. *hiſt. cap.* 28. *Sed inter hæc latent cauſæ, cur vindicem gladium, & deſtinatam in impios punitionem, Conſtantinus Imperator etiam in proprios egit affectus.* Sidon. Apollin. 6. *epiſt.* 4. *Namque unam fœminam de affectibus ſuis, quam forte Vargorum (hoc enim nomine indigenas latrunculos nuncupant) ſuperventus abſtraxerat.*

TEXTUS

§. V. *Suſpectus autem eſt, qui non ex fide tutelam gerit, licet ſolvendo ſit, ut Julianus quoque ſcripſit. Sed & antequam incipiat tutelam gerere tutor, poſſe eum quaſi ſuſpectum removeri, idem Julianus ſcripſit, & ſecundum eum conſtitutum eſt.*

COMMENTARIUS.

DEfinit hic Imperator, quis ſit tutor ſuſpectus. Suſpectus eſt, qui tutelam vel ex fide non gerit, vel eam non ex fide geſturus eſſe præſumitur, *h. §. l. 4. § ult. ff. h. t. l. 2. l. 3. C. eod.*

Ante-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Antequam. Præſertim ſi conſtet, quod jam tutor creatus ſit. Ob delictum enim ejuſmodi, quod tutelam præceſſit, aut tutelæ dationem, poſtulari non poteſt, *l.3. §. nunc videamus 5. ff. h. t.*

Quaſi ſuſpectum. Si nimirum vel nolit, vel non poſſit ſatisdare, *d.l.3. C.h.t.l.4. §.ult. ff.eod.l.1.l.2. C.de tut.vel cur. qu. ſat. n.ded.*

TEXTUS

§. VI. *Suſpectus autem remotus ſiquidem ob dolum famoſus eſt; ſi ob culpam non æque.*

COMMENTARIUS.

1. *Remotionis effectus.*
2. *Quid dolus, quid culpa.*
3. *Quid lata, levis, & leviſſima culpa.*
4. *Ob latam culpam remotus an fiat infamis.*
5. *Solvuntur quæ obſtant.*
6. *Tutor fit infamis infamia juris, cum notatur infamia.*
7. *Quis effectus infamiæ.*
8. *Tutor etiam ſuo nomine damnatus ob dolum famoſus efficitur.*
9. *Famoſus quid.*

OLde-ambſt. Lantr. *lib. 2. art. 42. Ende welcke voorſtander* 1
omme ontrouwicheyt removeert, ofte in tutelæ judicio *ontroulick gehandelt t' hebben bevonden wert, deſelve is daermede oneerlick, ende ſal als een menediger geſtraffet werden, de gene welcke van negligentie ende onachtſaemheyt convinceert werden, ſullen behoudens haer eer ende goede naem, anders naer gelegentheyt tot des rechtes diſcretie gecorrigeert werden.* Dicunt *als een meneediger*, quia tutor apud eos non ſolet ſatisdare, ſed jurare compellitur, ut & ſupra jam dictum eſt. Agitur hic igitur de remotionis effectu. Quid autem ſit dolus, id habetur in *l.1.§.2.ff.de dol.* Culpa eſt 2
negligentia in rebus alienis cuſtodiendis admiſſa. Dico alienis, quia in re ſua nemo culpam admittit, *l.21.C.mand.l.25. §.11.ff.de her.pet.* Vel eſt 3
lata, vel levis, vel leviſſima culpa. Culpa lata eſt, non intelligere, quod omnes intelligunt, non adhibere diligentiam, qualem ſuis adhibet vel negligentiſſimus, *l.213.§.ult.l.223.pr.ff.de V.S.* Levis eſt, eam non adhibere diligentiam, qualem ſuis adhibet paterfamilias, qui eſt paulo dili-

gen-

gentior, *l.32. ff. depoſ.* Culpa leviſſima, non adhibere diligentiam, qualem diligentiſſimus adhibere conſuevit, *§.1. Inſt. de obl. qu. qu. ex contr. naſc.l.25.§.7. ff.locat.l.13.l.21.C.mand.* Jam quærunt interpretes, quia
4 habetur hic remotum ob culpam famoſum non effici, an ob latam culpam remotus non notetur infamia. Et puto quod verior ſit ſententia eorum, qui id ipſum affirmant. Nam ſi fiat infamis remotus ob dolum, ergo etiam, qui removetur ob latam negligentiam, famoſus efficitur. Lata enim culpa eſt dolo ſimillima, dolo comparatur, & dolus interdum etiam appellatur ſimpliciter, *d.l.32.l.226.ff. de V.S.l.1. §.1. ff.*
5 *ſi menſ. falſ. mod. l. 1. §. 2. ff. ſi is q. teſt. lib. eſſ. juſſ. l. 11. ff. de inc. ruin. naufr.* Mev. *ad jus Lubec. lib. 1. tit. 7. art. 5. in fin.* Generaliter quidem eſt Imperator locutus, ſed verba tamen generaliter non debent intelligi, quia culpæ vocabulum cum profertur in genere, levem aut leviſſimam fere culpam ſignificat, *l.5.§.2.ff. commod. l. 23.ff. de reg. jur. l.11.ff. de neg. geſt. l. 5. §. 3. ff. de in lit. jur. l.1.§. ſæpe 35. ff. depoſ.* Culpa lata non culpæ, ſed doli appellatione continetur frequentius, *l.1. §.5. ff. de obl. & act.* in contractibus ſcilicet, *d.l.32. d.l.226.* & delictis privatis, *d.l.11. ff. de inc. ruin. naufr. d.l.1.§.2. ff. ſi is qu. teſt. lib. eſſ.* Secus eſt enim in criminibus publicis, *l.7. ff. ad l. Corn. de ſic.* Et idcirco nec argumentum illud poteſt procedere: Dolo in criminibus lata culpa non comparatur, *d. l. 7.* Suſpecti tutoris crimen eſt crimen, Ergo dolo in eo crimine lata culpa non comparatur. Quatuor enim in eo argumento ſunt termini. Crimen aut privatum eſt aut publicum crimen. Non habetur pro dolo lata culpa regulariter in criminibus publicis, *d. l. 7.* ſed crimen ſuſpecti non eſt publicum crimen, quia id vindicatur ex duodecim tabulis, *pr. Inſt. h. t.* non autem iis legibus, quibus conſtituta ſunt judicia publica,
6 *arg. l.1. & 2. ff. de publ. jud.* Porro tutor ob dolum vel ob culpam ejuſmodi, quæ dolo eſt proxima, à tutela remotus infamia juris non facti afficitur, quia lex nominatim eum notat infamia, *h.§. d.l.2. C. de tut. vel. cur. qu. ſat. n. ded. junct. l.1. ff. de h. qu. not. inf.* Et idcirco nec remotus ad
7 poſtulandum admittitur, *l. 1. §. 8. ff. de poſtul.* nec ad dignitates, aut ad munera publica, *l. 2. C. de dign.* nec etiam ad teſtimonium dicendum in judicio, *l. 3. pr. & §. 5. ff. de teſt.* & ſi fratre præterito frater eum heredem in teſtamento reliquerit, cum effectu præteritus querelam inſtituit,
8 *l.27. C. de inoffic. teſt.* Vinn. *h.* Porro tutor infamis eſt non ſolum ob dolum à tutela remotus, *h.§.* verum etiam ob dolum damnatus ſuo nomine actione tutelæ, *l.1. ff. de h. qu. not. inf.* Actionem autem tutelæ directam intel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

intelligo, *d.l* 1.*l.* 6.§.5.*ff. eod.* Actione contraria non irrogatur infamia, *d.l.* §. 5. Multum enim intereſt, utrum de impenſis diſceptetur in judicio, an agatur de ſcelere, *d.* §. *l.* 29.*ff. de dol.l.* 5.*pr.ff.depoſ.* Forner.*ad l.* 42.*ff.de V.S.*

Famoſus. Non ſemper in malam partem vox famoſus accipitur. In- 9
terdum in bonam. Tacit. *lib.* 1. *hiſt. Syriam & quatuor legiones obtinebat Licinius Mucianus, vir ſecundis adverſiſque juxta famoſus.* Idem 5. *hiſt. Sed quia famoſæ urbis ſupremum diem tradituri ſumus.* Plin. 6. *epiſt. Impenſe petis, ut cauſam agam pertinentem ad curam tuam, pulcram alioquin & famoſam.* Sueton. *in Caligul. cap.* 19. *Poſtridie quadrigario habitu, curriculoque bijugi famoſorum equorum.*

TEXTUS

§. VII. *Siquis autem ſuſpectus poſtulatur, quoad cognitio finiatur, interdicitur ei adminiſtratio, ut Papiniano viſum eſt.*

COMMENTARIUS.

SIc etiam habetur in *l.* 14. §. 1. *ff. de ſolut.* Nec cenſet id iniquum doctiſſimus Mevius ad *jus Lubec. lib.* 1. *tit.*7. *art.*5.*n.*17.*& ſeqq.* nam & ſiquis, ait, in officio delictum patraverit, licet retineat idem illud officium, dum pendet cognitio, ejus tamen exercitium interim ipſi adimitur, quoties nimirum eſt delictum ejuſmodi, ut ob id removeri etiam ab officio poſſit. Vid. Grivell. *dec.* 60.*n.*6. *& ſeqq.* Sed pupillum quod attinet, nequid is interim detrimenti accipiat, debebit curator à magiſtratu conſtitui, *l. eum quem* 7. *C. h. t.* §. 5. *Inſt. de curat.* Et notandum præterea, quod dicit Juſtinianus, *ſuſpectus poſtulatur.* Videri ſuſpectum id omnino non ſufficit. Allegari oportet ſuſpicionis indicia. Et allegare non ſufficit. Litem ſuper iis eſſe motam requiritur. Ita bis judicatum à Senatu Sabaudiæ. Ant. Fab. *Cod. de ſuſp. tut. def.* 2. Et olim etiam ſimiliter à Senatu hujus Provinciæ *in der ſaecke van Radelant contra Strick*, ut in rerum judicatarum quibuſdam collectaneis obſervaſſe me memini.

TEXTUS

§. VIII. *Sed ſi ſuſpecti cognitio ſuſcepta fuerit, poſteaque tutor vel curator deceſſerit, extinguitur ſuſpecti cognitio.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

COMMENTARIUS.

SI tutela finita ſit, finitur omnino etiam ſuſpecti cognitio, *l. pen. ff. h. t.* Ea vero finitur, & ſi tutor deceſſerit, §.3. *Inſt. Qu. mod. tut. fin.* Solet tutor idcirco poſtulari ſuſpectus, ut prætor eum removeat. Sed eſt ſatis remotus, ſi in fata conceſſerit. Quod abeſt pupillo, hac actione non petitur. Id actione tutelæ tutore remoto à pupillo petendum eſt, *arg.* §. *ult. Inſt. de Attil. tut. l. 1. pr. & l. 4. ff. de tut. & rat. diſtr.*

TEXTUS

§. IX. *Siquis tutor copiam ſui non faciat, ut alimenta pupillo decernantur, cavetur epiſtola divorum Severi & Antonini, ut in poſſeſſionem bonorum ejus pupillus mittatur: & quæ mora deteriora futura ſunt, dato curatore diſtrahi jubentur. Ergo ut ſuſpectus removeri poterit, qui non præſtat alimenta.*

COMMENTARIUS.

1. *Cui debeat committi pupilli educatio.*
2. *An matri meretrici.*
3. *An avus poſſit compelli ad alendos nepotes.*
4. *Si ancilla vitiata ſit, cui infans committendus ſit matri, an patri.*
5. *Quid ſi mater iterum contraxerit nuptias.*
6. *Edictum Ordinum Generalium de pupillis non educandis apud hominem Pontificium.*
7. *Quid contineatur appellatione alimentorum.*
8. *Non ita debet adminiſtrari tutela, ut mergantur pupilli.*
9. *Divi, Divæ memoriæ.*

1 QUi pupilli eſt tutor, idem etiam non ſemper eſt educator pupilli, *l. 1. pr. ff. ub. pup. educ. vel mor. deb.* Cui ſit educatio committenda potiſſimum, prætor decernit, *d. l. 1. pr.* §. 1. *& ſeqq. & t. tit. ff. ub. pup. educ.* Coren *conſ.* 17. Matri inprimis eam ſolet committere, *l. 1. C. eod.* niſi more meretricio forte vivat turpiſſime, vel forte ſit alius, qui ſuo ſumtu pupillum vult educandum ſuſcipere, Coren *conſ.* 5. Juvenal. *Sat.* 6.

Scilicet expectas, ut tradat mater honeſtos,
Atque alios mores quam quos habet?

Putant

Putant tamen communiter educandam eſſe filiam apud matrem nihi- 2
lominus, etiamſi ſit meretrix, cum nemo majori in pupillum feratur &
affectu, & ſtudio. Ann. Robert. 1.*rer. jud.cap.*9. Lud.Charond. *in me-*
mor.verb.mariage in fin. Chriſtin.*ad leg. Mechl.tit.*18.*art.*8.Sand.2.*dec.*
8. *def.* 1. Verum cum & morum & pudicitiæ rationem hic haberi opor-
teat, *l.ſi diſceptetur* 5.*ff. eod.* ne matris impudicitiam imitetur pupilla,
puto egregie judicatum in Gallia pupillum alendum apud matrem nihi-
lominus, donec eſſet decennis. Mornac. *ad l.* 1. *§. nec eſſet* 5. *de don. int.*
vir. & ux. & ad d.l. 1.*ff. ub. pup. educ.* & quidem egregie. Nihil enim
durius, quam maternis amplexibus pupillum avellere. Quis ferat paren-
tes ſegregari à liberis, *l.*11. *C.comm.utr. jud*? quæ lex eſt notabilis. Ma-
tris στοργὴ eſt omnino incredibilis, qua proſequitur liberos. Et idcirco
nec avo committi debet educatio, ſi lis ſit inter eum & matrem illegiti-
mam, ut conſultus reſpondi *Ann.* 1670. Conſtabat enim filium, qui an-
cillam compreſſerat, latitare non ſolum, ſed & nihil habere ad partum ex-
hibendum. Quo caſu non dubitatur, quin avus poſſit compelli ad alen- 3
dos nepotes, ut eſt textus in terminis, in *l. pen. ff. de agn. & al. lib. verb.*
niſi pater aut non ſit ſuperſtes, aut egens ſit. Covarr. *part.* 2. *cap.* 8. *§.*6.*n.*
26. Nec ſufficiet, reſpondi, ſi avus in ſuis ædibus educandos ſuſcipiat. 4
Avi impenſis apud matrem ſunt educandi, præſertim ſi agatur de edu-
candis puellis. Poſſunt enim apud matrem commodius inſtitui fœmini-
nis officiis. Atque ita etiam hoc ſeculo judicatum in terminis à Senatu
Friſiorum. Sand. 2. *deciſ. tit.* 8. *def.* 1. Ita etiam judicatum à Scabinis
Culenburgi *Ann.* 1668. 4. *Novem. in cauſa van Fyghjen Adriaen Volc-*
kers dr. requir. en Ian Otten Steenis gereq. Sed quod ad matrem legiti- 5
mam, quid ſi iterum hæc convolaverit ad vota nuptialia? Educatio ni-
hilominus ei recte committitur *l.*15. *C.de neg. geſt.* Cujac. 6. *obs.*29. So-
meren *de jur. noverc. cap.* 5. *n.*3. Groenew. *ad d.l.*1. *C.ub. pup. educ.* Sic
ſcribunt judicatum & deciſum in Gallia Mornac. *ad d. l.* 1. *§. nec eſſet.*
Choppin. 2. *de morib. Pariſ.* 7. *n. ult.* Maynard. *lib.*6.*deciſ* 50. Temere
tamen id non debet permitti, *d. l.* 1. *ff. & Cod. ub. pup. nov.* 22. *cap.*38.
Coren *conſ.* 5. Conſulendos eo caſu & pupilli cognatos dicit judicatum à
Senatu Sabaudiæ Ant.Fab. *Cod.ub. pup.educ. deb.def.un.* Sed notandum 6
præterea apud nos etiam pupillos apud hominem Pontificium educari
non poſſe, ſi reformatæ religionis ſint parentibus nati, aut ſi ſaltem al-
teruter ſit eandem profeſſus. Sic enim nominatim in edicto quod pro-
diit *Ann.* 1642. *Dat alle kinderen beneden hare mondige jaren weſen-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

de, 't zy deſelve mans ofte vrouperſoonen ſoude mogen weſen, welcker ouders, of een van deſelve is geweeſt van de gereformeerde religie, ſullen voortaen ſtaen tot opvoedinge ende beſorginge van de magiſtraten ofte weesmeeſteren der ſteden, ofte plaetſen daer de voorſchreven ouders hebben gewoont ten tyde van hare aflyvicheyt, die welcken dienthalven ſullen doen ſoodanigen voorſieninge, als deſelve nae gelegentheyt van ſaken ſullen bevinden te behooren, en ſullen de Papiſtiſche voochden ſodanige kinderen niet aen hebben te trecken, ofte ſich mette opvoedinge van die te bemoeyen, maer der ſelver gelegentheyt kennelyck te maken aen de magiſtraten ofte weeſmeeſters, daer de voorſchreve ouders, ofte langſtlevende van deſelve is overleden, om dienthalven ordre te ſtellen, op pene van te verbeuren een boete van twee hondert gulden voor elck weeskint, dat ſy lieden een maent, nae der ouderen doot, ſonder ſulks kennelyck gemaekt te hebben als voren, by hen lieden ſullen hebben behouden, ende ſoo ſucceſſivelyck van maent tot maent, &c. Culenburgi aliquando de eo incidit quæſtio, ſed deciſa à Scabinis juxta illud edictum *Ann. 1655. 4. Ianuar. tuſſchen Ior. Aelbert de Bie, en Ior. Willem en Ior. Lodewyck van Plettenbergh.* Quæri interim poſſet, ſi parentum alteruter è vivis exceſſerit, ſit autem Pontificius alter ille qui ſupereſt, an poſſit is nihilominus educare pupillum. Siquis affirmet, non multum erraverit. Videntur enim Ordines de eo caſu locuti, quo parens pupillorum uterque deceſſit, *verb. daer de voorſchreven ouders ofte langſtlevende van deſelve is overleden, & verb. nae der ouderen doot.* Durum eſſet profecto ſegregare parentes à liberorum conſortio, *l. pen. C. comm. utr. jud.* Salluſt. *in Ingurth. Quis enim amicior quam frater fratri? aut quem alienum fidum invenies, ſi tuis hoſtis fueris?*

7 *Alimenta.* Veſtitum, cibaria, habitationem, & impenſas in ſtudia, *l. 6. ff. de alim. leg. l. 2. pr. l. 3. §. 5. l. 4. ff. ub. pup. educ. l. 6. §. 5. ff. de Carb. edict. l. ult. C. arb. tut.* Quæ pro modo facultatum præſtari oportet, *l. 2. §. 1. & ult. l. 3. §. 1. & ſeqq. ff. ub. pup educ. Coſtuym. van Utrecht rubr. 31. art. 9. Ordonn. van Rynlant part. 2. art. 42.* Imp. Adriani ſententia, quæ eſt ex Doſitheo apud Cujac. 21. *obſ. 7.* Αἰτουντός τινος γυναικὸς περὶ φροντιστοῦ υἱοῦ αὐτῆς, ὡς αὐτῷ τριετὰν οὐ παρέσχηκε τρόφεια καὶ σήμερον τὴν ἐπίδοσιν αὐτοῦ ἀφήρηκεν, Ἀδριανὸς ἐζήτασεν, πότε εἴη ἐπίτροπος δεδομένος, καὶ εἰ τι παρέσχηκε τῷ ὀρφανῷ, ὁ φροντιστὴς εἶπεν, ὅτι ὁ κοινωνὸς αὐτοῦ ἀπὼν εἴη, καὶ μὴ δυνήθη τί ποτε μόνος παρέχειν. Ἀδριανὸς εἶπε τῷ φροντιστῇ, διὰ τοῦτο οὖν ἐδόθης, ἵνα λιμῷ πνίξεις τὸν ὄρφανον, κατὰ δύναμιν οὖν τῆς ὑποστάσεως τρόφεια αὐτῷ πάρεχε.

ξεχε. Vid. Forner. *ad l.43. & 44. ff. de V.S.* Mev. *ad jus Lubec. lib.1.tit.* 8
7.art.7.n.16.& ſeqq. Plus tamen tutor quam pupilli in bonis eſt non de-
bet impendere, *l. 2. §. 1. ff. ub.pup. educ.deb.* Non enim in hoc admini-
ſtrantur tutelæ, ut mergantur pupilli, *l.3. pr. ff. de cont.tut. & ut.act.* niſi
id ipſum pupillo expediat, ſi nimirum non ſufficiant ejus annui reditus.
Ut enim tutor eum de ſuo non compellitur alere, ita nec debet eum in
neceſſitatem mendicandi conjicere. Atque ita judicatum à Senatu Sabau-
diæ. Ant. Fab. *Cod. lib. 5. tit. 23. def. 2.* Quod ſi etiam acceſſerit
magiſtratus decretum, tutor etiam in poſterum erit tanto ſecurior.

Divorum. Dixi jam, cur Impp. ſalutentur hoc nomine ad §. 1. *Inſt. de* 9
excuſ. Sed notandum & Chriſtianos etiam tum, cum conſecratio jam eſſet
dudum abolita, ſic ſalutatos nihilominus. Unde illa locutio, quæ toties
occurrit *divæ memoriæ, l. 9. C. de repud. l.19. C. de collat. l.10. C. de pact.*
conv. l.ult. C. de Quadr. præſcr. l.7. C. de natur. lib. l.ult. C. mand. §.33. in
fin. Inſt. de act. l.61. C. de decur. l.1. C. Th. de conl. don. vel rel. poſſ. l.35. C.
Th. de epiſc. & cler. l. 11. C. Th. de numer. act. Ivo Carnotenſis *epiſt. 77.*
Placuit huic ſanctæ ac magnæ ſynodo, ut res vel privilegia, quæ Dei eccle-
ſiis ex longa conſuetudine pertinent, ſive à divæ recordationis Impp. &c.
Quod tamen non ferendum in piiſſimo Principe, qui radiis divinæ lucis
illuſtratus conſpicitur. Joannes Sariſber. Polycrat. *lib. 3. cap. 10. Tra-*
ctum eſt hinc nomen, quo principes virtutum titulis, & veræ fidei luce præ-
ſignes, ſe divos audeant, nedum gaudeant appellari, veteri quidem conſue-
tudine etiam in vitio, & adverſus fidem catholicam obtinente.

TEXTUS

§. X. *Sed ſiquis præſens negat propter inopiam alimenta poſſe decerni, ſi hoc per mendacium dicat, remittendum eum eſſe ad præfectum urbi puniendum, placuit: ſicut ille remittitur, qui data pecunia miniſterium tutelæ acquiſierit, vel redemerit.*

COMMENTARIUS.

1. *Pœna mendacii.*
2. *Ad §. 5. Inſt. de act.*
3. *Mali Doctores.*

NOn eſt igitur impunitum in jure mendacium. Probari id poteſt 1
non ſolum hoc loco, verum etiam *l.11. §.3. ff. de interr. in jur. fac.*

*l.*1.§.15. *ff. ſi quadr. paup. fec.* §.7. *Inſt. de obl. q. qu. ex contr. nov.* 18. *cap.* 10. *l.* 10. §.1. *ff. de fidej. & l. ult. ff. de rei vind.* Ex qua & ſæpiſſime judicatum in Gallia in pœnam mendacii, nec ſolum in Gallia, verum etiam Neapoli, ut ſcribunt Mornacius ad *d. l. ult.* Matth. de Afflict. *deciſ.* 18. Scribit etiam Mornac. *ad auth. contra C. de non num. pec.* quendam procuratorem Picardium nomine, quod abnegaſſet chirographum mentitus honorarium ſibi nondum ſolutum, mulctatum pœna 20. aureorum, & abſtinere juſſum præterea ab exercitio muneris totum biennium. Quale ſit mendacium id omnino non intereſt. Mentiri non licet ne ad declinandum quidem vitæ periculum. Ita Gallorum conſultiſſimi Molinæus *conſil.* 43. Mornac. *ad l.* 5. *ff. de jurej.* Auguſtinum ſecuti *lib. de*
2 *mendac. per tot.* Verum nequis objiciat §.5. *Inſt. de act.* notandum quod Imp. ad vim & effectum actionis ibi reſpiciat. Non permittit mendacium, nec vult, ut actionem illam Publicianam inſtituens ita dicat expreſſe ſe uſucepiſſe, quod uſu non cepit, ſed ſibi rem amiſſam oportere reſtitui, cum bona fide rem conſecutus plus juris habere debeat, quam injuſtus poſſeſſor, *l. ult. ff. de publ. in rem act.* Id vero ſi dixerit, tantun-
3 dem efficiet, ac ſi diceret revera ſe rem uſucepiſſe. Vinn. *ad d.* §.5. Porro notant interpretes, quod quemadmodum mali ſunt, qui affectant tutelam erogatis pecuniis, ita mali Doctores ſint, qui nummis intervenientibus quærunt diſcipulos. Accurſ. *h.* & *ad l.* 1. *verb. tutelam occupaſſe ff. de offic. præf. urb.* Zaſ. *in parat. ibid.* Imo graviter puniendum Doctorem ejuſmodi exiſtimat Baldus ad *d. l.* 1. §. *item ſolent.* Sed rari ſunt hodie nummorum tam prodigi, & idcirco puto id producendum ad eos, qui ſcurrilibus fabulis, dicteriis, jocis, & verborum inutilium vaniſſimo ſtrepitu ſibi conciliant ſtudioſorum frequentiam, ut plani plebeculam, cum aguntur encœnia.

TEXTUS

§. XI. *Libertus quoque, ſi fraudulenter tutelam filiorum, vel nepotum patroni geſſiſſe probetur, ad præfectum urbi remittitur puniendus.*

COMMENTARIUS.

P*Uniendus.* Aut virgis aut fuſtibus. Verum jus removendi cum Prætor habuerit, §. 1. *Inſt. h. t.* cur ad urbi Præfectum hic reus remit-

remittitur ? Quia prætor non exercuit merum imperium, *arg. h. & præc. §. l. 1. & t. tit. ff. & C. de offic. præt.*

TEXTUS

§. XII. *Noviſſime autem ſciendum eſt, eos, qui fraudulentur tutelam adminiſtrant, etiamſi ſatis offerant, removendos eſſe à tutela: quia ſatisdatio tutoris propoſitum malevolum non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat. Suſpectum etiam eum putamus, qui moribus talis eſt, ut ſuſpectus ſit. Enimvero tutor vel curator, quamvis pauper ſit, fidelis tamen & diligens, removendus non eſt quaſi ſuſpectus.*

COMMENTARIUS.

P*Auper.* Quid ſi egenus ſit? Curator adjungitur, ne alioquin periclitentur tum bona pupilli, *l. 6 C. h. t.* Pauper autem & egenus quod plurimum differant, oſtendunt Ovidius:

Cur nemo eſt Hecalen, nulla eſt, quæ ceperit Irum
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Senec. *epiſt.* 17. *Non eſt quod paupertas nos à philoſophia revocet, ne egeſtas quidem.* Aliquid pauper, *l.* 10. *ff. de accuſ.* nihil habet egenus. Martial. *lib.* 11.

Non eſt paupertas Neſtor habere nihil.

Cujac. 26. *obſ.* 3.

AN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ANTONII MATTHÆI
ANT. FIL. ANT. NEP.

COMMENTARIUS
AD
LIBRUM SECUNDUM

INSTITUTIONUM

SS. PRINCIPIS JUSTINIANI.

In quo illuſtratur etiam jus Ultrajectinum.

TITULUS I.
DE
Rerum diviſione, & acquirendo ipſarum dominio.

TEXTUS

Superiore libro de jure perſonarum expoſuimus, modo videamus de rebus, quæ vel in noſtro patrimonio, vel extra patrimonium noſtrum habentur. Quædam enim naturali jure communia ſunt omnium, quædam publica, quædam univerſitatis, quædam nullius, pleraque ſingulorum, quæ ex variis cauſis cuique acquiruntur, ſicut ex ſubjectis apparebit.

COMMENTARIUS.

1. *Rei an definitio.*
2. *Rei diviſio.*
3. *Explicatur l. 1. ff. de uſufr. leg.*

4. Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

4. *Refutatur Cujacius.*
5. *Definitio rerum communium.*
6. *Item publicarum, univerſitatis, nullius, & ſingulorum.*
7. *Quæ proprie publica.*
8. *Notatur Hotomannus.*

SEcundum juris objectum, quod agit de rebus, tribus finitur, & abſolvitur partibus, rerum diviſione, rerum acquirendo dominio, & obligationibus. Res eſt vocabulum, 1
quod ita tranſcendit omnia, ut definiri non poſſit. Valde enim ineptiunt, qui rem ita definiunt: Res eſt, quicquid habet realem eſſentiam: Hæc non eſt definitio, ſed eſt idem per idem. Perinde eſt, ac ſi dicerem: Cœcus eſt is, qui orbatus eſt oculis, Gallus, qui Galliam, Ultrajectinus, qui Ultrajectum inhabitat. Dico tantundem & jam nihil definio. Res eſt vocabulum, quod complectitur omnia, quæ in rerum natura ſunt, *l.* 5. *ff. de V. S.* ſed pro ſubjecta materia interdum pecuniam, interdum id tantum, quod habemus in bonis. Terent. *Eunuch. act.* 1. *ſc.* 2. *Ejus frater aliquantum ad rem eſt avidior.* Diviſiones 2
quod attinet, dividitur varie. Prima eſt, quæ habetur hic initio tituli. Res vel in patrimonio, vel eſt extra patrimonium. Tertium non datur, quod nec ſit in patrimonio, nec extra patrimonium. Servitutes enim quod attinet, revera in bonis ſunt, *l.* 15. §. 8. *ff. Qu. vi aut cl. l. rem in bonis* 52. *ff. de acq. rer. dom. junct.* §. *æque* 2. *Inſt. de act.* Sed finguntur interdum, nec extra bona, nec in bonis exiſtere, nimirum in materia Se- 3
natusconſulti, de quo agit JCtus in *l.* 1. *ff. de uſufr. leg.* quo cautum expreſſe, ut poſſit omnium, quæ in bonis ſunt, uſusfructus legari. Si enim ſervitutes hic haberentur in bonis, poſſet etiam ſervitutum uſusfructus legari. Sed ſervitutum uſusfructus legari non poteſt, quia ſervitus ſervitutis non poteſt conſtitui, *d. l.* 1. Uſusfructus eſt ſervitus, *l.* 1. *ff. de ſervit.* Ergo hic ſervitutes non habentur in bonis. Magis extra bona, quam in bonis cenſentur hic. Sed extra bona nihilominus in illa lege negantur, quia extra materiam, de qua ibi agitur, revera in bonis ſunt, *d. l. rem in bonis* 52. *junct. l.* 1. *l.* 2. *& t. tit. ff. ſi ſerv. vind. l.* 1. *& t. tit. ff. ſi uſusfr. pet.* Aliter Vinnius, ſed adeo obſcure, ut vix poſſit intelligi.

Patrimonium. Quid ſit patrimonium, nec ignoratur à pueris. Sed 4
ſcribit hic Cujacius bona paterna dici proprie patrimonium, bona vero, quæ à matre devolvuntur ad filium, dici & matrimonium à nonnullis aucto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

auctoribus. Sed exploſit jam pridem hanc opinionem Bachovius ad *prim. part. ff. de Rer. div.* & putat etiam ſimiliter explodendam vir ſummus & Phœnix literatorum hujus ævi Gronovius *not. ad Senec. controv. 9.*

5 *Quædam enim, &c.* Secunda rerum diviſio, quod res quædam com-
munes ſint, quædam publicæ, univerſitatis, nullius, & ſingulorum.
Quarum uſus & proprietas communis eſt omnium, dicuntur commu-
6 nes §. 1. & §. 5. *Inſt. h. t.* Quarum uſus eſt omnium, proprietas populi di-
cuntur res publicæ. Univerſitatis, quarum uſus in civitate communis eſt
omnium, proprietas vero ſolius eſt civitatis. Nullius, quarum proprietas
ad neminem pertinet. Singulorum, quarum dominium acquiſitum eſt
ſingulis. §. 7. & §. 11. *Inſt. h. t. l. 14. pr. ff. de acq. rer. dom. l. 6. §. 1. ff. de rer.
div.* Cujac. *in not. h. & ad l. 90. ff. de V. S.* Baro & Hotom. *h.* Duaren.
in comm. ad tit. ff. de rer. div. Eſt ergo, ut videtur, hæc ſubdiviſio prio-
ris. Quæ enim ſunt ſingulorum, ſunt in patrimonio. Reliqua vero
omnia ſunt extra patrimonium.

7 *Publica.* Proprie ſunt publica, quæ populi Romani ſunt, & idcirco
cum dixi, quarum uſus eſt omnium, proprietas populi, populum Ro-
manum duntaxat intelligo, aut populo Romano majeſtate ſimillimum,
l. 15. ff. de V. S. Loco enim privatorum civitates habentur, *l. 16. ff. eod.*
Res univerſitatis & res publicæ differunt, *h. pr. §. 2. & §. 6. h. t. l. 6. § 1.
ff. de rer. div.* Sed interdum improprie, quæ ſunt civitatum, dicuntur &
publica, *d. l. 15.* Interdum vox publica ſignificat rem, quæ communis eſt
omnium, §. 5. *Inſt. h. t. l 15. ff. de acq rer. dom.* Tacit *annal. 14. Sicut cœ-
lum diis, ita terras generi mortalium datas: quæque ſint vacua, eas publi-
cas eſſe.* Et interdum ſub communi ſubintelligitur publicum, ut in *l. 2.*
8 *ff. h. t.* Bachov. *ad prim. part. ff. de rer. div. n. 4.* ubi explodit Hotoman-
ni ſententiam, idem exiſtimantis commune quod publicum, & idcirco
legentis hic non, *quædam publica,* ſed, *quæ eadem publica,* nequid ipſi ob-
ſtaret. Quod profecto & temerarium, & admitti non poteſt, cum nul-
lum extet exemplar, in quo non ubique reperiantur hæc verba, *quædam
publica.* Add. Grot. 3. *de jur. bell. & pac. cap. 3. n. 9.*

TEXTUS

§. I. *Et quidem naturali jure communia ſunt omnium hæc, aër, aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur, dum tamen à villis, & monumentis & ædi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ficiis abſtineat, quia non ſunt juris gentium, ſicut eſt mare.

COMMENTARIUS.

1. *Michaëlis Paphlagonis inſtitutum tyrannicum.*
2. *Flumen & aqua profluens quemadmodum differant.*
3. *Mare an capax dominii.*
4. *Quid* προθυρα, *quæ erant in Boſphoro Thracio.*
5. *Conciliatur cum hoc loco l. 3. ff. neq. in loc. publ.*

AEr. Plaut. *in Aſin. Diem, aquam, Solem, Lunam, noctem, hæc argento non emo.* Petron. *Quid autem non commune eſt, quod natura optimum fecit? Sol omnibus lucet. Luna innumerabilibus comitata ſideribus etiam feras ducit ad pabulum. Quid aquis dici formoſius poteſt. In publico tamen manant.* Ovid. 6. *metam.*

Nec Solem proprium natura, nec aëra fecit,
Nec tenues undas.

Virgil. *Æneid. lib.* 7.

—— —— littuſque rogamus
Innocuum cunctis, undamque auramque patentem.

Iſta enim communia ſunt, addit Serv. *in not.* Vectigal ergo, quod aëri 1
dicitur impoſuiſſe Michaël Paphlago, fuit plane tyrannicum. Cedrenus: Ποριμώτατος δὲ ὢν πρὸς ἣν ἄν τις εἴποι κακίαν, πᾶσαν ἐφεῦρεν ὁδὸν ἀδικίας, προσθεὶς, ἐπέκεινα τῶν δημοσίων τελεσμάτων διδόναι ἕκαστον τῶν χωρίων, ὑπὲρ ἀερικοῦ κατὰ τὴν ποιότητα καὶ ἰσχὺν αὐτῶν, τῷ μὲν νομίσματα τέσσαρα, τῷ δὲ ἕξ, ἄχρι τῶν εἴκοσι. Cujac. 10. *obſ.* 7. Fabrot. *in Gloſſ. ad Cedren.*

Aqua profluens. Atqui flumen eſt publicum? Sed flumen & aqua 2
profluens multum inter ſe differunt. Aqua profluens eſt, quæ in motu continuo decurrit quotidie, quam propterea Martialis appellavit pereuntem 12. *epigramm.* 50.

Pulvereumque fugax hippodromon ungula plaudit,
Et pereuntis aquæ fluctus ubique ſonat.

Flumen eſt, quod efficitur per decurſum illum continuum. Eleganter Donellus etiam uſu hæc ſeparat 4. *comm.* 2. Cum lavamus, haurimus, inquit, aqua magis utimur profluente, quam flumine. Flumen enim univerſum hauriri non poteſt. Cum piſcamur, & navigamus, flumine magis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

gis utimur, quam aqua, quæ profluit. In eadem enim aqua, quæ ſuo loco non manet, ſemper & perpetuum piſcari non poſſum. Non tamen ignoro hæc interdum confundi, & flumen etiam ſumi pro aqua quæ profluit. Senec. *epiſt.* 58. *Corpora noſtra rapiuntur fluminum more, quicquid vides, currit cum tempore, nihil ex his, quæ videmus, manet. Ego ipſe dum loquor mutari iſta, mutatus ſum. Hoc eſt, quod ait Heraclitus: In idem flumen bis non deſcendimus.*

3 *Mare.* Ad neminem ergo pertinet maris proprietas, *h.* §. *l.* 13. *ff. comm. præd.* Plaut. *Rud. act.* 4. *ſc.* 3.

—— Ecquem eſſe dices in mari piſcem meum?
Quos cùm capio, ſiquidem cepi, mei ſunt, habeo pro meis.
Nec manu aſſeruntur, neque illinc partem quiſquam poſtulat.
In foro palam omnes vendo pro meis venalibus.
Mare quidem commune certo'ſt omnibus.

Grot. *de mar. lib. cap.* 5. Fern. Vaſq. *controv. illuſt. lib.* 2. *cap.* 89. Gryphiand. *de inſul. cap.* 10. *n.* 25. *& cap.* 14. *n.* 13. *& ſeqq.* Heemskerck *Arcad. Bat. p.* 297. *& ſeqq.* Atqui de mari quod alicujus eſt proprium agit JCtus in *l.* 18. *ff. de injur*? Verum eſt, fateor, ſed non agit de mari, quod proprie ita dicitur, ſed de maris portiuncula, de maris diverticulo, quod privatorum æſtuariis intercipi potuit. Valer. Max. *lib.* 9. *cap.* 1. *Peculiaria ſibi maria excogitavit æſtuariis intercipiendo fluctus, piſciumque diverſos greges ſeparatim molibus includendo, &c.* Vellej. Paterc. *lib.* 2. *cap.* 33. *Lucullus, quem ob injectas moles mari, & receptum ſuffoſſis montibus in terras mare, haud infacete Magnus Pompejus Xerxem togatum vocare aſſueverat.* Tibullus:

Claudit ut indomitum moles mare, lentus ut intra,
Negligat hibernas piſcis abeſſe minas.

Ejus eſt mare, cujus terris incluſum eſt. Si terris privati: privati ſine dubio, *d. l.* 14. Si gentis aut populi: illius gentis aut populi, cujus terris incluſum eſt, ut terris noſtrorum Ordinum incluſum eſt illud mare, quod appellatur Auſtrale, & idcirco etiam ſine dubio ad Ordines pertinet. Mare vero ſiquis aut univerſum conſideret, aut partes ejus præcipuas, in jus alicujus proprium non poteſt diſcedere. Poſſet occupari, ſi poſſet hoc fieri. Sed occupari non poteſt. Occupatio procedit in re determinata. Liquida vero per ſe non terminantur. Τὸ ὑγρὸν ἀόριστον οἰκείῳ ὅρῳ, ut Ariſtoteles dicit. Sed quatenus in re alia contenta ſunt liquida, occupatio non impeditur. Sic occupata ſunt flumina, ſic lacus, ſic ſtagna, ſic, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ut dixi, illud mare, quod circumſcriptum eſt terris, quæ vel privatorum ſunt, vel gentis aut populi; quod & Leo Imp. produxit ad περίθυρα in 4
Boſphoro Thracico, quæ & privatim, ſi eſſent ſeptis incluſa, vel, ut Græci, ἐποχαῖς, vindicari permiſit, ſic ut intra illa ſepta poſſet is, qui collocaverat, prohibere piſcantem, *nov.* 57. 102. 103. 104. contra *l.* 13. *§. ult. ff. de inj.* Septa fuiſſe retia dicit Cujac. 14. *obſ. cap.* 1. quæ palis infixis excurrebant in mare, nimirum ab ædibus collocatis in littore. Ipſum vero mare ſi conſideretur, ut dixi, terra non continetur, ſed terra mari, quod & majus eſt terra, ut communiter veteres: Τὸν Ὠκεανὸν τῇ γῇ περιβεβλῆσθαι dicit Apollonius apud Philoſtratum *lib.* 7. *cap.* 12. A. Gell. 2. *noct. Attic.* 13. *Quid poteſt dici circa Oceanum eſſe, cum undique Oceanus circumſcribat omnes terras & ambiat? &c. Quum vero omnes terras omnifariam & undique verſum circumfluat, nihil citra eum eſt, ſed undarum illius ambitu, terris omnibus convallatis in medio ejus ſunt omnia, quæ intra oras ejus incluſa ſunt.* Grot. *lib.* 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 2. *n.* 3. Scribit tamen Bodinus 1. *de repub. cap.* 10. omnium gentium maris accolarum inſtituto receptum, ut Princeps à littore 60. miliaribus ad littus accedentibus poſſit legem præſcribere. Sed eſt hoc ſine dubio altioris indaginis, & admodum dubito, an id ipſum obtineat. Sunt enim, qui jus hoc non extendunt ulterius, quam in quantum aut telum poſſit mitti ab arcu, aut in quantum audiri poſſit vox clamantis in littore. Ziegler. *ad Grot.* 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 3. *n.* 10.

Littora. Atqui populi Romani hæc Celſus exiſtimat, *l.* 3. *ff. neq. in* 5
loc. publ. Si populi Romani ſint, ergo ſunt publica. Multum autem res communes & publicæ differunt. Res enim publicæ proprietate ſunt populi: Communes vero proprietate nullius. Sed notandum quod Celſus de maris illius littore loquatur in illa lege, quod & ipſum univerſum erat in Romanorum dominio, ut mare mediterraneum: quod eſt inter Hiſpaniam & oppoſitam Africam. Quod utique non loquatur de quolibet littore, patet ex verbis: *Littora, in quæ populus Romanus imperium habet.* Atque ita intelligendum; quod ajunt Claudian.

— patriis primo cum manibus ultor
Subderet Hiſpanum legibus Oceanum.

Dion Caſſius: Πάσης σχεδὸν βασιλεύοντες γῆς καὶ θαλάσσης. Appian. Alexand. Θαλάσσης τε πάσης ἡγεμονεύουσι τῆς ἐντὸς οὔσης. Scio alioquin quod vulgo reſpondeant populi Romani ibi littora dici, non quod ad dominium, ſed quod ad juriſdictionem & imperium attinet,

ad ſummovendos ab iis & hoſtes & barbaros, nequid ab iis fiat, quod uſum, qui eſt omnium communis impediat. Quo ſenſu apud Dionyſ. Halicarn. ſic legitur: Πάσης κρατεῖ θαλάσσης οὐ μόνον τῆς ἐντὸς Ηρακλείδων στηλῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ὠκεανίτιδος, ὅση πλεῖσθαι μὴ ἀδύνατός ἐστι. Duaren. *ad tit. ff. de rer. div.* Aliter Grot. 2. *de jur. bell. & pac. c.* 9.

TEXTUS

§. II. *Flumina autem omnia, & portus, publica ſunt. ideoque jus piſcandi omnibus commune eſt in portu, fluminibuſque.*

COMMENTARIUS.

1. *Conciliatur cum hoc loco l.* 1. §. 3. *ff. de flumin.*
2. *Torrentes.*
3. *Quid portus, portorium, portitor.*
4. *An hodie etiam liceat piſcari cuilibet.*
5. *Conciliatur l.* 7. *ff. de div. temp. præſcr. cum l.* 45. *ff. de uſucap.*

1 OMnia. Imo non omnia. Quædam enim privata ſunt, *l.* 1. §. 3. *& 4. ff. de flum.* Reſpondet Donell. 4. *comm.* 3. Quæ proprie ſunt flumina, ſunt omnia publica: quæ autem ſunt perennia, ſunt proprie flumina, torrentes improprie *ead. l.* 1. §. *item fluminum* 2. Torrentes ſunt privatorum, & tamen ſunt flumina, nimirum improprie. Sed hæc definitio non videtur perpetua. Rivi enim reperiuntur ſcaturientes ex fontibus, qui ſunt & perennes & tamen privati. Quod ſi dixeris eos magnitudine diſcerni à flumine, ſequetur, ut flumina, quæcunque ſunt parva, privata ſint flumina. Quod nimis abſurdum eſt. Præſtat ſubintelligere particulam pene ſubintelligendam & in §. 6. *Inſt. Qu. mod. j. patr. pot.* §. 1. *Inſt. de donat.* §.
2 *ult. Inſt. de codicill.* Quid autem torrentes? Apollonii interpres: Οἱ ἐξ ὑετῶν συνιστάμενοι ποταμοὶ χειμάρροι.

3 *Portus.* Locus concluſus, per quem merces & importantur, & exportantur, *l.* 59. *ff. de V.S.* Locus etiam præterea, in quo ſtatio navium, *l.* 1. §. 13. *& ſeqq. ff. de flum.* Cyprian. 3. *epiſt.* 13. *Quid enim ſi in mari portus aliquis munitionibus ſuis ruptis, infeſtus & periculoſus eſſe navibus cœperit, nonne navigantes ad proximos portus naveis ſuas dirigunt, ubi ſit tutus & ſalutaris introitus, & ſtatio ſecura.* Corippus *lib.* 1.

pars

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

— — pars reſpicit altera portum,
Portum, quem geminæ complexant brachia ripæ
Mœnibus adpoſitis, rapidos contemnere ventos
Et faciunt, præbentque ſalum ſtatione quietum.

Amphitheatrum æquoreum dicit Claud. Rutil. *itin.lib.*1.

Ad Centumcellas forti defleximus Auſtro,
Tranquilla puppes in ſtatione ſedent.
Molibus æquoreum concluditur amphitheatrum.

A portu portorium, vectigal quod ſolet exigi mercium nomine *l.*3.*C.de vectigal.l.*17.*l.*203.*ff.de V.S.* Portitor,qui exigit. Senec. 6. *de benef.* 18. *Plato cum flumen mane tranſiiſſet, nec ab illo quicquam portitor exegiſſet.* Plaut. *Aſin.*

Portitorum ſunt ſimillimæ januæ meretricum,
Si affers, tum patent, Si non eſt, quod des, ædes non patent. 4

Jus piſcandi. Piſces ergo nullius ſunt, & fiunt occupantis, licet flumen ſit publicum, §.12.*Inſt.h.t.* Plaut. *Rud. act.* 4. *ſc.*3. *Meum quod rete atque hami nacti ſunt, meum potiſſimum eſt.* Non aliter tamen hodie, quam ſiquis hamo piſcatus ſit. Crimen intolerandum eſt, ſi rete tetenderit. Soli licet id facere, qui flumen conduxit, ne ſi cuilibet hæc permittatur licentia, piſces tandem intereant. Cui plane repugnat utilitas publica. *Ordonn. opt ſtuck vant viſſchen en 't viſchgewant art.* 1. *& art.* 8. 5

Commune. Per conſequens alium, quo minus etiam piſcetur, qui piſcatur in flumine, prohibere non poteſt, niſi forte conſtiterit, quod pluribus annis ſolus ſit piſcatus in diverticulo fluminis, nec piſcari deſierit, *l. ſi quiſquam* 7.*ff. de div. temp. præſcr.* Dico *deſierit*, ut poſſint conciliari, quæ & doctiſſimorum exercuerunt ingenia, *d. l.* 7. *& l. præſcriptio* 45. *ff. de uſucap.* Cujac. *ad d. l.* 45. Grot. *de mar. lib.cap.*7.Forner.*ad l.* 112. *ff. de V. S.* Amaya *ad l.un. C. de venat. fer. n.* 60. *& ſeqq.* Aliter Robert. 1. *recept. lect.* 17. Fachin. *lib.* 11. *controv.cap.*1.Oſwald.*ad Donell. lib.*5. *cap.*22. *lit. B. & C.*

TEXTUS

§. III. ***Eſt autem littus maris, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit.***

COM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

COMMENTARIUS.

VIdemus ergo quid littus ſit. Ita JCtus in *l. 69. & 112. ff. de V. S. Littus eſt, quo uſque maximus fluctus à mari pervenit.* Cicero *in Topic. Solebat igitur Aquilius collega & familiaris tuus, cum de littoribus ageretur, quæ omnia publica eſſe vultis, quærentibus iis, ad quos id pertinebat, ita definire,* QUA FLUCTUS ELUDERET. Theoph. *h.* Αἰγιαλὸς ἐστι, μέχρις οὗ τὸ χειμέριον μέγιστον ἔξεισι κῦμα, ὥστε οὖν κἂν τῷ θέρει μέχρι τῶν τόπων ἐκείνων τὸν αἰγιαλὸν ὁριζόμεθα.

TEXTUS

§. IV. *Riparum quoque uſus publicus eſt jure gentium, ſicut ipſius fluminis. Itaque naves ad eas appellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum eſt, ſicut per ipſum flumen navigare. Sed proprietas earum illorum eſt, quorum prædiis hærent, qua de cauſa arbores quoque in eiſdem natæ, eorundem ſunt.*

COMMENTARIUS.

1. *An ripæ res publicæ.*
2. *Item an alveus.*

1 RIpæ referuntur hic inter res publicas. Atqui res publicæ proprietate ſunt populi, *l. 15. ff. de V. S.* Riparum vero proprietas privatorum hic dicitur? Dicendum; Res publicæ proprietate ſunt populi, ſed exceptio eſt in ripis. Ripa eſt pars terræ, non autem pars fluminis. Si eſſet pars fluminis, ad populum etiam pertineret ejuſdem proprietas. Cujus ergo pars terræ? Vicinorum prædiorum, & idcirco cujus eſt prædium, ejus etiam eſt ripa. Cedit enim ſemper principali acceſſio, *l. 19. §. 13. ff. de aur. & arg. leg.* Cur non etiam pars fluminis? Quia flumen ex aqua, non autem ex terra conſtat, quemadmodum ripa. Quid ergo eſt ripa? Ripa eſt, quæ continet flumen pleniſſimum. Cedunt enim ripæ, ex quo terra primum à plano ad aquam incipit vergere, *l. 3. §. 1. & §. 2. ff. de flum.* Cujac. *ad l. 69. ff. de V. S.* Sed videtur obſtare; Quicquid eſt pars publici, id & ipſum eſt publicum, *arg. d. l. 19. §. 13.* Atqui ripa eſt pars publici. Minorem quod attinet: Quicquid eſt pars alvei, eſt etiam pars publici, *l. 1. §. ſimili modo 7. ff. de flum.* Atqui ripa eſt pars alvei. Sed dicendum quod ripa ſit partim

pars

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

pars alvei, partim etiam prædiorum, quæ ſunt ripæ contigua. Quia eſt pars alvei, idcirco ejus uſus etiam communis eſt omnium, non minus quam alvei. Quia vero prædiorum, idcirco & privatorum eſt ejus proprietas, *h.*§. Et quod ad alveum attinet, eſt quidem publicus, *d.* §. 7. ſed 2
non tamen diutius, quam à flumine tegitur. Deſertus à flumine fit eorum, qui prope ripam ejus prædia poſſident, §.23. *Inſt.h.t.* Videtur etiam obſtare, quod ripæ dicantur & ſimpliciter publicæ in *l. pen.*§.1. *ff.de acq. rer.dom.l.*3.*pr.ff.de flum.* Sed dicendum, quod ibi ſit figurata locutio ſolius uſus intuitu. Diſſ. Hotom. *h.*

TEXTUS

§. V. *Littorum quoque uſus publicus eſt, & juris gentium, ſicut & ipſius maris. & ob id cuilibet liberum eſt caſam ibi ponere, in quam ſe recipiat, ſicut retia ſiccare, & ex mari deducere. Proprietas autem eorum poteſt intelligi nullius eſſe, ſed ejuſdem juris eſſe, cujus & mare, & quæ ſubjacet mari terra vel arena.*

COMMENTARIUS.

1. *Ad l.* 50. *ff. de acq. rer. dom.*
2. *Cujus ædificium extructum in littore.*
3. *Cujus ædificium extructum in ripa.*
4. *Cujus in flumine.*

ET *ob id cuilibet.* Atqui requiritur decretum Prætoris, 1
l. quamvis 50. *ff. de acq. rer. dom.* vel potius *Principis*, ut legit Bachov. *ad prim. part. ff. p.* 289. Grotius hunc §. de opere momentaneo accipiendum exiſtimat, de ædificio permanenti vero legem objectam, *lib.* 2. *de jur. bell. & pac. cap.*2.*n.*15. Ego malim hoc accipere non de quolibet littore, ſed ut ipſa lex dicit de littore publico. Multum enim à communi littus publicum differt, & idcirco etiam idem de eo eſt dicendum, quod de flumine publico, ſiquis in eo velit quicquam extruere.

Caſam. Cujus eſt ædificium extructum in littore? Ejus qui extru- 2
xit, *l.*6. *pr. ff.de rer.div.* Atqui littus eſt commune, in quo eſt ædificium, §. 2. *Inſt. h. t.* cur non ergo & ædificium, cum principali cedat acceſſio, *d.l.*19. §.13. *ff.de aur. & arg.leg?* Quia aliud flagitavit utilitas navigantium, propter quam ab illa regula receſſum eſt, quatenus qui ædificavit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ædificium, id ipſum inhabitat, *d. l. 6.* Simulac deſeruerit, & deſtructum
ſit ædificium, locus qui jam priſtinam recepit littoris ſpeciem , commu-
3 nis fit iterum, *ead.l.pr.& l.14.ff.de acq.rer. dom.* Sed quid ſi in ripa quis
caſam extruxerit ? Fit eorum, qui prope ripam prædiorum ſunt domi-
4 ni, *l.15. ff.de acq.rer.dom.* §.4. *Inſt.h.t. junct. d.l.19.* §.1. Quid ſi in flu-
mine ? Fit ipſius, ni fallor, ſi impetraverit à Principe ædificandi licen-
tiam, & ſi id,quod ædificavit, etiam nulli officiat, nec ſtatio vel naviga-
tio eo fiat deterior, *l.1.pr l.2.pr.§.10. & §§. ſeqq. & t. tit. ff. neq. in loc.
publ. l. 24. pr. ff. de damn. inf.* Si vero officiat, deſtruendum eſt iterum,
d. l.2. §. 17. l.1. §.12. §.19. & §.21. ff.de flum. Sed & quamvis extruentis
ſit id quod extructum eſt, poteſt tamen ædificio imponi ſolarium,
quia locus eſt publicus, *d. l. 2. §. 17.* A ſolo ſolarium, *d.* §. Aliter
Cujac. *h.* Donell. 4. *comm.* 3.

TEXTUS

§. VI. *Univerſitatis ſunt, non ſingulorum, quæ in civitatibus ſunt, theatra, ſtadia, & his ſimilia, & ſiqua alia ſunt communia civitatum.*

COMMENTARIUS.

1. *Definitio civitatis.*
2. *Quot homines requirantur ad conſtituendam civitatem.*
3. *Ut dici poſſit civitas an requiratur epiſcopus.*
4. *Singuli cives & civitas differunt.*
5. *An ſinguli cives dicere poſſint teſtimonium in cauſa civitatis.*
6. *An collega poſſit eſſe teſtis in cauſa collegii.*
7. *An in cauſa civitatis Scabini vel magiſtratus poſſint ferre ſententiam.*
8. *Quid collegium.*
9. *Quot requirantur ad conſtituendum collegium.*
10. *Quot ad monaſterium & conſtituendam familiam.*

1 UNiverſitas hic præcipue civitatem ſignificat. Quid autem
eſt civitas ? Eſt hominum multitudo, quæ invicem legibus
alligata ſociatur. Vid. Grot. *lib. 1. de jur. bell. & pac.cap.1.*
2 *n.* 14. Ad conſtituendam ergo civitatem quot homines re-
quiruntur ? Decem aut quindecim, *l. 4. §. 3. ff. de vi bon. rapt.* Apulej.
3 *apolog. Quindecim liberi homines populus eſt.* Bartolus etiam præterea,
ut

ut dici poſſet civitas, requirebat epiſcopum, ad *l. 2. ff. de V. S. n. 5. & l. ult. ff. de colleg. n. 7.* Sed ejus ſententia pleriſque diſplicuit, Pancirol. 2. *var. lect.* 154. Lex, ut ſit civitas, inprimis requiritur. Lege ſublata non magis eſt civitas, quam homo, cujus anima diſceſſit è corpore. Grot. 3. *de jur. bell. & pac. cap. 3. n. 2.* Porro cives & civitas multum inter ſe diffe- 4
runt. Siquid ſingulis debeatur non debetur id civitati, nec debet id civitas, quod debetur à ſingulis. Et viciſſim quod debet civitas, non debent id ſinguli, nec quod ipſi debetur, id poſſunt exigere, *l. 7. §. 1. ff. Qu. cuj. univ. nom.* Non civium, ſed civitatis ſunt, quæ in civitate ſunt ſtatuæ, *l. 41. ff. de acq. rer. dom.* Atque inde quæſitum, an poſſit dici teſtimo- 5
nium in cauſa civitatis à ſingulis civibus. Ratio dubitandi eſt, quia nemo in ſua cauſa eſt teſtis idoneus, *l. nullus 10. ff. de teſtib. §. 10. Inſt. de teſtam. ord.* Et vulgo, ni fallor, ita recte reſponſum eſt, dici poſſe teſtimonium, ſi ſpectet emolumentum ad ipſam civitatem, ut ſi forte ſit quæſtio, quouſque ſe extendat juriſdictio civitatis, vel, quod idem eſt, territorium: ſi ad ſingulos cives, admitti non poſſe, ut ſi ſit quæſtio de paſcuis publicis. Covarr. *pract. quæſt.* 18. *n.* 4. Choppin. 3. *de privil. ruſt. part. 2. cap. 1.* Surd. *deciſ.* 236. Mornac. *ad l. 2. C. de teſt.* Verum eſt quidem, quod ſpectet etiam ad ſingulos emolumentum per conſequentiam, quod principaliter redundat ad ipſam civitatem, ſed id parum attenditur. Nam & ad legatarios ſpectat per conſequentiam, qui tamen propterea non repelluntur in teſtamentis, *§. legatariis 11. Inſt. de teſt. ord.* Solus heres refellitur, quia ad ipſum principaliter pertinet. Atque ita 6
dicendum etiam, ſi quæratur an collega poſſit eſſe teſtis in cauſa collegii, cujuſmodi habemus hic Canonicorum collegia, Profeſſorum, & magiſtratuum, & multorum opificum. Diſtinguendum etiam ſimiliter, ſi quæratur an magiſtratus vel Scabini civitatis poſſint ferre ſententiam 7
in cauſa civitatis. Nam & ita judicatum à Senatu Hollandiæ. Neoſtad. *deciſ.* 126. Sed non habebit tamen locum hæc diſtinctio in iis, quæ probari non poſſunt, niſi per eos ſolum, qui ſunt de collegio, ut electio & cætera, quæ fiunt ſecreto. Matth. Afflict. *deciſ.* 400. Mornac. *ad l. 6. §. 1. ff. h. t.* Quid autem collegium? nam & illud vox univerſitas, ſi paulo 8
latius ſumatur, ſub ſeſe complectitur, *l. 1. & t. tit. ff. Qu. cuj. univ. nom.* Eſt trium pluriumve perſonarum ſocietas nulla lege prohibita, *l. 1. pr. & §. 2. l. 2. l. 3. pr. & §. 1. ff. de colleg. & corp.* Guid. Pap. *deciſ.* 106. Cujac. 7. *obſ.* 30. Cicer. *pr. C. Cornel. apud Aſcon. Frequenter tum etiam cœtus factioſorum hominum ſine publica auctoritate malo publico fiebant: propter*

quod poſtea S.C. & pluribus legibus ſunt ſublata, præter pauca atque certa, quæ utilitas civitatis deſideraſſet, ut fabrorum, lictorumque. Sueton. *in Aug. Plurimæ factiones titulo collegii novi ad nullius non facinoris ſocietatem coibant: ſed Auguſtus omnia præter antiqua & legitima diſſolvit.*

9 Dico *trium pluriumve,* quia tres etiam ſufficiunt ad conſtituendum collegium, *l.Neratius* 85 *ff.de V.S.* Nec obſtat *l.7.ff.Qu. cuj. univ. nom. in fin.* Tres enim ab initio requiruntur ad minimum, ut conſtituatur collegium, ſed ſi duo moriantur, ubi ſemel eſt conſtitutum, conſervatur & in uno, qui adhuc eſt ſuperſtes *d.l.7.in fin.* Tres autem ut requiruntur ad

10 conſtituendum collegium, ita tot etiam requiruntur ſimiliter, ut dici poſſit monaſterium, vel ut dici poſſit familia *nov. Leon.*14. *l.*40. §.3. *ff. de V.S.* Apulejus tamen videtur requirere quindecim ad conſtituendam familiam, *apolog. in med. Quindecim liberi homines populus eſt: totidem ſervi familia: totidem vincti ergaſtulum.* Sed minus juridice.

Et ſiqua ſunt alia. Cicero *lib.* 1. *de offic. Multa ſunt enim civibus inter ſe communia, forum, fana, porticus, viæ, leges, judicia, ſuffragia, conſuetudines præterea, & familiaritates, multæque cum multis res rationeſque contractæ.*

TEXTUS

§. VII. *Nullius autem ſunt res ſacræ, & religioſæ, & ſanctæ. quod enim divini juris eſt, id nullius in bonis eſt.*

COMMENTARIUS.

Res nullius ſunt duplices. Quædam ita nullius, ut alicujus non poſſint effici, *h.* §. *&* 3. *ſeqq.* Quædam vero ita, ut, quia nullius ſunt, fiant occupantium, §.12. *& ſeqq. h.t. l.*1. *l.*2. *& ſeqq. ff. de acq. rer. dom.* Res eſt etiam, quę nullius eſt, & tamen nec occupantis, nec exemta dominio, nimirum hereditas, quæ dum adhuc jacet, nullius in bonis eſt, *l.*1. *ff. de rer. div.* Ipſa enim, dum jacet, habetur pro domina, quia obtinet vicem & perſonam defuncti, *l.*31.§.1. *ff. de her. inſt. pr. Inſt. de ſtip. ſerv.* §.2. *Inſt. de her. inſt.* & idcirco appellatur etiam ſimpliciter dominus, *l.*13. §. 2. *ff. ad leg. Aquil.* Dico *dum jacet.* Nam poſtquam eſt adita, retro fuiſſe fingitur ejus, qui eam adiit, & defuncto ſucceſſit, *d. pr.* §. 2. *Inſt. de leg. Falcid. l.* 73. §. 1. *ff. de verb. obl. l.* 24. *ff. de novat. Vinn. ad d.* §. 2.

TEX-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

TEXTUS

§. VIII. *Sacræ res ſunt, quæ rite per Pontifices Deo conſecratæ ſunt, veluti ædes ſacræ, & donaria, quæ rite ad miniſterium Dei dedicata ſunt: quæ etiam per noſtram conſtitutionem alienari & obligari prohibuimus, excepta cauſa redemptionis captivorum. Siquis autem authoritate ſua quaſi ſacrum ſibi conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum. Locus autem, in quo ædes ſacræ ſunt ædificatæ, etiam diruto ædificio, ſacer adhuc manet, ut & Papinianus ſcripſit.*

COMMENTARIUS.

1. *Dedicatio quibus ſolennitatibus facta.*
2. *Pileati Pontifices.*
3. *Cui jus dedicandi.*
4. *Olim apud Chriſtianos quæ dedicandi ſolennitas.*
5. *Die, quo dedicabant, inſtituebant convivium.*
6. *Sacra privata.*
7. *Dii apud Romanos & privati & publici.*
8. *Cur dicat Juſtinianus hic, Deo, non Diis.*
9. *Lipſius refutatur.*
10. *An dedicata mobilia.*
11. *Quid ſpolia opima.*
12. *Conſecratio & dedicatio utrum inter ſe differant.*
13. *An res ſacræ poſſint vendi, vel in alium transferri.*
14. *Deciſio notabilis.*
15. *Sacra hoſtium an etiam exiſtimentur res ſacræ.*
16. *Res ſacræ, ſi conſiderentur ut aliarum acceſſio, vendi non prohibentur.*
17. *Si res ſacræ nullius ſint, cur ſacra privata diſtinguantur à publicis.*
18. *An conſecratum ab hæreticis ſit ſacrum nihilominus.*
19. *An conſecratum ab ethnicis.*
20. *An conſecratum à Pontificiis.*
21. *Quid hic rite ſignificet.*
22. *Objectio ſolvitur.*
23. *De cultu imaginum.*
24. *Quemadmodum cultæ à paganis & Pontificiis.*
25. *Refutatur Leo ab Aitzema.*
26. *An bona Canonicorum poſſint dici res ſacræ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

27. *An magiſtratus Canonicis illa recte conceſſerit.*
28. *Explicantur l. 16. ff. de uſufr. leg. & l. 4. ff. de adm. rer. ad civ. pert.*
29. *Poteſt confiſcari, quicquid eſt conſecratum ad uſum illicitum.*
30. *Cur adhuc Canonici veteri illo nomine ſic dicantur Canonici.*
31. *Nomen Canonici an reformato indignum.*
32. *Qui olim Aſiarchæ.*
33. *Sacerdotes & Flamines quemadmodum differant.*
34. *Explicatur Auctor paſſionis SS. Tarachi, Probi, & Andronici.*
35. *Sacerdotes coronam auream habebant in capite, ludos cum ederent.*
36. *Suo ſumtu an publico eos ediderint.*
37. *Quid* σύγκτησις ἀγωνόφορος *in l. 34. §. 1. ff. de leg. 2.*
38. *An munus patrimoniale Sacerdotium Provinciæ.*
39. *Cur creati Aſiarchæ ex Trallianis regulariter.*
40. *An Præſes creaverit.*
41. Τὸ κοινὸν, *& Commune quid.*
42. *Cappadocarchæ, Syriarchæ, Lyciarchæ, Galatarchæ, Alytarchæ.*
43. *Ex quibus creati.*
44. *Cur* Ἀσιαρχῶν *fiat mentio in Act. Apoſtol. cum fuerit unus tantum Sacerdos in Provinciis ſingulis.*
45. *Refutatur Rubenius.*
46. *Duo erant ſpecialiter Sacerdotes in Syria, Syriarcha, & Alytarcha.*
47. *Alytarcha quis proprie.*
48. *Quinam maſtigophori.*
49. *Aſiæ Minoris ſacerdos erat Aſiarcha.*
50. *An creatus quotannis.*
51. *Sacerdotales.*
52. *De nomine Canonicorum Auctoris ſententia.*
53. *Collapſo ſacrario an ſacra ſit area.*
54. *An ædes iterum dedicanda, ſi reſtituatur collapſa.*

1 RIte. Solennitatibus, quæ requiruntur, adhibitis, vel uno verbo ſolenniter. Templum enim Romani cum vellent dedicare, facturi rem ſacram & Deum illaturi Pontifices aderant. Poſtem vero templi amplexus, qui dedicabat, Deos precabatur, verba ipſi præeunte Pontifice Maximo. Quintil. *declam. 323. Priuſquam dedicationis accipiant ſummam religionem, opera ſunt tantum. dedicatio eſt illa, quæ Deum inducit, quæ ſede deſtinata locat.*

cat. Cic. *pro dom. Poſtem teneri oportere in dedicatione, videor audiſſe, templi ibi enim poſtis eſt, ubi templi aditus eſt & valvæ. Ambulationis poſtes nemo unquam tenuit in dedicando.* Liv. *lib.2. cap. 8. in fin. Poſtem jam tenenti Conſuli fœdum inter precationem Deûm nuncium incutiunt: mortuum ejus filium eſſe, funeſtaque familia dedicare eum templum non poſſe. &c. Nihil aliud ad eum nuncium à propoſito averſus, quam ut cadaver efferri juberet, tenens poſtem, precationem peragit, & dedicat templum.* Tacit. *lib. 4. hiſt. Tum Helvidius Priſcus prætor, præeunte Plauto Eliano Pontifice, luſtrata bove tauriſque area, & ſuper ceſpitem redditis, Iovem, Iunonem, Minervam, præſideſque imperii Deos precatus, uti cœpta proſperarent, ſedesque ſuas pietate hominum inchoatas, divina ope attollerent. &c.* Aderant autem hoc caſu pileati Pontifices, non, ut prodibant 2
in publicum, nudis capitibus. Appian. Alex. 1. *de bell. civil. cap.* 185. Ὁ φλάμεν πιλοφορεῖ μόνος ἀεὶ, τῶν ἄλλων ἱερέων ἐν μόναις πιλοφορούντων ταῖς ἱερουργίαις. Stante republica dedicabat, cui populus 3
jus dedicandi conceſſerat. Liv. *lib. 9. cap. 46. Cn. Flavius ædem Concordiæ dedicavit, coactuſque conſenſu populi Cornelius Barbatus Pontifex maximus verba præire, quum more majorum negaret niſi Conſulem aut imperatorem poſſe templum dedicare. Itaque ex auctoritate Senatus latum ad populum eſt, nequis templum aramve injuſſu Senatus aut tribunorum plebis partis majoris dedicaret.* Is autem regulariter creabat Duumviros. Liv. *lib. 23. cap. 21. in fin. Duumviri creati, ædem Concordiæ, quam L. Manlius Prætor voverat, dedicaverunt.* Idem *lib. 2. cap. 42. Caſtoris ædes eodem anno Idibus Quintilibus dedicata eſt, vota erat Latino bello Poſtumio dictatore, filius ejus duumvir ad id ipſum creatus dedicavit.* Idem *lib. 23. cap. 30. Senatus decrevit, ut Ti. Sempronius Conſul deſignatus, quum primum magiſtratum iniſſet, ad populum ferret, ut Q. Fabium duumvirum eſſe juberent ædis dedicandæ cauſa.* Dico regulariter. Liv. *lib. 2. cap. 27. Populus dedicationem ædis dat M. Lætorio primipili centurioni; quod facile appareret non tam ad honorem ejus, cui curatio altior faſtigio ſuo data eſſet, factum, quam ad conſulum ignominiam.* Sed tempore Principum dedicabat aut Princeps, aut cui is dederat dedicandi licentiam, *l. 9. §. 1. ff. de rer. div.* Vopiſc. *in Aurelian. Ego ad ſenatum ſcribam petens, ut mittat Pontificem, qui dedicet templum.* Tantum abeſt, ut verum ſit, quod ſcribit Hotom. *h.* Imperatorem aut Conſulem dedicaſſe duntaxat. Cæterum Romani cum Diis ejuratis innutriti eſ- 4
ſent diſciplinis præceptorum cœleſtium, fuſis ad Deum precibus, & gratia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

tiarum actionibus dedicationem peregerunt epiſcopi, *novell.* 5.*cap.* 1. Euſeb. *lib.* 4. *de vit. Conſtant. cap.* 43. *& ſeqq.* Sozom. 2. *hiſt. eccleſ. cap.* 26.
5 Pet. Martyr *claſſ.* 4. *loc.comm.cap.* 9. Non tamen omiſſo, quod faciebant & ethnici, die, quo dedicabant, ſolenni convivio. Plin. 4. *epiſt.* 1. *Templum pecunia mea extruxi, cujus dedicationem, cum ſit paratum, differre longius irreligioſum eſt, erimus ergo ibi dedicationis die, quam epulo celebrare conſtitui.* Sidon. Apollin. 4. *epiſt.* 15. *Epulum multiplex & capaciſſima lectiſternia para, plurimis viis, pluribus turbis, ita bonorum contubernio ſedit, ad te venitur; quippe poſtquam omnibus tempus futuræ dedicationis inclaruit.* Gregor. Magnus *lib.* 10. *epiſt.* 71. *Nam ut die dedicationis vel natalitio SS. Martyrum religioſis conviviis ſolemnitatem celebrent.*

Pontifices. Proprie quidem non dedicabant Pontifices, ſed dedicationi tamen ſemper intererant, ut ex dictis apparet. Nec quicquam erat ſacrum niſi & auctoritas acceſſiſſet Pontificum. Dicitur profanum, quod
6 quis ſua auctoritate ſibi ſacrum conſtituit, *h.* §. *l.* 6. §. 3. *ff. h. t.* Atqui conſtat nihilominus fuiſſe ſacra privata, quorum in jure noſtro non ſemel fit mentio, *l.* 9. §. 1. *ff. ad l. Iul. pec. l.* 1. *ff. de rit. nupt.* Sed dicendum quod fuerint publica auctoritate & decreto Pontificum illa ſacra ſuſcepta. Cur
7 ergo privata? Quia privatim habebantur, non publice. Deos enim veteres colebant & publicos, quos habebant in templis, & domi privatos, nimirum Deos penates, in quorum honorem adjunctas etiam ædibus habebant ædiculas, de quibus JCtus in *d. l.* 9. §. 1. Corn. Nep. *in vit. Themiſt. Profeſſus eſt Athenienſes ſuo conſilio, quod communi jure gentium facere poterant, Deos publicos, ſuoſque proprios & penates, quo facilius ab hoſte poſſent defendere, muris ſepſiſſe.* Feſtus *in Sacer mons*: *Quod autem privati ſuæ religionis cauſa aliquid earum rerum deo dedicent, id Pontifices Romanos non exiſtimare ſacrum, at ſi qua ſacra privata ſuſcepta ſunt, quæ ex inſtituto Pontificum ſtato die, aut certo loco facienda ſint, ea ſacra appellari tanquam ſacrificium.*

8 *Deo.* Deo recte non Diis, quia Juſtinianus religioſiſſimus Princeps ut Chriſtianus ſic loquitur. Et quod ad ethnicos attinet, Deo recte non Diis. Diis enim pluribus rem unam eandemque dedicare non licuit. Liv. *lib.* 27. *Negabant unam cellam amplius quam uni Deo recte dedicari. quia ſi de cœlo tacta, aut prodigii aliquid in ea factum eſſet, difficilis procuratio foret: quod utri Deo divina res fieret, ſciri non poſſet: neque enim duobus, niſi certis Diis, rite una hoſtia fieri.* Romæ quidem & Vene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Veneris unum fuiſſe templum exiſtimat Lipſius *not. ad Tacit. 4. annal.* 9
motus loco Prudentii.

—— —— colitur nam ſanguine & ipſa
More deæ, nomenque loci ceu numen habetur:
Atque urbis Veneriſque pari ſe culmine tollunt
Templa ſimul geminis adolentur thura deabus:

Sed quod inde colligatur id non poſſum perſpicere. Nihil enim aliud, ſi
velimus attendere, ibi dicit Prudentius, aut conatur innuere, quam Romam & Venerem fuiſſe par templorum magnificentia cultas, & iiſdem honoribus.

Donaria. Poterant ergo & dedicari mobilia. Feſt. *d. loc. Gallus Ælius* 10
ait ſacrum eſſe quocunque modo, atque inſtituto civitatis conſecratum ſit, ſive ædis, ſive ara, ſive ſignum, ſive locus, ſive pecunia, ſive quid aliud, quod diis dedicatum, atque conſecratum ſit. Servius ad 3. *Æneid. Sane ſacrum dicitur, quod rite ſacratur Deo, ut ædes, aræ, ſimulacra, dona.* Propert. *lib. 2. eleg. 9.*

Magna ego dona tua figam Cytherea columna,
Taleque ſub noſtro munere carmen erit.
Has pono ante tuam tibi diva Propertius ædem
Exuvias, tota nocte receptus amans.

Liv. *lib. 4. cap. 20. Spolia in æde Iovis Feretrii, prope Romuli ſpolia, quæ prima Opima appellata ſola ea tempeſtate erant, cum ſolenni dedicatione*
dono fixit. Quid ſpolia opima? Liv. *ibid. Ea rite ſpolia opima haben-* 11
tur, quæ dux duci detraxit; nec ducem novimus, niſi cujus auſpicio bellum geritur. Conſecrantur etiam à Pontificiis, & multa cum ceremonia baptizantur campanæ, quibus etiam tum tribuunt vim fugandi diabo-
lum, tempeſtates, & grandines, & extinguendi incendia. Satis ridicule. 12
Pet. Martyr *claſſ. 4. loc. comm. cap. 9. n. 4.* Sunt etiam, qui diſputant, conſecratio & dedicatio utrum inter ſe differant. Hotom. *h.* Ego puto differentiam non attendi magnopere, niſi quod proprie, ut notant Hotom. *h.* & Briſſon. *in formul.* conſecrentur bona civium damnatorum & exulum. Quod advocata concione tribunus plebis faciebat verbis ſolennibus & adhibito foculo. Cic. *pro dom. Si tribunus plebis verbis non minus priſcis & pene ſolemnibus bona civis cujuſpiam conſecrarit.* Et mox. *An conſecratio nullum habet jus, dedicatio eſt religioſa? Quid ergo illa tum obteſtatio tibicinis? Quid foculus? quid preces? quid priſca verba voluerunt?* Proprie etiam conſecrantur, qui vel referuntur in nu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

merum Deorum, aut, ut fit à Pontificiis, in numerum Sanctorum, & quod non omittendum etiam reliquiæ martyrum, quod quomodo factum ſit, habes apud Theophan. *ad Ann. Chr.* DXLII.

13 *Alienari & obligari.* Nec alienare res ſacras, aut in alium transferre, nec obligare permiſſum eſt. Sunt enim ita nullius, ut alicujus non poſſint effici. Hæc earum natura eſt. Ivo Carnotenſis *epiſt.* 111. *Res enim eccleſiaſticæ, ſicut teſtantur etiam ſeculi leges, quia divini juris ſunt, in nullius bonis ſunt. & ideo prorſus errat, qui pro ſuis occaſionibus, aut principum juſſionibus, à quibus eas maxime ſervari convenit, uſurpat, & male tractat. Unde ait Papa Symmachus in ſexta ſynodo: qui prædia eccleſiæ petierit, vel acceperit, vel poſſederit, vel retinuerit, niſi ſe cito correxerit, anathemate feriatur, ſitque danti & accipienti, vel poſſidenti anathema.* Vendi ergo non poſſunt, niſi ad redimendos forte, qui potiti ſunt hoſtium, *h.* §. vel ſi mole debitorum laboret eccleſia, ad ſolvendum illud debitum; quo caſu tamen mobilia & vaſa ſuperflua, prius quam immobilia, ut ſubjiciantur præconi, Juſtinianus conſtituit in *nov.* 120. *cap.* 10. Ann. Comnen. 5. *hiſt.* Ὅτι περ ἐπ᾽ ἀναῤῥύσει αἰχμαλώτων τὰ τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν ἔξεστιν ἐκποιεῖσθαι. Eadem *lib.* 6. *hiſt.* Καὶ ἄλλως δὲ καταμαθεῖν ἐστι τοὺς ἱεροὺς κανόνας ἐν ἑτέροις ἐνδιδόντας τὰ ἱερὰ πιπράσκεσθαι ὑπὲρ ἀναῤῥύσεως αἰχμαλώτων. Atqui ex cauſa redemptionis captivorum hic tantum permittitur rei ſacræ venditio? Verum eſt, fateor; ſed aliunde ſupplendum eſt, quod deeſt huic §. Sæpius id in jure fit, ut eſt vulgo notiſſimum, *l.* 8. §. *ult. ff. mand. junct. l.* 13. & 21. *C. eod.* Non habetur hic etiam, quod rerum ſacrarum permiſſa ſit permutatio, ſed permittenda nihilominus, modo ſi accedat & auctoritas Principis, & ſupplendum quod deeſt hic *ex auth. ſed permutare C. de ſacroſ. eccl.* Sed quid ſi mole debitorum non laboret eccleſia, ſed laboret Reſpublica? Permittenda venditio, ſi profligandum ad bellum, quod graviſſimum imminet, obærata Reſpub. nummis indigeat. Scio quidem, quod olim cum venditionem tentaſſet Alexius Comnenus Imp. Orientis, ordo eccleſiaſticus tentanti obſtiterit, & quidem acerrime; ſed plures tandem cum cogitarent ſummum illud periculum, quod imminebat imperio, cum ad ferrum, & arma, & cruentiſſimum bellum Rex Italiæ Robertus ſe diceretur accingere, non inviti ceſſerunt, ut docet ejus filia Ann. Comnena 5. *hiſt.* Et meo quidem judicio ceſſerunt egregie, nam ut idem Alexius apud Ann. Comnen. 6. *hiſt.* Ἀκούομεν γὰρ ὅτι καὶ ὁ ἐν βασιλεῦσι προφήτης Δαβὶδ εἰς τὴν αὐτὴν ἀνά-

ἀνάγκην ἐληλυθὼς, τῶν ἱερῶν ἐγεύσατο ἄρτων μετὰ τῶν στρατευμάτων αὐτοῦ. καὶ ταῦτα μὴ ἐνδεχομένου, τῆς ἐξιδιαζομένης ἱερεῦσι τροφῆς ἰδιώτην ἅψασθαι, *Legimus, quod & Rex ſimul & Propheta David in eadem neceſſitate conſtitutus ſacros una cum exercitu panes guſtaverit, licet lex non excepiſſet ullum caſum diſerte, quo liceret non ſacerdotibus iſtos panes comedere.* Sane nemo de eo dubitat, quin ſalus Reipublicæ ſit ſalus eccleſiæ, & idcirco Pontifex Maximus in uſum belli ſæpiſſime conceſſit Principi decimas, quæ erant eccleſiæ, & permiſit etiam propterea Innocentius Tertius, ut clerici beneficia obligarent ad triennium, quo major & numeroſior conſcriberetur exercitus ad depellendos Hieroſolymis Saracenos & Turcos. Abbas Urſpergenſis *hiſt. p.* 241. Et cur quæſo rem ſacram alienare non liceat, ſi neceſſitas urgeat, ſi bellum id poſtulet, & aliunde non poſſint militi exſolvi ſtipendia, cum olim etiam diaconis in ſepulturam licuerit vaſa ſacra diſtrahere, ut eſt apud Ambroſium *lib.* 2. *Offic.cap.* 28. *Nemo,* inquit, *poteſt indignari, quia humandis fidelium reliquiis ſpatia laxata ſunt; nemo poteſt dolere, quia in ſepulturis Chriſtianorum requies defunctorum eſt.* Sane ſiquid mediate tantum Deo ſit ſacrum, ſiquid uſibus clericorum duntaxat inſerviat, & in bonis eccleſiæ, quin alienari id poſſit, ſi neceſſitas flagitet, nihil omnino eſt impedimento, quod ſciam. Joh.Fab. *ad* §.7.*Inſt.h.t.* Mornac.*ad l.*1. *ff.de rer.div.* Non poſſum hic prætermittere deciſionem notabilem, cu- 14
jus ad illam legem etiam Mornacius meminit: Faber erat ærarius, qui, cum campanas, quas faciendas ſuſceperat, fabrefactas egregie, exhibuiſſet æditius parœcialis eccleſiæ Montis deſiderii, fretus eorum fide, qui faciendas injunxerant, pretio metalli, vel mercedibus operis adhuc nondum acceptis, paſſus eſt eas & baptizari in eccleſia, & conſecratas appendi. Poſtea mercedem cum ab æditius peteret, aut nolas ſibi reſtitui, peſſimi nebulones deſtituerunt artificem, quaſi Deo ſacratum vindicari non poſſet, nec ulla etiam jus nomine competeret actio. Conſultis advocatis vindicavit nihilominus, & recte quidem, ut cenſuit civitatis juridicus. A cujus ſententia cum Senatum Pariſiis appellaſſent æditui, victi ſunt iterum *Ann.* 1603. 9 *Febr.* & juſſi, ut artifici campanas vel redderent, vel ſolverent pretium, cum ſacras quidem, ſed non niſi mediate Senatus cenſuiſſet. Quod autem dixi de ſacris, de ſacris hoſtium id non 15
debet intelligi. Quod ſacrum eſt hoſtibus, id nobis profanum eſt, ut & ipſis profanum, quod nobis eſt ſacrum, *l.* 4. *ff. de ſepulch. viol. l. cum loca* 36. *ff. de relig. & ſumpt. fun. Sacra Syracuſarum victoria profana* fece-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſecerat, ait Cicero 4. *in Verr.* Plin. 10. *epiſt.* 59. *Nec te moveat, quod lex*
dedicationis nulla reperiatur , cum ſolum peregrinæ civitatis capax non ſit
16 *dedicationis, quæ ſit noſtro jure.* Quod dixi etiam præterea , id inprimis
procedit , ſi per ſe & principaliter conſiderentur res ſacræ. Eo caſu nul-
lius ſunt , & ita quidem nullius ſunt , ut alicujus non poſſint effici. Si
enim conſiderentur ut aliarum acceſſio , vendi non prohibentur, *l. & in*
modicis 24. *ff. de contr. empt.* Sed videtur obſtare : Si nullius ſint regu-
17 lariter, quæ Deo ſacrata ſunt , cur ergo ſacra privata diſtinguuntur à pu-
blicis, *d.l.*9.§.1.*ff.ad l. Jul. pec* ? Dicendum eſſe publica, quia quædam
privata ſunt, ut opponantur privatis, nam & Dii erant & publici,& erant
privati , ut dixi jam ſupra. Privata, quia non publice , ſed privatim ha-
bentur, & quia non principaliter ſunt in privatorum dominio , ſed tan-
tum per conſequentiam , nimirum cum conſiderantur ut eorum acceſ-
ſio, quæ habemus in bonis ; ut exempli gratia ſacraria, *l.*9. §. *illud notan-*
dum ff. de rer. div. vel, ut dixi, ædiculæ, quæ ædibus junctæ ſimul intel-
liguntur & cum ædibus venditæ, ſi fiat venditio ; ſunt enim acceſſio,
d. l. & in modicis 24. Imo & publica nonnunquam conſiderantur ut ci-
vitatum acceſſio, & idcirco cum deditur urbs devicta victori , divina ſi-
mul omnia & humana traduntur, ut patet , ex formulis , quæ occurrunt
ſæpiſſime. Campani apud Livium 7. *hiſt.cap.*31. *Populum Campanum,*
urbemque Capuam, agros, delubra Deum, divina humanaque omnia in
veſtram, Patres conſcripti, populique Romani ditionem dedimus. Plaut.
Amphitr. *act.*1. *ſc.* 1.

Deduntque ſe divina humanaque omnia, urbem, & liberos
In ditionem atque arbitratum cuncti Thebano poplo.

Tarquinius apud Livium 1. *hiſt. cap.* 38. *Deditiſne vos, populum Colla-*
tinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra,utenſilia, divina huma-
naque omnia in noſtram populique Romani ditionem ? Dedimus. Sed
18 quid quæſo dicendum , ſiquid ſit ab hęreticis Deo ſacratum , eritne ſa-
crum,an erit profanum ? Sacrum erit ſine dubio , ſi rerum ipſi ſacrarum
non obſtet definitio. Sacrum erit, ſi Deo, & ſecundum ejus mandatum
19 ſit conſecraum ſolenniter, *h.* §. Et idcirco , quod Diis eſt conſecratum
ab ethnicis, exiſtimatur profanum, & in fiſcum redigitur, 1.*ad Cor. cap.*
10.*verſ.*20. *l.omnia* 5.*C.de pagan.* Jul. Firmicus : *Tollite, tollite ſecuri,*
ſacratiſſimi Imperatores, ornamenta templorum. Deos iſtos aut monetæ
ignis , aut metallorum coquat flamma. Donaria univerſa ad veſtram u-
tilitatem dominiumque transferte. Et ſiquid à Pontificiis eſt conſecra-
tum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

tum, profanum eſt, 2. *ad Corinth.* 6. *v.* 14.15.16. Deo enim non conſe- 20
crarunt, ſed Sanctis ut plurimum, quibus ſumus incogniti, *Jeſaiæ cap.*
63. *v.* 16. & multa Deo non principaliter, ſed tantum per conſequen-
tiam, aut ſiquid non per conſequentiam modis tamen illegitimis, & in
finem illicitum, ut miſſæ fiant pro mortuis, ad cultum imaginum, & ut
Sancti invocentur & adorentur quotidie, quo nimirum nobis promtius
illi Deum concilient, & defuncti in purgatorio tanto agant facilius. Ubi
Deus mandavit hoc? Dixit expreſſe: *Gloriam meam non communica-
bitis alteri. Præter me etiam non invocabitis alium.* An ergo erit ſa-
crum, quod dedicatum eſt ideo, ut vel Ave Maria, vel, tu Sancta Ger-
trudis, cantetur à monachis, ut ad Divos fiant preces, non directo
ad Deum, an dicemus id ſacrum? An Deo eſt conſecratum? quod
conſecratum eſt ideo, ut fiat illud ipſum, quod Deus ipſe, ne fieret, tam
expreſſe prohibuit? Sacrum eſt, quicquid Deo eſt rite ſacratum *h.* §.
Illud autem *rite* explicatur dupliciter. Vel nimirum ſolenniter, vel 21
modo legitimo, & ut Deus mandavit. Unde de Pontificiis, quod rite
dedicaverint, id dici non poteſt, & per conſequens, quæ conſecrarunt, di-
ci aut exiſtimari res ſacræ non poſſunt.

Sed ſiquis jam velit dicere: Atqui omnia tamen fiunt, & referuntur à 22
Pontificiis ad gloriam divini numinis. Verum eſt, fateor, ut illi quidem
exiſtimant, ſed peſſime, ſi quicquam aliud, & Deo invito, qui niſi per
Chriſtum viam ſalutis unicam ad ſe nulli dat aditum. Unus eſt mediator
Dei & hominum, ut dicit Apoſtolus. An non idem quod Pontificii fece-
runt & ethnici? Non coluerunt imagines, quia erant imagines, aut ut nu- 23
das imagines, ſed cum reſpectu ad illud numen, quod erat in cœlis. Julia-
nus Imp. *in fragm. orat.* Ἀγάλματα γὰρ καὶ βωμὸς, καὶ πυρὸς ἀσβέσου φυ-
λακὴ, καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα σύμβολα οἱ πατέρες ἔθεντο τῆς παρου-
σίας τῶν θεῶν. οὐχ᾽ ἵνα ἐκεῖνα θεοὺς νομίσωμεν, ἀλλ᾽ ἵνα δι᾽ αὐτῶν τοὺς θεοὺς
θεραπεύσωμεν, *Simulacra ipſa, & altaria, nec non æterni cuſtodiam
ignis, &, ut uno verbo dicam, cætera id genus omnia Deorum præſentiæ
ſigna majores noſtri conſtituerunt: non ut iſta Deos eſſe credamus, ſed ut
ipſos per illa veneremur.* Et mox: Ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν βασιλέων θερα-
πεύοντες εἰκόνας οὐδὲν δεομένων, ὅμως ἐφέλκονται τὴν εὔνοιαν εἰς
ἑαυτοὺς. οὕτω καὶ οἱ θεῶν θεραπεύοντες τὰ ἀγάλματα δεομένων οὐδὲν
τῶν θεῶν, ὅμως πείθουσιν αὐτοὺς ἐπαμύνειν σφίσι, καὶ κήδεσθαι, *Quem-
admodum enim, qui Imperatorum venerantur imagines, etſi nihil iſtis
opus ea veneratione ſit, eorundem tamen benevolentiam in ſeſe provocant:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſic qui Deorum ſimulacris honorem habent, quo illi ipſi non egent, eorum ſibi auxilium favoremque conciliant. An non ita & Pontificii? Siquis dicat: fuit hæc Juliani ſententia, ſed quam multi imagines coluerunt & venerati ſunt nullo alio reſpectu, quam quia erant imagines. Verum eſt, fateor, ſed quam multi ex Pontificiis faciunt adhuc hodie, & fecerunt ita ſimiliter. Siquis quærat exemplum. Eſt apud Ann. Comnenam 6. *hiſt.* ubi in ſynodo συζητύσεως πολλῆς περὶ τῶν ἱερῶν γενομένης, *cum multa diſputarentur de cultu imaginum*: Metaxas quidam epiſcopus λαθρευτικῶς οὐ σχετικῶς δὲ προσκυνεῖσθαι τὰς ἁγίας εἰκόνας παρ' ἡμῶν ἐδογμάτιζεν, *ita diſſeruit, ut cultu abſoluto, & in ipſis hærente, non, autem relativo ſacras imagines contenderet affici.* Si ita epiſcopus; quam
24 multi, proh dolor, qui jam ignorantur, fuerunt ipſi ſimillimi. Fateor in eo differunt pagani & Pontificii. Pagani & colunt, & coluerunt imagines, ut Deorum effigies, qui erant in cœlis. Pontificii ut effigies Sanctorum apud Deum pro nobis intercedententium. Quorum preces apud Deum quod plurimum poſſint, conatur etiam perſuadere hiſtoriarum peritiſſimus Leo ab Aitzema 5. *hiſt.* Et cur tantum, ait, apud Deum non poſſint preces efficere Sanctorum in cœlis, quam Paſtorum
25 in terris? Sed ſatis ridicule. Quæſo ponamus quod poſſint tantum efficere, ubi jam habetur, adorandos, ut orent, aut iis ſupplicandum, ut faciunt Pontificii, divinis honoribus? Quid dicit Angelus Joanni *Apocalypſ.* 22. *v.* 9. cum adoraturus procubuiſſet in genua? Ὅρα μὴ. σύνδουλός σου γὰρ εἰμι, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν προφητῶν, καὶ τῶν τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου. τῷ θεῷ προσκύνησον. Et quem quæſo effectum habebit hæc adoratio? Preces non audiunt, & ſumus iis incogniti. Tantum ſciunt, quid petamus, aut agamus in terris, quantum lignum, aut lapis, aut ipſorum imagines, ut inepta ſit comparatio Paſtorum cum Angelis, aut Sanctis in cœlo. An Paſtores nos adoramus, ut orent pro nobis? An collocamus in viis publicis ipſorum imagines, quo magis apud Deum ſint nobis propitii? Non aut adorantur, aut coluntur, ut orent, ſed rogantur ſimpliciter, & rogati precantur, quia iis nominatim id injunxit Apoſtolus, 1. *ad Timoth. cap.* 2. *pr. &* §. 1. Tantum autem pro vivis, non etiam ut Pontificii precantur pro mortuis. Ubi enim habetur hoc, ut fiat pro mortuis?

26 Quæ cum ita ſe habeant, ſacrum non eſt, conſecratum à Pontificiis, niſi in uſum pauperum quid proponatur relictum; iis enim relictum ſecundum Dei mandatum eſt Deo relictum, *Matth.* 25. *v.* 34. *& ſeqq.* Ivo Car-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Carnotenſis *epiſt.* 153. *Et in decretis Symmachi Papæ cæterorumque ſanctorum patrum de diſtractis eccleſiæ rebus continetur, ut ſit danti & accipienti, vel poſſidenti anathema, nec aliquo ſe obſtaculo ante tribunal Chriſti muniat, qui a religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta diſpergit.* Idem *epiſt.* 282. *Cum ea quæ Xenodochiis, Ptochotrophiis, vel aliis religioſis domibus devotio fidelium pro redemptione animarum ſuarum dare conſuevit, ad ſuſtentationem eorum, qui ibi commorantur, non jam in humanis rebus computanda ſunt, quia Dei ſunt, oportet rectores eccleſiarum, ut ea tanquam divina patrimonia in defenſionem eccleſiæ ſuſcipiant, &c.* Et idcirco cum diſputatur, ut diſputatum eſt ſæpius, an bona Canonicorum poſſint dici res ſacræ, negandum exiſtimo. Pia quidem fuit teſtatorum intentio, cum illa bona Canonicis teſtamento relinquerent, ut preces pro ſuis animis apud Deum conciperent, & horas ſuas Canonicas obſervarent exactius, ſed inde quid ſequitur? Fuit etiam pia ethnicorum intentio, an inde jam ſacrum eſt, conſecratum ab ethnicis? Fuit etiam pia Judæorum intentio, cum Filium Dei, Dominum, & ſervatorem hominum cruci affigerent. Fuit pia intentio eorum, qui perſecuti ſunt Chriſti diſcipulos, qui ſervos Altiſſimi, & reformatos cum afficerent exquiſitis ſuppliciis, exiſtimarunt ſe Deo holocauſtum incendere. Ut pia ſit intentio, id plane non ſufficit. Sæpiſſime quidem hominum eſt pia intentio, ſed modus, quo exequuntur, quod intendunt, eſt impius. Pium eſt, fateor, & de eo etiam non dubitatur, precibus Dei implorare miſericordiam, ſed impium niti & graſſari aliorum meritis ad ſalutem æternam, ut olim Pontificii, cum opes tam invidendas legarent Canonicis. Confiſi erant eorum meritis, quod omnino mirabile, qui nec poterant ſe ipſos tueri ſuis meritis, & ab ira Dei defendere; & qui quæſo ab ira Dei ſe potuiſſent defendere, qui gloriam divini numinis communicando cum Divis Deum Opt. Max. ſeveriſſimum vindicem irritabant quotidie, inſtituti, ut ſatis conſtat, ut & Deum & Divos propitiarent & placarent ſimul vivis & mortuis. Ivo *epiſt.* 218. *Ad hoc quippe fidelium oblationes in ſtipendia clericorum deputatæ ſunt, ut & continenter vivant, & benefactorum ſuorum peccata ſanctitatis interceſſione detergere ſufficiant, quatenus hi de quorum eleemoſynis vivunt, hoc eorum meritis aſſequantur, quod ſuis meritis aſſequi non merentur.* Idem *epiſt.* 286. *Ego autem Ivo S. Dei matris eccleſiæ Carnotenſis Dei gratia epiſcopus, communi conſilio & aſſenſu totius capituli primatumque noſtrorum, in prætaxata S. Ioannis eccleſia canonicos tales eſſe decrevi, qui proprietate*

poſt-

poſthabita canonicam habeant vitam, juxta B. Auguſtini inſtitutionem. Et quoniam ſine temporalis boni ſuſtentaculo intenti nequeunt eſſe divino ſervitio: illis quæ antea poſſidebant ad victus ſtipendia ſuperaddidimus prӕbendæ uniuſcujuſque fratris de congregatione noſtra defuncti, ſive monachilem, vel canonicalem habitum ſuſcipientis, &c. vel pro malo introitu præbendam ſuam dimittentis, totos reditus per integrum annum, ut in ſingulis diebus unius integri anni Miſſas celebrent pro anima fratris cum defunctus fuerit. Lapis vetuſtus, qui Ultrajecti adhuc viſitur in templo S. Mariæ:

Hoc phanum præſul venerabilis ipſe dicavit,
Primus & inſtituit præbendas Canonicoſque
Canturos laudes tibi virgo Maria perennes.

Modis ergo legitimis ad Deum honorandum, & ut dicit Imp. hic, rite graſſandum eſt, ne experiamur alioquin, quod Sauli olim contigit, cum ad Deum propitiandum & ſacrificiis placandum contra Dei mandatum reſervaſſet quædam ex præda, quam Deus devoverat, 1. *Sam. cap.* 15.

27 Quod ſi jam verum ſit, ut, opinor, eſt veriſſimum, profana eſſe illa bona, quæ Canonici poſſident, diſputari non debet, an iis magiſtratus illa recte conceſſerit, cum non amplius obſervent ſuas horas Canonicas, nec preces amplius pro animis defunctorum concipiant. Poſſet objici, fateor: Canonici detinent facultates illas ampliſſimas, & tamen quicquam non faciunt, quod omnino iis ut facerent, teſtatores injunxerant. Sed quæſo conſideretur eas titulo heredis non poſſidere Canonicos, ſed vel pro emtore, vel etiam pro donato, ſi forte Canonicatum magiſtratus donaverit. Si dicas, magiſtratui donare non licuit, ſunt enim res ſacræ. Res ſacræ nullius ſunt, *h.* §. 8. Jam petis principium. Nego eſſe res ſacras. Et ſi porro velis dicere; fuiſſe tamen res ſacras id negari non poteſt. Quod ſi fuerint res ſacræ non fuerunt à magiſtratu concedendæ Canonicis, ſed piis etiam uſibus applicandæ ſimiliter, quo magis ſervaretur ultima teſtatorum voluntas, ut ſunt textus expreſſi in *l.* 16. *ff. de uſ. & uſufr. leg. & l.*
28 *legatam* 4. *ff. de adm. rer. ad civ. pert.* Sed leges inſpicienti apparebit clariſſime non requiri neceſſario, ut convertatur id, quod legatum eſt ad uſum illicitum, in uſum magis pium & magis legitimum, ſed totum hoc committi magiſtratus arbitrio, ut ipſe nimirum æſtimet, cui ſit applicandum id, quod teſtator reliquit. Imo convertitur in *d. l. legatam*, non in uſum magis pium, ſed in id quod erat maxime neceſſarium municipio ex
92 juſſu Senatus. Et ſane ſi poſſit in fiſcum id redigi, quod eſt conſecratum ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ad uſum illicitum, ſequitur, ut magiſtratus de eo poſſit diſponere, prout ipſi placuerit. Atqui in fiſcum illud recte redigitur, ut eſt textus expreſſus in *l. omnia* 5. *C. de pagan.* Ambroſius *apud Symmach. epiſt. ult. Et pronuntiatum eſt, licet ille ad ſacrificium Herculis miſſum dixerit argentum, ſuſcipi quidem debere, quod erat miſſum: Sed quia illi, qui detulerant, reſiſtebant pro ſtudio & cultu ſuo, ut non ſacrificio proficeret, ſed aliis neceſſitatibus, traditæ ſunt pecuniæ ad conſtructionem navium.* Et mox: *Ideo miſere viros timentes Dominum, qui agerent, ut non templo, ſed ad impenſas navium, quæ miſſa fuerant, deputarentur.* Siquis dicat, præſtitiſſet tamen in ſimiles uſus illud ipſum convertere. Verum eſt, fateor, ſed ſine graviſſimo detrimento reipublicæ & mutatione regiminis id præſtari non potuit, & de eo etiam non quæritur. Hæc tantum eſt quæſtio, an ſacra ſint illa bona, quæ Canonici poſſident, & an juſte poſſideant. Prius negavi. Affirmavi poſterius, & utrumque, ni fallor etiam argumentis idoneis, *h.* §. 8. *d. l. legatam, d. l. omnia, l. juſte* 11. *ff. de acq. poſſ.* Siquis plura deſideret, adeat virum undequaque doctiſſimum, & Paſtorem hujus urbis Danielem van Henghel in libello, quem edidit ſermone noſtro vernaculo de bonis eccleſiaſticis, quo nihil eſt eruditius. Sed 30
cum hæc ita ſe habeant, cur ergo Canonici adhuc veteri illo nomine ſic dicuntur Canonici? Cur re jam abolita nomen inconveniens nihilominus remanet? Dicendum, quod nec nomen illud reformato indignum, nec etiam inuſitatum, aut in jure ſit inſolens, ut re jam mutata vel omnino etiam abolita tamen nomen remaneat. Ita & ædificium appellatur taberna, licet non amplius componatur ex tabulis, *l.* 184. *ff. de V. S.* & actio perſonalis appellatur condictio, licet non amplius denuntiatio fiat, §. 15. *Inſt. de act.* & licet debitor non amplius dividatur in partes, bonorum tamen proſcriptio adhuc ſectio dicitur. Cont. 1. *diſp.* 12. Parens *p. m. de auct. lib.* 1. *cap.* 1. Non eſt nomen etiam, ut dixi, quod reformato 31
indignum eſt. Nomen enim hominem non inquinat, aut polluit, ſed peſſima mens & conſuetudo vivendi. Nomen quidem alterum videtur altero melius, ſed per ſe tamen nomen, quod ſignificandi tantum gratia repertum eſt, probroſum non dicitur. Sic Aſiarchæ nihilominus in *Actis Apoſtol. cap.* 19. *v.* 31. appellantur Aſiarchæ, & vetus illud nomen, quod & ſuperſtitioſum & originis ethnicæ, licet eſſent jam innutriti ſine dubio diſciplinis præceptorum cœleſtium, nihilominus retinent, cum Paulo alioquin, ſi fuiſſent adhuc ethnici, non dediſſent conſilium, ne is in theatro ſui copiam faceret. Dico ſuperſtitioſum & originis ethnicæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

32 Erant enim antiquitus & ſacerdotes Deorum, & edebant ſpectacula, & præerant etiam ſpectaculis, ſive ludis inſtitutis in honorem Deorum, nec tantum ſpectaculis, verum etiam ſacerdotibus per univerſam provinciam, *l.8. pr. ff. de vac. & excuſ. mun. l. ult. C. Th. de expenſ. lud. l.8. C. de mun. patrim. l. qui ad ſacerdotium* 75. *l. Africani* 145. *l. exceptis* 176. *C. Th. de decur.* Julianus Imp. ἀρχιερεῖ Γαλατίας, *ad Sacerdotem Galatiæ, epiſt.* 49. Καὶ οὐκ ἀπόχρη τὸ σεμνὸν εἶναι τοιοῦτον, ἀλλὰ πάντας ἁπαξαπλῶς οἳ περὶ τὴν Γαλατίαν εἰσὶν ἱερεῖς, οὓς ἢ δυσώπησον, ἢ πεῖσον εἶναι σπουδαίους, ἢ τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας ἀπόστησον, εἰ μὴ προσέχοιντο μετὰ γυναικῶν, καὶ παίδων, καὶ θεραπόντων τοῖς θεοῖς, *Neque ſatis eſt illud ſolum ſancte obſervari: ſed velim omnes noſtros ſacerdotes omnino, qui Galatiam incolunt, vel minis impellas, vel ratione perſuadeas, ut ſint honeſti, vel ſacerdotali miniſterio abdices, ſi non Deos*
33 *religioſiſſime colant una cum uxoribus, liberis, & famulis.* Plures erant Sacerdotes in diverſis provinciis, ſed unus tantum in ſingulis, qui & per excellentiam Sacerdos, ἀρχιερεύς, vel à provinciarum nominibus, Aſiarcha, Galatarcha, Syriarcha, Lyciarcha. Cæteri, qui erant in municipiis ſingulis, ad eorum differentiam ſolebant appellari magis proprie Flamines, unde Flamonium, vel ut quidam Flaminium. Tacit. 4. *annal. Quando exiret è jure patrio, qui id flaminium apiſceretur.* Liv. 26. *hiſt. cap.* 8. A. Gell. 10. *noct. Attic.* 15. Sacerdotum erat ſacerdotium, ἀρχιερωσύνη, flaminum, flaminium, ἱερωσύνη, ut vir doctiſſimus docuit Henr. Valeſius. ad *Amm. Marcell. lib. hiſt.* 28. Pacat. *in Panegyr. Reverendos municipali purpura Flamines, inſignes apicibus Sacerdotes.* Sidon. Apollin. *lib.* 5 *epiſt.* 7. *Hi ſunt, qui invident tunicatis otia, ſtipendia paludatis, viatica veredariis, mercatoribus nundinas, munuſcula legatis, flamonia municipibus.* Et ut Sacerdotibus Flamines erant dicto audientes, ſic ſimiliter Præſides Sacerdotibus præerant, *l. un. C. de offic. Com. Or.*
34 Cujac. 2. *obſ.* 13. Paſſio SS. Tarachi, Probi, & Andronici: *Maximus advocans Terentianum ſacerdotem civitatis Ciliciæ juſſit ei, ut altera die pararet munus civitati. Et Terentianus mox juſſit his, qui præerant beſtiis, omnia præparare.* Erat hic Maximus Præſes Ciliciæ. Paſſionis enim Auctor in præcedentibus dixerat: *Coſſ. Diocletiano & Maximiano iterum* XII. *Kal. Iunii, in Tarſo metropoli Ciliciæ, aſſidente Numeriano Maximo Præſide Demetrius centurio dixit.* Ibid. *Maximus autem ira repletus vocavit Terentianum Sacerdotem, & juſſit gladiatores introduci, ut ſanctos Dei martyres gladio interficerent. Statim præceptum Maximi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

impletum eſt. Sed quid eſt, quod hic dicit, *civitatis Ciliciæ?* Cur non
dicit ſimpliciter Sacerdotem Ciliciæ? Quia Tarſi habitabat in regionis
metropoli, quam, ni fallor, hic per excellentiam civitatem appellat; nam
& cæteros incoluiſſe Provinciarum metropoles loco jam allegato obſer-
vavit Valeſius.

Ludos cum ederent, ludis præſidebant, & coronam etiam auream ha- 35
bebant in capite. Tertull. *de idololatr. cap.* 18. *Purpura illa & aurum,*
cervicis ornamentum, eodem more apud Ægyptios & Babylonios erant in-
ſignia dignitatis, quo more nunc ſunt prætextæ, vel trabeæ, vel palmatæ, &
coronæ aureæ Sacerdotum provincialium. Ammian. Marcell. *hiſt. lib.*19.
Militaria ſigna & coronam ſacerdotalem cum ceteris, quæ interceperat,
nihil cunctatus reſtituit. Facit *l.* 4. *C. de inj.* Solebant eos edere vel ſuo 36
ſumtu, *l.*8. *C. de muner. patrim. l. un. C. de per. ſucceſſ. par.* vel publico,
l. un. C. de offic. Com. Or. Multis enim in civitatibus deſtinaverant prędia
ad ludos celebrandos ex eorum reditibus, quæ & agonothetica dicuntur
propterea in *l. ult. C. de fund. patrim. l. pen. C. de div. præd. tam urb. qu.*
ruſt. Unde ſatis feliciter vir inſignis Pancirolus 1. *lect.* 47. & 2. *lect.* 68. 37
σύγκτησιν ἀγωνόφορον (ſic legit pro ἀμιόφορον) in *l.* 34. §. 1. *ff. de leg.*
2. fundum interpretatur, cui eſt impoſitum vectigal ad ludos. Φόρος
enim vectigal eſt, quod Præſidum officia ſolebant exigere, *d. l. un. C. de*
offic. Com. Or. Si tanti non eſſet, ut ad ludos ſufficeret, ſacerdos illum de-
fectum ſupplebat de ſuo. Patrimoniorum enim annumeratur muneri- 38
bus ſacerdotium Provinciæ, *d. l.* 8. *C. de mun. patr.* à quo ex privilegio
parentes quinque liberorum excuſare ſe poterant, *l.* 8. *pr. ff. de vac. &*
excuſ. mun. Unde Strabo obſervat creatos Aſiarchas ex Trallianis regu- 39
lariter, quod cives ejus urbis eſſent opulentiſſimi *lib.* 14. ubi de Trallibus:
Συνοικεῖται δὲ καλῶς, εἴτις ἄλλη τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ εὐπόρων
ἀνθρώπων, καὶ ἀεὶ τινὲς ἐξ αὐτῶν εἰσὶν οἱ πρωτεύοντες κατὰ τὴν ἐ-
παρχίαν, οὓς Ἀσιάρχας καλοῦσιν. Sed, quod porro notandum, erat 40
quidem Præſes ſacerdote ſuperior; ſed ſacerdos tamen propterea non
creabatur à Præſide. Creabatur à communi totius gentis concilio, quod
dicitur & τὸ κοινὸν, & Commune ſæpe ſimpliciter, *l.* 37. *ff. de jud. l.* 5. *ff.* 41
ad l. Jul. de vi publ. l. 1. §. 1. *ff. de appell. l. ſi duas* 6. §. 2. *ff. de excuſ. l.* 25. *ff.*
de appell. Cic. 3. *in Verr. Commune Myliadum.* Euſeb. 4. *hiſt. eccleſ.* 14.
Αὐτοκράτωρ καῖσαρ αὐρήλιος ἀντωνῖνος σεβαστὸς, ἀρμένιος, &c. τῷ
κοινῷ τῆς Ἀσίας χαίρειν. Ita à communi Aſię creabatur Aſiarcha, Cap- 42
padocarcha, à communi Cappadociæ, Bithyniarcha, Bithyniæ, Gala-

 tarcha,

tarcha, Galatiæ. Et inde Cappadocarchia, Syriarchia, Lyciarchia, Aſiar-
chia, Galatarchia, *d.l.ſi duas* 6. §. 14. *ff. de excuſ.l.*1. *C.de natur.lib.nov.*
89. *cap. ult.l.* 12. *C. Th.de jur. fiſc.l.* 1. *C. Th. de præd. ſenat.* Amay. ad
*l.*3.*C.de mun. & hon.n.* 10. Pet.Fab.3.*Sem.cap* 1. Creabatur ex electis in
43 civitatibus ſingulis. Eligebant enim ſingulæ, cujus mitterent nomen
ad commune concilium. Ariſtid. *orat.* 4. Καὶ συμβαίνει μετὰ τοῦτο, συν-
έδρους μὲν ἐξιέναι Σμυρναίων εἰς Φρυγίαν ἄνω, καὶ μέλλειν φέρειν τοὐ-
μὸν ὄνομα ἐν τῷ συνεδρίῳ τῷ κοινῷ. Henr. Valeſ. *ad Euſeb. lib.* 4.
hiſt. eccleſ. cap. 15. Ruben. *diatr. de urb. neocor.* Creabatur tantum u-
nus in ſynedriis ſingulis, & unus tantum erat, quemadmodum dixi in
44 Provinciis ſingulis. Sed quæ eſt igitur ratio, cur in *Actis Apoſtol.* Ἀσιαρ-
χῶν fiat mentio in plurali numero? Dicit recte Valeſius loco jam alle-
gato, de iis ibi ſermonem eſſe, qui Aſiarchæ jam fuerant, & abierant illo
munere. Plures enim ſi fuerint, cur ibi apud Euſebium unius tantum
fit mentio? Ἠρώτων τὸν ἀσιάρχην Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ πολυ-
κάρπῳ λέοντα. ὁ δὲ ἔφη μὴ εἶναι ἐξὸν αὐτῷ, ἐπειδὴ πεπληρώκει τὰ
45 κυνηγέσια. Cur ſi plures revera fuerint, non rogantur & ceteri? Dicit
quidem Rubenius *d. tract.* quia ſinguli ſuis ſumptibus ſuo quiſque die
46 edebant ſpectacula. Sed ubi habetur hoc? Conſtat id tantum fuiſſe
duos in Syria, Syriarcham, qui ſubjectus erat Præſidi Syriæ, & Alytar-
cham, cui præerat Comes Orientis, & cujus juſſu Antiochiæ, quod erat
ejus domicilium, edebat ſpectacula, *arg.l.un.C. de cupreſſ. ex luc. Daph.
cæd.* Iac. Gothofr. ad *l.*2.*C.Th.de expenſ.lud.* Pancirol. 2. *lect.* 258. Aly-
47 tarcha, quia τοῖς ἀλύταις & maſtigophoris præerat, ut ad *d.l.un.* Cujacius
docuit. Etymolog. Τοὺς ῥαβδοφόρους ἢ μαστιγοφόρους ἀλύτας καλοῦσι,
48 καὶ τούτων ἄρχοντα ἀλυτάρχην. Qui autem hi maſtigophori? Qui
vel plagis gladiatores cogebant in vulnera, vel certantium immodeſtiam
coërcebant flagellis. Senec. *epiſt.* 7. *Occide, ure, verbera. Quare tam
timide incurrit in ferrum? quare parum audacter occidit? quare parum
libenter moritur? Plagis aguntur in vulnera, & mutuos ictus nudis &
obviis pectoribus excipiunt.* De Nerone Xiphilinus: Καὶ τοι πῶς ἄν τις
καὶ ἀκούσαι μὴ ὅτι ἰδεῖν ὑπομείνειεν Αὐτοκράτορα Αὔγουστον, τοὺς ἀντι-
πάλους ὑποβλέποντα, καὶ ἀεί τι πρὸς αὐτοὺς μετ' ἀψιμαχίας λέγοντα,
τοὺς ἀγωνοθέτας τούς τε μαστιγοφόρους φοβούμενον, καὶ χρήματα αὐτοῖς
κρύφα ἅπασιν ἀναλίσκοντα, μὴ καὶ ἐλεγχθεὶς μαστιγωθῇ. Recte τοὺς
ἀγωνοθέτας τούς τε μαστιγοφόρους. Solebant enim comitari agnothetam
in certamine Alytæ ſeu maſtigophori, *l. ult. §. maſtigophori* 17. *ff. de
mun.*

mun. & hon. Lipſ. *lib.* 2.*Saturn.cap.*5. Briſſon. 4. *antiq.*17. Pancirol. 1. *var. lect.*47.

Sed ut jam tandem etiam revertar in viam, fuit unus tantum ſacerdos 49
in Aſia, qui Aſiarcha frequentius. Aſiam autem cum dico, tum Minorem intelligo; nam & Cappadocia, Bithynia, Syria fuerant in Aſia. Creabatur hic minimum quinquenniis ſingulis, ut affirmat Rubenius 50
d. tract. vel, ut putat Valeſius loco jam allegato, creabatur quotannis. De eo non dubitatur, quin functi jam ſacerdotio plures ſemper extiterint, qui Sacerdotales ab Ammiano dicuntur *lib. hiſt.* 28. à Spiritu vero San- 51
cto Aſiarchæ ſimpliciter, *d.cap.* 19. *v.* 31. ut & dicimus Conſulem, qui Conſulatu jam abiit. Quare cum illi ipſi, qui jam Deum agnoverant, 52
veteri illo nomine, quod erat ſuperſtitioſum & originis ethnicæ, à Deo in ſacra pagina ſic appellentur nihilominus, quid quæſo eſt mali in Canonici nomine? Sed ſtudio ſæpe partium à nonnullis defenditur, quod defendi non poteſt. Sunt qui abominantur & horrent illud nomen, ut ſceleſtum & impium. Quæ quæſo eſt ratio? Fortaſſis ipſi non ſciunt. Credunt id horrentibus, & credant, ſi ita placet. Sint ignorantes perpetuum, & utantur ſuis quisquiliis. Pergamus nos interim.

Locus autem. Ita ſentit & Plinius 10. *epiſt.* 76. Sed non eſt idem di- 53
cendum de collapſo ſacrario, in quo & fiebant, & erant ſacra privata. Vix enim eſt, ut ille locus ſit ſacer, *l.* 9. §. 1. *ff. h.t.* Feſtus *in voce Sacer mons*: *Ille locus, ubi ea ſacra privata facienda ſunt, vix videtur ſacer eſſe.* Vid. Forner. 6. *rer. quot. cap.* 6.

Manet. Quid ſi ædes reſtituatur, an iterum dedicanda? Videtur, 54
quod ita. Tota iterum eccleſia conſecratur apud Pontificios, ſi vel ſolum altare transferatur aut moveatur de loco in locum. Ivo Carnotenſis *epiſt.* 80. *Conſuluit parvitatem meam veſtra dilectio, utrum tabulæ altarium aliquando conſecratæ, cum tranſlatæ fuerint, & ſuper novam ſtruem lapidum poſitæ, denuo ſint conſecrandæ. Quod nobis ex auctoritate & ratione faciendum videtur, cum canon dicat: Altare ſi motum fuerit, eccleſia denuo conſecretur. Quod ſi eccleſia propter motionem ſolius altaris denuo eſt conſecranda, quanto magis ipſum altare, quod motum eſt?* Additur ibi ratio, ſed ſatis inſulſa.

TEXTUS

§. IX. *Religioſum locum unuſquiſque ſua voluntate facit, dum mortuum infert in locum ſuum. In communem autem locum purum invito*

ſocio inferre non licet. in commune vero ſepulchrum etiam invitis cæteris licet inferre. Item ſi alienus uſusfructus eſt proprietarium placet, niſi conſentiente uſufructuario locum religioſum non facere. In alienum locum conſentiente domino licet inferre, & licet poſtea ratum habuerit, quam illatus eſt mortuus, tamen locus religioſus fit.

COMMENTARIUS.

1. *Differunt ſepulchrum, monumentum, & cenotaphium.*
2. *Sepulchrum quid.*
3. *Cenotaphium quid.*
4. *Monumentum quid.*
5. *An antinomia inter l.6.§.ult.ff. de rer.div.& l.7.ff.eod.*
6. *An leges recte ſic concilientur: Hæc lex loquitur narrative, illa vero diſpoſitive.*
7. *Si duæ ſint leges, quæ videntur contrariæ, & in altera forte reperiatur particula magis, an approbata ſit illa, in qua hæc reperitur, improbata ſit altera.*
8. *Cenotaphium nihil aliud quam inane ſepulchrum.*
9. *Sepulchrum interdum etiam ſedes ſimpliciter, & ſedes perpetua.*
10. *Servus an locum religioſum efficiat.*
11. *Quid ſiquis ſepeliatur diverſis in locis.*
12. *Si tantum caput infantis ſit emiſſum ex utero, an baptizandum nihilominus.*
13. *Romani urebant defunctorum cadavera.*
14. *Contra condebant Judæi & Ægyptii.*
15. *Urebant Romani non de die, ſed noctu.*
16. *Facibus olim erat opus in funere, ſicut in nuptiis.*
17. *Cur noctu cremaverint.*
18. *Ad l. 14. §. 3. ff. de relig. & ſumpt. fun.*
19. *Una cum cadavere quid igni injectum.*
20. *Populi enumerantur, qui urere ſoliti.*
21. *Mores Herulorum.*
22. *Indorum.*
23. *Hunnorum.*
24. *Iaponiorum.*
25. *Quamdiu apud Romanos mos urendi duraverit.*
26. *Explicatur Macrobius.*

27. *Po-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

27. *Populi enumerantur, qui condere ſoliti.*
28. *Populi enumerantur, apud quos adhuc hodie in uſu eſt uſtio.*
29. *Mores Indorum, qui ſubjecti ſunt Mogoli.*
30. *Humantur Archiepiſcopi una cum palliis.*
31. *Mores Tartarorum.*
32. *Moſcorum.*
33. *Quorundam opinio de anima corpori defuncti circumflua.*
34. *Mores Ægyptiorum.*
35. *Sinarum, & eorum qui Formoſam inhabitant.*
36. *Olim etiam domi an ſepulta cadavera.*
37. *Mores Chilenſium.*
38. *Tapujarum.*
39. *Ciorum.*
40. *Sogdianorum.*
41. *Perſarum.*
42. *Hircanorum.*
43. *Colchorum.*
44. *Mos abluendi cadavera quamdiu duraverit.*
45. *In urbe nec ſepelire, nec urere licuit.*
46. *Deus Viduus.*
47. *Pauci apud Romanos ob virtutis magnitudinem in urbe ſepulti.*
48. *Quæ ἡρία Conſtantinopoli*
49. *Mortui ad tibiam elati in lectis.*
50. *Qui funus præceſſerint.*
51. *Explicatur Ammianus.*
52. *Oratio funebris, quæ pro Roſtris habenda in laudem defuncti.*
53. *Defuncti imaginem reponebant in atrio.*
54. *Quinam homines fumoſarum imaginum.*
55. *Funus etiam præcedebant majorum imagines vectæ vehiculis.*
56. *E cera erant imagines.*
77. *E foro cadaver efferebant ad rogum.*
58. *Notatur Caſaubonus.*
59. *Corpus crematum poſt ſeptimum diem à defuncti exceſſu.*
60. *Cur ædibus defuncti cupreſſus appoſita.*
61. *Cadaver collocatum in ædium limine.*
62. *Mos extra urbem ſepeliendi uſitatus & Francis.*
63. *Item Judæis.*

64. *Maſ-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

64. *Maſſilienſibus.*
65. *Et nonnullis adhuc hodie.*
66. *Secundum viam ſepulchra.*
67. *Explicatur Lampridius.*
68. *Locus alienus an fiat religioſus illatione cadaveris.*
69. *An proprietarius poſſit mortuum inferre in locum cujus alii uſumfructum conceſſit.*
70. *An uni ex ſociis liceat inferre mortuum in locum communem.*
71. *Res religioſæ an poſſint vendi, alienari, vel in alium transferri.*
72. *Quid juris ſit hodie.*

1 LOcus religioſus & ſepulchrum non differunt. Sed differunt ſepulchrum, monumentum, & cenotaphium. Lamprid. *in Alexand. Senatus eum in Deos retulit. Cenotaphium in Gallia, Romæ ſepulchrum ampliſſimum meruit.* Sepul-
2 chrum eſt locus, in quem illatus eſt mortuus, *l.* 2. §. 5. *ff. de relig. & ſumpt.*
3 *fun.* Cenotaphium, locus præparatus ad inferendum, ſed in quem tamen nondum eſt cadaver illatum, *d.* §. 5. locus purus, *h.* §. *d. l* 2. §. 4. ut fuit, in quo Servator noſter ſepultus, *Matth. cap.* 27. *v.* 60. Καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ, ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ. *Luc. cap.* 23. *v.* 53. Καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν μνήματι λαξευτῷ, οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος.
4 Monumentum, quod extructum eſt ad defuncti memoriam, *d. l.* 2. §. 6. Sola autem ſepulchra ſunt res religioſæ, quia locus religioſus fit illatione cadaveris, *h.* §. *d. l.* 2. §. 4. *& ſeqq.* Contra quidem de cenotaphio Marcianus exiſtimaverat, *l.* 6. §. *ult. ff. de rer. div.* Sed invitis Principibus, *l.* 7. *ff. eod.* Sunt qui illas leges crediderunt contrarias. Sunt qui diu multum-
5 que conciliare conati ſunt. Coraſ. *ad d. l.* 6. Connan. 3. *comm.* 1. Alciat. 10. *parerg.* 12. Pac. 8. *antin.* 54. Wiſſenb. *ad Inſt. diſp.* 9. *th.* 13. *& ſeqq.* Sed fruſtra deſudarunt meo quidem judicio. Uno enim ſpiritu legenda *d. l.* 7. cum *d. l.* 6. §. *ult.* velut una tantum lex, ſic ut leges ſeparanti & *d. l.* 7 objicienti §. qui paulo ante præceſſit, reſponderi poſſit ex *l.* 24 *ff. de legib.* Incivile eſt, inſpecta legis particula, de tota illa lege velle ferre judicium. Si dicas, cur Imp. ergo illas leges diſtinxit? Dicam, quia noluit id, quod erat Ulpiani, Marciano adſcribere reverentia veterum & ipſius antiquitatis. Cujus reſpectu Juriſconſultorum quidem nomina præpoſuit legibus, ſed omnia nihilominus, ac ſi à ſe ipſo eſſent profecta, vult accipi,
6 *l.* 2. §. 10. *& l.* 3. §. 10. *C. de vet. jur. enucl.* Sed quid ſi dicamus ergo tan-

tum

tum ſimpliciter diſpoſitive *l.7.* loqui, narrative vero *l.6.§.ult.* Scio nonnullos eſſe, qui leges ita conciliant, ſed omnino, ni fallor, perperam. Dividunt enim & à ſe invicem ſeparant, quod ex Juſtiniani ſententia dividendum non erat, non magis quam à *l.3.§.1.ff.de publ.in rem. act.* dividenda eſt *l.4.* & *l.5.* quæ ſequitur. Si enim velis dividere, qualis quæſo hæc lex erit? *Vel ſolvendi cauſa.* Sic enim habetur in *d.l.4.* Et quæſo quam ingens etiam ſequetur abſurditas ex *l.8. pr. ff. de pœn. verb. Sed animadverti tantum gladio oportet*; niſi illam ipſam velut unam tantum conjungas cum *l.6.§.ult.ff.eod.* ex quo apparebit, quod dicit *l.8.* referendum ad Præſides. Refutat alioquin Vultejus egregie *diſcept. ſcholaſt. cap.18.* nugas & grandes imperitorum ineptias leges ita conciliantium, cum non vident effugium: Hæc narrative lex loquitur, illa diſpoſitive. Perinde eſt, ac ſi dicerent: Illa lex non eſt lex. Quæ inſignis eſt contradictio. Narrare enim non eſt etiam ex legis virtutibus, *l.7.ff. de legib.* Et velim advertant, qui leges ita conciliant, quam quadret hæc concilia-
tio cum cæteris modis, quibus eas conciliant. Sæpe enim ſi ſint leges, 7
quæ videntur contrariæ & in altera reperiatur forte particula *magis*, ſtatim exclamant, & notant illam particulam, quaſi illa lex approbata ſit, improbata ſit altera. Ineptiſſimi homines! An ergo rejecta eſt illa *d.l.7.* approbata *l.6.§.ult.* nam & ibi occurrit. Si approbatam aſſeritis, cur ergo dicitis, quod narrativè loquatur? Si improbatam nihilominus, quid er-
go ad rem facit illa particula? Porro cenotaphium eſt Græcum vocabu- 8
lum. Appian. Alexand. Τοὺς δ' αἰχμαλώτους ἐς πατρίδας ἀφῆκε. καὶ πολλοὶ κενοτάφια σφῶν κατέλαβον ὡς ἐπὶ νεκροῖς γινόμενα, *Captivos vero domum dimiſit, quorum multi invenerunt ſua cenotaphia deſiderati jam pridem.* Sonat nihil aliud quam inane ſepulchrum, & ſic appellat Ovidius *metam.7.*

—— —— velamina Progne
Deripit ex humeris auro fulgentia lato,
Induiturque atras veſtes, & inane ſepulchrum
Conſtituit, falſiſque piacula manibus infert.

Tumulus interdum etiam ſimpliciter dicitur, & honorarius tumulus. Idem *lib.12.*

—— tumulo quoque nomen habenti,
Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.

Sueton. *in Claud cap.1. Cæterum exercitus honorarium ei tumulum excitavit, circa quem deinceps ſtato die quotannis miles decurreret, Gallia-*

9 *rumque civitates publice ſupplicarent.* Sepulchrum interdum etiam ſe-
des ſimpliciter, & ſedes perpetua, *l.40.ff.de relig.& ſumpt. fun. l. pen.C.
Th. de ſepulch. viol.* Paulin. *epiſt. ad Pammach. Mortuam ſuam pretioſa
ſede compoſuit.* Ammian. Marcellin.*lib.22. Id metuens ne collectis ſupre-
mis ſedes illis extruerentur ut reliquis.* Virgil.6.*Æneid.*

Sedibus hunc refer ante ſuis & conde ſepulchro.

Servius *ibid. Veruntamen illud eſt, ut intelligamus eam dicere, Sepeli eum.
Nam ſepulchrum ſedes vocatur.* Sidon Apollin. 2.*epiſt.* 8. *Sacerdotum
propinquorumque manibus excepta, perpetuis ſedibus dormienti ſimilior
illata eſt.* Sedes autem perpetua, quia ſæpe cadaver alibi deponebant ad
tempus,ut deinde transferrent in monumenta majorum, *d. l.* 40. *l.& ſi-
quis* 14.§.4.*ff.eod* Paul.1.*ſent.tit.*23.§.4.

10 *Mortuum.* Quid ſi ſit ſervus? Locus tamen nihilominus religioſus
efficitur, *l. 2.pr.ff. de relig. & ſumpt. fun.* Quid ſi ſepeliatur diverſis in
11 locis? Romæ nimirum caput, cor, aut pedes Carthagine? Locus eſt re-
ligioſus, ubi caput ſepultum eſt, *l. 44.ff. eod.* Caput enim eſt potiſſima
pars hominis, unde omnes dignoſcimur, *d.l.*Apulej. *de dogm. Plat.Totus
homo in capite vultuque eſt.* Et idcirco de pictoribus Plutarch. *in Ale-
xandr.pr.* Οἱ ζωγράφοι τὰς ὁμοιότητας ἀπὸ τοῦ προσώπου καὶ τῶν πε-
ρὶ τὴν ὄψιν εἰδῶν, οἷς ἐμφαίνεται τὸ ἦθος, ἀναλαμβάνουσιν, ἐλάχι-
12 στα τῶν λοιπῶν μερῶν φροντίζοντες. Unde & Canoniſtæ ex illa lege de-
fendunt, ſi vel caput infantis ſit emiſſum ex utero, baptizandum nihilo-
minus, præſertim ſi à matre non poſſit totus emitti. Henr. Bohic. *in
cap. majores ext. de baptiſm.* Morn.*ad d.l.44.& ad l.19.ff. de offic. præſ.*
Cujac. 21.*obſ.*4. Nihil autem intereſt, utrum ipſum cadaver, an cinis &
ejus oſſa inferantur ſepulchro, *arg. l. 2. §. 5. & l. 8.ff. de relig. & ſumpt.*
13 *fun.* Non enim Romani ſic ſepeliebant cadavera, ut apud nos eſt in uſu,
ſed rogo extructo univerſa cremabant, & quę deinde ſupererant, conclu-
debant in urna. Virgil. 6. *Æneid.*

Poſtquam collapſi cineres, & flamma quievit,
Relliquias vino, & bibulam lavêre favillam;
Oſſaque lecta cado texit Chorineus aheno.

Ovid. *Amor. lib.3. eleg. 9.*

Flebilis indignos, Elegeïa, ſolve capillos.
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.
Ille tui vates operis, tua fama, Tibullus,
Ardet in extructo corpus inane rogo.

Idem

Idem 4. *metam.* 4.

Quodque rogis ſupereſt, una requieſcit in urna.

Unde tanquam ſingulare quid de Judæis & Ægyptiis eſt annotatum à 14
Tacito 5. *hiſt.* *Corpora condere, quam cremare ex more Ægyptio.* Item
de Poppæa *annal.* 16. *Corpus non igni abolitum, ut Romanus mos: ſed re-
gum externorum conſuetudine differtum odoribus conditur, tumuloque
Juliorum infertur.* Urebant autem cadavera non de die, ſed noctu, & 15
idcirco etiam facibus erat opus in funere. Servius ad illud, quod eſt apud
Virgil. 6. *Æneid.*

Averſi tenuere facem.

Per noctem, inquit, *urebantur: unde permanſit, ut mortuos faces antece-* 16
dant. Quemadmodum facibus erat opus in nuptiis, nam & noctu nube-
bant, & ducebantur à ſponſis. Virgil. *eclog.* 3.

Mopſe novas incide faces: tibi ducitur uxor.

Servius *in not. Varro in Aetiis dicit ſponſas faces præire, quod ante non
niſi nocte ducebantur ab ſponſis.* Senec. *de tranquill. vit. cap.* 11. *Toties
in vicinia mea conclamatum eſt, totiens præter limen immaturas nuptias
fax cereuſque præceſſit.* Calpurn. Flacc. *declam.* 28. *Facem nubenti filiæ
præferam, an rogum jacentis accendam?* Lipſ. *ad lib.* 3. *annal. Tac. pr.* Si 17
quæratur cur noctu, reſponſionem ſuppeditabit Donatus *ad Terent. in
Andr. Mortui noctu efferebantur propter ſacrorum celebrationem diur-
nam.* Prius autem quam urerent, cadaver etiam ablutum ſolebant in-
ungere, *l.* 14. §. 3. *ff. de relig. & ſumpt. fun.* ubi *commundandum* pleri- 18
que pro *commendandum* ſubſtituunt, quæ quidem emendatio nec im-
probatur Cujacio *lib* 2. *obſ. cap.* 17. ſed poſſe tamen tolerari etiam lectio-
nem illam veterem didiciſſe ſe dicit à viro literatiſſimo, ut commendare
ſit nihil aliud quam cadaver deponere, quoad nimirum idem id ſepelia-
tur ſolenniter. Virgil. 6. *Æneid.*

Pars calidos latices & ahena undantia flammis
Expediunt, corpuſque lavant frigentis, & ungunt.

Servius *in not. Plinius in naturali hiſtoria dicit hanc eſſe cauſam, ut mor-
tui & calida abluantur, & per intervalla conclamentur: quod ſolet ple-
runque vitalis ſpiritus excluſus putari, & homines fallere. Denique refert
quendam ſuppoſitum pyræ, adhibitis ignibus erectum eſſe, nec potuiſſe libe-
rari. Unde & ſervabantur cadavera octo diebus, & calida abluebantur:
& poſt ultimam conclamationem comburebantur: unde traxit Terentius:
Deſine jam conclamatum eſt.*

Ennius:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

19 *Tarquinii corpus bona fœmina lavit & unxit.*

Nec urebant tantum cadavera, ſed una cum iis & veſtimenta mortuorum, & interdum mancipia. Canes etiam, & equos, vel quamcunque rem aliam, thus, vinum, & oleum ſolebant igni injicere. Liv. *lib.* 34. *cap.* 7. *Magiſtratibus in coloniis, municipiiſque, hic Romæ infimo generi magiſtris vicorum togæ prætextæ habendæ jus permittemus, nec id ut vivi ſolum habeant tantum inſigne, ſed etiam, ut cum eo crementur mortui.* Virgil. *ibid.*

Fit gemitus: tum membra thoro defleta reponunt,
Purpureaſque ſuper veſtes, velamina nota
Conjiciunt. pars ingenti ſubiere pheretro
Triſte miniſterium, & ſubjectam more parentum
Averſi tenuere facem. congeſta cremantur
Thurea dona, dapes, fuſo crateres olivo.

Servius *ibid. Nobiles nunquam ſoli comburebantur, ſed cum dilectis equis,*
20 *vel canibus, vel famulo.* Nec tantum apud Romanos hic mos urendi obtinuit, ſed & apud Germanos. Tacit. *de morib. Germ. Funerum nulla ambitio. Id ſolum obſervatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur.* Gallos. Cæſar. 6. *de bell. Gall. Funera ſunt pro cultu Gallorum magnifica, & ſumptuoſa; omniaque quæ vivis cordi fuiſſe arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia: ac paulo ſupra hanc memoriam ſervi & clientes, quos ab iis dilectos eſſe conſtabat, juſtis funeribus confectis, una cremabantur.* Cios. Nic. Damaſcen. *in excerpt. Valeſ.* Chionitas, qui erant populi Perſis finitimi. Ammian. Marcell. *lib.* 19. *pr. Fœminæ vero miſerabili planctu, in primævo flore ſucciſam ſpem gentis ſolitis fletibus conclamabant &c. Poſt incenſum corpus oſſaque in argenteam urnam conjecta, quæ ad gentem humo mandanda ſtatuerat pater, &c.* Macedones. Ælian. 7. *var. hiſt.* 8. Herulos, qui erant populi ſupra Danubium, ὑπὲρ τὸν ἴςρον ποταμὸν, ut eſt apud Procop. 2. *Gotth.* ſed
21 admodum barbari. Rogo imponebant non tantum cadavera, ſed & ſenes, & eos, qui erant morbo invalidi. Nec eos tamen vivos ſolebant incendere, ſed in pyra cum collocaſſent, mittebant, qui prius eos ferro conficeret. Procop. *ibid.* Καθίσαντές τε τὸν ἄνθρωπον ἐν τῇ τῶν ξύλων ὑπερβολῇ. τῶν τινὰ ἐρούλων ἀλλότριον μέντοι σὺν τῷ ξιφιδίῳ παρ᾽ αὐτὸν ἔπεμπον. ξυγγενῆ γὰρ αὐτῷ τὸν φονέα εἶναι οὐ θέμις. ἐπειδὰν δὲ αὐτοῖς ὁ τοῦ ξυγγενοῦς φονεὺς ἐπανήει, ξύμπαντα ἔκαιον αὐτίκα τὰ ξύλα, ἐκ τῶν ἐσχάτων ἀρξάμενοι. παυσαμένης τε αὐτοῖς τῆς

φλογὸς

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

φλογὸς ξυλλέξαντες τὰ ὀςᾶ τὸ περιτὺτικα τῇ γῇ ἔκρυπτον. Viri autem
ad rogum, ſi eſſet fato extinctus; uxor, niſi morti præferret infamiam,
ſtrangulabat ſe laqueo. Procop. *ibid.* Ερόυλυ δὲ ἀνδρὸς τελευτήσαντος,
ἐπάναγκες τῇ γυναικὶ ἀρετῆς μεταποιουμένῃ καὶ κλέος αὐτῇ ἐθελούσῃ
λείπεσθαι βρόχον ἀναψαμένῃ, παρὰ τὸν τοῦ ἀνδρὸς τάφον, οὐκ εἰς μα-
κρὸν θνήσκειν. οὐ ποιούσῃ τε ταῦτα περιειςήκει τὸ λοιπὸν ἀδόξῳ τε εἶναι,
καὶ τοῖς τοῦ ἀνδρὸς ξυγγενέσι προσκεκρουκέναι. Quod non multum 22
abluſit ab inſtitutis Indorum, apud quos & fuit, & adhuc eſt honorifi-
cum, ſi marito defuncto uxor ſemetipſam in flammas conjiciat ſecutura
maritum, ut præſtet ipſi miniſterium in campis Elyſiis. Ælian. 7. *hiſt.* 18.
Παρὰ Ινδοῖς αἱ γυναῖκες τὸ αὐτὸ πῦρ ἀποθανοῦσι τοῖς ἀνδράσιν ὑπο-
μένουσι. φιλοτιμοῦνται δὲ αἱ γυναῖκες περὶ τούτου τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἡ κλή-
ρῳ λαχοῦσα συγκάιεται. Cicer. 5. *Tuſcul. Mulieres in India, cum eſt
cujuſque earum vir mortuus, in certamen, judiciumque veniunt, quam
plurimam ille dilexerit (plures enim ſingulis ſolent eſſe nuptæ) quæ eſt vi-
ctrix, ea læta, proſequentibus ſuis, una cum viro in rogum imponitur. Illa
victa mœſta diſcedit.* De Narſingenſium ritu ſic teſtatur Oſorius *lib.* 4.
hiſt. De Sinarum nonnullis O. Dapper *lib. de legat. miſſ. ad Tart. p.* 411.
& 430. De Japoniis Montan. *lib. de legat. ad Imp. Iapon.* De Siamenſi-
bus idem *lib. eod. p.* 391. Utrumque, ni fallor eſt feritate ſimillimum, 23
quod eſt apud Procopium de Hunnis Ephthalitis, qui ſi eſſent opulenti,
& divitiis illuſtres, viginti ad minimum adſciſcebant amicos, & indivi-
duos comites, cum quibus omnia, quæ habebant, erant ipſis communia,
ſed ſi vita concederent, vivi erant cum iis omnes inferendi ſepulchro. Sic
enim Procop. 1. *Perſ.* Apud Iaponios adhuc idem in uſu eſt. Solent in- 24
terdum, cum vir illuſtris extinguitur, vel triginta ex ejus famulis ſibi
ventrem incidere. Vivo etiam, ut id faciant, ſe obſtringunt pactionibus,
ut eſt apud Montan. *lib. de legat. ad Imp. Iapon.*

Apud Romanos autem hæc conſuetudo duravit uſque ad Imp. 25
Theodoſium Magnum, ut teſtatur Macrobius, qui vixit tum temporis,
lib. 7. *Saturn. cap.* 7. *Licet urendi,* inquit, *corpora defunctorum uſus noſtro
ſeculo nullus ſit, lectio tamen docet eo tempore, quo igni dari honor mortuis
habebatur, ſiquando uſu veniſſet, ut plura corpora ſimul incenderentur,
ſolitos fuiſſe funerum miniſtros denis virorum corporibus adjicere ſingula
muliebria.* Civiliter tamen id intelligendum, ni fallor, ut *nullus* ſit idem, 26
quod propemodum nullus. Nam cœpit quidem mos urendi ab uſu re-
cedere, cum imperaret Theodoſius, præſertim apud Chriſtianos, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

corpora malebant condere, ut reſurrectionis hoc quodammodo pignus eſſet, & teſtimonium, *can.non æſtimamus* §. *corpori* 13.*q*.2. ſed non plane receſſit, ut Sidonius Apollinaris non obſcure ſignificat, qui cum rerum potirentur Leo & Anthemius, vixit diu poſt Theodoſium, *lib*.3.*epiſt*.12. *Avi mei*, inquit, *proavi tui tumulum, heſterno (proh dolor:) die pene manus prophana temeraverat. Campus autem ipſe dudum refertus tam buſtualibus favillis, quam cadaveribus, nullam jam diu ſcrobem recipiebat.* Idem *epiſt. ſeq. Enimvero illa ſordidior eſt, atque deformior cadavere rogali, quod facibus admotis, ſemicombuſtum, moxque ſidente ſtrue torrium devolutum, reddere pyræ jam faſtidioſus pollinctor exhorret.* Nec Caſſiodorus obloquitur æqualis eorum temporum 6. *var*. 8. *Nequis cineres alienos aut longinquitate temporis, aut voraci flamma conſumptos ſcelerata perſcrutatione detegeret &c.* Ubi & condi & comburi
27 cadavera eo tempore ſolita videtur innuere. Quod & apud Romanos uſitatum antiquitus. Non omnes cremabant. Nonnulli ſolebant condere, ut Judæi, Megarenſes, Spartani, Ægyptii. Plin.7. *hiſt.cap*.54. *Ipſum cremare apud Romanos non fuit veteris inſtituti: terra condebantur. At poſtquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc inſtitutum. Et tamen multæ familiæ priſcos ſervavere ritus: ſic in Cornelia nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus.* Tacit. 5. *hiſt. Corpora condere, quam cremare, ex more Ægyptio.* Plutarch. *in Lycurg. cap*.50. *in Solon. cap*.13. Urebant tamen frequentius, donec invaluiſſet Chriſtiana religio, quæ ſuaſit ſimul & ſepulturam cadaverum, & idcirco ut ſingulare quid annotarunt hiſtorici, cum bello ſuſcepto adverſus Pontificem Fredericus Barbaroſſa invaſiſſet Italiam, & graſſantibus morbis multi eſſent mortui de exercitu nobiles, oſſa tantum remiſſa defunctorum in patriam exco-
28 ctis corporibus. Abbas Urſpergenſis in *Chronic*. Cæterum adhuc hodie, quod olim apud Romanos, apud Indos in uſu eſt. Exurunt enim cadavera, & interdum una cum ædibus, & univerſa ſupellectile, ut de Zinaloanis teſtatur Maffejus *hiſt.Indic. part*.2. De Siamenſibus Bourges *itin.cap*.19. Exurunt etiam Arabes, qui Baſſoram inhabitant, & deinde dividunt cineres in quatuor partes, ubi flamma quievit. Primam mittunt in ignem, ſecundam in aërem, tertiam in aquam, quartam vero ſepeliunt, ut in tot elementa, ex quot conſtitit, redeat, qui vitâ conceſſit. Idem
29 *cap*.7. Qui ſubjecti ſunt Mogoli, non quidem exurunt, aut ſaltem non omnes, ſed, ut olim Romani, diligentiſſime tamen lota cadavera veſtimentis rurſus amiciunt, atque ita ſepeliunt. Georg. Andrieſzen *itin. lib*.1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

lib. 1. *cap.* 30. Uri enim veſtitos moris erat Romani, ut & apud Pontifi- 30
cios humantur Archiepiſcopi una cum palliis, *cap.* 2. *ext. de auct. & uſ. pall.* Pancirol. 1. *var. lect.* 10. Giſb. Kyp. *lib.* 2. *obſ. cap.* 9. Non urunt 31
etiam cadavera Aſiatici Tartari, ſaltem regulariter, ſed dum corpus ſepeliunt, in rogum injiciunt ſupellectilem omnem, & quicquid fuit pretioſum defuncto, dum viveret. Qua in re traduntur tam enormiter prodigi, ut noviſſime cum humaretur Tartarorum Imp. qui Sinam ſubegerat, auri & argenti vim tam ingentem in rogum injecerint, ut utriuſque metalli velut rivi defluxerint. O. Dapper. *lib. de legat. miſſ. ad Tart. p.* 425. Moſci non, ut alii, & plerique jam faciunt, ſtatim corpus 32
ſepeliunt, ſed annum id aſſervant conditum in loculis, rati ſe fruituros eo etiam diutius defuncti conſortio, ut eſt apud Thuan. *hiſt. lib.* 76. Sunt 33
enim adhuc hodie, & fuerunt jam olim nonnulli tam ſtulti, ut exiſtiment animam circumfluam corpori, quamdiu illud nondum eſt terra reconditum. Quintil. *declam.* 12. *in fin. Excipiunt nos in proximo littore inhumatæ noſtrorum animæ.* Cuper. 1. *obſ. cap. ult.* Virgil. 3. *Æneid.*

—— —— animamque ſepulchro
Condimus, & magna ſupremum voce ciemus.

Servius *ibid. Ægyptii periti ſapientiæ condita diutius reſervant cadavera, ſcilicet ut anima multo tempore perduret, & corpori ſit obnoxia, nec cito ad alia tranſeat. Romani contra faciebant comburentes cadavera, ut ſtatim anima in generalitatem, id eſt, in ſuam rediret naturam.* De Ægyptiis quod dicit, confirmant etiam Herodot. 2. *hiſt.* Diod. Sicul. 1. *hiſt.* 34
Silius Italic. *lib.* 13.

—— —— Ægyptia tellus
Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo
Corpora, & à menſis exanguem haud ſeparat umbram.

D. Athanaſius *de vit. S. Anton.* Οἱ αἰγύπτιοι τὰ τῶν τελευτώντων σπουδαίων σώματα, καὶ μάλιστα τὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων φιλοῦσι μὲν θάπτειν καὶ περιελίασειν ὀθονίοις, μὴ κρύπτειν δὲ ὑπὸ γῆν, ἀλλ' ἐπὶ σκιμποδίων τιθέναι, καὶ ἔνδον παρ' ἑαυτοῖς. νομίζοντες ἐν τούτῳ τιμᾶν τοὺς ἀπελθόντας. Imitantur & Sinæ. Imitantur & barbari, qui Formoſam 35
inhabitant, qui dies aliquot cadavera, ubi prius laverunt, ad ignem exſiccant, exſiccata vel annum, vel biennium, aut ultra, aſſervant in loculis, atque ita demum ſepeliunt, nimirum vel domi, vel proxime templum, vel in fundo ſi habeant, Dapper *de legat. miſſ. ad Tartar.* Arn. Montan. *lib. de legat. ad Imp. Iapon.* Domi autem quod ſepeliant vide- 36
tur

tur notabile; nam & olim id heroicis factitatum temporibus. Servius ad
Virgil. 6. Æneid. Apud majores omnes in ſuis domibus ſepeliebantur.
37 *Inde eſt, quod etiam Dido cenotaphium domi fecit marito.* Idem autem
quod Moſcis ſcribit etiam Barlæus uſitatum Chilenſibus Hiſpanorum
38 in America infeſtiſſimis hoſtibus, *hiſt. rer. in Braſil. geſt.* Contra qui jam
incolunt Braſiliam Tapujæ non hoſtes duntaxat, ſed & vorant indigenas,
& amicorum cadavera, nec tantum cadavera, ſed & oſſa comminuunt, &
ubi comminuta ſunt prorſus ad pulverem, aqua tum diluunt, atque ita
deglutiunt. Idem *ead. hiſt.* Nec ſoli tamen tam inhumani Tapujæ, ut
39 & oſſa comminuant. Cii ſolebant olim cum exuſſiſſent cadavera &
oſſa contundere, quorum pulverem deinde cum impoſuiſſent navigio,
in altum evecti ſolebant per cribrum ad ventos diſpergere. Nic. Dama-
ſcen. *in excerpt. Valeſii*: Κίοι τοὺς ἀποθανόντας κατακαύσαντες, καὶ
ὀστολογήσαντες ἐν ὅλμῳ τὰ ὀστᾶ καταπτίσσουσιν. εἶτα ἐνθέντες εἰς πλοῖον
καὶ κόσκινον λαβόντες ἀναπλέουσιν εἰς πέλαγος, καὶ πρὸς τὸν ἄνεμον
ἐξοδιάζουσιν, ἄχρις ἂν πάντα ἐκφυσηθῇ καὶ ἀφανῆ γένηται. Et quid
40 miramur Tapujas? Non tantum cadavera, ſed & vivos Sogdiani, qui vel
morbo, vel ſenio jam erant confecti, ſolebant olim canibus devorandos
objicere. Strabo *lib. 2.* Ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων οὐ τὰ βέλτιστα λέγουσιν οἱ
περὶ Ὀνησίκριτον, τοὺς γὰρ ἀπειρηκότας διὰ νόσον, ἢ γῆρας ζῶντας πα-
ραβάλλεσθαι τρεφομένοις κυσὶν, ἐπίτηδες δὲ πρὸς τοῦτο, οὓς ἐνταφιά-
41 στας καλοῦσι τῇ πατρῴᾳ γλώττῃ. Et an multum iis Perſæ erant etiam
abſimiles, qui licet non vivos, feris tamen ſimiliter projiciebant extin-
ctos. Procop. 1. *de bell. Perſ.* Ἀπειρημένον τοῖς περσῶν νόμοις γῇ κρύ-
πτειν πότε τὰ τῶν νεκρῶν σώματα, *Perſarum legibus ſpecialiter vetitum
cadavera condere.* Ibid. Τότε δὲ αὐτοὺς ἤθελε καβάδης ἐς τὰ νόμιμα
τῆς ἑαυτοῦ δόξης βιάζεσθαι. καὶ αὐτῶν τῷ βασιλεῖ Γουργένῃ ἐπέστελλε
τά τε ἄλλα ποιεῖν, ᾗ πέρσαι νομίζουσι, καὶ τοὺς νεκροὺς τῇ γῇ ἥκιστα
κρύπτειν, ἀλλ᾽ ὄρνισί τε ῥίπτειν καὶ κυσὶν ἅπαντας. Imo credebant &
ſceleſtum, & impium, & diabolicum hominem, cujus corpus non ſta-
tim aut canes, aut aves, aut feræ diſcerperent. Agath. *lib. 2. hiſt.* Ὧδε καὶ
ἐς τὴν ταφὴν οἱ πέρσαι νομίζουσι. θήκῃ γὰρ τινι ἐμβαλεῖν ἢ λάρνακι
τοὺς τεθνεῶτας, ἢ καὶ τῇ γῇ καταχωννύναι, ἥκιστα θέμις αὐτοῖς. ἐφ᾽
ὅτῳ δὲ ἂν σώματι μὴ θᾶττον καταπταῖεν οἱ ὄρνις, ἢ οἱ κύνες οὐκ αὐτί-
κα ἐπιφοιτῶντες διασπαράξαιεν, τοῦτον δὴ ἡγοῦνται τὸν ἄνθρωπον
βέβηλον γεγονέναι τοὺς τρόπους, καὶ τὴν ψυχὴν ἄδικον, καὶ βαρα-
θρώδη, καὶ τῷ κακῷ δαίμονι ἀνειμένην. Et proinde non mirum, quod
Hir-

Hircani illam optimam ſepulturam exiſtimaverint, ut teſtis eſt Cicero 1.*Tuſcul. quæſt. In Hircania plebs publicos alit canes; optimates domeſticos. Nobile autem canum genus ſcimus illud eſſe. Sed pro ſua quiſque facultate parat, à quibus lanietur, eamque optimam illi cenſent eſſe ſepulturam.* Quod autem Procopius loco jam allegato dicit Lazos aut Col- 43
chos, de iis enim ibi loquitur, ſepeliiſſe cadavera, ni fallor, obtinuit, cum apud eos invaluiſſet jam Chriſtiana religio. Olim pellibus inſuebant, & ſuſpendebant ex arbore. Ælian. 7. *hiſt.* 1. Κόλχοι δὲ τοὺς νεκροὺς ἐν βύρσαις θάπτουσι, καὶ καταῤῥάψαντες ἐκ τῶν δένδρων ἐξαρτῶσι. Quod & Scythæ faciebant. Silius Italicus *lib.* 13.

At gente in Scythica ſuffixa cadavera truncis
Lenta dies ſepelit putri liquentia tabo.

Sed Colchos quod attinet maſculorum tantum cadavera, ut obſervat Cuperus 1. *obſ. cap.* 7. ſic ſolebant ſuſpendere. Fœminarum enim tegebant terra injecta. Scholiaſtes *Apollon. Rhodii*: Τὰ τῶν ἀῤῥένων σώματα οὐ θέμις κόλχοις οὔτε καίειν, οὔτε θάπτειν. βύρσαις δὲ νεαραῖς εἰλοῦντες ἐκρέμων τῶν δενδρῶν τὰ σώματα, τὰ δὲ θήλεα τῇ γῇ ἐδίδοσαν, ὡς φησὶ Νυμφόδωρος, ᾧ ἠκολούθησε. Cæterum mos abluen- 44
di, cujus feci mentionem, duravit & diutiſſime etiam tum, cum non urerent, ſed ſepelirent cadavera. Gregor. Turonenſ. *lib.* 2. *hiſt.* de S. Servatio: *Hic vero ad Trajectenſem urbem accedens, modica pulſatus febre, receſſit à corpore. Ablutuſque à fidelibus juxta ipſum aggerem publicum eſt ſepultus.* Idem *lib.* 6. *hiſt. Poſt hæc corpus aquis ablutum ita candore niveo refulgebat, ut nullum linteum reperire abbatiſſa potuiſſet in promtu, quod corpore candidius cerneretur: induta tamen linteis mundis ſepulturæ mandata eſt.* Idem 7. *hiſt. Mixto quoque ululatu monachi cum ipſius genitrice corpus defuncti extrahunt, aqua diluunt, veſtimentis induunt, & feretro ſuperponunt.* Goudſche *Chronycke in vit. Florent. V. Holl. Com. Daer dede Graef Floris dat graf op doen, ende dat gebeent uyt nemen, ende dedet ſchoon waſſchen, ende in een ſchoone kiſte leggen, ende begraven te Middelburgh int Clooſter.*

Locum. Suburbanum intelligit. Nam in urbe nec ſepelire nec urere 45
licuit, *l.* 12. *C. de relig. & ſumpt. fun.* Pœnam Hadrianus quadraginta aureorum conſtituit in eos, qui in civitate ſepeliunt, *l.* 3. §. 5. *ff. de ſepulch. viol.* Cic. 2. *de legib. Hominem mortuum inquit lex in duodecim tabulis, in urbe ne ſepelito, neve urito.* Idem 1. *Tuſcul. quæſt. An tu egreſſus porta Capena cum Calatini, Scipionum, Serviliorum, Metellorum ſepulchra*

vides, miſeros putas illos? Liv. *lib. hiſt.* 31. *cap.* 24. *Et quicquid ſancti amœnive circa urbem erat incenſum eſt, dirutaque non tecta ſolum, ſed etiam ſepulchra: nec divini humanive juris quicquam ab impotenti ira ſervatum eſt.* Aggen. Urbic. *lib.* 2. *de limit. agror. Sunt in ſuburbanis lo-*
46 *ca inopum deſtinata funeribus, quæ loca culinas appellant.* Atque inde Viduus Deus, qui hominis animam ſeparabat à corpore, non erat in urbe, ſed extra urbem ut feralis & funebris. Cyprian. *de idolor. vanit.* So-
47 lus Imperatorum Imp. Trajanus ob virtutis magnitudinem eſt in urbe ſepultus. Eutrop. *lib.* 8. *Inter Divos relatus eſt, ſolusque omnium intra urbem ſepultus eſt. Oſſa ejus collocata in urna aurea, in foro, quod ædificavit, ſub columna ſita ſunt, cujus altitudo* CXLIII. *pedes habet.* Jornand. *de regn. ſucceſſ. Trajani oſſa in urna aurea collocata, & in foro ſub columna poſita; ſolusque omnium Impp. intra urbem ſepultus eſt.* Quod & ſtante Republica, ſed pauciſſimis contigit. Cic. 2. *de legib. Claros viros credo, Tite, fuiſſe, aut eos, quibus hoc ante hanc legem virtutis cauſa tributum eſt, ut Poplicolæ, ut Tuberto, quod eorum poſteri jure tenuerunt, aut eos, ſiqui hoc, ut C. Fabricius, virtutis cauſa ſoluti legibus, conſecuti ſunt.* Cadaver regulariter veſpillones per urbem efferebant in agros ad
48 locum, qui erat deſtinatus cadaveri. Conſtantinopoli illa loca, quæ erant in ſuburbanis, ubi τὸ πάλαι οἱ πολῖται ἐθάπτοντο, appellabant ἠρία. Alemann. *ad Procop.* ἀνέκδ. Efferebant ad tibiam in lectis, qui in-
49 terdum & appellantur lecticæ. Macrob. *in Somn. Scip. lib.* 2. *cap.* 3. *Mortuos quoque ad ſepulturam proſequi oportere cum cantu plurimarum gentium vel regionum inſtituta ſanxerunt, perſuaſione hac, quia poſt corpus animæ ad originem dulcedinis muſicæ, id eſt, ad cœlum redire creduntur.* Feſtus *in Funebres: Funebres tibiæ dicuntur, cum quibus in funere canitur, quas Flamini audire putabant illicitum.* Martial. *lib.* 6.

Invidioſa tibi quam ſit lectica requiris
Non debes ferri mortuus hexaphoro.

Idem:

Quatuor inſcripti portabant vile cadaver.

50 Henr. Vales. *ad Amm. Marcell. lib. hiſt.* 14. Præcedebant manumiſſi, & quidem pileati, *l. un.* §. 5. *C. de Lat. lib. toll.* Præcedebant & amici, & defunctorum agnati. Ammian. Marcell. *lib. hiſt.* 29. *Funus ejus per veſpillones elatum pullati præcedere honorati complures, inter quos & fratres juſſi ſunt Conſulares, &c. Superatus tamen precibus deſtinatis tandem nudatis capitibus infauſtam buſtuarii libitinam aduſque ſepulchrum incedentes*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

*dentes & pedibus, & quoſdam etiam complicatis articulis præire manda-
vit.* Ubi per *libitinam* intelligit lectulum, in quo cadaver erat ita repo- 51
ſitum, ut conſpici poſſet. Xiphil. in Neron. Τὸν δὲ Βρεττανικὸν φαρ-
μάκῳ δολοφονήσας ὁ Νέρων, ἐπειδὴ πελιδνὸς ὑπὸ τοῦ φαρμάκου ἐγενή-
θη, γύψῳ ἔχρισεν. ὑετὸς δὲ διὰ τῆς ἀγορᾶς αὐτοῦ ἀγομένου πολὺς,
ὑγρᾶς ἔτι οὔσης τῆς γύψου, ἐπιπεσὼν πᾶσαν αὐτὴν ἀπέκλυσεν, ὥστε
τὸ δεινὸν μὴ μόνον ἀκούεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὁρᾶσθαι. Prius autem quam ef- 52
ferrent, deferebant in forum, & ibi ad Roſtra cadaver in lecto colloca-
bant erectum, quo magis eſſet conſpicuum, præſertim ſi fuiſſet vir illu-
ſtris aut nobilis. Solebat deinde Roſtra conſcendere filius, vel ſiquis
adeſſet alius ex amicis defuncti habiturus orationem in ejus laudem ad
populum. Polyb. *lib. 6. hiſt.* Ὅταν μεταλλάξῃ τις παρ' αὐτοῖς τῶν
ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, συντελουμένης τῆς ἐκφορᾶς κομίζεται μετὰ τοῦ λοι-
ποῦ κόσμου πρὸς τοὺς καλουμένους Ἐμβόλους εἰς τὴν ἀγορὰν, πότε μὲν
ἑστὼς ἐναργὴς, σπανίως δὲ κατακεκλιμένος. πέριξ δὲ παντὸς τοῦ δήμου
στάντος, ἀναβὰς ἐπὶ τοὺς Ἐμβόλους, ἂν μὲν υἱὸς ἐν ἡλικίᾳ καταλείπε-
ται, καὶ τύχῃ παρὼν οὗτος. εἰ δὲ μὴ, τῶν ἄλλων εἴ τις ἀπὸ γένους ὑ-
πάρχει, λέγει περὶ τοῦ τετελευτηκότος τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς ἐπιτετευγ-
μένας ἐν τῷ ζῆν πράξεις. Juſtis autem peractis, & ſepulto cadavere,
defuncti imaginem reponebant in atrio circumtectam operculo, quod 53
aperiebant tantum die ſolenni. Polyb. *ibid.* Μετὰ δὲ ταῦτα θάψαντες
καὶ ποιήσαντες τὰ νομιζόμενα, τιθέασι τὴν εἰκόνα τοῦ μεταλλάξαντος
εἰς τὸν ἐπιφανέστατον τόπον τῆς οἰκίας, ξύλινα ναΐδια περιτιθέντες.
ταύτας δὲ τὰς εἰκόνας ἔν τε ταῖς δημοτελέσι θυσίαις ἀνοίγοντες κοσμοῦ-
σι φιλοτίμως. Unde apud Salluſtium homines dicuntur fumoſarum 54
imaginum, quorum eſt admodum vetuſta nobilitas. Martial. 4. *epigr.* 4.

Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto,
Et docti Senecæ ter veneranda domus.

Funus autem cum fieret alicui ex ea gente, cujus erant imagines, togis in- 55
dutæ & quidem auro radiantibus virorum triumphalium, Cenſorum
purpureis, cæterorum prætextis, Prætorum, aut Conſulum, præcede-
bant una cum cæteris, perinde ac ſi viverent, vectæ vehiculis. Polyb. *ibid.*
Valer. Max. *lib.* 8. *cap.* 15. *Imaginem in cella Iovis opt. max. poſitam ha-
bet, quæ quotieſcunque funus aliquod Corneliæ genti celebrandum eſt, inde
petitur, unique illi inſtar atrii Capitolium eſt.* Tacit. *lib.* 3. *annal. in fin. Vi-
ginti clariſſimarum familiarum imagines antelatæ.* Ad Roſtra deinceps
cum veniſſent in forum, & haberetur oratio, ſellis hæ omnes inſidebant

 ebur-

eburneis. Polyb. *ibid.* Ὅταν δὲ ἐπὶ τοὺς Ἐμβόλους ἔλθωσι, καθέζον-
56 ται πάντες ἑξῆς ἐπὶ δίφρων ἐλεφαντίνων. Erant autem è cera mortuo-
rum effigies. Salluſt. *in Catil. Scilicet non ceram illam, neque figuram
tantam vim in ſeſe habere: ſed memoria rerum geſtarum eam flammam
57 egregiis viris in pectore creſcere.* Oratione finita cadaver in lecto effere-
bant ad rogum, extra urbem nimirum, ut & ſtatim jam dixi. Sueton. *in
Tib. cap.* 37. *Cum Polentina plebs funus cujuſdam primipilaris non prius
ex foro miſiſſet, quam extorta pecunia per vim heredibus ad gladiatorium
munus.* Ibid. *cap.* 32. *Quorundam illuſtrium exequias uſque ad rogum
frequentavit.* Dio Caſſ. *lib.* 48. *hiſt. Præterea edictum eſt, ne mortui cre-
58 marentur ultra quindecim ab urbe ſtadia.* Solus dixi Trajanus eſt in ur-
be ſepultus. Auguſtum addit Caſaubon. *not. ad Spartian.* ſed quam ob
cauſam hoc fecerit, divinare non poſſum. Corpus enim Auguſti illatum
quidem in urbem, ut dicit Caſaubonus, Nola nimirum, ubi erat defun-
ctus, ſed non ut ibi ſepeliendum, quod putat Caſaubonus; elatum enim
iterum, nec elatum duntaxat, ſed & uſtum in campo Martio, atque ibi
ſepultum Dion Caſſius ſcribit *lib. hiſt.* 58. Non ergo in templis ut uſita-
tum eſt hodie, ſed in agris ſepulti ſunt, ne exceptis quidem Principibus.
Plaut. *Caſin. act. 2. ſcen. 6.*

Face Chaline me certiorem, quid meus vir me velit.
CH. Ille ædepol videre ardentem te extra portam Metiam.

Tacit. 3. *annal. Nare ac mox Tiberi devectus auxit vulgi iras, quia navem
tumulo Cæſarum applicuerat.* Spartian. *de Hadriano: Sepultus eſt in
villa Ciceroniana Puteolis.* Henr. Valeſ. *ad Amm. Marcell. lib. hiſt.* 52.
59 Corpus autem urebant poſt ſeptimum diem à defuncti exceſſu. Servius
ad Virgil. 5. *Æneid. Apud majores ubicunque quis fuiſſet extinctus, ad
domum ſuam referebatur, & illic ſeptem reſervabatur diebus, octavo die
60 incendebatur, nono ſepeliebatur.* Intra illud tempus domus erat funeſta,
nec domus duntaxat, ſed univerſa familia, *l.* 28. §. *ult. ff. de ſtip. ſerv.* &
idcirco ne ingreſſus ſe imprudens pollueret, vulgo ſolebant ædibus cu-
preſſum apponere. Idem *ad Virgil.* 4. *Æneid. Romani moris fuit pro-
pter ceremonias ſacrorum, quibus populus Romanus obſtrictus erat, ut po-
tiſſimum cupreſſus, quæ exciſa renaſci non ſolet, in veſtibulo mortui ponere-
tur, nequis imprudens rem divinam facturus introëat.* Pollui credeban-
tur non ſolum ædes ingreſſi, ſed & alius quicunque, qui vel funus aſpe-
xerat, vel erat proſecutus. Eunap. *in vit. Iamblich.* Καὶ πρὸς αὐτοὺς
ἐξεβόησεν, ἄλλην ὁδὸν πορευσόμεθα, νεκρὸς γὰρ ἐντεῦθεν παρακεκόμι-
σται.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ςαι. ὁ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν, ἄλλην ἐβάδιζε, καὶ ἥ τις ἐφαίνετο καθαρωτέρα. Et idcirco purgabant ſe reverſi à funere. Feſtus *in Aqua. Funus proſecuti redeuntes ignem ſupergrediebantur aqua adſperſi, quod purgationis genus vocabant ſuffitionem.*

Porro quod dixi de ſepulchris in agris, & apud Græcos obtinuit. Qui defunctum etiam collocabant in ædium limine, ut faciebant Romani, & nequis ingreſſus ſe imprudens pollueret, ædibus affigebant vel, ut illi, cupreſſum, vel capillos defuncti. Plutarch. *in Arat. cap.* 63. Theophraſt. περὶ ἀναισχυντ. *in fin.* Καὶ λέγοντός τινος, πόσους οἴει κατὰ τὰς ἱερὰς πύλας ἐξενηνέχθαι νεκρούς, πρὸς τοῦτον εἰπεῖν, ὅσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ γένοιντο, *ub.* Caſaub. Servius *ad Virgil.* 3. *Æneid. Cupreſſi quaſi infernæ, vel quaſi ſucciſæ non renaſcuntur, vel quia apud Atticos funeſtæ domus hujus fronde velantur.* Euripid. *Alceſtid.*

Πυλῶν πάροιθεν δ' οὐχ' ὁρῶ
Πήγαιον ὡς νομίζεται
Γε χέρνιβ' ἐπὶ φθιτῶν πυλαῖς,
Χαῖτα τ' οὔτις ἐπὶ προθύρα τομαῖ
Os, ἃ δὴ νεκύων πένθεσι πιτνεῖ.

Caſaub. *ad Theophraſt.* περὶ δεισιδαιμονίας. Lipſ. *lib.* 1. *elect. cap.* 6. A- 62
pud Francos ſimiliter, etiam tum, cum jam eſſent converſi ad Deum. Gregor. Turonenſ. *lib.* 2. *hiſt. cap.* 10. *Cumque illi venientes portam civitatis ingrederentur, ecce iſtum per aliam portam mortuum efferebant.* Item apud Judæos. Duo enim tantum traduntur Hieroſolymis in ur- 63
be ſepulti, David nimirum, & Propheta quidam vetuſtiſſimus Oldas. In urbibus cæteris nunquam id contigit, aut ſaltem non aliter, quam ſi ſeptem viri boni id ipſum permitterent. Cunæus *de republ. Hebr. lib.* 1. *cap.* 7. Atque inde *Matth. cap.* 27. *v.*7. Συμβούλιον δὲ λαβόντες ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις. Apud 64
Maſſilienſes & pleroſque præterea, Tarentinis exceptis, qui ob vetus quoddam oraculum ſepeliebant in urbe. Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 6. *Duæ etiam ante portas eorum arcæ jacent, altera, qua liberorum, altera, qua ſervorum corpora ad ſepulturæ locum plauſtro devehuntur.* Polyb. *lib.* 8. *hiſt.* Τὸ γὰρ πρὸς ἕω μέρος τῆς τῶν Ταραντίνων πόλεως μνημάτων ἐστὶ πλῆρες διὰ τὸ τοὺς τελευτήσαντας ἔτι καὶ νῦν θάπτεσθαι παρ' αὐτοῖς πάντας ἐντὸς τῶν τειχῶν, κατά τι λόγιον ἀρχαῖον. Retinent autem ad- 65
huc veterem illam conſuetudinem Sinæ, O. Dapper *lib. de legat. miſſ. ad Tart. p.* 411. item Japonii, Arn. Montan. *lib. de legat. ad Imp. Iapon.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

66 *p.* 361. Judæi, & Turcæ, qui & ſepulchra ſecundum viam conſtitu-
tuunt, ut olim Romani. Laonic. Chalcocond. *lib.*3.*hiſt.* Varro *lib.* 5. *de*
ling. Lat. Monumenta in ſepulchris ſecundum viam ſunt, quæ præter-
euntes admoneant & ſe fuiſſe & illos eſſe mortales.. Brummer. *ad l.*
Cinc. cap. 14. Sed Sinæ ut plurimum hæc habent in montibus. Idem
67 *ibid. p* 430. Et hæc poſſent ſufficere, ſed ſi ſolus Imperatorum Imp. Tra-
janus ſit in urbe ſepultus, cur ergo de Alexandro ita dicit Lampridius,
Cenotaphium in Gallia, Romæ ſepulchrum ampliſſimum meruit? Di-
cendum inde non ſequi, ergo & Alexander eſt in urbe ſepultus. Nam &
is, qui ſepultus eſt in Romæ ſuburbiis, Romæ ſepultus eſt. Urbis appel-
latio muris urbis finitur, Romę non niſi continentibus ædificiis, *l.*2. *pr.*
l. 87. *ff. de V. S.* Qui legat, quæ in urbe ſunt, non videtur legaſſe, quæ
ſunt in ſuburbiis, *l.*4. §.4. *ff. de pen. leg.* Secus eſt, ſi quæ ſunt Romæ le-
gaverit, *l.*84. *ff. de leg.*3. Guil. Forner. *ad d.l.*2.
68 *Suum.* Religioſum ergo non efficit, qui cadaver infert, aut cinerem,
in locum alienum, *h.* §. *l.* 2. §. 1. & 2. *ff. de rel. & ſumpt. fun. l* 43. *ff.*
eod. Nec loci tamen domino, quo invito id factum eſt, oſſa licet effo-
dere, niſi acceſſerit aut decretum Pontificum, *l.* 8. *pr. ff. eod.* aut aucto-
ritas Principis, *l.* 14. *C. eod.* vel Provinciæ Præſidis, *l.* 1. *C. eod.* Forner.
3. *rer. quot.* 6. Plin. 10. *epiſt.* 74. *Durum eſt injungere neceſſitatem pro-*
vincialibus pontificum adeundorum, ſi reliquias ſuorum propter aliquas
juſtas cauſas transferre ex loco in alium locum velint. Sequenda ergo
tibi potius exempla ſunt eorum, qui iſti provinciæ præfuerunt, & ex cau-
ſa cuique ita aut permittendum, aut negandum. Vetus inſcriptio: RE-
LIQUIÆ. TRAJECTÆ. EJUS. III. NONAS. FEBR. EX. PERMISSU.
COLLEGII. PONTIFICUM. PIACULO. FACTO. Decreti exemplum
69 eſt apud Briſſon. 3. *antiq. cap.*7. Atque inde quæſitum, an proprietarius
poſſit inferre mortuum eum in locum, cujus uſumfructum conceſſit
Sempronio. Item an is, qui habet uſumfructum, poſſit hoc facere eo in
loco, in quo uſumfructum eſt conſecutus à Titio. Utrumque negan-
dum eſt, niſi & utriuſque conſenſus acceſſerit, *h.* §. *l.*2. § 1. & §. 7. *ff. de*
relig. & ſumpt. fun. nam & proprietarius, ut uti poſſit fructuarius, de-
bet efficere, nec locum licet fructuario, cujus habet uſumfructum, dete-
riorem efficere, *d. l.*2. §.7. *l.* 1. §.3. *ff. uſufr. quem. cav.* Quod profecto
contingeret illatione cadaveris. Fit enim nullius, in quem illatus eſt
70 mortuus, nec licet eum amplius aratro proſcindere, §. 7. *Inſt.h.t.* Quid
ſi ſint plures, qui fundum habent communem, an cæteris invitis licet
inferre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

inferre mortuum in locum illum communem? Si ſepulchrum commune ſit, licet inferre, *h.* §. *l.* 6. §. 4. *ff. h.t.* Sed ſi locus ſit purus, inferre non licet, niſi forte ſepeliendus ſit unus ex illis pluribus, & deſit locus idoneus, ubi poſſit inferri, *l.* 41. *ff. de relig. & ſumpt. fun.* Rei enim communis naturam aut qualitatem uni cæteris invitis immutare non licet, *l. Sabinus* 28. *ff. comm. div.* quæ extra controverſiam ſane multum mutabitur, ſi efficiatur nullius, *h.* §. *junct.* §. 7. *Inſt. h. t. l. ult. C. de pact. int. emt. & vend. init.* Sed ſi jam nullius ſit, & illatio fiat iterum, non fit iterum nullius, nec qualitas ejus iterum aut natura mutatur. Manet enim ſepulchrum, ut & antea fuerat. Sed locus purus non manet, ſi inferantur reliquiæ, fit enim ſepulchrum, *h.* §. Vid. Bachov. *ad prim. part. ff. p.* 280.

Porro ex iis, quæ jam dicta ſunt hactenus, ſatis conſtat, ni fallor, quæ 71
rerum religioſarum, aut ſepulchrorum natura ſit. Nimirum nullius ſunt, & alienari non poſſunt, niſi forte ſint hoſtium, *l.* 4. *ff. de ſepulch. viol.* vel niſi conſiderentur, ut fundorum acceſſio, *l.* 24. *ff. de contr. empt.* Quæ per ſe enim in alium transferri non poſſunt, cum univerſitate nihilominus tranſeunt, *l. quædam* 62. *ff. de acq. rer. dom.* Quapropter & fundo, in quo ſepulchrum eſt, vendito, ſimul & ſepulchrum intelligitur venditum, *d. l.* 24. niſi ſibi id nominatim exceperit venditor, ut & vulgo Romani faciebant, cum venderent, *l.* 10. *l.* 11. *l.* 12. *pr. ff. de relig. & ſumpt. fun. l.* 5. *ff. de ſepulch. viol.* Guil. Forner. 1. *ſel. cap.* 9. Vetus inſcriptio, quæ reperta Neapoli: HUIC MONUMENTO ITUS ADITUS AMBITUS DEBETUR EX SENTENTIA EROTIS AUG. L. JUDICIS, A VIA CAMPANIA PUBLICA. Quid juris ſit hodie, lippis & tonſoribus eſt vul- 72
go notiſſimum. Bonis annumerantur, & paſſim, ut cætera, & ſepulchra venduntur. Grot. 2. *man.* 1. §. *Tot den Doodendienſt.* Sim. à Leuwen *Rooms-Holl. Regt lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 9.

TEXTUS

§. X. *Sanctæ quoque res, veluti muri & portæ civitatis, quodammodo divini juris ſunt, & ideo nullius in bonis ſunt. Ideo autem muros ſanctos dicimus: quia pœna capitis conſtituta eſt in eos, qui aliquid in muros deliquerint. Ideo & legum eas partes, quibus pœnas conſtituimus adverſus eos, qui contra leges fecerint, Sanctiones vocamus.*

COMMENTARIUS.

1. *Quænam res ſanctæ.*

2. *Quid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

2. *Quid Sanctum ſignificet.*
3. *Virgæ legatorum, κηρύκεια, ſagmina.*
4. *Virga ſignum honoris.*
5. *Cur ſceptrum aut virga præferatur adhuc hodie Rectori Magnifico.*
6. *Leges cur ſanctæ.*
7. *Muros qui violavit an ſtatim afficiendus capitali ſupplicio.*
8. *Muri appellatione an contineatur & vallum.*
9. *De portis, an ſanctæ.*
10. *Depalare.*
11. *Porta quid.*

1 QUæ defenduntur ſanctione quadam adverſus hominum injurias dicuntur res ſanctæ, *l.* 8. *l.* 9. §. *proprie* 3. *ff. de rer. div.* Bachov. *ad prim. part. ff. tit. de rer. div. in fin.* Vox
2 ſanctum alioquin ſacrum etiam & religioſum complectitur. Macrob. 3. *Saturn. cap.* 3. *Sanctum eſt, ut idem Trebatius libro decimo religionum refert, interdum idem quod ſacrum, idemque quod religioſum, interdum aliud, hoc eſt, nec ſacrum, nec religioſum eſt.* Et quodcunque præterea, quod vel reverentia, vel affectu proſequimur. Virgil. 11. *Æneid.*

—— —— tuque o ſanctiſſima conjunx
Felix morte tua.

Idem 3. *Æneid.*

Iura magiſtratuſque legunt, ſanctumque ſenatum.

Ovid. 1. *metam.*

Sanctius his animal, mentiſque capacius altæ.

3 Unde ſanctum à ſagmine, id eſt, herba „quam ferebant legati Romanorum, nequis eos violaret, *l.* 8. §. 1. *ff. de rer. div.* ut virgam conſecratam legati Francorum, Græcorum κηρύκεια, *d. l.* Gregor. Turonenſ. *Poſt hæc miſit Gundobaldus duos legatos ad regem cum virgis conſecratis, juxta ritum Francorum, ut ſcilicet non contingerentur ab ullo, ſed expoſita le-*
4 *gatione cum reſponſo reverterentur.* Virga enim ſummum erat honoris indicium. Paul. Diacon. *lib.* 6. *de geſt. Longobard. cap.* 7. *Eo tempore floruit in arte Grammatica* Felix, *patruus Flaviani præceptoris mei, quem in tantum Rex dilexit, ut ei baculum argento auroque decoratum inter reliqua ſuæ largitatis munera condonaret.* Unde rex conſecratus

Ludo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Ludovicus Craſſus defenſionem eccleſiæ per ſceptrum & virgam, quod
notandum, accepit. Continuator Aimoini *lib.* 5. *hiſt. cap.* 50. Et is, qui
vocabatur in aula regis Gothorum Cura palatii, cum aurea virga ſolebat
incedere. Caſſiod. *lib.* 7. *var. cap.* 5. Quam ſolent etiam epiſcopi, licet
non auream, item Abbates ideo, cum conſecrantur, accipere. S. Bernar-
nardus *in ſerm. de baptiſm. Sicut in exterioribus diverſa ſunt ſigna, va-
riæ ſunt inveſtituræ ſecundum ea, de quibus inveſtimur. Verbi gratia,
inveſtitur canonicus per librum, abbas per baculum, epiſcopus per ba-
culum & annulum ſimul.* Ivo Carnot. *epiſt.* 157. *Qui duos filios ſuos
vix duodennes accepto paſtorali baculo à Comite Normannorum prædi-
ctæ eccleſiæ intrudi fecit.* Idem *epiſt.* 8. *& epiſt.* 60. Fulbertus epiſcopus
Carnot. *epiſt.* 1. *Horum ſuffragio lætus Comes ſtatim eum baculo paſto-
rali publice donat.* Nec alia eſt ratio, cur virga adhuc hodie, ſive ſce- 5
ptrum, ut vulgo dicitur, præferatur à Pedellis Rectori Magnifico. Ve-
rum ſiquis in ſpecie res ſanctas conſideret, res ſanctæ ſunt muri, & portæ
civitatum, item leges, ut habetur in *d. l.* 9. *§. proprie ff. h. t. pr. Inſt. Qu.
mod. tut. fin.* §. 2. *procem. Inst.* Cic. *pro Corn. Balb. Sacroſanctum nihil
poteſt eſſe, niſi quod per populum plebemve ſancitum eſt.* Et leges quidem 6
quod attinet, ſanctæ ſunt ideo, & quia punitur, qui in eas delinquit, &
quia, quod fit contra eas, eſt nullum, *t. tit. ff. & Cod. de pœn. l. non du-
bium* 5. *C. de legib.* Muros autem quod attinet, ſancti ſunt ideo, quia ſi-
quis eos violaverit, punitur ſummo ſupplicio, *l.* 11. *ff. h. t.* Quod utrum 7
de muris urbis Romæ duntaxat, an etiam de iis, qui ſunt in municipiis,
ſit intelligendum, diſputatur acerrime. Sancti ſunt quidem, qui ſunt in
municipiis, *l.* 8. *§. ult. ff. h. t.* ſed videtur tamen duriſſimum, ſi afficiatur,
qui violavit eos, capitali ſupplicio Mornac. *ad d. l.* 11. *ff. h. t.* Et idcirco,
cum bellum eſt, non niſi hoc ad urbes limitaneas pertinet, ut ſcribit Pa-
ponius judicatum in Gallia *lib.* 6. *tit.* 1. *areſt.* 5. Cæteri etiamſi non puni-
antur ſimiliter, extra ordinem tamen ut puniantur, requiritur, nequod
delictum impunitum permaneat, *l.* 38. *ff. de rei vind. l.* 51. *§.* 2. *ff. ad l. A-
quil.* Zyp. *not. jur. Belg. tit. de jur. fiſc.* Berlich. *deciſ.* 170. Sim. à Leuwen
cenſ. for. lib. 2. *cap.* 1. *n.* 17. De eo non dubitatur, quin muri appellatio- 8
ne contineatur & vallum, quod in caſtris extructum eſt, ut & capite pu-
niatur, ſiquis illud tranſcenderit, *l.* 3. *§. nec non* 17. *ff. de re milit.* Sed de 9
portis hic diſputatur, cur nimirum Juſtinianus eas ſanctas vocaverit, cum
Plutarchus negaverit, & idcirco negaverit, quia nihil alioquin poſſet
emitti, aut immitti per portas, niſi prius expiatum, aut luſtratum ſolen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

niter. Plutarch. *in Romul. cap.* 15. Ὁ δ' οἰκιστὴς ἐμβαλὼν ἀρότρῳ χαλκῆν ὕννιν, ὑποζεύξας δὲ βοῦν ἄῤῥενα καὶ θήλειαν, αὐτὸς μὲν ἐπάγει περιελαύνων αὔλακα βαθεῖαν τοῖς τέρμασι, τῶν δ' ἑπομένων ἔργον ἐστὶν, ἃς ἀνίστησι βώλους τὸ ἄροτρον καταστρέφειν εἴσω, καὶ μηδεμίαν ἔξω περιορᾶν ἐκτετραμμένην. οὗ δὲ πύλην ἐμβαλεῖν διανοοῦνται τὴν ὕννιν ἐξελόντες, καὶ τὸ ἄροτρον ὑπερθέντες διάλειμμα ποιοῦσιν. ὅθεν ἅπαν τὸ τεῖχος ἱερὸν, πλὴν τῶν πυλῶν, νομίζουσι. τὰς δὲ πύλας ἱερὰς νομίζοντας, οὐκ ἦν ἄνευ δεισιδαιμονίας, τὰ μὲν δέχεσθαι, τὰ δ' ἀποπέμπειν τῶν τε ἀναγκαίων, καὶ τῶν μὴ καθαρῶν. Sed dicendum, quod Plutarchus metiatur ſanctitatem decretis Pontificum, quæ juris ſunt publici, nos autem verſari hic in jure privato, quo ſanctæ ſunt hactenus, quatenus punitur, qui in eas quicquam molitur reipublicæ no-
10 xium. Bachov. *ad prim. part. ff. tit. de rer. div. in fin.* Connan. 3. *comm.* 1. *n.* 6. Palis autem prius deſignabant murorum ambitum, quam, ut dicit Plutarchus, aratro proſcinderent. Dictum id depalare, ut ſcribit Ruben. 1. *elect.* 1. Tertull. *in Apologet. cap.* 10. *Mons, quem incoluerat, Saturnius dictus; civitas, quam depalaverat, Saturnia uſque nunc eſt.*

11 *Porta.* Quid porta? Servius *ad Virgil.* 1. *Æneid. Omnis exitus vel introitus dicitur, qua poteſt vel importari, vel exportari aliquid.*

TEXTUS

§. XI. *Singulorum autem hominum multis modis res fiunt. quarundam enim rerum dominium nanciſcimur jure naturali, quod, ſicut diximus, appellatur jus gentium: quarundam vero jure civili. Commodius eſt itaque à vetuſtiore jure incipere, palam eſt autem vetuſtius eſſe jus naturale, quod cum ipſo genere humano rerum natura prodidit. Civilia autem jura tunc eſſe cœperunt, cum & civitates condi, & magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt.*

COMMENTARIUS.

1. *Dominii definitio.*
2. *Vox dominium interdum & convivium ſignificat.*
3. *Rei incorporalis an etiam dominium.*
4. *Dominiorum diviſio.*
5. *An recte dominium à Doctoribus dividatur in directum & utile.*
6. *Quænam res mancipi.*

7. *Quænam nec mancipi.*
8. *Mancipi an neceſſario tradendæ mancipio.*
9. *Mancipationis quæ olim ſolennia.*
10. *Modi quibus acquiritur rei dominium.*

QUæ res ſint in bonis, nunc Imp. exequitur. Dixit enim 1
hactenus de iis, quæ ſunt extra ſingulorum dominium, &
videtur idcirco jam ita velle dicere: In bonis ſunt, quæ
ſubjiciuntur ſingulorum dominio. Quid autem domi-
nium? Rei proprietas, reſpondet Cujac. *lib.* 11. *obſ.cap.* 12. ubi do-
cet dominium & ſignificare convivium, loco adducto Cicer. *in* 2
*Verr. Hujus argento dominia veſtra, hujus ſignis & tabulis fo-
rum comitiumque ornari.* Sane dominus interdum & convivam ſignifi-
cat, ut præter Cujac. annotavit Connan. 3. *comm.* 3. *n.* 1. Cicer. *ibid. In
cubiculo ſolus, in convivio dominus.* Plenius autem ſic definitur domi-
nium: De re pro arbitrio diſponendi poteſtas, niſi obſiſtat aut lex, aut
conventio. Dico *de re*, non de re corporali, ut Duaren. 1. *diſp.* 17. Donell.
9. *comm.* 8. Connan 3. *comm.* 3. Si enim ita definias rerum incorporalium 3
non erit dominium, aut ſaltem non erit niſi quaſi dominium, ut & illi
exiſtimant, cum tamen non dubitetur, quin ſervitutum & proprietatis
ſit verum dominium, *l.* 15. §. 8 *ff. Qu. vi aut cl. l.* 13. *pr. ff. de acq. rer.
dom. l. ſed etſi* 15. §. *proprietatis ff. de uſufruct. l. ſi uſusfructus*
66. *ff. de jur. dot.* etiamſi ſint numero rerum incorporalium, ut
eſt vulgo notiſſimum. Eſt etiam in jure poſſeſſionis dominium, *l.* 2. *C.
ub. in rem act.* quod emphyteutis, vaſallis, & creditoribus competit, &
illud concedo, quod ſit quaſi dominium, ſi rem ipſam reſpicias; ſed ſi jus
poſſeſſionis eſt verum dominium, *d. l.* 2. Conſtat enim quod emphyteu-
ta rem revera poſſideat, *l.* 15. §. 1. *ff. Qu. ſatisd. cog.* & idcirco quod ha-
beat etiam poſſeſſionis dominium, & non quaſi dominium, ſed verum
ſine dubio, quia præter eum non eſt alius, qui rem emphyteuticam poſ-
ſidet, & quia quaſi dominium eſt, quod habere quis fingitur. Habere
autem non fingitur, ſed habet revera poſſeſſionis dominium. Sed dein-
de notandum quæri primo in genere, quid ſit rei dominium, & tum
quid ſit verum, aut quid ſit quaſi dominium. Perperam autem in gene-
re deſcripturus dominium definit in ſpecie, quid ſit verum dominium,
& notandum præterea non eſſe verum dominium jus de re corporali
pro arbitrio diſponendi. Verum dominium eſt, quod alicui revera

 com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

4 competit. Porro etiam eſt varia dominiorum diviſio. Primo, vel eſt
plenum, vel minus plenum dominium. Plenum eſt, quod eſt cum uſu-
fructu conjunctum. Minus plenum, quod eſt ab uſufructu ſeparatum.
Duaren. 1. *diſp.* 17. Secundo, eſt vel perpetuum, vel temporale domi-
nium. Sic maritus habet dotis temporale dominium, §. 40. *Inſt. de rer.
div. junct. l.* 12. *pr. ff. ſol. matr.* uxor autem perpetuum, *l.* 30. *C. de jur.
dot.* Sic habet etiam ſimiliter, qui in ſolo alieno extruxit ædificium, tem-
porale dominium, §. 29. *Inſt. h. t.* ſi enim diruatur id, priſtini domini, ni-
mirum materiæ, reviviſcit dominium, *d.* §. Tertio, vel eſt verum, vel
5 quaſi dominium. Doctores etiam dividunt in directum & utile, ſed
magno errore eos labi dicit Cujac. *lib.* 11. *obſ. cap.* 35. &, ni fallor,
etiam labuntur; nam eſt hæc diviſio plane juri incognita, niſi quaſi do-
minium ſit idem, quod utile, directum, quod verum, quod & veriſimi-
lius: dicunt enim utile, quod competit ei, qui ſuperiorem agnoſcit, ut
emphyteuta, vaſallus; directum, quod ei, qui ſuperiorem non habet.
Quo ſenſu non eſt, ut putatur, tam futilis, quamvis, fateor, à terminis,
quos jus non agnoſcit, abſtinere ſit ſatius, *nov.* 18. *cap.* 5. Diſſ. Gerh. Felt-
manni *de jur. in re & ad rem cap.* 14.

Diviſum etiam dominium olim in bonitarium & Quiritarium fuit.
Erat autem bonitarium rerum nec mancipi. Quiritarium mancipi ex ju-
6 re Quiritium. Recenſentur res mancipi in fragm. Ulpian. *tit.* 19. *prædia
in Italico ſolo, tam ruſtica, qualis eſt fundus: quam urbana, qualis do-
mus. Item jura prædiorum ruſticorum: veluti via, iter, actus, aquædu-
ctus. Item ſervi & quadrupedes, quæ dorſo collove domantur, velut bo-
7 ves, muli, equi, aſini.* Cæteræ autem res omnes erant nec mancipi. Ul-
pian. *ibid.* Verbi gratia, quæ erant in provinciis prædia, quorum teſte
Theophilo ad §. 40. *Inſt. h. t.* magis olim erant poſſeſſores, quam domini.
Proprie Principis, aut populi Romani, qui provinciis devictis libertatem
ademerat, eorum erat dominium, ut ibi dicit expreſſe: Οὐκ ἦσαν δε-
σπόται. ἡ γὰρ δεσποτεία αὐτῶν ἦν ἢ παρὰ τῷ δήμῳ, ἢ παρὰ τῷ βασι-
λεῖ, ἀλλ' εἶχον τὴν ἐπ' αὐτοῖς χρῆσιν, καὶ ἐπικαρπίαν, καὶ πληρε-
στάτην κατοχήν. Doctores, ni fallor, dicerent habuiſſe poſſeſſores illos
dominium utile, directum fuiſſe principis, ſed jus ita non loquitur. Quæ
8 erant nec mancipi, mancipari non poterant. Sufficiebat traditio. Mancipi
vero, ſi non manciparentur, ſed traderentur duntaxat, erant tantum in
bonis, non autem in dominio ex jure Quiritium. Nec enim exiſtiman-
dum fuiſſe neceſſario tradendas mancipio. Ulpian. *in fragm. tit.* 2. *de
libert.*

libert. §.11. *In bonis tantum alicujus ſervus eſt, velut hoc modo, ſi civis Romanus à cive Romano ſervum emerit, iſque traditus ei ſit, nec tamen mancipatus ei, neque in jure ceſſus, neque ab ipſo, anno poſſeſſus ſit. Nam quamdiu horum quid fiat, is ſervus in bonis quidem emptoris eſt, ex jure Quiritium autem venditoris eſt.* Plaut. *in Perſ.act.*4.

Prius dico, hanc mancipio nemo tibi dabit. jam ſcis?

Unde illud apud Arnob. *lib.*2.*adv.gent. Uſu & illis eſt vita, non mancipio tradita.* Rævard. *ad ll.* 12. *tab.cap.*16. Requirebat mancipatio verba 9
quædam ſolennia, libripendem, & teſtes, & anteſtatum præterea, qui una cum teſtibus, erant autem quinque, quos & ipſe rogaverat, mancipationi accommodabat præſentiam, vellens eorum aures, ut animis retinerent rei geſtæ memoriam. Ulpian. *in fragm. d. tit.* 19. Brummer. *ad l. Cinc. cap.* 13. Sed hac de re iterum eſt agendum inferius. Diviſionem autem quod attinet, & illam rerum differentiam, Juſtinianus eam tandem è republica ſuſtulit, *l.un. C. de nud. jur. Quir. toll.* Dixi, quid, & 10
quotuplex ſit rei dominium. Modi, quibus acquiritur, ſunt vel ex jure gentium, vel ex jure civili. Ex jure civili ſunt vel univerſales, vel particulares. Univerſales ſunt tres, hereditatis aditio, immixtio, & pro herede geſtio, §.5.*& 6.Inſt. de her.qual.& diff. l.ult.*§.12.*C.de jur. delib.l.*1.*l.*20.*l.*22.*& t.tit. ff.de acq.her.* Particulares ſunt quinque, uſucapio, donatio, ſingulare fideicommiſſum, legatum, & adjudicatio facta in judiciis familiæ erciſcundæ, communi dividundo, & finium regundorum, §.*ult. Inſt. de uſ. & hab. pr. Inſt. de donat. l.* 80. *ff. de leg.* 2. *l.* 64. *ff. de furt.* §. *ult. Inſt. de offic. jud.* Ex jure gentium ſunt ſex: occupatio, acceſſio, ſpecificatio, confuſio, fructuum ex aliena re conſumtio, & traditio, §. 12. *& ſeqq. tot. h. t.*

TEXTUS

§. XII. *Feræ igitur beſtiæ, & volucres, & piſces, & omnia animalia, quæ mari, cœlo, & terra naſcuntur, ſimulatque ab aliquo capta fuerint, jure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt. quod enim ante nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur. nec intereſt feras beſtias & volucres utrum in ſuo fundo quis capiat, an in alieno. Plane qui alienum fundum ingreditur venandi, aut aucupandi gratia, poteſt à domino, ſi is præviderit, prohiberi, ne ingrediatur. Quicquid autem eorum ceperis, eouſque tuum eſſe intelligitur, donec tua cuſtodia coërcetur. Cum vero tuam evaſerit cuſtodiam, & in libertatem naturalem ſeſe receperit, tuum eſſe*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

deſinit, & rurſus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita ſit in conſpectu tuo, ut difficilis ſit ejus perſecutio.

COMMENTARIUS.

1. *Quæ feræ ſint beſtiæ, & quænam manſuetæ.*
2. *Cur. Imp. hic tantum loquatur de feris, quod fiant capientium, & non de manſuetis.*
3. *In alienis quidem prædiis venari non licet, ſed fera tamen nihilominus, quæ in iis eſt capta, fit ejus qui cepit.*
4. *An idem dicendum ſit, ſi in ſylva circumſepta quis venationem exercuit.*
5. *Probatur quod nec hodie ejus ſint feræ beſtiæ, cujus eſt ſylva, etiamſi proponatur, quod circumſepta ſit ſylva.*
6. *An cujus eſt ſtagnum, ejus ſint piſces, qui ſtagno incluſi ſunt.*
7. *Feras qui capit in alieno vivario, is furtum committit.*
8. *Vivarium hodie, & ſylva circumſepta an inter ſe differant.*
9. *Explicantur l.9.§.5.ff.de uſufr.& l.55.ff.de acq.rer.dom.*
10. *Hodie jus venandi annumeratur Regalibus, & ſoli hodie venantur, quibus id nominatim & expreſſe conceſſum eſt.*
11. *Proprium jus venandi Magnatum, nobilium, & virorum illuſtrium jam ab omni memoria.*
12. *Nobilis an propterea, quod mercaturam exercet, jus venandi amittat.*
13. *Explicatur l.3. C.de commerç. & merc.*
14. *An in prædiis alienis etiam poſſint venari, quibus jus venandi jam conceſſum eſt hodie.*
15. *An Gallis etiam in alieno ſit conceſſa venatio.*
16. *Cui licet venari, an idem etiam poſſit venari per alium.*
17. *Venatio jam olim cur a ſervis exercita.*
18. *Contra nobilium delicatam ignaviam.*
19. *Quæ laudanda venatio.*
20. *Edictum noſtrorum Ordinum de jure venandi explicatur in tranſitu.*
21. *Cui licet venari, an poſſit etiam venari majora animalia.*
22. *An damnoſa, & noxia, ut lupos, & vulpes.*
23. *De jure Sabaudico.*

24. *Cur jus venandi ſic circumſcripſerint Ordines.*
25. *Aves omnes an feræ.*
26. *Circa aves quid juris.*
27. *Piſces omnes an feri.*
28. *Inter flumen alienum & piſcinam quæ differentia.*
29. *In flumine alieno piſcari an liceat.*

FEræ beſtiæ ſunt omnes, quæ non ſunt manſuetæ. Quæ 1
ergo manſuetæ? Eorum ſeptem ſunt ſpecies, equi, aſini,
muli, oves, boves, capræ, ſues, §.1. *Inſt. de l. Aquil.l.*2.§.2.
ff. eod. Canes etiam, cameli, & elephanti ſunt feri, *d.l.*2.§.2.
l. 1. §. *ſed etſi canis ff. ſi quadrup. paup. fec.* §. *ult. Inſt. eod.* Diſſ. Ari-
ſtot. *lib.* 1. *de hiſt. animal. cap.* 1. Feræ fiunt capientium, manſuetæ non
item. Siquis eas ceperit, is furtum committit, §. *gallinæ* 16. *Inſt. h.t. l.*5.
§. 6. *ff. de acq. rer. dom.* niſi forte nullius, aut pro derelicto ſint habitæ,
*l.*3. *pr. ff. de acq. rer. dom.* §. 47. *Inſt. h. t. l.*1. *ff. pro derel.* Quid ſi feræ
ſint alicujus? Non fient capientium, *l. id quod noſtrum* 11. *ff. de reg. jur.*
*d.l.*3.§.*ult.* Quod nullius eſt, fit occupantium, quod alicujus non item, 2
d. l. 3. *d.* §. 16. Sed cum nec manſuetæ, nec feræ fiant capientium, niſi
tum, cum nullius ſunt, cur ergo Imp. de feris tantum hic loquitur?
Quia feræ in caſu dubio præſumuntur nullius: manſuetæ in caſu dubio
præſumuntur alicujus. Quapropter & feræ non diutius ſunt occupan-
tium, quam ab eo, qui occupavit, coërcentur cuſtodia. Si poteſtatem
ejus evaſerint, fiunt iterum occupantium, quia iterum nullius ſunt, *h.*§.
*d.l.*3.§.*ult.* Manſuetæ vero ſi aufugerint, manent cujus fuerunt, etiamſi
difficilis ſit earum perſecutio, aut inveniri non poſſint, & idcirco qui eas
detinet, is furtum committit, *d.*§. 16. *d.l.*5.§.6. *ff. de acq. rer. dom. l.*43.§.
4. *ff. de furt.* Quod ad feras autem nihil intereſt, ubi quis eas ceperit, 3
utrum in ſuis, an in prædiis alienis, *h.*§. *l.*2. §.1. *ff. de acq. rer. dom.* In alie-
nis quidem prædiis venari non licet, *l.*16. *ff. de ſerv. præd. ruſt.* De eo non
dubitatur. Sed ſiquis venatus ſit, & feram in iis ceperit, an capientis ſit
quæritur, an cujus eſt prædium. Et dicendum ſine dubio, quod ſit ejus,
qui cepit. Nulla eſt enim hæc conſequentia: Meum eſt prædium, ergo
meæ ſunt feræ, quæ reperiuntur in illo prædio. Feræ dici non poſſunt,
quod ſint fundi acceſſio. Poſſum quidem prohiberi, ne fundum ingre-
diar, ſed ingreſſus nihilominus, quod cepi, eſt meum, *h.* §. *d.l.*2.§.1. Pro-
hibitio non eſt modus, quo feræ dominium prohibenti acquiritur, nec,

ut

ut quod nullius eſt, ne nullius ſit efficit. Diſſ. Amaya ad *l. un. C. de venat. fer. n.* 55. Manet fera nihilominus, ut fuit ante, nullius, licet ego prohibuerim, ne in meo quid faceres. Sufficit quod habeam actionem injuriarum, ut ea non feram, ſed id quod mea intereſt, & æſtimationem ejus, quam feciſti, injuriæ, à te poſſim conſequi, quod me invito meum
4 fundum ingreſſus ſis, *l.* 13. *§. ult. ff. de inj.* Idem etiam dicendum eſt, ſi ſylvam, quam undique circumſepſi, intraveris. Tuum fit nihilominus, quod in ſylva cepiſti, *l.* 3. *§.* 14. *ff. de acq. poſſ.* Nec enim hoc ſequitur: Mea eſt ſylva, ergo meæ ſunt feræ. Circumſeptio non eſt modus, ſed occupatio, quo acquiritur nobis feræ dominium, *h. §.* Cujac. 4. *obſ. cap.* 2.
5 Nec ſcio an ſatis recte ſit ſcriptum à Grotio *lib.* 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 8. *n.* 2. mores in eo jam feciſſe divortium. Verum eſt, fateor, quod per ſylvam ejuſmodi venari non liceat, ſed inde tamen non ſequitur, quod fera non fiat ejus, qui habet ex privilegio venandi licentiam, *arg. h. §.* Pœna tantum pecuniaria punitur jam hodie ex edicto noſtrorum Ordinum, qui inter venandum aut diſcurrit per ſegetes, aut explodit ſclopetum prope villam alienam intra quinquagintadecempedas. *Ordon. op 't ſtuck van de jacht Ann.* 1667. *art.* 52. Non minus hodie quam olim certi ſunt modi, quibus tranſit dominium. Sed ubi habetur hoc, quod
6 etiam circumſeptio ſit modus ejuſmodi? Si ſit modus ejuſmodi, piſces etiam ſine dubio, qui ſunt ſtagnis incluſi, pertinebunt ad eum, qui ſtagnorum eſt dominus, ut exiſtimat Grotius *loc. cit.* Certum eſt tamen, quod illi piſces nullius ſint. Fiunt enim piſcantis, ſiquis hamo extraxerit, ut eſt cautum expreſſe edicto noſtrorum Ordinum, *op 't ſtuck vant*
7 *viſſchen en 't viſch gewant art.* 9. Sane ſi proponatur, quod quis feras in ſylvam, quam circumſepſit, immiſerit, dicendum eſt aliud; feras enim ſiquis ceperit in alieno vivario, is furtum committit, *l.* 43. *§.* 4. *ff. de furt. §.* 1. *Inſt. de obl. qu. ex del. naſc.* Choppin. *ad ll. And. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 2. *& cap.* 13. *n.* 1. Sunt enim alicujus, quæ ſunt in vivario. Non id quod alicujus, ſed id, quod nullius eſt, occupanti conceditur, *d. l.* 3 *pr. ff. de acq.*
8 *rer. dom.* Grot. 2. *man.* 4. *§. maer wie eenige.* Poteſt etiam admitti, ſiquis velit defendere, quod hodie vivarium, & ſylva circumſepta vix inter ſe differant, cum in ſylvam ejuſmodi feræ ab ipſo domino præſumantur immiſſæ. Sed quid ſi doceri poſſit, quod non ſint immiſſæ, an verum erit nihilominus, quod tradidit Grotius. Ni fallor, non erit, cum feræ
9 in illa ſylva adhuc ſint nullius. Quod autem jam dixi feras eſſe capientium, ſiquis eas ceperit in prædiis alienis, non movet in contrarium, quod ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

habetur in *l.9.§.5.ff.de uſufr.* Venationum enim reditus ad fructuarium pertinent, quod venantem propietarius prohibere non poſſit, non quod ſiquis alius & de facto id fecerit, ſuum non faciat, quod venando conſequitur. Dico *conſequitur*, nam ſi nondum eſt conſecutus, ut ſi reti incluſerit, ſed nondum exemerit, nondum etiam acquirit ejus, quod incluſit dominium, *l.55.ff.de acq.rer.dom.* quam objecit Cujac. *lib.4. obſ. cap.2.* in qua, ut hoc obiter adjiciatur hic etiam, JCtus non reſpondet ad omnes, quæ proponuntur quæſtiones, ſed ad eam duntaxat, an acquiram apri dominium, ſi aprum incluſerim, & ſi acquiram non aliter, quam ſi eundem exemerim, an actio in factum ſit danda adverſus eum, qui illum aprum, quem incluſeram, exemptum dimiſit. Unde ibi nihil minus probatur, quam id, quod exiſtimavit Cujacius, non aliter id, quod captum eſt in alieno, capientium effici, quam ſi domini permiſſu quis venationem exercuit.

Hodie non licet nec in ſuis venari, nec in prædiis alienis, niſi aut oriun- 10
dis ex familia nobili, aut cui id nominatim & expreſſe conceſſum eſt. *Reſp. Ultraj. part.1. conſ.82. n.3. & 7.* Annumeratur enim hodie jus venandi Regalibus, adeo ut ſiquis ceperit caſu quodam fortuito perdicem, aut leporem, dum aut metit frumentum, aut avenam, aut hordeum, teneatur, ſi illæſum ſit, quod cepit dimittere, aut intra horas alioquin viginti quatuor illud ipſum offerre Saltuario, aut Præfecto ſylvarum. *Ordonn. opt ſtuck van de jacht, Ann.*1667. *art.*14. Pet.Heig.*quæſt.*15.*n.*46. Grot.2.*man.*4. Zyp.*not. jur. Belg. lib.*11. *tit. de venat. fer.* Groenew. *h. Reſp. Ultraj. d. conſ. n.* 2. Carpzov. *def. for. part.* 3. *conſt.* 32. *def.* 17. Sixtin.*de regal.lib.*2. *cap.*18.*n.*45. *& ſeqq.* Roſenth. *de feud. cap.* 5. *conſ.* 94.*n.*6. Schrad.*de feud. part.*3.*cap.*4.*n.*47. Bruneman. *ad l. un. C.de venat. fer.* Merula *van de wilderniſſen lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 1. Oudenhove *beſchryvinge van Zuythollant p.*570. Sim.à Leuwen *Rooms-Holl. Regt lib.*
2.*cap* 3. *n.*1. *& cenſ. for.lib.*2. *cap.*3.*n.*9.*& ſeqq.* Videtur ſane proprium 11
jam ab omni memoria jus venandi nobilium, magnatum, Heroum, & virorum illuſtrium. Pollux enim in *Onomaſtico* ſic ſcribit ad Commodum *lib.* 5. *pr.* Ἐπεὶ δὲ κυνηγεσίων σοὶ προσήκει μέλειν, ὅτι τοὐπιτήδευμα ἡρωικὸν καὶ βασιλικὸν, *Quoniam venationum te ſtudioſum eſſe convenit, quandoquidem hoc ſtudium heroicum regiumque eſt.* Idem de Hercule *lib.* 1. *cap.*4. Εἵπετο ἄρα τῷ Ἡρακλεῖ καὶ κύων κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον. οἶσθα δὲ ὅτι τοῖς ἥρωσι συνεισίεσαν μέχρι τῆς ἐκκλησίας οἱ κύνες. Hinc alibi Xenophon εὕρημα θεῶν venationem indigitat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Et idcicco non mirum, quod colonus aut ruſticus ex edicto noſtrorum Ordinum incurrat in pœnam 30. florenorum, in cujus agro reperiuntur aut caſſes, aut laquei, niſi is, cujus ſint, ſe ignorare juraverit. *Eod. e-*
12 *dict. art.* 8. Nec propterea tamen nobilis, quod mercaturam exerceat, jus venandi amittit, niſi eam fortaſſis minutatim exerceat. Cicer. *lib.* 1. *de offic. Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus, quod ſtatim vendant, nihil enim proficiunt, niſi admodum mentiantur.* Et mox: *Mercatura autem, ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt: ſin magna & copioſa, multa undique apportat, multiſque ſine vanitate impertiens, non eſt admodum vituperanda.* Scio multi diſſentiunt, Choppin. *de privil. ruſt. lib.* 3. *cap.* 1. Mynſing. 6. *obſ.* 54. Rauchbar. 2. *quæſt.* 12. *n.* 5. Caſp. Klock
13 *de contribut. cap.* 12. *n.* 262. Et, ut videtur, non temere per *l.* 3. *C. de commerc. & merc.* Sed ſi propius inſpicias, cum de tenui mercatura hæc poſſit intelligi, revera tamen perperam & fruſtra diſſentiunt. Chriſtin. *vol.* 3. *deciſ.* 106. *n.* 6. & 7. Ott. Tabor. *tr. de jur. cerev. cap.* 6. *n.* 5. Gerh. Feltmanni *de juram. perhorr. cap.* 29. *n.* 23. Reſp. *Ultraj. d. conſ. n.* 9. Qui-
14 bus autem ex privilegio jus venandi conceſſum eſt, venari per aliena prędia indiſtincte non licet. Pœna enim puniuntur triginta florenorum, qui prope villam alienam aut explodunt ſclopetum, aut per eam, vel ſegetes, aut frumenta diſcurrunt, ut & ſtatim jam dixi. Imo etiamſi, quod vetatur, non fecerint, reſarcire debent nihilominus damnum, quod contigit per ingreſſum in prædia, *l. ita vulneratus* 51. §. 2. *ff. ad l. Aquil. l.* 206. *ff. de reg. jur.* §. 13. *Inſt. de l. Aquil. junct. l.* 44. *ff. eod.* Angel. *ad l. Divus* 16. *ff de ſerv. præd. ruſt.* Decius *reſp.* 97. Choppin. *ad ll. And. lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 9. Quapropter non mirum, ſi liceat ea lege venari etiam animalia alienis in prædiis, quod judicatum *Ann.* 1573. à Senatu Pariſiis, non negari ingreſſum in fundum alterius, ſi perſequatur quis feram, quam deprehendit in ſuo, ut teſtatur Choppinus vir ingentis induſtriæ *lib.* 3. *de*
15 *doman. Gall. tit.* 22. *n.* 4. Quamvis apud Gallos id non ſatis ſit expeditum, an ubique in alieno ſit conceſſa venatio. Videtur enim apud Andes omnino prohibita. Choppin. *lib.* 1. *ad ll. And. cap.* 35. *per tot. & cap.* 36. *n.* 3. & 4. Et ſane judicatum à Senatu Tholoſano *Ann.* 1608. 21. *Iun.* quod alieno in territorio venari non liceat, quamvis in eo feræ permiſſa ſit perſecutio. Soli tantum nobiles, qui majorum ſunt gentium, venari poſſunt in terris ſuorum ſubditorum iis etiam invitis, ut teſtatur
16 Ferrer. *ad Guid. Pap. deciſ.* 218. Utrum autem per ſe an per alium venetur, cui licet venari, non multum attenditur, modo tamen venetur per dome-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

domeſticos famulos, *brodige dienaers*, aut venatorem conductum, ut expreſſe ſic Ordines in edicto jam allegato *art.* 25. *Dat de gequalificeerde ſelver in perſoon ſullen moeten jagen, ofte door haren weyman, die ſy jaerlycks gagieren, ofte door hare brodige dienaers alleen mogen doen jagen, ende door geen andere op haren name, op pœne van dertich Caroli guldens*. Eſt quidem exercitium nobilitatis venatio, & fuit jam olim, ut & 17
ſtatim jam dixi, ſed jam olim etiam exercita ob ignaviam dominorum ſervorum induſtria. Ammian. Marcell. *lib. hiſt.* 28. *Pars eorum ſi agros viſuri proceſſerunt longius, aut alienis laboribus venaturi, Alexandri Magni itinera ſe putant æquiparaſſe, vel Cæſaris.* Quæ & ratio eſt ſine dubio, cur ſervile dicat officium venationem Salluſtius *in Catil. pr. Neque vero agrum colendo, aut venando, ſervilibus officiis intentum ætatem agere.* Egregie contra tam delicatam deſidiam Plinius *in procœm. lib.* 18
hiſt. 29. *Alienis pedibus ambulamus: alienis oculis agnoſcimus: aliena memoria ſalutamus: aliena vivimus opera. Perieruntque rerum naturæ pretia & vitæ argumenta: nihil aliud pro noſtro habemus quam delicias.* Ut animi laxamentum & honeſta remiſſio ſplendore natalium ex- 19
cellentibus viris, & ut reſpirent interdum à gravioribus curis, eſt conceſſa venatio, & idcirco, opinor, etiam longe præſtantius, ut per ſe quam per alium eam ipſi exerceant, nec ſemper tamen cubilibus feras excutiant, quaſi nihil aliud tota vita didicerint, ſed tempeſtive remittant etiam nimiam illam contentionem ſæviendi in beſtias, quæ & homini generoſo omnino indigna, & adferre ſolet ſuſpicionem etiam turpis compendii, quod edicto jam allegato tam expreſſe prohibitum *art.* 19. *Dat alle ge-* 20
privilegieerde om te mogen jagen, vliegen, ende Patryſeren, haren vangh niet en ſullen mogen vercoopen, of verruylen, op pœne van vyftich Caroli guldens, t'elcken reyſe te verbeuren, als ſulcx bevonden ſal worden; Ende ſullen daerenboven gepriveert worden, van ten eeuwigen dage meer te mogen jagen. Joann. Sariſberienſis *Polycrat. lib.* 1. *cap.* 4. *Quomodo ergo dignus eſt vita, qui nihil aliud novit in vita, niſi vanitatis ſtudio ſævire in beſtias?* Et mox: *Verum ne venaticam & alias curialium nugas, non tam judicio quam odio ſtilus perſequi videatur, eam indifferentibus connumerandam facile libenſque conſentio; niſi quia immoderato voluptatis incurſu, virilem animum concutit, & fundamentum ſubvertit rationis. Non tamen ob hoc erit uſquequaque culpabilis, cum & vinum, quod inebriat, ſubverſionis culpam retorqueat in bibentem, & ſenex ſæpe non tam ætatis, quam ſuo vitio, ſenſum proferat puerilem. Poteſt igitur venatica eſſe uti-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

lis & honeſta; ſed ex loco, tempore, modo, perſona, & cauſa &c. Add.
Iacob. Card. Papienſ. *epiſt.* 48. Parid. de Put. *de Syndic. cap.* 1. *n.* 39.
21 Mornac. *ad l.*26. *ff. de uſur.* Sed notandum præterea, quod majora ani-
malia, ut cervos, & apros, nulli omnino ſit venandi licentia, ne iis qui-
dem, qui alioquin venari non prohibentur. *Eod. ed. Ann.* 1667. *art.* 6.
Amittit, ſiquis id fecerit, canes omnes venaticos, venabula, caſſes, & pœ-
na centum & quinquaginta florenorum punitur, *d. art.* Grot. 2. *man.* 4.
§. *Wat het grof wilt.* Solis licet id facere, quibus id Ordines injunxerunt
ut faciant, excepto quod in Hollandia venari liceat Baronibus cervum
unum quotannis. Grot. *ibid.* Sim. à Leuwen *Rooms-Holl. Regt lib.* 2.
22 *cap.* 3. *n.* 3. Reſp. *Ultraj. d. conſ. n.* 5. Ne damnoſa quidem & noxia ve-
nari licet animalia, ut ſunt lupi & vulpes, niſi quibus ex privilegio jus ve-
nandi conceſſum eſt. Expreſſe enim ſic Ordines *d. ed. art.* 21. *Dat onge-
qualificeerden nimmermeer, ende gequalificeerden in de beſloten tyt niet
ſullen vermogen te veld te trecken, met eenige honden om wolf of voſch te*
23 *vangen, &c.* Contra apud Sabaudos licet hæc cuilibet & venari & cape-
re. Ne cervorum quidem venatio, cum major ibi ſit copia, eſt omni-
no prohibita, ut patet ex verbis Statuti Allobrogici, quæ referuntur hu-
juſmodi: *Cuilibet liceat venari & capere feras damnoſas, ut puta lupos,
urſos, apros, & alias feras damnificantes vineas, blada, & cæteros terræ
fructus cuilibet tam in prædiis propriis, quam alienis: Niſi in locis pro-
pinquis noſtræ reſidentiæ, quando in illis per nos ſeu venatores noſtros vena-
tionem fieri diſponemus. Cervos autem capi per omnes prohibemus à die*
1. *menſis Septemb. uſque ad diem* 1. *Maji menſis: Alio tempore ipſos*
24 *capi permittimus.* Choppin. *lib.* 1. *ad ll. And. cap.* 33. *n.* 10. Cur autem jus
venandi ſic circumſcripſerint Ordines ſunt rationes notiſſimæ. Nec
abrogatur propterea aut mutatur jus gentium. Tolli illud aut mutari
in totum non poteſt, ſed circumſcribi nihilominus & mutari pro parte,
ſi evidens id flagitaverit utilitas publica, ut & ſupra jam dictum eſt.
Grot. *lib.* 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 2. *n.* 5.
25 *Volucres.* Aves omnes ſunt feræ. Gallinæ tantum à regula excipiun-
tur & anſeres, §. 16 *Inſt. h. t.* De feris autem beſtiis quicquid jam dictum
eſt, idem etiam de avibus debet dictum intelligi. Quas cepiſti ſunt tuæ,
26 nec ubi eas ceperis, ut quæratur neceſſe eſt. Non enim hoc ſequitur:
Meæ ſunt arbores, ergo meæ ſunt aves, §. 14. *Inſt. h. t. l.* 5. §. 2. *ff. de acq.
rer. dom.* quemadmodum ſequitur: Mea eſt cavea, ergo meæ ſunt aves,
ut, Eſt meum vivarium, ergo meæ ſunt feræ. Nam idcirco nec aves,
quas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

quas ego jam cepi, & incluſi jam caveæ, mihi potes eripere, niſi iterum evolaverint: Si enim iterum evolaverint, fiunt iterum nullius, *h.* §. *& d.* §. 14. Cujac. *d. lib.* 4. *obſ. cap.* 2. Jus hodiernum quod attinet, inter aves diſtinguitur. Si minoris momenti ſint, cuilibet eas capere & aucupari conceſſum eſt, ſi nobiliores, non item, ut phaſiani, perdices, & ſiquæ ſunt ſimiles, in quibus illud obtinet, quod habet locum in feris. Grot. 2. *man.* §. 4. *Dan moet gelet worden.* Et quod dixi præterea, ſi aves evolaverint, fiunt iterum nullius, in falcone & accipitre apud Gallos non obtinet, ſed communi eorum uſu obſervatur contrarium. Joh. Fab. *ad ſeq.* §. *verb. in his.* Choppin. *ad ll. And lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 1. Nam & moribus Andium, quod omnino eſt ſingulare, Baroni tantum conceditur falco, ſi oberraverit, non cuivis occupanti, ut ibidem is aſſerit.

Piſces. Piſces omnes ſunt feri, & idcirco fiunt capientium, ubicun- 27
que ſunt capti. Quod enim legimus veteres habuiſſe mullos & mugiles, qui vocati accedebant ad manum magiſtri, non manſuetæ naturæ, ſed induſtriæ humanæ eſt argumentum, ni fallor. Martial. 4. *epigr.* 30.

Sacris piſcibus hæ natantur undæ
Qui norunt dominium, manumque lambunt
Illam, qua nihil eſt in orbe majus.
Quid quod nomen habent, & ad magiſtri
Vocem quiſque ſui venit citatus

Idem 10. *epigr.* 30.

Natat ad magiſtrum delicata muræna
Nomenculator mugilem citat notum,
Et adeſſe juſſi prodeunt ſenes mulli.

Non ergo ſunt tui, qui in tuo ſunt flumine, *l.* 3. §. *item feras ff. de acq.* 28
poſſ. ut tui ſunt omnes, qui in tua piſcina ſunt. Piſcari non licet nec in flumine, quod tuum eſt, nec in tua piſcina. Qui hoc fecit nihilominus, ſi in tua piſcina, is furtum committit. Si autem in tuo flumine, quod cepit, ipſius eſt. Tenetur tantum injuriarum, quod te invito id fecerit, *l.* 13. §. *ult. ff. de inj.* Grot. *d. loc.* §. *Maer Viſſchen.* Nam nec hodie illud ſequitur: Tuum eſt flumen, ergo tui ſunt piſces. Si enim ſequeretur 29
hoc, ego in tuo flumine piſcari non poſſem. Atqui hamo piſcari etiam in tuo flumine expreſſe permittitur edicto noſtrorum Ordinum *Ann.* 1629. 19. *Mart. opt ſtuck vant viſſchen en 't viſchgewant art.* 9. Sim. à Leuwen *Rooms-Holl. Regt lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 13. Contra in piſcina, quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

tui ſunt piſces, ſi id auſus ſim facere, extra ordinem puniendus incurro in pœnam XXV. florenorum. *Eod. edict. art.* 14.

TEXTUS

§. XIII. *Illud quæſitum eſt, an ſi fera beſtia ita vulnerata ſit, ut capi poſſit, ſtatim tua eſſe intelligatur. Et quibuſdam placuit ſtatim eſſe tuam: & euſque tuam videri donec eam perſequaris. quod ſi deſieris perſequi deſinere eſſe tuam, & rurſus fieri occupantis. Alii vero putaverunt non aliter tuam eße, quam ſi eam ceperis. Sed poſteriorem ſententiam nos confirmamus, quod multa accidere ſoleant, ut eam non capias.*

COMMENTARIUS.

UT fera fiat vulnerantis, apprehendi neceſſe eſt. Laqueo includere aut vulnerare non ſufficit, *h.* §. Occupatio eſt modus, quo rerum, quæ nullius ſunt, transfertur dominium. Occupatio eſt apprehenſio, non incluſio, aut vulneratio, *l.*3.*l.*5.§.1.*ff. de acq. rer. dom.* Grot.2. *man.*4.§. *Imant een wilt.* Sim.à Leuwen *cenſ. for. lib.* 2. *cap.*3.*n.* 8. Atque ita etiam cautum Hiſpanorum ſtatutis, ut teſtatur Gomez. *ad l. Taur.*45.*n.*46. Qamvis hactenus apud Gallos ſervetur contrarium, ut teſtatur Choppin. *ad ll. And.lib.*1. *cap.*32.*n.*6. & ſcribat etiam Chaſſaneus ad *conſ. Burg.* 13. §. 7. *gl.* 1. *n.*9. obtinere de conſuetudine dictum Trebatii in *d. l.* 5. §. 7.

TEXTUS

§. XIV. *Apium quoque fera natura eſt. Itaque apes, quæ in arbore tua conſederint, antequam à te alveo includantur, non magis tuæ intelliguntur eſſe quam volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint. ideoque ſi alius eas incluſerit, is earum dominus erit. Favos quoque ſiquos effecerint, eximere quilibet poteſt. Plane integra re, ſi prævideris ingredientem fundum tuum, poteris eum jure prohibere, ne ingrediatur. Examen quoque, quod ex alveo tuo evolaverit, euſque intelligitur eſſe tuum, donec in conſpectu tuo eſt, nec difficilis perſecutio ejus eſt, alioquin occupantis fit.*

COMMENTARIUS.

1. *An apes manſuetæ.*
2. *Apes jam captæ occupari non poſſunt.*

3. *Ad edictum noſtrorum Ordinum, inhoudende ordre waer nae de Byeluyden haer hebben te reguleren.*
4. *Quam longe diſcedendum condituro alvearium ab alterius alveariis, quæ jam ante ſunt condita.*
5. *An ruri liceat cuicunque columbarium extruere.*
6. *An poſſint columbæ trucidari propterea, quod quærant ſibi victum in prædiis alienis.*
7. *Quodnam optimum ſtercus.*
8. *An gallinæ ſi fecerint in alieno pauperiem, poſſint includi.*
9. *An occidi propterea.*
10. *De moribus Andium.*
11. *An apes, ſi evolaverint, liceat perſequi & in prædiis alienis.*

FEræ ſunt apes, licet Varro inter feras & manſuetas diſtinxe- 1
rit; loco enim duntaxat eas invicem ſeparat, non autem na-
tura, quam JCti vel inprimis inſpiciunt: *Eæ*, inquit 3. *de re*
ruſtic. 16. *differunt inter ſe, quæ feræ & cicures ſunt. Nunc*
feras dico, quæ in ſilveſtribus locis paſcitant, cicures, quæ in cultis. Non
eſt novum, ut animal ſimul & ferum ſit, & tamen domeſticum, nam &
canes ſunt feri, etiamſi domeſtici. Manſuefactio enim animal, quod eſt
ferum natura, non reddit manſuetum. Cum ergo feræ ſint apes, fiunt 2
ſtatim occupantium, nimirum ſi non alius eas prior jam occupaverit.
Nam id quod nullius eſt, ſimulac eſt occupatum, non eſt amplius nul-
lius, ſed ejus qui occupavit, & manet ejus, qui occupavit, quamdiu ipſius
non evaſit cuſtodiam, *l.* 8. §. 1. *ff. fam. erciſc.* Quintil. *declam.* 13. *Si*
omnia, quæ libera generantur, naturæ demus, definitis divites eſſe. Si vero
hæc conditio eſt, ut quicquid ex his animalibus in uſum homini ceſſit, pro-
prium ſit habentis: profecto quicquid jure poſſidetur, injuria aufertur,
ut volucres mites, & aliæ, quæ per ruſticas villas, quæque ditibus cellis
ſaginantur, in quibus tamen domini ambigua poſſeſſio eſt, & vaccæ, &
armenta, & omne pecudum genus. Idem *ibid.* *Age ſi mihi alvei furto*
abeſſent, utrum nulla daretur actio? An viminis modo viliſque texti
pretium formula taxaſſem, & perinde agerem, quaſi inanes perdidiſſem?
Niſi fallor, eſſet æſtimatio & apum. Si evaſerit, nullius eſt, & fit iterum
occupantis, *h.* §. 12. *Inſt. h. t. l.* 3. *pr.* & §. 2. *l.* 5 *pr. ff. de acq rer. dom.* Qua- 3
propter & apes fiunt ſtatim occupantium, ſi ita evolaverint, ut difficilis
ſit perſecutio. Statim autem ſic Ordines interpretati ſunt in edicto, quod
pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

prodiit de apiariis, vel ut Ordines *Byeluyden*, *Ann.* 1614. ſi examen, quod evolavit, jam horas viginti quatuor ſuum locum mutaverit, nec intra illud tempus ſit inquiſitum à domino. Expreſſe enim ſic dicit *art.* 9 *Dat niemant eenige ſwermen ſal mogen ſcheppen omme eygendom daer aen te pretenderen, binnen de lengte van hondert Roeden daer yemants Byenſtaen, ten ſy ſaeck datmen kan bewyſen datſe* XXIV. *uren gehangen heeft, ten ware de ſwerme by den eygenaer op de ſtaende voet ende continuelyck vervolcht werde. In welcken gevalle het den eygenaer vry ſal ſtaen d'ſelve te ſcheppen, daer hy die vinden ende crygen kan.* Quod ſancitum egregie, cum examen vix unquam tamdiu emaneat, ſed mane cum ad opus & ad paſtum exierit, finem laboris ſui ſole metiatur. Quintil. *ibid. Si hoc in cæteris non obſtat, vagari tu nolles apes, in opus exire, & ad cotidianum cenſum laboris aſſidui non detrectare militiam. An non ipſæ domum ſua ſponte revolant, finemque laboris ſui ſole metiuntur, & omnis intra ſolitas domos turba conditur, noctemque modeſto ſilentio trahunt.* Virgil. 4. *Georgic.*

Omnibus una quies operum, labor omnibus unus.
Mane ruunt portis. nuſquam mora. rurſus eaſdem
Veſper ubi è paſtu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt; tum corpora curant.

4 Ne autem vel emanendi, vel deſerendi alvearia iis detur occaſio, eodem edicto nominatim expreſſum, ut conditurus alvearia diſcedat ab alterius, quæ jam ante ſunt condita, centum decempedas, niſi is cujus intereſt, intra illud ſpatium collocare permiſerit. Cujus rei jam olim & Athenienſibus cura, ut teſtatur Plutarchus; trecentos enim pedes ab alterius alveariis, quæ jam erant inſtituta, diſcedendum condituro ex inſtituto Solonis. Plutarch. *in Solon. cap.* 39. Miſceri enim poſſent, & facilius confundi, ſi eſſent alvearia ſibi nimis contigua. Quæ, ni fallor, eſt ratio, non autem ne apes, ſi per prædia alterius vagentur, & oberrent, iis damni quid inferant. Quæſo enim apes quid damni inferrent? Quintil. *d. declam. Apes faciunt injuſſæ favos; ſine ullo rationis humanæ miniſterio totus fructus ultro venit. Adjice quod cetera animalia aut ſatis incurrunt, aut vitibus nocent: primaque, ut fama eſt, hoſtiæ cauſa pecudi fuit læſa fruges. Harum ita innoxius per prata ſylvaſque diſcurrit labor, ut*
5 *tantum factum opus appareat.* De columbis id verum eſt, quod ſatis incurrant, & idcirco nec columbarium licet ruri extruere, niſi villam habenti & duodecim jugera, ubi agri ſunt paſcui, plani, & humiles; ubi

autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

autem montani, viginti & quatuor. *Ordonn. opt ſtuck van de jacht Ann.* 1667. *art.* 11.

Apud Gallos iis in locis, ubi nihil eſt ſpecialiter ſtatutum de columbariis, licet extruere tot columbarum capacia, quot agros aut jugera habet in confinio, qui conatur extruere, nec cellas etiam in ſingulis poteſt plures efficere, quam, quod videtur notabile, pro numero columbarum, quæ poſſunt ex ejus prædiis alimenta percipere. Ita enim judicatum à Senatu Pariſiis *Ann.* 1549. 18. *Maji*, & *Ann.* 1565. 6. *Idus Decembr.* ut notavit Choppin. *lib.* 3. *de doman. Gall. tit.* 22. *n.* 6. *& ad ll. And. lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 4. Cum enim depaſcantur, quæcunque ſunt proxima, nimis 6
eſſent damnoſæ, ſi prædiis alienis tantum ſemper incumberent, licet tamen propterea, quod in iis vagentur, aut quærant ſibi victum, trucidari non poſſint, cum nec poſſint cohiberi, ut cohibentur quadrupedes, & damnum etiam, quod inferunt, compenſetur cum ſtercore, quod agris injiciunt, fœcundo & utiliſſimo, ut conſentiunt veteres. Varro *lib.* 1. *de re ruſtic. cap.* 38. *Stercus optimum ſcribit eſſe Caſſius volucrium, præter* 7
paluſtrium, ac nantium. De hiſce præſtare columbinum, quod ſit calidiſſimum, ac fermentare poſſit terram. Plin. *lib.* 17. *cap.* 9. Cato *de re ruſtic. cap.* 36. Choppin. *d. loc. n.* 7. Et idcirco notabile, quod expreſſe ſic Ordines *eod. edict. art.* 10. *Dat niemant van de Huysluyden, of andere, des winters op de ſneeuw, Duyven rontom hare bergen vliegende, beſchadigen, ofte vangen ſullen, met eenige inſtrumenten, hoe die genaemt mogen worden: Nochte oock dat ſy luyden geene ſlagen, ſtricken, knippen, of fuycken, om Duyven, of andere diergelycken te vangen, ten platten lande uyt ſullen mogen ſtellen, of in hare huyſen hebben, op pene van verval van deſelve, en dertich Caroli guldens voor de eerſte reyſe, ende de tweede reyſe, boven de voorſchreven boete noch arbitralyk geſtraft te worden.* Galli- 8
næ vel anſeres cohibentur facilius, & idcirco ſi fecerint in alieno pauperiem, poſſunt includi, ex edicto noſtrorum Ordinum *opt ſchutten van de beeſten art.* 3. quo diſceſſum eſt hactenus à jure Romanorum, *l.* 39. §. 1. *ff. ad leg. Aquil.* Grot. 8. *man.* 36. §. *Daerenboven.* Bartol. *ad l.* 9. §. 1. *ff. de damn. inf.* Bignon. *ad leg. Salic. tit.* 10. Dico poſſunt includi. Occidere, lædere, aut vulnerare non licet. Siquis hoc fecerit, ex lege Aquilia 9
delictum magiſtratus coërcet, §. 13. *Inſt. de leg. Aquil.* Lex Salica *tit.* 10. *pr. Siquis animal, aut caballum, aut quodlibet pecus in meſſe ſua invenerit, penitus eum lædere non debet. Quod ſi fecerit, & confeſſus fuerit, capitale in locum reſtituat, ipſum vero debile quod percuſſit, ad ſe recipiat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Choppin. *de doman. Gall. lib.*3. *tit.*22.*n.*5. Rebuff. *ad l. un. C. de venat*•
10 *fer.* Guid. Pap. *deciſ.* 218. Et idcirco notandum, ut aliquid ſingulare,
quod moribus Andium, ſi in ſuo quis deprehenderit gallinas aut anſe-
res, poſſit unum aut alterum ex iis configere. Choppin. *ad leg. And.*
*lib.*1. *cap.*11.*n.*3. Sed apes quod attinet, cum ſi ſint fugitivæ, conceſſa ſit
perſecutio, *h.* §. & id etiam Ordines nominatim permiſerint in edicto,
quod allegavi *art.*9.*verb. ten ware de ſwerme by den eygenaer op de ſtaen-*
11 *de voet ende continuelyck vervolcht werde*, quæri poſſet, an interim dum
earum ſit perſecutio, fundum etiam alterius, quo facilius poſſint recipi,
ſit intrandi licentia. Puto autem quod ita, ſi quis velit modo repromittere
damni infecti, *l. hoc amplius* 9. §. 1. *ff. de damn. inf.* aut quia eo caſu eſt in
mora periculum, ſi modo damnum, quod dedit, ingrediendo reſarciat,
nam & meum theſaurum, qui eſt in tuo fundo, te invito effodere, *l. the-*
ſaurus 15. *ff. ad exhib.* & meam glaudem, aut poma, ſi deciderint in
tuum agrum, etiamſi prohibueris, poſſum tamen colligere, *l. un. ff. de*
gland. leg. cur non ergo & apes, ſi paratus ſim ſolvere damni æſtimatio-
nem, quod ingreſſu eveniet? Nam ſi non ſim paratus, aut rem amiſſam
non perſequar, vi etiam arceri poſſum fundi introitu, *l.*3.§.9. *l. cum fun-*
dum 18. *pr. ff. de vi*, *l.* 16. *ff. de ſerv. præd. ruſtic.* *l.* 18. *ff. de in jus voc.*
Boër. *ad conſ. Bitur.* §.5. *tit. de conſuet. feud.* Choppin. *ad leg. And. lib.* 1.
cap. 13. *n.*3.

Favos quoque. Quintil. *decl.* 13. *Puta me vel inanis arboris trunco, vel cavis inventos petris, domum favos retuliſſe: multa nihilominus, quæ libera fuerant, tranſeunt in jus occupantium, ſicut venatio, & occupatio. Nam ut cætera animalia hominum cauſa finxerit providentia, quod omnibus naſcitur, induſtriæ præmium eſt.* Idem *ibid. Si non ſunt apes meæ, ne id quidem, quod his efficitur, meum eſt.*

TEXTUS

§. XV. *Pavonum quoque & columbarum fera natura eſt, nec ad rem pertinet, quod ex conſuetudine evolare & revolare ſolent. nam & apes idem faciunt, quarum conſtat feram eſſe naturam. Cervos quoque quidem ita manſuetos habent, ut in ſylvam ire & redire ſoleant: quorum & ipſorum feram eſſe naturam nemo negat. In iis autem animalibus, quæ ex conſuetudine abire & redire ſolent, talis regula comprobata eſt, ut eouſque tua eſſe intelligantur, donec animum revertendi habeant. nam ſi revertendi animum habere deſierint, etiam tua eſſe deſinunt, & fiunt occupan-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

cupantium. Revertendi autem animum videntur deſinere habere tunc, cum revertendi conſuetudinem deſeruerint.

COMMENTARIUS.

1. *Ad l. 37. ff. de furt. & l. 1. §. 6 ff. de poſtul.*
2. *Manſuefacta animalia an fiant capientium.*
3. *Quando deſeruiſſe revertendi conſuetudinem intelligantur columbæ.*

SI quæratur hic iterum, cur ergo inter columbas vulgo fiat diſtinctio, quod quædam ſint feræ, quædam autem manſuetæ, eſt in promtu reſponſio, quia quædam ſunt manſuefactæ, quas vocamus manſuetas, licet feræ ſint nihilominus, quia feram habent naturam, quam JCti vel inprimis conſiderant, ut & ſtatim jam dixi, *l. 5. §. 5. ff. de acq. rer. dom.* Et ita quod 1
dicitur de pavone manſueto in *l. 37. ff. de furt.* debet neceſſario de manſuefacto intelligi, ut cervos hic Imp. cum appellat manſuetos, non manſuetos ſimpliciter, ſed manſuefactos intelligit. Nam de eo non dubitatur, quin revera ſint feri. Et quid quæſo hic dubitamus, cum & leo manſuefactus appelletur manſuetus in *l. 1. §. 6. ff. de poſtul.* Fiunt autem 2
capientium manſuefacta non minus quam fera animalia, ſi nimirum nullius ſint, *d. l. 3 pr. ff. de acq. rer. dom.* Sed in eo eſt differentia. Fera ſi aufugerint, ut difficilis ſit perſecutio, fiunt iterum occupantium, manſuefacta non item. Cujus ſemel ſunt, manent, quamdiu adhuc revertendi conſuetudinem retinent, *h. §. d. l. 8. §. 1. ff. fam. erciſc. d. l. 5. §. 5. ff. de acq. rer. dom.* Si cœperunt omittere, fiunt iterum occupantium, quia ite- 3
rum nullius ſunt, ut columba, quæ ſolebat eodem die reverti, aut ſecundo, aut tertio, ne ſexto quidem rediit, redeundi jam animum depoſuiſſe videtur. Conjecturis utendum hic, & idcirco relinquendum aliquid arbitrio judicis. Mynſ. Schneid. & Theoph. *h.*

TEXTUS

§. XVI. *Gallinarum autem & anſerum non eſt fera natura: idque ex eo poſſumus intelligere, quod aliæ ſunt gallinæ, quas feras vocamus: item alii ſunt anſeres, quos feros appellamus. Ideoque ſi anſeres tui, aut gallinæ tuæ aliquo modo turbati turbatæve evolaverint, licet conſpectum tuum effugerint, quocunque tamen loco ſint, tui tuæve eſſe intelliguntur: & qui lucrandi animo ea animalia detinet, furtum committere intelligitur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

COMMENTARIUS.

1. *Manſueta animalia an fiant occupantium.*
2. *An fiat etiam rei minimæ furtum.*

1 QUæ manſuetæ ſunt beſtiæ, ſemper in caſu dubio præſumuntur alicujus, & ideo in caſu dubio non fiunt capientium, etiamſi aufugerint, aut etiamſi ſic evolaverint, ut difficilis ſit perſecutio. Committitur furtum, ſiquis eas animo lucrandi detineat, etiamſi ignoraverit, cujus ſint beſtiæ, *h.* §. *l.*43.
2 §.4. *ff.de furt.* Nec refert, utrum majoris, an minoris ſint pretii: nam & ovi fit furtum, & cujuſvis rei minimæ, & non furtum tantummodo, verum etiam rapina, *h.* §. *d.l.*5. §.6. *l.*37. *ff.de furt.pr. Inſt. de vi bon.rapt. l.*21. *pr.l.ult.ff.de furt.l.*3.§.2.*ff.de bon.eor.qu.ant.ſent.* Cujac.*in l.*9.*ff. de dol.&* 19.*obſ.*12.*in fin.*Baro *h.* Vellej. Paterc. *lib.* 2. *hiſt. cap.*18. *Cato conſularis, M.Catonis nepos, Africani ſororis filius, repetundarum ex Macedonia damnatus eſt; cum lis ejus quatuor millibus æſtimaretur.adeo illi viri magis voluntatem peccandi intuebantur quam modum: factaque ad conſilium dirigebant, & quid non in quantum admiſſum foret, æſtimabant.* Vulgo autem quod dicitur, Prætor non curat minima, in reſtitutionibus in integrum verum eſt, *l.*4.*ff.de reſtit.in integ.l.*9.*in fin.& l.*10. *ff. de dol.* quia reſcindit id reſtitutio in integrum, quod ſummo jure ſubſiſtit, nec eſt,quod ſubſiſtit, reſcindendum tam facile; ſed furtum & rapina nullo jure ſubſiſtunt, *l.*42.*ff.de V.S.* Sane ſi generaliter illud dictum intelligas, erit falſiſſimum, *l.*22.*in fin. pr.ff. de damn.inf. l.* 3. *C. de diſtr. pign.l.*6.*ff.de bon.libert.l.* 1.§.10.*ff.de conj. cum emanc. lib. ej. l.* 13.*ff.ut in poſſeſſ. leg. Nov.* 62.*cap.*1. Cicer.*pr. Cæcin. Majores noſtri tanta diligentia prudentiaque fuerunt, ut omnia omnium, non modo tantarum rerum, ſed etiam tenuiſſimarum jura ſtatuerint, perſecutique ſint.*

TEXTUS

§. XVII. *Item ea, quæ ex hoſtibus capimus, jure gentium ſtatim noſtra fiunt: adeo quidem, ut & liberi homines in ſervitutem noſtram deducantur. qui tamen ſi evaſerint noſtram poteſtatem, & ad ſuos reverſi fuerint, priſtinum ſtatum recipiunt.*

COMMENTARIUS.

1. *An omnia indiſtincte, quæ capiuntur ex hoſtibus, fiant ſtatim capientium.*

2. *Ex-*

2. *Explicantur l. pen. ff. ad l. Iul. pecul. & l. 31. ff. de jur. fiſc.*
3. *Quid juris ſit hodie.*

Quæ capiuntur ex hoſtibus, fiunt ſtatim capientium, nimirum mobilia: immobilia enim omnia rediguntur in fiſcum, *l. ſi captivus 20. §. 1. ff. de capt. & poſtl. rev.* exceptis, quæ revertuntur ad priſtinum dominum, & habent jus poſtliminii, *d. l. 20.* nam nec omnia mobilia indiſtincte fiunt capientium. Quædam reſtituenda ſunt veteribus dominis, *l. 2. pr. l. 19. pr. ff. de capt. & poſtl. rev.* Quædam fiunt capientium, *h. §.* Quædam vero, ſi præda ſit nimis magna, ſunt fiſci, *l. pen. ff. ad l. Iul. pec. l. Divus 31. ff. de jur. fiſc.* Herodian. de Perſis *lib. 6. hiſt.* Διαλυθέντος δὲ τοῦ πολέμου ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια ἐπανέρχεται τοσοῦτον ἀποκερδήσας, ὅσα ἂν ἐξ ἁρπαγῆς αὐτῷ περιγένηται. Polyb. *lib. 10. hiſt.* Διὰ τὸ παρὰ τοῖς πλείστοις πᾶν τὸ ληφθὲν εἶναι τοῦ κυριεύσαντος. Georg. Pachymer. 3. *hiſt.* 16. Εὖ γὰρ καὶ λελέχθαι, ὡς οὐδὲν οὐδενὸς πλὴν τοῦ σπουδάζοντος κατὰ πόλεμον, *Veriſſime dictum nihil cujuſquam meliori jure proprium cenſeri, quam quod quiſque periclitans manu ſibi ac Marte quæſierit.* Quia autem regulariter non eſt præda tam ingens in excurſionibus capta, idcirco etiam regulariter illa præda fit capientium; ſed urbe vi capta, aut devicto exercitu, præda ſolet omnis conferri in medium, ut pro parte ſit fiſci, pro parte vero militum, aut Ducis exercitus, prout Duci placuerit. Aſcon. *in Verr. de præt. urb. Manubiæ autem ſunt præda Imperatoris pro portione de hoſtibus capta.* Nec ſemper illud ipſum, quod erat captum eo caſu, ſolebant vel dividere, vel in fiſcum redigere. Interdum ſolebant id præconi ſubjicere, ut Quæſtores acceptam ex venditione pecuniam in ærarium referrent, nummis exceptis, quos accipiebat exercitus. Plaut. *Captiv. prol.*

Emit hoſce de præda ambos de Quæſtoribus.

Idem *Captiv. act. 1. ſc. 2.*

Advorte animum ſis tu: iſtos captivos duos,
Here quos emi de præda, de Quæſtoribus.

Polyb. *d. lib. 10. hiſt.* Πάντες οἱ πρὸς τὴν ἁρπαγὴν, ἀπομερισθέντες τὰς ὠφελείας ἕκαστοι τοῖς ἑαυτῶν στρατοπέδοις. κἄπειτα πραθέντων τούτων οἱ χιλίαρχοι διανέμουσι πᾶσιν ἴσον, οὐ μόνον τοῖς μείνασιν ἐν ταῖς ἐφεδρείαις, ἀλλὰ καὶ τὰς σκηνὰς φυλάττουσι, τοῖς τε ἀρρωστοῦσι, καὶ τοῖς ἐπί τινα λειτουργίαν ἀπεσταλμένοις. Idem *ibid.* Μετὰ ταῦτα παρεδίδου

ρεδίδου τοῖς ταμίαις τὰ χρήματα, ὅσα δημόσια κατελήφθη καρχηδο-
νίων. Nec ignoro interdum prædam univerſam conceſſam exercitui ad
excitandum ardorem & militarem audaciam. Xenoph. *lib. 7. in fin.
de inſtit. Cyr.* Νόμος ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιος ἐστιν ὅταν πολεμούν-
των πόλεις ἁλῶνται, τῶν ἁλόντων εἶναι καὶ τὰ σώματα ἐν τῇ πόλει καὶ
τὰ χρήματα. Liv. *lib. 4 cap. 59. Qui ubi venerunt, oppidum vetere
fortuna opulentum tres exercitus diripuere, eaque primum benignitas
Impp. plebem Patribus conciliavit.* Idem *lib. 6. cap. 2. Fuſis hoſtibus cæ-
ſiſque quum caſtra impetu cepiſſet dictator, prædam militi dedit, quo mi-
nus ſperatam à minime largitore duce, eo militi gratiorem.* Amurathes
apud Ducam *hiſt. cap. 29.* Ἰδοὺ δίδωμι πάντα τὰ ἐν πόλει ταύτῃ ὑμῖν,
ἄνδρας, γυναῖκας, παιδία, ἄργυρον, χρυσὸν, μόνον τὴν πόλιν ἐμοὶ
ἄφετε. Idem *cap. hiſt. 39.* Ἐδήλωσε τὴν ἡμέραν τοῦ πολέμου, ὀμώσας
ὡς οὐκ ἔτ' ἄλλο χρήζει κέρδος, πλὴν τὰς οἰκοδομὰς, καὶ τὰ τείχη
τῆς πόλεως, τὸν δ' ἄλλον ἅπαντα θησαυρὸν, καὶ αἰχμαλωσίαν ἔσωσαν
ὑμῶν κέρδη. Sed fiebat id rarius. Accuſatus enim eo nomine Servilius
Priſcus, quod nihil ex præda retuliſſet in fiſcum, devicto ingenti Vol-
ſcorum exercitu. Dionyſ.Halic. *lib.2. hiſt. cap.4.* Scio interdum etiam,
aut nihil, aut parum admodum conceſſum militibus. Liv. *lib. 5. cap.19.
Ingentique præda eſt potitus: cujus pars maxima ad quæſtorem redacta
eſt: haud ita multum militi datum.* Idem *lib.2.cap.42. Quicquid captum
ex hoſtibus eſt, vendidit Fabius conſul, ac redegit in publicum.* Idem
*lib.3.cap.31. Præda parta ingens. Eam propter inopiam ærarii Conſules
vendiderunt.* Idem *lib.5.cap. 53. Venditum ſub haſta conſul in ærarium
redigere quæſtores juſſit, tum prædicans participem fore prædæ exerci-*
2 *tum, cum militiam non abnuiſſet.* Et idcirco non mirum, quod pecula-
tum committat, ſiquis prædam jam coactam in fiſcum ſurripiat, aut
nondum quidem coactam, ſed cogendam nihilominus, *l.pen. ff.ad l.Iul.
pec.* Nec mirum, quod dicit *l.31. ff.de jur. fiſc.* quod, ut homines capti,
ſic & bona eorum redigantur in fiſcum. Semper enim ſequitur rem
principalem acceſſio *l. 19. §. 13. ff. de aur. & arg. leg.* P. Fab. 2. *Semeſt.
cap.3.* Goedd. *ad l.3.§.1.n.14.ff.de V.S.* Bachov. *ad Treutl.vol.2 diſp.
10.th.2.lit. D.* Mornac. *ad l.28.ff.de capt. & poſtl.rev.* Grot.3. *de jur.
bell. & pac. cap. 6.* Et hæc quidem, ni fallor, ſic ſervantur & hodie.
3 Vinn. *h.* Grot. *de jur. bell. & pac. lib.3. cap.6.* Sim. à Leuwen *Rooms-
Holl.Recht lib.2.cap.3.n.10.& cenſ.for. lib. 2. cap. 3. n.5.* Sed illud eſt
ſingulare, quod bello indicto ſiquis ſumtu privato & navem inſtruxe-
rit,

rit, & hoſtilem oppreſſerit, Archithalaſſo, ejus quod captum eſt, ſolvenda ſit decima, quinta Reipublicæ. Grot. 3. *de jur. bell. & pac. cap.* 6. Auctor *de ſtat. fœd. Belg. cap.* 3. Et quantum ad naves, poſtliminio revertuntur non minus quam olim, ita tamen ut, ex hoſtibus ſiquis eas receperit, ſolvatur aliquod honorarium, nimirum æſtimatio earum partis octavæ, ſi poſſit probari, quod horas viginti quatuor apud hoſtes non fuerint. Et cum anno hujus ſeculi trigeſimo circiter cepiſſet navem noſtratium Dunkercanus pirata, Dunkercanum autem elapſo vix quatuor horarum ſpatio navis expugnaſſet noſtrorum Ordinum bellica, quæſitum an merces, & inſtrumenta navalia, quæ prædo interim ex nave capta in ſuam tranſtulerat, veteri etiam domino oporteret reſtitui, ſi paratus eſſet ſolvere æſtimationem eorum partis octavæ. Et judicatum quod ita. Aitzem. *lib.* 10. *hiſt.* Vid. *eund. lib.* 6. *hiſt. p.* 581. *in fol.*

Adeo ut & liberi homines. Quintil. *declam.* 13. *Quid autem non liberum natura genuit? Taceo de ſervis, quos bellorum iniquitas in prædam victoribus dedit, iiſdem legibus, eadem fortuna, eadem neceſſitate natos.*

TEXTUS

§. XVIII. *Item lapilli, & gemmæ, & cætera, quæ in littore maris inveniuntur, jure naturali ſtatim inventoris ſiunt.*

COMMENTARIUS.

1. *Quicquid invenitur, an inventoris ſit ex jure gentium.*
2. *Deciſio illuſtris.*
3. *Gemma & lapillus an inter ſe differant.*
4. *Quid margarita.*

NOn quicquid invenitur, inventori conceditur, ſed quicquid eſt nullius, aut nullius eſſe præſumitur, ut præſumi ſolet de iis, quæ inveniuntur in littore, lapillis & gemmis, *h.* §. *l.* 3. *ff. de rer. div.* Dico *in littore*, nam præſumitur alicujus, quod invenitur in via publica, & idcirco ſi inventor id, ut lucretur, detineat, furtum committit, ſive ſcit, cujus ſit, ſive id ipſum ignoret, *l.* 43. §. 4. *ff. de furt.* Hieronym. *in Levit. Multi ſine peccato putant eſſe, ſi alienum, quod invenerint, teneant, & dicunt: Deus mihi dedit. Cui habeo reddere? Diſcant hoc peccatum ſimile eſſe rapinæ, ſiquis inventa non reddat.* 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

reddat. Auguſtin. *ſerm.* 19. *Siquid inveniſti, & non reddidiſti, rapuiſti.* Beliſarius apud Procop. *Gotthic.* 2. Οἶμαι δ' ἔγωγε τόν τε βιασάμενον, καὶ ὃς ἂν τὰ τοῦ πέλας ἑκουσίως μὴ ἀποδῷ, τὸν αὐτὸν ἐκὼν γε εἶναι, *Et ego quidem exiſtimo, pari loco eſſe res alienas ſponte retinentem & non reddentem cum raptore.* Quare debet vel publice libellum affigere, vel denunciare præconi, ut proclamet per urbem hoc aut illud inventum, qui invenit id redditurum, ſiquis ſe rei dominum poſſit oſtendere, *d.l.*43.§.8. Grot.2.*de jur.bell.& pac.cap.*10.*pr.* Quod & erit faciendum, ſi aliunde conſtiterit, quod alicujus ſint gemmæ, quæ inveniuntur in littore. Quod nullius eſt, fit occupantis, quod alicujus non
2 item, *l.* 3.*pr. l.* 5. §. 6. *ff. de acq. rer. dom.* Jus hodiernum quod attinet fiſci ſunt ἀδέσποτα, quæ inveniuntur in littore. Inventoris non fiunt, etiamſi nullius ſint. Grot. 2. *man.*4. §. *wat belangt.* Sed in Gallia ad eum, cujus eſt territorium, regulariter pertinent, ut ſcribit *An.*1606. judicatum Mornacius, pretioſa quadam maſſa electri leucophæi in littus ejecta, quod appellatur Bajonium. Inter inventorem & Ducem Eſpernonium agitata quæſtione, cujus eſſet hæc maſſa, Duci eſt adjudicata poſt litem acerrimam, cum probaſſet poſſeſſionem longiſſime temporis, quo majores vindicaverant res ejectas in littus. Mornac. *ad l.* 3. *ff. de rer. div.* Inventori alioquin fuiſſet adjudicata, ſi defeciſſet probatio, ex ſententia interpretum. Morn. *d.loc.* Ioh. Fab. *ad* §. *ult. Inſt. de rer.div.* Choppin.2. *de privil.ruſt.part.*1.*cap.*5.*in fin.*

3 *Gemmæ.* Multum inter ſe differunt lapillus & gemma. Gemma quidem lapillus eſt, ſed lapillus pellucidus, lapillus non item, *l. cum aurum* 19. §. *gemmæ* 17. *ff. de aur. & arg. leg.* Alciat. 4. *de V. S. apol. in Vall.*
4 Diſſ. Laur. Vall. 6. *eleg.ult.* Margarita vero proprie eſt nec lapillus, nec gemma, ſed liquor quidam admirabilis, qui conchis innaſcitur, & ſenſim induratur in ſpeciem lapilli, *l.* 19. §. 18. *ff. de aur. & arg. leg.* Salmaſ. *in Solin. p.* 1114.

TEXTUS

§. XIX. *Item ea, quæ ex animalibus dominio tuo ſubjectis nata ſunt, eodem jure tibi acquiruntur.*

COMMENTARIUS.

1. *Acceſſio quid.*
2. *Acceſſio quotuplex.*

3. *Partus ſequitur ventrem.*
4. *Grotius refutatur.*

ACceſſionis exemplum hic Imp. proponit. Acceſſio eſt modus acquirendi ex jure gentium, quo nobis acquiruntur, quæ rei noſtræ accedunt, vel ex ea naſcuntur, *h.§.l.19.§.13. ff.de aur.& arg. leg.* Naturalis eſt acceſſio, de qua Imp. hic agit: nam acceſſio eſt duplex, naturalis nimirum, ut alluvio, fœtura; & artificialis, quam homo ad rem efficit, ut plantatio, ædificatio, ſcriptura, pictura. Cujus eſt animal, ejus eſt id, quod ex eodem prognaſcitur, *h.§.* Cujus eſt equa, ejus eſt fœtus, nullo facto diſcrimine, ex cujus equo conceperit, *l.2.§.2.ff.de rei vind.* Cujus ancilla eſt, ejus partus ancillæ eſt, quicunque eam tandem prægnantem effecerit, *l.7. C.eod.* Partus enim ventrem, ut vulgo ſolet dici, & rem principalem acceſſio ſequitur, *d.l.7.d.l.18.§.13.* Quintil. *declam.* 13. *Si non ſunt apes meæ, ne id quidem, quod his efficitur, meum eſt. Atqui nulla unquam inveniri potuit impudentia, quæ fructus mellis in dubium vocaret. Hoc ergo fieri poteſt, ut, quod naſcitur, meum ſit, quod generat alienum*: Mornac. *ad l.25.ff. de uſur.* Et hæc quidem hac de re eſt Juſtiniani ſententia. Sed, ſi pater ſit certus, juri naturali exiſtimat convenientius vir incomparabilis Grotius *lib.2.de jur. bell. & pac. cap.8.n.18.* ut partus communis ſit. Non recte, ni fallor, nam ſequeretur hinc etiam, ſi meum tuæ arbori inſeruerim ſurculum, poma eſſe communia, & forte ſi fecerim in tuo fundo ſementem, meſſem eſſe communem, quod omnino abſurdum.

1 (Acceſſionis exemplum…) · 2 (Naturalis eſt acceſſio…) · 3 (Cujus ancilla eſt…) · 4 (Sed, ſi pater…)

TEXTUS

§. XX. *Præterea quod per alluvionem agro tuo flumen adjecit, jure gentium tibi acquiritur. Eſt autem alluvio incrementum latens. Per alluvionem autem id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligi non poſſit, quantum quoquo temporis momento adjiciatur.*

COMMENTARIUS.

1. *Quinam agri limitati.*
2. *Cur agri limitati jus alluvionis non habeant.*
3. *An nunquam id habeant.*
4. *Diſputatur latiſſime, an etiam in Hollandia jus alluvionis obtineat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

5. *Examinatur ſententia & opinio Grotii.*
6. *Solo non uſu lex tolli non poteſt.*
7. *Groenewegen refutatur.*
8. *Refutantur etiam in conſiliis Advocati Hollandi.*
9. *Cujus juris ſunt prædia, ejus juris eſt etiam, quod illis adjicitur.*
10. *An in flumine privato, in lacu, in ſtagno jus alluvionis obtineat.*
11. *Si via publica intercedat inter flumen & prædia, quid juris ſit quæritur.*
12. *Via fundi an portio.*
13. *An terram liceat detrahere ad refectionem aggeris de illis terris aut prædiis, quæ vicina ſunt flumini.*
14. *Quod agro alicujus eſt adjectum à flumine, ſi paulatim etiam excurrat præter agrum alterius, ejus tamen eſt univerſum, cujus agro adjectum eſt.*
15. *Edictum Ordinum Gelriæ.*
16. *Quæ naturalis alluvio.*
17. *Quæ artificialis.*
18. *Juris alluvionis quæ hodie definitio.*
19. *Quouſque poſſint extrui crates in flumine.*
20. *Quando in eo extrui crates non poſſint.*
21. *Senatus Gelriæ deciſio illuſtris.*
22. *Quando qui utrinque prædiorum ſunt domini, cogantur crates extruere.*
23. *Quid juris eo caſu ſi non poßint, aut nolint.*
24. *Quid, ſi ſuis impenſis eas pagus extruxerit.*
25. *Schoordycken unde.*
26. *Schoordycken, Lantdycken.*
27. *Cum petitur terra ad refectionem aggeris ex prædiis vicinorum, quæ objecta ſunt flumini, quem modum & ordinem ſervari oporteat.*
28. *Si ex prædio, quod habet Titius extra aggerem publicum, ſine aggeris detrimento terra peti non poßit, an poßit peti ex prædio, quod eſt ipſi vicinius.*
29. *An intra eum aggerem poßit peti interdum.*
30. *Pactis privatorum non mutatur jus publicum.*

QUicquid agris vi fluminis ſic paulatim adjicitur, ut non poſſit intelligi, quantum ſingulis momentis aut horis adjectum ſit, ſtatim ſit

ſit ejus, qui agrorum eſt dominus, niſi agri limitati ſint, *h.§.l.7.§.1.l.16.*
ff. de acq. rer. dom. l. 1. C. de alluv. Sim. à Leuwen *Rooms-Holl. Recht* 1
lib.2. cap.4. n.2. Limitati dicuntur,non qui certis ſimpliciter ſunt diſtin-
cti limitibus, ita enim hodie pauciſſimis jus alluvionis & accreſcendi
competeret, cum vendantur regulariter circumſcripti limitibus, ut ſem-
per certus ſit emptor de quantitate, quæ venditur; ſed illi qui ad certam,
& definitam menſuram, & fines etiam definitos privatis ob bene merita
aſſignantur à populo, *d. l.16.* Hi proprie limitati ſunt, & quod hi jus al- 2
luvionis & accreſcendi non habeant, id idcirco ſic placuit, ne alioquin
tabulis, in quas agri quantitatem, & modum, quem aſſignaverant, refe-
rebant tum temporis, *l. 8. ff. ad l. Jul. pec.* propter alluvionem mutatis
ſæpiſſime, non poſſet ſciri in poſterum, quid & quantum eſſet ſingulis
ab initio conceſſum. Aym. *lib. 1. de alluv. cap. 17. n. 41.* Cujac. *h.*
& lib. 2. obſ. cap. 9. Duaren. *de acq. rer. dom. cap. 11.* Nec tamen ſem-
per id ſequitur: Ager eſt limitatus, ergo ejus domino jus alluvionis non 3
competit. Quid ſi enim agrum aſſignaverit populus, eo jure quo occu-
paverat, & ad flumen uſque ſimpliciter? Jus alluvionis eſt ſine dubio,
ut ante aliquot ſecula dicit in Hollandia judicatum vir ingens & infinitæ
lectionis Grot. *lib. 2. de jur. bell. & pac. cap. 8. n. 12.* de agris, qui erant
ſiti ad Moſam & Iſalam. Groenew. *ad Grot. 2. man. 9. §. Dat is ſeker.* Hi 4
autem qui ſiti ſunt ad Moſam & Iſalam, cum ſiti ſint etiam in Auſtrali
Hollandia, ſatis mirari & divinare non poſſum, cur idem ſic ſcripſerit 2.
man. 9. in fin. In Zuyt-Hollant en vintmen niet dat yemant van outs
hem vermeten heeft regt van aenwas te hebben, uytgeſondert die wilden
ſeggen haer ſulcks by de Graven gegunt te ſijn: Overſulcks hebben oock
de oude eygenaers van de verdroncken gronden altyt geſeyt geen wille te
hebben van meerder te beſitten, als haer oude margen-talen. Præſertim
cum paulo ante ſcripſiſſet, ut ſequitur: *Tot voordeel van de Ingelanden*
aen de Maeskant ende Yſſelkant is in oude tyden verſtaen, dat ſy mochten
behouden de aenwaſſen buyten dycks aengeworpen voor hare landen.
Item: *Aengaende de Eylanden, is in de Landen van Putten een out ge-*
bruyck, dat die 't recht van aenwas heeft, oock recht heeft tot een pla-
te, die 't Landt ſoo nae komt, dat hy die van ſijn Landt gaende te voet
met ſijn ſwaert kan bereycken. Scio vir doctiſſimus dubitavit paulo 5
ante, an etiam in Hollandia haberet locum alluvio, & quantum ad Bo-
realem attinet, ſic ſcrupulum eximit, ut videatur certiſſimum. *In Weſt-*
Vrieſlant, inquit, *ſchynt dit noch vaſter te gaen, om dat ſulcks is het oude*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

recht der Vrieſen, ende de Graef van Hollant handelende met de Weſt-Vrieſen vele gerechticheden ſeer ſorchvuldelyck heeft bedongen, ſonder van aenwaſſen vermaen te maken. Auſtralem autem quod attinet ratio dubitandi non videtur idonea: Nemo ibi jus alluvionis ſibi unquam aſſeruit, ergo & jus alluvionis ibi locum non obtinet. Patet enim contrarium, ex eo, quod ibi dicit de agrorum poſſeſſoribus ad Moſam & Iſalam, & ponamus, quod nemo id ſibi unquam aſſeruit, quid inde jam ſequitur? An ceſſat jus gentium, cum mihi non vindico, quod eſt meum
6 ex jure gentium? Quæ quæſo eſt conſequentia? Solo non uſu lex tolli non poteſt, ut Doctores conſentiunt. Molin. *ad conſ. Pariſ. tit.* 1. §. 1. *gloſs.* 4. Sichard. *in l.* 5. *C. de jurisd. n.* 3. Cyn. *in l.* 2. *C. Qu. ſit. long. conſ.* Choppin 2. *de morib. Pariſ. cap.* 8 *pr.* Exemplum eſt apud Livium *lib. hiſt.* 27. *cap.* 8. quod omnino notabile. Et ſi de privatis hoc ubique non conſtet, an ſatis jam conſtat, quod olim aut Ordines, aut Comes Hollandiæ ſibi illud jus nominatim adſcripſerint? Aut ſi conſtet hoc ſatis, quæſo ergo probetur, & citetur aut edictum, aut Ordinum conſtitutio. Sed quod de eo non conſtet, ſatis innuit Grotius, cum ibidem ſic ait: *In Hollant ende West-Vrieſlant wert van wegen de Graeffelickheyt geſeyt, dat de aenwaſſen als gevolgh van de wateren de Graeffelickheyt toekomen. Anderen ontkennen ſulcks, ende deſen aengaende wat voor recht moet werden gehouden, is met de verſcheydenheyt van gewoonten ende geweſen vonniſſen vry onſeker.*

7 Groenewegen nihilominus hic *in not.* exiſtimat, neceſſario ſequi, ut moribus hodiernis alluviones ſint principis, cum flumina publica hodie Principis ſint adſcripta dominio, & cenſeantur regalia. *At*, inquit, *cum hodie flumina publica principis dominio adſcripta & regalia ſint, neceſſarium conſequens eſt, moribus hodiernis alluviones, cæteraque incrementa in fluminibus nata ad principem pertinere.* Conſequentia profecto omnino miſerabilis, & impingens etiam præterea in ipſa principia. Quæſo enim, ſi placet, an non flumina publica etiam apud Romanos fuerunt regalia? An non populi propria, & adſcripta dominio? Quid quæſo enim publicum, niſi populi proprium, *l.* 14. *pr. ff. de acq. rer. dom?* Sed an inde jam fuit hoc neceſſarium conſequens? Si flumina publica ſint populi propria, ergo etiam alluvio? Quid quæſo alluvioni cum flumine publico? An decedit de flumine cum agris accedit? An minus ſit flumen, aut imminuuntur regalia? Quis quæſo hoc dixerit? Terra eſt ſine dubio, quod agris accedit. An flumen eſt terra? Currit ſuper ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ra, quæ eſt alveus fluminis, ex quo ſiquid agris ſit adjectum paulatim,
ſolet rem principalem ut acceſſio ſequi, ſecundum jus gentium, præſer-
tim cum poſſit & de terris, quibus alibi quid adjecit, detrahere, & ſequan-
tur eum commoda, quem ſequuntur incommoda, *l. 10. ff. de reg. jur.*
Verum his non obſtantibus Groenewegen aſſentiuntur etiam Advocati 8
Hollandi, in Batavorum conſiliis *part. 2. conſ. 26.* ſed ratione, quam, ni
fallor, deſumpſerunt ex Grotio. *Inprimis*, ajunt, *ſciendum eſt, jus com-
mune, ut quod per alluvionem adjicitur alicujus agro, ei acquiratur, jux-
ta l. adeo 7. §. præterea ff. de acq. rer. dom. in Hollandia plerumque locum
non habere. Pauciſſimis etenim in locis incrementum illud latens, & pau-
latim obveniens, a dominis vicinorum prædiorum uſurpatum invenitur,
qui eo caſu ſe tuentur longiſſimi temporis præſcriptione.* Quod autem mi-
rabile. Conſulti de eo, quod eſt agris feudalibus adjectum à flumine,
utrum allodium, an feudi ſit portio, loquuntur, ut ſequitur: *Is ſonder
diſpute, ende geheel ſeker, dat als de gorſſen, ſlycken ende gronden, uyt'er
Zee ende Rivieren opgeworpen, ende aengewaſſen, bedyckt worden, dat de
ſelfde nieuw bedyckte landen geen leen maer vry allodiael goet is. Ende
als't recht van aenwaſſen ofte alluvie, by eenige Heeren te leen gehouden
wort, ſoo is 't gemeen verſtant dat de nieuwe aengewaßen, ende bedyckte
landen mede vry allodiael goet ſijn, Quia iſte verus fructus eſt juris allu-
vionis.* Ajunt in Hollandia quod ceſſet alluvio, & tamen etiam fructum
ejus juris agnoſcunt, quod omnino ineptum. Si enim ceſſet alluvio, quî
quæſo alluvionis poteſt fructus exiſtere? Non entis nullę ſunt qualita-
tes, ut ſcimus, & tollitur acceſſorium principali ſublato, *l. 178. ff. de reg.
jur.* Contra erat dicendum, meo quidem judicio; Cujus juris eſt fun-
dus, ejus juris eſt etiam, quod illi fundo adjicitur, *h. §. l. cum aurum 19.* 9
§. 13. ff. de aur. & arg. leg. ut ſi is ſit feudalis, feudale ſit etiam, quod eſt
ipſi adjectum, licet dicas, quod id ipſum, quod eſt ipſi adjectum, obte-
ctum ſit aggere. Nemo enim exiſtimet, quod fundi natura immutetur
per aggerem, ut illi ſcripſerunt. *Want hoewel dat'et ſoo lange leengoet is,
als 't noch met'et water gemeen leyt, de dagelyckſche, ten minſten de hooge
vloeden onderworpen ſijnde, ende in der daet dagelycks noch aenwaſſende:
als nochtans 't ſelve lant, met de dycken daer om geleyt, den dagelyckſchen
aenwaſch ontrocken is, ſoo mach het te recht geleken worden by vruchten
ofte boomen, die van eenigh leengoet geſepareert, ende by den Vaſſal geno-
ten worden, d'welcke notoire niet langer leengoet en ſijn, dan ſoo lange
alſſe aen 't leengoet vaſt ende annex ſijn, & partem fundi faciunt. 't Welc-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2


ke in de voorſchreven bedyckte landen mede plaets heeft, nue vant recht van alluvie geſepareert ſijnde. &c. Quæ quæſo hæc comparatio fundi cum arbore, aut fundi cum fructibus, piris, aut prunis? An ut poma ſeparantur, & convehuntur in horreum, ſic & fundus ſimiliter? Miſerum Juſtinianum, qui neſcivit hunc modum transferendi, mutandi, aut alienandi dominium? Si agger extruatur ad arcendam vim fluminis, non eſt amplius meum, aut pars mei fundi, quod erat meum ex jure gentium. Profecto egregie. Si fiat agger, eſt modus, quo transfertur dominium. Non habet locum, & ceſſat jus alluvionis in Hollandia, & tamen verus hic fructus eſt ejus juris in Hollandia, quod allodialia efficiantur, quæ erant feudalia, ſi obtecta ſint aggere. Ubi quæſo habetur hoc? Quæ ratio, quæ lex, quod edictum hoc docuit? Non ſufficit dicere, eſt probandum quod dicitur. Sed multa ejuſmodi in conſiliis occurrunt. Quæ dicuntur ſæpiſſime non probantur idcirco, quia etiam revera probari non poſſunt. Dicendum eſt aliquid, ut ſatisfiat clientibus. Bene utrum an male, hoc nummi non curant; quamvis, ut fatear, non ſoli ſint nummi. Principiorum ignorantia nonnunquam in cauſa eſt.

Sed redeamus in viam. De agris limitatis quid dicendum jam dixi. Agri autem non limitati ut habeant jus alluvionis, requiritur, ut vicini
10 ſint flumini publico. Dico *flumini publico*. In privato enim flumine, in lacu, in ſtagno jus alluvionis non obtinet, & ſtagnum etiam quod attinet, id omnino veriſſimum, etiamſi propoſueris, quod ſtagnum ſit publicum, *l.* 1. §. 2. *&* 3. *l.*2. *ff. de flum. l.*24. §. *ult. ff. de aq. & aq. pluv. arc. act. l.*69. *ff. de contr. emt. l.* 12. *ff. de acq. rer. dom.* quæ ultima omnino generaliter loquitur, & vix eſt, ut poſſit ſtagnum quid agris adjicere propter aquæ pigritiam, *d. l.* 2. Majori impetu flumina feruntur quam lacus, ut eſt vulgo notiſſimum. Donell. 4. *comm.* 27. Bachov. *ad Treutl. vol.*2. *diſp.* 20. *th.* 5. Guil. Forner. *ad l* 196. §. 1. *ff. de V.S.* Mynſing. &
11 Vinn. *h.* Dico etiam vicini, quia ceſſat alluvio, ſi ſint ita remoti, ut inter eos & flumen intercedat aut ager, aut pars agri alterius, quamvis interim exiſtimem æquitati conveniens, ut ſi forte via publica ſit eidem proximior, meo prædio nihilominus id intelligatur adjectum, quod viæ adji-
12 citur. Via enim fundi eſt quodammodo portio, quæ ei, cum flagitaret id utilitas publica, ademta præſumitur, *l.* 38. *ff. de acq. rer. dom.* Nam & quoties via eſt forte paulo anguſtior, fundus eam proximior præſtare compellitur, *l.*14. §. 1. *ff. Quem ſerv. amitt.* Aym. *de alluv. lib.*2. *cap.*1. *n.*
13 4. *& cap.*3. *n.*2. Et ſi agger ſit extructus ad cohibendam vim fluminis, licet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

licet terram detrahere ad reficiendum illum aggerem de illis agris aut prædiis, quæ vicina ſunt flumini. Æquiſſimum enim, ut hoc ferat incommodum, cujus ager alluvione fit & major & melior, *arg. l. 2. C. de alluv. l. 10. ff. de reg. jur.* Atque ita judicatum à Senatu hujus Provinciæ *Ann.* 1549. 20. *Decemb. in cauſa van Iacob Willemſz, en d'erfgenamen van Willem Fuerts.* Quod & olim obtinuit vetuſtiſſimis moribus pagi Emmenes, ut probatum in illa lite. Quæ cum ita ſe habeant, non eſt mirum, quod Curia, cum quæſtio eſſet orta inter quendam, cujus prædium erat flumini proximum, quod appellatur de Eem, & Amisfurti Senatum, utri nimirum jus alluvionis competeret, contra Senatum pro vicinorum agrorum dominis pronuntiandum putaverit *Ann.* 1553. 24. *Mart.* Aliter Grot. *lib. 2. de jur. bell. & pac. cap. 8. n. 16. & 17.*

Tibi acquiritur. Licet id quod adjecit, ab una tantum parte ſic agro 14
cohæreat, ut præter tuum agrum velut ſinum efficiens excurrat in flumen, & paulatim etiam alluendo pręter agrum Sempronii. Quod ut clarius intelligatur, figuram appoſui.



Dico tua hæc terra eſt, quæ excurrit à tua terra, & non quatenus tantum tuæ terræ prætenditur, ſed & quatenus excurrit præter agrum Sempronii, modo etiam eatenus poſſeſſionem apprehenderis, ſerendo, plantando, vel alio quovis actu aut modo legitimo. Ita Ordines Gelriæ in quodam edicto, quod adhuc eſt ineditum, *de jur. alluv.* vel, ut dicunt, *van waterrecht, art.* 3. 4. & 5. Meum eſt enim, quicquid meo accedit, *h. §. l. 19 §. 13. ff. de aur. & arg. leg.* Scio quod ſit Ordinum, ſi nata ſit inſula. Sed hæc non eſt inſula, cum tuo cohæreat. Tua eſt igitur, & quatenus excurrit præter agrum Sempronii, niſi aqua, qua ſecernitur, tam vadoſa ſit penitus, ut is poſſit de ſuis prædiis ad eam curru accedere. Eo enim caſu uſitatum in Gelria, ut pro modo latitudinis ſui agri ipſius ſit,

mo-

modo intra triennium eam curru adierit, adhibitis ſolennitatibus quæ dicentur inferius, *eod. ed. art.* 6. cum poſſit conſiderari tanquam fundi acceſſio interjecta planities propter aquæ penuriam tam facilis aditu.
15 Articuli, quorum memini, cum ſint multum notabiles, ſe habent ut ſequitur:

Art. 3.

Wat die ſtroom van ſelfs aen ymants lant aenſlaet, das is metter daet ſijne nae breyte ſijns lants.

4.

Alwaert oock ſoo dat die ſelve nieuwe aenwas van het aldthoevich lant met eenen waterganck verdeylt waer, mits dat die met eenen eynde daer aen vaſt ſy.

5.

Den welcken aenwaſſen ſtart of arm des genen is, van wes lant die affcheyt, alwaert oock voor by eens ofte meer ander luyden lant, ofte landen.

6.

Met beſcheyt dat ſoo die hanck aen yemants lant aenſchote, of dermaten ſol komen te verlanden, dat die gene voor welckers lant den ſtart of arm voorby ſchoot, den ſelven nae waterrecht begaen und bevaren konde, dat mach hy doen nae die breytte des aenſchots tegen ſijn land, und voor ſoo veel by den eerſten aenwinner tegen des bevaerders lant niet beſteken of bepoot waer, becleven ſijnde.

16 *Eſt autem alluvio.* Jus hodiernum quod attinet, alluvio eſt duplex, Naturalis nimirum quæ ſine ulla induſtria & humana ſolertia fit impetu fluminis, & Artificialis, quæ vel mole terrena, quæ in flumen injicitur,
17 vel cratibus fit, quæ in flumen excurrunt. Ita Ordines Gelriæ in eodem edicto *art.* 2. Crates autem cum efficiant, ne & agri aut prædia deterantur vi fluminis, & de terris etiam aliorum plus agris adjiciant, jus allu-
18 vionis ab iiſdem ſic definitum egregie *art.* 1. *In den eerſten verklaren wy het waterrecht te weſen een ſulck recht, daer mede aen und in die Stroomen, by wettelycke wegen und middelen, lant bewaert, ofte gewonnen wort. Art.* 2. *Het welcke geſchiet of natuerlycker wyſe, ofte door*
19 *menſchen kunſt und arbeyt.* Sed ut dicam jam clarius licet quidem cuilibet ſuam ripam defendere, crates, aut moles, aut quoddam opus extruere, ſed inprimis requiritur, ut id ripæ cohæreat, nec excurrat ultra trientem latitudinis fluvii, & ſi etiam è regione ſint crates in flumine, flumen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

flumen tamen medium ſit ſolutum ac liberum circiter 40. aut 50. decempedas. Ita cautum expreſſe edicto Ordinum Gelriæ, & hujus Provincię, quod Belgice dicitur *Placaet vant waterrecht op den Neder-Rhyn*, *art.* 4. *&* 5. Si enim expreſſe *Art.* 4. *Ende alſoo in de Provincie van Gelderlant oock elders, tot noch toe een obſervantie geweeſt is, dat een yeder van ſijn olthoevich lant heeft mogen kribben ter halver diepte, of breette van de ſtroom, uytgenomen tegens Steden, Kercken, of ſchoordycken, ende dat door ſoodanigh kribben, het rechte vaerwater, of de loop van de ſtroom ſulks wort benauwt, dat niet alleen de ſtroom wort geſtut, ende opgehouden: Maer oock de ſchepen, ende Holtvloten, daer door niet alleen met groot pericul konnen paſſeren, principalyck ter plaetſen, daer van beyde ſijden van de ſtroom, ſoodanige lange Kribben worden uytgeleyt: Soo wort hier mede geſtatueert dat van nue voortaen, niemant verder ſal mogen Kribben, als tot het darde part van de Riviere, ten ware op plaetſen daer de breete, ende wechneminge van de ondiepte des ſtrooms, ſulcks ſoude mogen vereyſchen. Art.* 5. *Dat oock tuſchen de Kribben, Ridſingen, ende andere wercken, die van beyde ſijden van de ſtroom tegens malkanderen worden uytgeſteecken, ten minſten ſal moeten blyven de diſtantie, ofte breette van ontrent, tuſchen de vyftich roeden ſtrooms.* Interdum etiam non licet habere crates in flumine, vel aliud 20
quoddam opus, ſi è regione ſint urbes, aut templa, vel aggeres, vel colles etiam, & tumuli ex arena congeſti, qui nec tum inundantur, cum eſt flumen altiſſimum. Ordines Gelriæ in *eod. edict. de jur. alluv. art.* 11. *Dan niemant is toegelaten tho Hoofden, Kribben, Ridzen, pooten, of beſteken tegen Steden, Kercken, Schoordycken, Landtsveſtingen, noch tegens althoevig lant, 't welk vermits in lage van Dyk opt ſchoor komt.* Placaet *van waterrecht op den Neder-Rhyn art.* 1. *Dat van nue voort-aen geene Hoofden, Kribben, of Ridſen, tegens eenige ſand-bergen ofte ſant-ſcharen, die met hooge wateren niet inunderen, ende daer door notoirlyck veele ondiepten in de ſtroomen worden gecauſeert, ſullen mogen van nieuws geleght, ofte olde verlengt, noch verhoogt worden, maer alleen in ſulcken ſtaet verblyven, als deſelve tegenwoordigh worden bevonden, mits dat aen de tegen-ſijde van ſodanige bergen ofte ſantſcharen, oock geene Hoofden, Kribben, of Ridſen geleyt of gehouden ſullen mogen worden, als alleen defenſive om deſelve voor vordere afbreucken, ende afſtortinge te preſerveren, ende wyders niet. &c.*

Atque ita quod ad aggeres accepi etiam judicatum à Curia Gelriæ, 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

cujus ſententia, cum notatu ſit digna, ſe habet ut ſequitur:

In ſaecke van den Amptman, Dyckgraef, Heemraden, en Gecommitteerde Ridderſchap van Over-Betuwe, Eyſchers ter eenre, en Ioan van Stepraedt, Heer tot den Dordendael, met ſijnen broeder Iooſt van Stepraedt, geaſſiſteert met de Gecommitteerde der Stadt Nymegen, Verweerders ter andere ſijde, Geſien het verbael van Commiſſariſen des Hoves, den oogenſchyn genomen, en beyder ſydts verſoecken, redenen, en wederredenen gehoort, daer van verbael gemaeckt, en ſchriftelyck rapport gedaen hebbende, 't Hoff alle 't ſelve geexamineert, Condemneert de Verweerders, de Bollaerts wercken tegen den Over-Betuwſchen ſchoordyck uytgeſteken, ſoo veer af te breken, datſe op een middelbaer water noch behouden de lengte van anderhalf roey int water, Ordonneert datſe met de voorſchreve rouwaerde packwerck, ofte Bollaerts, hen vorder geduerende dat de Dycken daer tegens over Schoordycken ſijn, tot hare defenſie niet verder als tot de voorſchreven mate ſullen wercken, en aengaende de Cribbe aen de Dordendaelſe weerden, tegens over het Loenenſe Hooft, Ordonneert, dat de gelegentheyt van dien nochmaels door Commiſſariſen beſichticht ſal worden, om daer van rapport gedaen ſijnde, daer over te worden geordonneert, dat behooren ſal. Gearreſteert in den Raede van Gelderlant, ende in loco by Commiſſariſen van den Hove gepronuncieert den 28. *Octob.* 1618.

Was onderteeckent,

J. Dibbets.

22 Interdum & compelluntur, qui utrinque prope ripam prædiorum ſunt domini, ſi ſit flumen & latiſſimum, & vadoſum nihilominus, ad arenam educendam crates extruere. Majori enim vi ſi reddatur anguſtius, & arenas disjiciet, & ad crates appellet, niſi ſiquid impediat. *Placaet op den Neder-Rhyn art.*3. *Dat ter plaetſe daer de Reviere geheel breet, ende ondiep is, de Geërfden ten beyden zyden liggende, ſullen worden geordonneert, gelijck ſy geordonneert worden mits deſen, van hare reſpective landen, over ende tegens de ondiepten eenige Ridſen te leggen, ende tuſſchen beyden te bepoten, om daer door de Reviere wat te benauwen, ende d'ondiepten ende Sandt-grinden te verdryven, &c.* Quod
23 ſi aut nolint, aut eas propter inopiam non poſſint extruere, eas fiſcus efficiet, cujus etiam per conſequens erit, quicquid vi fluminis propter eas adjicitur, *d.art. Ende of yemant van de Geërfdens ware, die geene middelen*

len hadde, om d'onkoſten van ſodane Kribben, of Ridſen, nevens de bepotinge te konnen dragen, of weygerachtich ſouden weſen 't ſelve te doen, ſullen gehouden ſijn binnen twee maenden nae de publicatie deſes, ſich aen de Gecommitteerden van beyde Provintien, daer toe gecommitteert wordende, haer meeninge bekent te maken, &c. Edoch ſoo eenige onvermogende, ende boven vermoeden onwillige perſonen gevonden mochten worden, die haer binnen den voorſchreven tijt van twee maenden, aen de reſpective Gecommitteerden niet en quamen aen te geven, ſal in ſulcken val, 't geene voorſchreven volbracht worden tot koſten vant lant, mits daer tegens genietende den aenwaſch. Cujus eſt onus, ejus etiam ſit lucrum & emolumentum neceſſe eſt, *l.* 10. *ff. de reg. jur.* Et idcirco 24
non mirum, quod ſi ſuis impenſis eas pagus aut univerſitas extruendas curaverit, ne vis fluminis aggeres, qui prætenti ſunt flumini, & *ſchoordycken*, dicuntur, corrumpat, aut deterat, pagi ſit etiam aut civitatis alluvio. *Gereform. Dyckrechten van Nymegen cap.*17.*art.*2.*Und ſoo voor eenige Schaerdycken, durch middel van Hoofden ende Cribben, dewelcke tot gemeyne Ampts coſten gelacht ſullen werden eenen aenwaſch queme, den ſelven aenwaſch ſal weſen ende blyven tot deſſelve gemeine Ampts beſten und nut, als hebbende die koſten van maecken und leggen der Hoofden ende Cribben, als voorſchr. gedaen ende verpleegt. Schoordycken* à 25
ſchooren, ſuffulcire, fulcire, vel à *ſchueren*, deterere, quia magis deteruntur, quam aggeres cæteri, qui remotiores à flumine dicuntur *Lantdycken*. Vid. *d'Ordinantie op den Leckendyck art.* 7. *&* 13. Vulgo autem 26
Schoordycken, à quibus ad flumen terra patet non amplius quam ulnas duodecim. *Gereform. Dyckrechten van Nymegen cap.*16.*art.ult. Wyders is verſtaen, dat de Dycken hebbende maer twaelf roeden lants voor ſich, voor Schaerdycken, und die ſelve wederom voor Lantdycken gehouden ſullen worden, ſoo wanneer die vier-ende twintigh roeden lants voor ſich hebben, ende eerder niet, ende dit alles op leegh water.*

Dixi ſi crates, aut aliud quoddam opus ad avertendam vim fluminis univerſitas fecerit. Dicendum enim aliud, ſiquid flumen naturaliter iis agris adjecerit, qui objecti ſunt flumini, cum & hi deterantur etiam converſa vi fluminis, & ut dixi eorum domini terram de iis etiam ad refectionem aggeris cogantur impendere. Qui olim cum de prædiis deterioratis immenſum quererentur ſæpiſſime, & foſſuris etiam negotium nonnunquam faceſſerent, ut querelis & controverſiis irent obviam Præfecti aggerum, qui in hac Provincia ſunt ad Leccam extructi, aſſignarunt 27

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

& poſſeſſoribus certum quoddam ſolatium, & modum etiam in fodien-
do præſcripſerunt edicto, quemadmodum ſequitur: *Ord. Keuren van
den Leckendyck benedens dams art.* 12. *Wort eenen ygelycken geconſen-
teert tot het maken van eenich Hooft, dyck, ofte nieuwe wercken tot be-
houdeniſſe s' Lants, aerde te graven, ende halen buytensdyck, beneffens
ende ontrent elcks ſijnen dyck, ter naeſter Lant, meeſten oirbaer, ende
minſte ſchade van de weerden, mits deſelve betalende, als van elcke roede
op wey-weerden ſes ſtuyvers, op bouw ende ſaey-weerden vier ſtuyvers,
van het eerſte bovenſte ſpith, ende van het tweede ende derde ſpith half
gelt, des ſullen die gene, die aerde willen halen gehouden ſijn, ſo wanneer
ſy luyden eene roede van het eerſte bovenſte ſpith gegraven ſullen hebben,
oock het tweede ende derde ſpith aldaer uyt te graven, al eer ſy lieden eeni-
ge vordere aerde vant bovenſte ſpith graven ſullen mogen, ende't ſelve ge-
daen ſijnde en ſullen op geen andere plaetſen mogen graven, maer daer
vervolgen, in voegen vorens verhaelt, ten ware de aerde aldaer onbequaem*
28 *bevonden werde.* Sed quid ſi ergo ex prædio, quod habet Titius ad flu-
men extra aggerem publicum ſine aggeris detrimento terra peti non poſ-
ſit, an petetur ex prædio quod eſt ipſi vicinius, & ob fluminis flexum ab
eo paulo remotius, an eum Titius ex prædio, quod habet intra aggerem
tenetur effodere? Et, ni fallor, æquiſſimum, ut ſoluto quod debetur,
detur Titio licentia petendi ex prædio, quod eſt ipſi vicinius extra
aggerem publicum. *Dyckbrief van den Leckend. bovens dams art.* 16.
Keuren op den Souwen-dyck art. 4. *Reglement op den Alblaſſerwaerdt*
29 *art.* 9. *Statuyt. van Frieſlant lib.* 4. *cap.* 9. § 2. Facile enim alluvio effoſſa
reſtituit, prorſus autem intra aggerem non habet locum alluvio, cum ag-
ger impediat, præſertim cum longius ſit fodiendum ab aggere, ne fiat
deterior. *Ordin. Keuren van den Leckendyck benedens dams art.* 13. Cui
etiam accedit, quod reſervanda ſit terra, quæ eſt intra aggerem in tem-
pus, quo extra aggerem ob altitudinem fluminis terra peti non poteſt:
Quod cum unice tendat ad Reipubl. commodum, ſalutem, & intereſſe,
30 ut loquuntur jam barbare, nec expreſſis pactionibus poteſt à privatis mu-
tari aut tolli, *l. jus publicum* 38. *l. inter debitorem* 42. *ff. de pact. l.* 27. *pr.
l.* 45. § 1. *ff. de reg. jur. l. Neratius* 20. *pr. ff. de relig. & ſumpt. fun. l.* 1.
§ 9. *ff. de magiſt. conv. l.* 2. *ff. de via publ. l.* 15. § 1. *ff. ad l. Falc.* Cujac.
ad l. 3. *pr. ff. de tranſact.* Mornac. *ad l.* 39. *C. de epiſc. & cler. & ad l.* 65.
§. *ult. ff. pro ſoc.*

TEXTUS

§. XXI. *Quod ſi vis fluminis de tuo prædio partem aliquam detraxerit, & vicini prædio attulerit, palam eſt, eam tuam permanere. Plane ſi longiore tempore fundo vicini tui hæſerit: arboreſque, quas ſecum traxit, in eum fundum radices egerint: ex eo tempore videntur vicini fundo acquiſitæ eſſe.*

COMMENTARIUS.

1. *An mea arbor vi fluminis illata in tuum agrum à me poſſit repeti.*
2. *Licet munire ripam adverſus impetum fluminis.*
3. *Explicatur l.9. §.2. ff. de damn. inf.*

SI non poſſit intelligi, quantum ſingulis momentis ſit agris adjectum, quaſi agri acceſſorium ſtatim fit ejus, cujus fundus aut ager eſt, §. *præc.* Si poſſit intelligi non habet locum alluvio, ut ſi flumen terræ partem de tuo fundo detractam meis terris adjecerit *h.* §. Tua manet illa nihilominus, nec prius ego ſum dominus, quam terræ meæ coaluit, *l.7.* §.2. *ff. de acq. rer. dom. l.6.* §.3. *ff. de rei vind.* Licet eam vindicare, quamdiu nondum coaluit, *d.* §. Sed ſi jam coaluit, extincta eſt omnis actio, qua poſſis eam repetere. Utilis enim in rem actio non habet locum hoc caſu, quo vi fluminis vel terra vel arbor eſt tranſlata in agrum alterius, *l.9.* §.2. *ff. de damn. inf.* Locum habet hæc actio, ſi facto alicujus hominis tranſlatam appareat, nec illam ipſam, ſed ejus pretium, ſiquis agat, conſequitur, cum ſimulac coaluit intelligatur alterius, *d. l.6.* §.3. *junct. d.l.9.* §.2. Sed interim tamen ſi vel cruſtam vel arborem impactam in tuum agrum velim ſtatim recipere, priuſquam coaleſcat, oportet ut caveam de damno infecto, ne, dum abduco, ei damni quid inferam, *l.9.* §.1. *ff. de damn. inf.* Nec tantum de infecto, verum etiam de facto, ſi ſit mea culpa, quod ripam non munierim adverſus impetum fluminis, *d. l 9.* §.3. Licet enim munire, quamvis flumen avertere opere manufacto ſit diſerte prohibitum, *l.1. C. de alluv.* Atque ita intelligendum, quod in §. 2. *ejuſd. l.* occurrit, *arbitrio judicis.* Judex enim æſtimabit, an imputari quid poſſit, cujus terra, vel arbor eſt. Nam nec aliter is, cujus ratis illata eſt in agrum alterius, ad cavendum compellitur, quam ſi quæri ab eo poſſit, cur eam rectius non religave-

[margin: 1 (beside line 1), 2 (beside "adverſus impetum fluminis, d. l 9. §.3."), 3 (beside "Atque ita intelligendum")]

 rit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

rit, cum caſus fortuitus à nullo præſtetur, *l.* 23. *ff. de reg. jur.* Et idcirco non neceſſe eſt, ut pro damno jam facto in *d. l.* 9. §.2. legamus cum Haloandro *de damno infecto*. Diſſ. Caſtrens. *ad d.* §.

TEXTUS

§. XXII. *Inſula, quæ in mari nata eſt (quod raro accidit) occupantis ſit: nullius enim eſſe creditur. At inſula in flumine nata, (quod frequenter accidit) ſiquidem mediam partem fluminis tenet, communis eſt eorum, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident: pro modo ſcilicet latitudinis cujuſque fundi, quæ prope ripam ſit. Quod ſi alteri proximior ſit parti, eorum eſt tantum, qui ab ea parte prope ripam prædia poſſident. Quod ſi aliqua parte diviſum ſit flumen, deinde infra unitum, agrum alicujus in formam inſulæ redegerit, ejuſdem permanet is ager, cujus & fuerat.*

COMMENTARIUS.

1. *Quid inſula.*
2. *Quid peninſula.*
3. *Cujus ſit inſula.*
4. *Inſulæ fluitantes.*
5. *Explicatur l. pen. §. ult. ff. de acq. rer. dom.*
6. *Utrum inſula pars fluminis an vero pars alvei.*
7. *Quid ſi inſula ab initio meo fundo proximior paulatim etiam proceſſerit contra fundum alterius.*
8. *Hodie inſula eſt Ordinum, item Regis aut Principis.*
9. *Quid ſi naſcatur inſula in duarum Provinciarum aut civitatum confinio.*
10. *Quid ſiquid quidem cohæreat proximioribus prædiis, ita tamen cohæreat, ut aquis ſuperfundatur interjecta planities.*
11. *Gelricum jus.*
12. *Quæ requirantur ſolennitates in Gelria, cum quis plauſtro onerato vult ad terram accedere, ſic enatam in flumine, ut aquis ſuperfundatur interjecta planities.*
13. *Proponuntur exempla.*
14. *An non fiſcus etiam occupaverit terram ejuſmodi.*
15. *Cur ea regulariter adjudicata privatis.*
16. *Quid ſi ejus poſſeſſionem privati omiſerint.*
17. *Quid ſi non poſſint ad eam plauſtro accedere.*

Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

18. *Quid ſi quid ex ſolennibus, quæ requiruntur omiſſum ſit.*
19. *Quid ſi crates excitaverint terram, quæ poteſt undique circumiri navigio.*
20. *Unde poſſit cognoſci, utrum naturaliter, an vi cratium excitata ſit.*

INſula eſt nihil aliud quam terræ pars eminentior, quam undique cingit vel mare, vel flumen. Si Strabonem audiamus, totus orbis eſt inſula, quia eum undique mate circumfluit. Æthicus *Coſmograph. pr. Lectionum pervigili cura comperimus, S.P.Q.R. totius mundi dominos, domitores orbis & præſules: qui, cum quicquid ſubjacet cœlo, penetrarent triumphis, omnem terram Oceani limbo circumdatam invenerunt, &c.* Ovid. *Heroid. epiſt.* 9. 1

Reſpice vindicibus pacatum viribus orbem,
Qua latam Nereus coerulus ambit humum.

Procop. *lib.* 1. *Vandal. pr.* Περιλαμβάνει μὲν κύκλῳ τὴν γῆν ὠκεανὸς ξύμπασαν, ἢ τὴν πολλήν. οὐ γὰρ πω σαφές τι ἀμφ' αὐτῷ ἴσμεν. Hericus *lib.*3. *de vit. S. Germ. Autiſſ.*

Extima telluris limbo cinxiſſe perenni
Oceanum perhibent patrum inſtrumenta priorum.

Unde Homerus apud Athenæum *lib.* 1. *Deipnoſoph.* dicit inſulam coronari, id eſt, undique cingi & ambiri à ponto:

—— —— ἣν περὶ πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωτο.

Et Dionyſius Alexandrin. ſub initium de ſitu orbis:

Μνήσομαι ὠκεανοῖο βαθυρρόου. ἐν γὰρ ἐκείνῳ.
Πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπείριτος ἐστεφάνωται.

Quod ſi non undique, ſed quadam ſui vel anguſtiſſima parte jungatur continenti, appellatur peninſula, ut eſt Peloponneſus. Liv. *lib.* 32. *cap.* 21. *Peninſula eſt Peloponneſus, anguſtis Iſthmi faucibus continenti adhærens.* Ovid. *Heroid.* 4. 2

Æquora bina ſuis oppugnant fluctibus Iſthmon,
Et tenuis tellus audit utrumque mare.

Raro in mari ob ingentem ejus altitudinem, plerunque autem in flumine, propter vada frequentia, ſolet inſula naſci, *h.* §. Plin 2. *hiſt. cap.* 85. Si naſcatur in mari, indiſtincte fit occupantis, *h.* §. *l.* 7. §. 3. *ff. de acq. rer. dom.* Si naſcatur in flumine, ſolet ita diſtingui: Si in medio flumine, dividitur inter eos, qui utrinque prope ripam prædiorum ſunt domini, *h.* §. Si parti alterius reperiatur proximior, univerſa fit ejus, cujus eſt il- 3

lud

lud prædium, quod eſt ipſi proximius, *h.* §. *l.*7. §. 3.*ff. de acq.rer. dom.* Interdum fit occupantis, ſi nimirum limitata ſint, quæ prope ripam ſunt prædia, *l.*1.§.6. *ff.de flum.* Interdum eſt publica, ſi virgultis ita ſuſtineatur, ut natet in flumine, *l. pen.* §.2. *ff.de acq.rer.dom.* ut olim Ortygie &
4 Chemnis in Ægypto: Pomp. Mela *lib* 1.*cap.*9.*In quodam lacu Chemnis inſula lucos, ſylvaſque, & Apollinis grande ſuſtinens templum natat, & quocunque venti agunt, pellitur.* Ovid. 15.*metam.*

—— tempuſque fuit, quo navit in undis,
Nunc ſedet Ortygie.

Plin. 8. *epiſt.* 20. *Lacus eſt in ſimilitudinem jacentis rotæ circumſcriptus, & undique æqualis, &c. Nulla in hoc navis, ſacer enim eſt, ſed innatant inſulæ herbidæ, omnes arundine & junco tectæ, quæque alia fœcundior palus, ipſaque illa extremitas lacus effert. Sua cuique figura, ut motus: cunctis margo deraſus, quia frequenter vel littori vel ſibi illiſæ terunt, te-*
5 *runturque.* Add. Plin. *lib.*2.*hiſt.cap.*95. Et de ea, ni fallor, etiam intelligenda *l. pen.* § *ult. ff.de acq. rer.dom.* Aut legendum alioquin pro *Si id quod in publico, Non ſi id quod in publico.* Vel ſi nec illud arrideat, dicendum in ea lege Juriſconſultum conditionaliter loqui, & perinde ac ſi diceret: Si univerſaliter ſit illud verum, quod dicitur; Publicum eſt omne, quod eſt natum in publico, ſequetur etiam neceſſario, quod ſit inſula publica, quia flumen eſt publicum. Atqui illud non ſequitur, ergo nec ſemper illud verum eſt etiam, Publicum eſt omne, quod eſt natum in publico. Hotom. 1. *obſ.* 23. Donell. 4. *comm.* 29. Tim. Fab. *diſp.* 12. *ad Inſt. th.* 11. Aliter Cujac. 14. *obſ.* 11. Robert. 1. *lect.*11. Bachov. *ad Treutl.vol* 2.*diſp.*20.

6 Quia autem inſula cenſetur pars alvei, cum ei cohæret, & pars prædiorum per conſequens, quorum eſt alveus, ſi deſeratur à flumine, §. *ſeq. l.* 7. §. 5. *ff.de acq.rer.dom.* idcirco eſt regulariter eorum, qui prope ripam prædiorum ſunt domini. Alveus enim publicus non cenſetur diutius, quam eſt tectus à flumine, *l.*1. §. 7. *ff. de flum.* Dixi, ei cohæret, quia eo caſu cenſetur pars fluminis, aut ſaltem ejus acceſſorium, quo natat in flumine, & idcirco eſt publica, quia flumen eſt publicum, *d. l. pen.* §. 2. Sed quid ſi ab initio meo quidem prędio reperiatur proximior, aucta vero
7 quotidie paulatim etiam proceſſerit contra frontem alterius? Quicquid poſtea acceſſit, meum eſt nihilominus, cum meum ſit regulariter, quicquid meo adjicitur, §.20.& 26. *Inſt.h.t. l.*19.§.13. *ff.de aur.& arg.leg.l.*
8 56.*ff.de acq.rer.dom.* Hodie inſula eſt Ordinum ſi naſcatur in flumine, & flumen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

flumen ſit publicum, non eorum, qui prope ripam prædiorum ſunt domini. Vetus conſtitutio Imp. Adolphi: *Nos Adolphus D. G. Romanorum Rex ſemper Auguſtus &c. Recognoſcimus per præſentes, quod nobis Ann. Domini* MCCXCIII. *in die Beatorum Tiburtii & Valeriani Martyrum, apud Neurenburg pro tribunali ſedentibus, ad requiſitionem Spectabilis viri Reynaldi Comitis Gelriæ per communem ſententiam eſt obtentum, quod ſi inſula nata eſt in Rheno, vel alio flumine, in Comitatu alicujus Comitis, qui in ipſo flumine recipit theolonia & conductum ab Imperio, in flumine prædicto eadem inſula potius ſpectat ad Imperium, & ad ipſum Comitem, quam ad alium quemlibet, cujus diſtrictus protenditur ad ripam fluminis prælibati. Datum Anno Domini die & loco prædicto, Regni vero noſtri Anno ſecundo.* Bapt. Aym. *de alluv lib.* 1. *cap.* 9. §. 2. *n.* 3. Carpzov. *def. for. part.* 3. *conſt.* 31. *def.* 13. Ant. Natta *lib.* 1. *conſil.* 55. Gryphiand. *de inſul. cap.* 13. Goris *adverſ. tr.* 4. §. 23. Unde regi Galliarum adjudicatæ ſunt omnes inſulæ, quæ erant in Rhodano, *Ann.* 1693. 8. *Mart.* ut ſcribit Boër. *conſil.* 24. *n.* 16. Sed quid ſi naſcatur inſula in 9
duarum provinciarum, aut civitatum confinio, ut in Rheno, exempli gratia, multis in locis inter Gelriam medio & hanc noſtram provinciam? Reſpondendum, ni fallor, quod communis ſit inſula, quia eo caſu & communis eſt fluvius, ſic ut competat juriſdictio utrique civitati, aut utrique Provinciæ uſque ad ejus medium, ut ſcripſit Chaſſan. *ad conſuet. Burg. rubr.* 13. §. 2. *n.* 21. Add. Cœpoll. *tr. de ſerv. præd. ruſt. tit. de flumin. in fin.* Carpzov. *def. for. part.* 3. *conſt.* 31. *def.* 12. Boër. *conſil.* 24. *n.* 15. Guid. Pap. *quæſt.* 577. & Boneton. *ibid.*

Porro ſiquid cohæret quidem proximioribus prædiis, ita tamen emi- 10
neat, ut aquis ſuperfundatur interjecta planities, eritne Ordinum, an ejus, cujus agris aut prædiis cohæret? In Gelria eſt ejus, cujus prædiis 11
cohæret, ſi plauſtro onerato ſit adeundi poteſtas. In agro Putteno, ſiquis eo poſſit pertingere tenens gladium exſertum. Sim. à Leuwen *Rooms-Holl. Recht lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 2. Sed maxime naturale id exiſtimat Grot. *lib.* 2. *de jur. bell. & pac. cap.* 8. *n.* 14. & 2. *man.* 9. §. *Aengaende*, ut videatur diſcretum id, qua majori parte temporis tranſitur navigio. Plauſtro au- 12
tem apud Gelros ut acquiratur poſſeſſio, requiruntur quædam ſolennia, quæ exponuntur in edicto, cujus ſupra jam memini. Puto operæ pretium, ut & hæc tranſmittantur ad poſteritatis memoriam. Verba ſunt Ordinum:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Art. XIII.

Dat een yeder van ſijn althoevigh Lant, een opkoment lant of ſant magh begaen, ſoo wyt't ſelve ſtreckt, niet jegenſtaende eenen voet waters tuſſchen het althoevich Lant ende opgekomen Lant of ſant, mits dat hy van ſijn voorhebbens veerthien daegh te voren kerckenſpraeck ſal laten doen, ende die geintereſſierde parthyen daer van verwittigen, und dienvolgens het vurſchr. Lant of ſant begaen ten overſtaen van den Hooft-Officier, ofte in nootſaken des ſelven van ſijnen Stadtholder, Ende ten minſten vier gerichts-luyden, daer toe om haer loon verſocht ſijnde, ter plaetſen daer't gelegen is.

XIV.

Item die bevaringe wil doen, ſal daer tho geſinnen den Hooft-Officier, die gewoon is over bloet te richten, of in nootſaecken ſijnen wettelycken Stadtholder ter plaetſen daer het Lant gelegen is, Oirkunt den geheelen gerichte daer gebruyckelyck, ofte ten minſten vier of vyf gequalificeerde Gerichts-Luyden, die alle daer toe by den Officier ter requiſitie van partyen ſullen verſchreven, ende gebadet worden.

XV.

Dienvolgens ſal hy op ſijn olthoevigh lant die bancke doen ſpannen, Die parthye, die daer op te ſpreecken mocht hebben doen aeneyſſchen, ende die bevaringh met recht aenvangen, tho weten met eenen wagen geladen met miſt, gelyck een Huyſman gewoon is te velde te vuhren; daer voor ſullen geſpannen ſijn, und gaen, twee, vier, ofte ſes peerden, ſonder meer, geleyt, gedreven, ofte gereden door twee voerluyden, die welcke opte peerden ſullen mogen ſitten, ofte daer by gaen tot hare keur, by ſich hebbende wyn ende broodt, Undt ſullen die vuyrluyden mit den ſelven geladen wagen, eerſt opt althoevigh Lant rontſom gevaren ende gewent ſijnde, vant ſelve Lant varen door het water, naer het nieu opgecomen Lant of ſant, Welcke Vuyrluyden die Officier of ſijnen Stadtholder driemael onderwegen met den wagen ſal doen tucken, und vertuyven, und elcke reyſe van't broode eten, und van wyn drincken laten, deſer geſtalt, Wanneer die vurſte raden van den wagen in den water gekomen, ſal die gedachte Officier of ſijnen Statholder die Vuyrluyden aenroepen, ende eerſtwerf doen ſtil houden, Die tweede reyſe wanneer den geheelen wagen midſen in den water is, und die derde reyſe als die twee ierſte rader opt lant ofte zandt, und die twee leſte rader int water ſullen ſtaen, Und ſullen die vuyrluyden dan voortvaren opt opgecommen Lant of Sant, alwaer gekomen ſijnde ſullen ſy die peerden uytſpannen,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſpannen, und daer mede te rugh of wederom ryden na het althoevig lant, latende den wagen ſtaen und aldaer verblyven vur den tyt van Ses weken, die met vier palen opt vurſchreven Landt of zandt gepaelt of vaſt gemaeckt ſal worden, Und oft geviel dat deſen wagen, door gewelt van water of yſgangh hin wegh dreve, of dat hem yemant, meynende daer mede den genen, by welcke die bevaringh geſchiet is, achterdeel te doen, van daer brachte, ofte dede brengen, ſal gelyck wel die bevaringh van weerde blyven.

XVI.

Off daer eenigh beletſel van tuynen, upgraven, of anders onderwegen waer, by menſchen handen gemaeckt, waer door die bevaringh ſol mogen verhindert worden, Dat ſal die Officier of ſijnen Statholder op verſuek, und coſten van bevarende partyen, door menſchen handen breecken, und hin wegh nemen laten.

XVII.

Oock ſal eener, die bevaringh wil doen, het boort of die kant van ſijn althoevigh Lant daer die peerden afgaen ſullen onbeſpiert mogen laten afſteecken, und ſlichten, ſoo nochtans dat geen merckelycke quantiteyt van eerde, off andere materie daer van inden water geworpen en worde, maer ter zyde achterwaerts.

XVIII.

Wanneer nue eenigh Landt of Zandt in manieren vurſchreven wettelyck ſal begaen of bevaren ſijn, ſoo ſullen gedachte Officieren van s'Heeren wegen den genen, die idt alſoo begaen ofte bevaren heeft, daer in ſetten, Heeren, und weren, tot dat hy mit recht als inden vurſchreven ſeſten Articul gepaſſeert, daer uyt geſet ſal ſijn.

Siquis quærat exemplum: vetus quoddam monumentum eſt in archivis Ordinum Gelriæ, cujus hæc eſt ſententia: 13

Wy Evert vande Wal, Geſet Richter tot Gendt, ende Rutger Kogh, ende Goſen van de Colck, Schepenen der ſelver Stede, tuygen dat den Richter voorſchreven geſeten heeft ten Gerichte op erve ende goet binnen den Gerichte van Gendt buyten Dycks gelegen, toebehoorende Ryckman Heymerick, tegen welcken erven ende goet voorſchreven gelegen is Landt ende Sandt, op welck Landt ende Sandt Ryckman voorſchreven, van ſijnen alden erven ende goet aff heeft doen varen eenen wagen met vier paerden, ende den ſelven wagen vol meſt geladen, daer op geſteken eenen ſmele, und den wagendryver hebbende aen ſijnen hals een vles met

met wyn, ende daer toe broodt, ende die rechter voorſchreven heeft den wagen-dryver tuſſchen den alden erven, und dat nieuwe Laudt en zandt in den watere heeten halden, eenwerf, anderwerf, ende derdewerf, und tot elcker tyt den wagendryver alſoo gehalden heeft, ſoo heeft hy van den broode gegeten, en van den wyn gedroncken, und die Rechter voorſchreven heeft den wagendryver, tot elcker tyt hy alſo gehalden heeft, voort heyten varen in Godts naem, und die wagendryver heeft ten derdemael voortgevaren uyt den watere op dat ſelve nieuwe Landt ende zant, und den wagen mit meſt geladen op dat nieuwe Landt ende zandt laten ſtaen, ende met die vier peerden wederom gereden door dat water op den Olden erve, ende want wy Richter und Schepenen voorſchreven, hier by over und aen geweeſt ſijn, und aldus voor ons geſchiet is, ſoo hebben wy tot eenen Getuygeniſſe der waerheyt onſe Segelen aen deſen brief gehangen. Gegeven in den jare ons Heeren Duyſent vier hondert en acht en tachtigh, op den Donderdach na Ste. Mattheus dach, Apoſtell.

Sequitur adjudicatio facta ab eodem judice peractis ſolennitatibus, ſecundum id quod jam dictum *art.* 19.

Wy Evert van de Wal, Geſet Richter tot Gendt, Claes Smit, en Ioan vander Wal Ryckwijnſe Schepenen der ſelver Stede, tuygen dat voor ons komen is Rombout Collaert verliende ofte bekende volmacht van Ryckwijn Heymerick, en van wegen ſijns ſelfs, en geſin den Richter voorſchreven, dat hy hem in wilde leyden in eenen Weert binnen den Schependom van Gendt, gelegen tegen Ryckwijn ende Rembolt voorſchreven haren alden erven, bevaren nae vermogen Ryckwijns voorſchreven Segel ende brieven, Doen vraechden den Richter voorſchreven den Schepenen voorſchreven een Oordeel, wat hy Rembolt Collaert voorſchreven hier inne ſchuldich waer te doen, daer op weſen die Schepenen voorſchreven voor recht, dat de Richter Rembolt voorſchreven in den ſelven weert leyden ſolde tot allen rechten, Ten ſelven mael leyde den Richter voorſchreven Rembolt voorſchr. in den ſelven weert, oirkunt den ſelven Schepenen voorſchr. Und die Richter voorſchr. verboodt mede allen den genen, die haer den ſelven weert onderwinde en croyde by hoiren lyf und goet, dat ſy Rembolt voorſchr. daer geen croyt ofte hinder aen en doen, Sy hadden Rembolt Collaert voorſchr. daer eerſt met recht weder uyt doen laten leyden, als recht is, und alles ſonder erch en liſt, en yemants wederſeggen. In oirconde en getuygeniſſe der waerheyt, ſo hebben wy Richter, und Schepenen voorſchr. onſe Segelen aen deſen brief gehangen, Gegeven in

den

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

den jare ons Heeren Duyſent vier hondert en negen en tachtigh, op den Vrydagh na den Sonnendagh Cantate.

Quod ſint autem citandi, quorum intereſt, eo caſu, quo quis curru uſurus eſt, ut ſtatutum edicto, habemus exemplum, quod puto ſubjiciendum, ut videamus proceſſum, qui olim uſitatus, cum hic caſus incideret. Eſt autem hujuſmodi:

Ick Henrick Weert, in der tyt een gemechtiger Stadtholder, Richter des Schultampts Zutphen binnen ende buyten, laet uwen Weerdigen, Wyſen, en Hoogh-geleerden Heeren Deken und Capittele van St. Welborgen Kercke binnen Zutphen, L. Heeren ende Vrunden guetlicken weten, woe dat Gerardt van Hagenbroeck, ende Joan Stakebrandt my als Richter van wegen des Hoogh-geb. Doorluchtigen, unſeren Furſten und Heeren, Heer Carel Hertoge van Gelre, ende van Gulick, en Grave van Zutphen, aengeroepen, geſonnen, en begeert hebben, omme myne gerechtigheyt, und op haerluyder coſten, dat ick my voegen ſoll, en commen als huyden over XIV. *dagen is, nementlyck opten Saterdagh en opten St. Cecilien dach, in den jare* 1516. *op hoire althoevige Lant, genaemt Bloetcamp, gelegen in den Schoutampt van Zutphen, omme met recht nae water en Stroom-recht, te bevaren eenen weerdt, gelegen tegens haer aldthoevich Landt, geheten den Koorheeren weerdt, of hoe hy met recht genoemt mach weſen, En want ick van wegen mynes Ampts des ſchuldigh bin, eenen ideren man recht te laten erfaren, die des geſinnen, Soo laet ick V.L. daeromme guetlick weten, dat V.L. of ymants volmagt van uwer wegen, als dan op ten voornoemden Saterdage, tytlick to voormiddage by climmender ſonne daer by komen, omme te ſien of te horen, wes daer af geſchiet, dat V. L. wederſpreken mogen, of anders over V. Landt en Zandt geſchie, dan nae waterrecht en Stroomrecht behoorden. Hier hebben aen en over geweeſt als Gerichtsluyden Guilliam Dempinck, en Ian van Voorthuyſen, In Oirkonde der waerheyt, ſoo heb ick Richter voornoemt myne zegel op deſe wete gedruckt. Gegeven opten Saterdach, en opten viergekroonden Dach, Anno* 1516.

Ann. 1516. *op ten Saterdach heeft Egbert Harmeldinck pander, Mr. Arendt van Hoorn, Doctor, Canonick, als Senior des Capittels in St. Welborgen Kerck, deſe weet mundelinge ſelver in ſijn hant gedaen en gebracht.*

Item tho weten, als dat myn G.L.H. Carll, Hertoge van Gelre, den Stadtholder Henrick Weert, Richter des Scholt-ampts van Zutphen ſchrif-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

ſchriftelick bevolen heeft, dat hy over de befaringe niet richten en ſoude, Want die Heeren vant Capittel privilegie hadden van ſijne Gen. Voor-Heeren und Vaderen, datmen hen noch hare goederen anders nergens, dan voor ſijne Gen. Camere und Hoogen Raet berichten ſoll.

Item als die Stadtholder dit Gerrit van Hagenbroeck en Ioan Stakebrant liet hooren, hebben ſy hare vrunden en magen dat tho kennen gegeven, en ſijn alſoo tot den Statholder gekommen, und hem vermaent by ſijnen eede, dat hy hen recht doe, und recht wederfaren late, up die koſten, ende om haer gelt, ende dat hy dat, van rechts wegen ſchuldig weer, und niet weygeren en ſolde. Die Statholder heeft geſacht, hy dorſte tegens myn G. Heeren gebodt niet doen.

Soo ſijn die partyen met hare vrunden tot die Schepenen van der Stadt gegaen, und hebben hen dat tho kennen gegeven, en aengeroepen by hoiren eede, dat ſy met hen welde gaen, als Schepenen en richteren, ſoo ſy Borgeren en ingeſetenen waren der Stadt Zutphen, ſonderlingh ſoo men doch die befaronge voor ſijne Gen. Camere niet doen en konde, Dat geſchiet weſende, waren die Aenleggeren wael gemoet, dat die ſaecke voor ſijne F. G. Camere, en Hoogen Raedt tho gehoor te laten komen.

Dit geſchiede des Vrydaeghs op onſer L. Vrouwen dach preſentationis, An. 1516. des daegs tho bevorens eermen die befaronge doen ſoll.

Item op Saterdach, op St. Cecilien dach, Ann. 1516. ſijn die Aenleggers met hare vrunden en magen met twee Schepenen en Richteren van der Stadt van Zutphen, als nementlyck Gerrit van Buerle, en Otto Keye, en met veele Borgeren en andere goede mannen gegaen op Bloetcamp dat althoevige Landt, daer ſy den weert met recht af bevaren wolden, en den Stadtholder en dat Gerichte tytlick by climmender ſonne waergenomen.

Item als die Stadtholder dit vernam, is gegaen by den Hofmeeſter, und ſich beraden en bevraecht, woe dat hy hier met doen ſolde, Die aenleggeren met den Burgeren van Sutphen riepen hem alſoo hart aen, op ſijnen eedt vermanende, dat hy des niet wel weygeren dorſte, Hier op antwoorde die Hofmeeſter, dat hy ſoll gaen metten Gerichte by climmender ſonne opten Walſtadt, und hegen dat gerichte, unde bedingen, dat hy ſoo wael by ſchynende ende nederganck der ſonnen ſolde mogen richten, als by climmender ſonne, und vertrecken dat Gerichte opt langſte, und die befaronge, Hy en twyfelde niet, hy ſoll balt een antwoort van myne G. H. krygen, en ſonder tucken wol hy hem dat antwoort ſchicken.

Item

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Item als den Stadtholder dit antwoort van den Erf-Hofmeeſter gekregen hadde, und uyt ſijnen huyſe wilde gaen, ſoo quam die Bode met leerſen en ſpooren geloopen, und hadde alle den nacht gereden, und bracht antwoort van mynen G. H. datmen die befaronge in geenderley manieren toelaten of gehengen ſoll, Want ſijne F.G. dachte den Heeren vant Capittel hare privilegien vaſtelyck t'onderhouden, ſoo wael als der Stadt van Zutphen, ende andere Heeren, Dit geſchiede ontrent negen urhen voor den middach.

Item als den Stadtholder het antwoort geleſen hadt, ſacht hy tot den Erf-Hofmeeſter, Het is aff, woe maken wy't nue, Daer op antwoorde hy en ſacht, ons en dient onſen G. H. niet te vertoornen, ghy moocht die parthyen den brief myns G.H. laten hooren.

Item als den Stadtholder dit Ioan Stakebrandt, die noch binnen Zutphen den Stadtholder verbeyden, te kennen hadt gegeven, ſoo bad hy, of hy niet ſoo wel doen en woll, ende gaen met hem op die Walſtadt, daer die Schepenen en richteren vander ſtadt, und ſijne vrienden waren.

Item ſoo is die Stadtholder wederom by den Erf-Hofmeeſter gegaen, en heeft tho kennen gegeven en bevraegt, of hy dat oock wael doen moſt daer op antwoorde die Hofmeeſter, Iae wael, als ghy daer niet over ſittet noch en richtet, ſoo en doet ghy daer niet met allen aen; ghy ſult ſien, ſy ſullen effen wael varen, ſoo ſalt doch op een uyt komen, Met deſer antwoorde is die Stadtholder gegaen opter Walſtadt, und die Schepenen en richteren der Stadt Zutphen, und den Aenlegger met haere vrienden en magen te kennen gegeven, und den die brieven myns G. H. laeten ſien en leſen.

Item als dit geſchiet was, ſoo hebben die Aenleggers als noch recht van die Stadtholder begeert en geeyſcht om haer gelt, en hebben hem gelt en ſilver gepreſenteert; Daer op die Stadtholder geantwoort, nae als voor, hy dorſte tegens myn G.H. bevel niet doen.

Soo ſijn die Aenleggeren met hare vrunden und magen totten twee Schepenen van der Stadt van Zutphen gegaen, en hebbenſe by haren eedt vermaent, geſacht, en begeert, ſy hadden aldaer een meſtwagen geladen, en met vier peerden geſpannen, by haer althoevige lant ſtaen, en wollen den weert, und Landt en Zandt, daer tegens over liggende, dat doch voer merendeel van haer althoevige Landt gekomen waer, nae Water-recht en Stroomrecht befaren, ſoo werden hen dat Lant-recht geweygert, als ſy geſien en gehoort hadden, dat ſy daer van Getuygenis ſolde geven, als ſy daer tho geeyſcht warden.

Vorder begeerden die Aenleggers dat die Schepen und richter wollen bliven ſtaen, und ſien ende hooren, ſy wolden na den water-recht en Stroom-recht op haren goeden rechten, den geladen meſtwagen van hoir althoevige Landt doen faeren, opten weerden, Landen, en zanden tegens haer althoevige Landen voornoemt.

Item binnen deſer middeler tyt hebbe ick Marcelis Oppenoort geſacht tot den Weerden, und Eerbaren Heeren van den Capittele, die oock opten Walſtadt voornoemt ſtonden, als nementlick Mr. Henrick Verver Licentiaet, Heer Peter van Suchtelen, Heer Peter van Muerſe Canonicken, ende hadden by hen Mr. Henrick van Stienre, ook een Schepen of Raetſman der Stadt Zutphen, und plach opperſte Secretaris der Stad Zutphen tho weſen; Wat doen myn Heeren van den Capittel alhier in dit byſter regenachtigh weder, alſt oock was. Soo ſacht Mr. Henrick van Steenre, Dat mogen ſy u vragen, want ghy hebtſe hier beſtelt. Daer op antwoorde ick, Marcelis Oppenoort, wy ſullen hier niet over richten. Wat beduyt dan dat ſaght Henrick Verver. Doen ſacht ick weder, Hoe qualijken ſollen myn Heeren van den Capittel dat weten. Doen ſagten ſy met lachenden monde. Neen wy doen. Soo ſacht ick hen, mijn G.H. hadde deſen morgen noch ſchriftelijck bevolen, dat den Stadtholder daer niet over ſitten, noch rigten en ſol, und dat wy den Aenleggeren opter Walſtadt van ſtonden aen hebben laten aenhooren, Doen ſachte Mr. Henrick, Nue wederom à novo. Doen antwoorde ick Marcelis, Iae, Doen ſprak Mr. Henrick voornoemt, Wat doen wy nue dan alhier, comt laet ons gaen.

Item hier nae hebben die meſtwagen op haer althoevige lant aengewent metten peerden, und ſijn gevaren opt oever van haer althoevige Lant, und hebben geſagt, Wy willen met de hulpe van Godt almachtigh op onſe goede recht varen, in aller maten en manieren, als nae Water en Stroom-recht toebehoort, al wert ons ſchamele Luyden dat Landtrecht geweygert, dat Godt almachtigh geklaegt moet ſijn inder eeuwicheyt.

Item hebben twee voerluyden, den eenen opt voorſte peert, ende was een grau wit peert, ende den ander op dat achterſte peert in den inſpan gaen ſitten, ende hebben elck een ſwepe in hare handen gehadt, elck een fleſſche met wyn aen haren hals gehangen, ende wittebroot in haren boeſem geſteken, ende vier peerden aen den meſtwagen, Daer op lagen twee knootbylen, ende vier geſcherpte willige palen of ſtaken, unde begonden te varen; Doen ſachten die Aenleggers, ende riepen met luyder ſtemme, Nu

helpt

helpt ons Godt almachtigh, en ons goede recht, und daer op vaert voort, Und nemende den richter, und alle omſtanderen, en goede Borgeren voor Getuygsluyden, die waren over vyf hondert op ten althoevigen Lande voornoemt.

Item ſoo balde als die wagen met die peerden voer int water was gecommen, hebben die voerluyden wittebroot gegeten, en wyn gedroncken.

Item ontrent midden van den water hebben ſy mit den wagen ende peerden weer gehalden, en oock elcx andermael wittebroot gegeten, en wyn gedroncken.

Item als dat geſchiet was, ſoo hebben die voerluyden mit den wagen und peerden opten weert gevaren, und noch eens gedroncken, en voort op dat Landt, Zandt, en weert gevaren, und hebben den wagen omme in den Ooſten gewent, die peerden afgeſpannen, en den wagen met den meſt aldaer bepaelt, en die voerluyden ſijn met den vier peerden wederom door gereden, den wech daer ſy af en op waren gefaren.

Item als die voerluyden met hare peerden weder op dat althoevige Landt, daer ſy afgefaren waren, ſijn gecommen, ſoo hebben die Aenleggers met verſtendiger luyder ſtemme geſacht, Alle goede luyden, die op deſer Walſtadt ſijn, ick neme u alle te ſamen tot getuygen mitten twee Schepenen van der Stadt van Zutphen, dat gy my dat wilt helpen tuygen, wes ghy alles hebt geſien en gehoort.

Alle dit voorſchreven dat ick Marcelis Oppenoort met myn hant geſchreven hebbe, dat is alſoo geſchiet, Want ick by elcke punt byſonder ende ſementelyck in perſoon heb geweeſt, und hebbe dat alſoe geſien, und gehoort, Ende dit voorts eer ick at, ofte dranck, met myn hant opgetekent, und op myn ſelfs begryp, ſonder yemants raet ofte daet bevaetet, of diergelycke meer ſolde gebeuren, und of ick oock gevraecht werde, my daer na tho regulieren, en beleert tho werden. Actum opten Saterdach, St. Cecilien dach, 1516. ende geeyndt ontrent XII. urhen middaegs, ende een uer. Onder ſtondt. Gecollationeert tegens ſijne betekende opſchryvinge, en daer mede bevonden accorderende, By my Iohannes Petter openbaer Notaris. &c.

Monumentum antiquitatis omnino inſigne. Nec tamen, ut patet, terram illam, quæ emerſerat, vindicavit Dux Gelriæ. Quæſtio agitata tantum inter privatos & Collegium Canonicorum S. Walpurgis. Scio, movit quidem privatis fiſcus etiam eo caſu, quo curru erat aditio, de poſſeſſione controverſiam. Sed contra fiſcum nihilominus 14

pronuntiavit Dux Gelriæ, ut patet ex Caroli Egmondani edicto: *Wy Karel van Godts genaden Hertoch van Gelre, ende Grave van Zutphen &c. Doen kont. Alſoo boven Rhienen, beneffens eenen weert geheten den Haeck, toebehoorende Henrick Valckenaer, ende Lodewyk van Lievendale een nieuw Zandt gereſen is, daer onſe dienaers meynen, dat wy toe gerechticht ſolde weſen, Und Henrick ende Lodewyck voornoemt dat ſelve Zandt ende Landt hebben mogen bereyden en bevaren, Soo hebben wy belieft und geconſenteert, dat ſy dat Zant mogen aenvangen en gebruyken tot haren ſchoonſten, ſonder ons, onſen erven, und naecomelingen daer eenige Gerechtigheyt of aenſpraeck aen te hebben, of te behalden in eeniger wyſe, Und alles ſonder argeliſt met ons hant hier onder geſchreven, en onſe Secreet ſegel daer by doen drucken, op Sonnendach nae onſer Heeren Hemelvaert dach, Anno* 1506. *Onderteyckent* CHARLES, *ende Gedrukt met eenen grooten ſegel in pampier.* Confirmarunt hanc ſententiam non ſolum Ordines Gelriæ, ſed & Carolus V. glorioſiſſimus Princeps. Ordines Gelriæ:

Wy verordenter Banner-Heeren, Ridderſchappen, und Steden, Groot ende Cleyn, Itſont opten bewilligden Lantdach binnen Nimmegen verſamelt, Doen cond en tuygen, overmits deſen openen brief, dat en alſoo die vrome ende Eerbaer, Henrick Valckenaer, Johan Valckenaer, ende Rutger Valckenaer, Gebroeders, en achtergelatene kinderen zal. Henrick Valckenaer, voor ons genoeghſaem met certificatie bekondigt hebben, alſulken opgeſchoten, und aengereſen Zant in den Rhyn boven Rhienen by eenen weert genaempt den Haecke gelegen, den ſelven Gebroederen toegehoorich ſol ſijn, den ſy in der tyt hebben mogen berijden und bevaren, ende dorch den Doorluchtigen und Hooch-geboornen Furſt und Heere, Heer Carll Hertoge van Gelre, ende van Gulich, und Grave van Zutphen, unſer Genad L. Heeren und Landfurſten belieft ende geconſenteert is, 't ſelve Zandt, ten allen ſchoonſten, aen te mogen fangen, ende gebruycken, luyt ſijne F.G. placcaet ende hant teycken, niet tegenſtaende ſijne F.G. daer aen eenige Gerechtigheyt hadde mogen hebben, und hoe wael het nue noch eene middelſant geacht mach worden, luyt ſijne F.G. bygebrachte certificatie, Hebben daeromme Wy verordente voorſchreven, nae vermogens des niewe opgerichte verdraghs en contract, nae verhoor en bevinden deſer ſake, in der ſelver ſacken ercant ende geclaert, Und overmits erkennen en claren, dattet voornoemde opgeſchoten en aengereſen Zandt, in crachte des voornoemde F. placcaets, die voornoemde Broederen toeſtendich, en

toe-

toehoorig ſijn en blyven ſal, Und ſo ſy niet met manieren van regten daer uyt geſath ſijn, maer met diverſche beſporinge ende indragt geweldelycken daer uyt gehalden warden, ſullen ſy wederom int gebruyck des Zandts ofte Weerts voornoemt met ſijnen toebehooren geſadt ende geſtelt werden, oock daer in gehalden werden, und bliven voor oir en eiren erven, alles ter tyt toe ſy met beteren rechten, daer uyt geſat en geſtelt warden, Beheltelyck doch hier inne Joachem van Huemen, als pechter des Zands ofte Weerts voorſchreven, ſijne pacht des tegenwoordigen jaers alleene onbeſpeert te mogen gebruycken, und de pachtpenningen daer af aen handen der Gebroederen voornoemt te betalen, Und ſoo wy ons meer dan eens hier inne bearbeyt hebben, ſollen die Gebroederen voornoemt gehalden vruntſchappen halven, hier inne betalen, de ſomme van twee Golde pont groot, en al ſonder argeliſt, Des tho oirconde der waerheyt, hebben wy verordente voornoemt der Stadt van Nimegen Secreet ſegel, den wy nue ter tyt ſementelyck in deſer ſaecken, en diergelycke, mede gebruycken, hier beneden aen deſen apenen Brieve doen en heyten hangen. Geſchiet en gegeven int jaer ons Heeren XV. *hondert acht en dertich op Pinxter avont.*

Carolus V.

KAREL *van Godts genade, Roomſch Keyſer, Coninck van Germanien, Caſtilien, van Leon, van Granate, van Arragon, Eertshertoge van Ooſtenryck, Hertoge van Bourgondien, van Brabant, van Gelre, Grave van Vlaenderen, ende van Zutphen.*

Allen den genen die deſen onſen tegenwoordigen brief ſullen ſien, ofte hooren leſen, Saluyt. Alſoo ſich voor onſen L. en Getrouwen den Stadholder, Cantzeler, und Raden in onſen Lande van Gelre, ende van Zutphen verordent, queſtie en geſchil onthalden hebben ter cauſe van ſeecker Zandt ofte Weert, in der Rieviere van den Rhyn, recht over tegens die Stad en Gemeynte van Rhienen gelegen, tuſſchen Mr. Peter Henſt, als des bevel hebbende voor, en onſen Momboir, die de ſake, na datter in geantwoort was, voort aen genomen heeft, nha, van onſent wegen als Aenleggers ter eenre, ende Henrick, Johan, ende Rutger Valckenaer, verweerders ter andere ſijden. Und by den ſelven Valckenaers, voor eerſt declinatoire geexcipieert, dat die exceptie by ſententie interlocutoir is afgeſlagen. Seggende daeromme die voornoemde Mr. Peter en Momboir in die principale ſake, Dat het ſelve Zant van wegens Hertogh Carel van Egmont, als Vorſt van Gelre, en als hem toecomende aengeveert, beſteken, en ſonder eenige beſpoeringe gebruyckt is geweeſt totten jare 1538. *Und hoe wael by der Ver-*

Verordente der alinge Landtſchap tot Nymegen verſamelt, die welcke geen kennis hadden over des Furſten Domeynen, en Hoogheyden, ſonder ymandt van des Furſten wegen laſt oder volmacht hebbende, daer tegens te hooren, verklaert und erkant ſy, dat het voornoemde Zandt, den voorſchreven Valckenaers toehoorich ſolde ſijn en blyven, und ſy derhalven in poſſeſſie des ſelfs geſtalt, Dat deſelve ſententie oder verklaringe niet bondig ſijn en mach, als gegeven partye ongehoort, by den genen, die des geen magt en hadden, Concluderende, dat die ſelve Valckenaers gehouden ſijn hare handen toe trecken van de ſtrydige zanden, und Weert tot onſen behoeff als Hertoge van Gelre, en ons daer mede als met andere onſe Domeynen te laten bewarden, oock mede ons toe vernuegen en vergelden allen gehevenen vrugten, en genot van dien, t'ſedert 't gebruyck der ſelver gehadt hebben, tot dat ſy 't tot onſen behoef weder verlaten ſullen, mitsgaders alle die coſten en intereſſen hieromme gedaen, en te doen, Suſtinerende die voornoemde Verweerders ter contrarie, en ſeggende 't ſelve Landt verreſen en opgekomen to ſijn, hier bevorens ontrent drie of 44. jaren geleden tegens eenen Weert genoemt den Haeck, doen ter tyt haren Vader ende Lodewyck Levendaell, ende als nue hen Verweerders alleene toebehoorende, Welk zant men van den ſelven weert bevaren en bereyden mogt, alſoo dat na gemeyne Landt, Weerdt, en beſchreven rechten doen ter tyt den voornoemde haren Vader en Lodewyck toequam, ende woe boven verhaelt, den Verweerders nue alleenlick toecompt, Welcken oock hoir Vader en Lodewyck ſelfs hebben doen beſteken en aenmaken als vry eygen goet, Und dat den Furſt Hertoch Carll voornoemt, haer geconſenteort had t'ſelve te mogen aenvangen en gebruycken tot haren ſchoonſten, ſonder dat ſijne F. G. of ſijne Erfgenamen daer eenige gerechticheyt aenhielt, alles nae inhalt des placcaets daer af ſijnde, Waeromme voorgenoemde haer Vader en Lodewyck 't ſelve zandt ruſtelyck ghebruyckt, en oock nae Weerts recht verhuert hadde, Waer uyt ſy ſeyden claerlycken tho blycken, dat ſy met recht en goeden titel, en als proprietariſen, 't ſelve zant, nue abuſivelyk die middelweert genoemt, hebben aengeveert gepoſſideert, und langen tyt ruſtelick en vredelick beſeten, Dan ſoo ſy daer naer door quade ende ſlinckſe informatie ſonder forme van regt geſpolieert waren werden, hebben ſy die voornoemde verordente der Lantſchap aengeſocht, by welcke 't ſelve zandt oir oock toe erkant is geweeſt.

Ontkennen voorts dat die ſelve, woe by den Aenleggers aengetogen wort, geen kennis der ſaecken gehadt ſollen hebben, ſoo ſy geſtelt waren

geheel

geheel und verordent van alle ſaecken, ennamentlyck vanſaecken ondeughdelycke oecupatien, en ſpoliatien betreffende, als deſe ſake eene was, kenniße to nemen, Concluderende dienvolgens dat by ſententie definitive verklaert ſal worden, den Aenleggeren, als ſy procederen, niet ontfanckelyk to ſijne, en dat ſy Verweerders daeromme geabſolveert ſullen werden van den eyſch, aenſpraek, en onbehoorlycke moleſtatie op en aen hen luyden gedaen, Und dat die ſelve Aenleggers gecondemneert ſullen werden in alle die koſten, ende ſchade hieromme gedaen en geleden, met meer redenen en middelen, by partyen ten beyde ſijden geallegieert, die welcke daer naer in recht geconcludeert, ende recht begeert hebben:

Doen te weten, dat geſien int lange by onſe Stadtholder, Cantzeler, ende Raden voornoemt 't geheele proces, als nementlyck, aenſpraeck, antwoort, replijcq, duplijcq, oock allen ſchyn, en bewys daer by gevoeght, waer af die originale ſtucken der Verweerders op huyden dato van deſen vertoont ſijn geweeſt, ſampt reprochen en ſalvatien daer op gevolgt, und daer op rypelicken gedelibereert hebbende, oock geconſidereert allet wes geconſideert behoort tho warden, en gelet op allet gene, 't welck ſoude hebben mogen bewegen, Wy als Hertoge van Gelre en Grave van Zutphen ſeggen en verklaren voor recht by deſen, dat den voornoemde Mr. Peter Henſt, en Momboir &c. Aenleggers in haren eyſch en concluſie niet ontfanckelyck en ſijn, noch gefondeert, die voornoemde Valckenaers Verweerders daeromme daer af abſolverende, und alle die coſten ten beyde ſijden compenſerende, Des tho oircond hebben wy onſe ſegel hier aen doen hangen. Gegeven in onſe Stadt Arnhem den 19. Decemb. 1552. van onſen Keyſerrycke XXXIII. en van enſen rycke van Caſtilien en anderen XXXVII. Onder ſtondt geſchreven. By den Keyſer &c.

Et ſane ſi rem ipſam examinemus attentius, nihil æquius quam terram 15
illam ſic eminentem è flumine iis adjudicare, qui ad eam de ſuis prædiis
ita poſſunt accedere, cum ſæpe fiat, ut flumen de iiſdem illis prædiis terræ
partem avellat. Princeps autem vix unquam quid amittat de flumine,
quod ſemper aperit ſibi viam, & ſemper his aut illis aut addit, aut detrahit, ut eſt apud Lucanum:

Illos terra fugit dominos, his rura colonis
Accedunt donante Pado.

Sed quid ſi, qui prope ripam prædiorum ſunt domini, poſſeſſionem 16
omittant? Fiſci erit ſine dubio, cujus & ſunt cætera, quæ dicuntur ἀδέσποτα, *l.69. §.1. ff.de leg.1.* Quid ſi etiam non poſſint ad eam curru ac- 17

cedere? Erit fiſci vel Ordinum, ſi poſſit undequaque circumiri navigio. Si dubitetur, an poſſit, receptum apud Gelros, ut fiat ita periculum, ut expreſſum edicto *de jur. alluv.* & quemadmodum ſequitur:

Art. XXV.

Alle middelzanden, die ſich anderſins van ſelfs op doen, en te vorens van het àlthoevich Landt niet bevaren ſijn, mogen van s' Heeren wegen wettelyck bevaren worden als volcht.

XXVI.

Sal ten dage der bevaring dienende den Hooft-Officier, die naer older gewoonte in de reſpective quartieren over ſulke bevaring behoort te ſtaen, of in nootſaecken ſijnen Stadtholder of Scholtus daer tho in tyts by den bevaerder gerequireert ſijnde, op die wal-plaets erſchynen met vier of vyf gequalificieerde Gerechtsluyden, ende eenen geſworen Schryver neffens die geintereſſeerde parthyen, die ſulks tho vorens ter goeder tyt behoirlycken geinſinueert ſal ſijn, Ten overſtaen van alle die welcke die bevaringe geſchieden ſal.

XXVII.

Mit eenen gemeynen merktſchuyt, die ten minſten een laſt hart korens laden, ende ter merckt varen kan, mit een hanck-roer.

XXVIII.

Op een gemeyn vaerwater, tho verſtaen wanneer die Reviere op anderhalve voet nae op't laechſte is tot erkentenis des Gerichts.

XXIX.

In deſe Schuyt ſullen ſijn die vurſchreven Officier, of by noot ſijnen Stadthouder, of Scholtus, met die Gerichtsluyden, und den Schryver, inſgelycks beyde partyen beyder ſijts, ſoo ſe willen, und twee Schipper.

XXX.

Und varen rondſomme 't opgecomen middelzant, ſonder ergent mit den bodem ofte 't roer van de Schuyt gront te ruren: want gront rurende, of yet vant voorſchr. naegelaten ſijnde, ſal die bevaringe van geener waerde gehouden worden.

XXXI,

Een middelzant van s' Heeren wegen als voorſchr. bevaren ſijnde, ſal die Heer 't ſelve gerechtelyck in gebruyck nemen, mit palen affteecken, und ſijns beſten gevallens, beſayen, bepaten, und beſteecken mogen.

Et hæc ſunt ſolennia. Siquid ſit omiſſum, quod actum eſt, nullum eſt, *d. art.* 30. *l. non dubium* 5. *C. de legib.* Et ſiquis ex iis quid omiſſum con-

contenderit, requiritur, ut hoc dicat intra tempus legitimum. Tempus legitimum eſt tertia pars ſeculi, *d. edict. art.* 35. *Alle bevaren und begaen niet geſchiet nha den inholt van deſen, ſal t'allen tyden binnen ordinariſen tyt van præſcriptie, tho weten binnen een derdendeel van hondert
jaer mogen wederſpreecken worden.* Sed interdum licet poſſit circumi- 19
ri navigio, ſi tamen non naturaliter ſit excitatum in flumine, ſed cratium vi, quæ etiam id tuentur, & defendunt à flumine, eorum eſt, qui prope ripam prædiorum ſunt domini, ut rogati reſponderunt hujus juris periti, quorum nomina ſubjiciuntur reſponſo quod ſequitur. Eſt enim notabile:

Ghevraeght ſijnde aen ons onderſchreeven, of een zandt liggende achter een kribbe, und door de ſelve gecauſeert en beſchermt wordende, doch rondſom met water bevloten, datmen daeromme met een ſchuyte, als die Heer van den Lande, ofte 't recht daer van hebbende in bevaringe van middelzanden moeten gebruycken, konde omvaren worden, ſulcx by de Landtſchap ſoude gedaen worden, of mogen geſchieden. Souden verſtaen, gelyk wy oock door dagelycxe practycque, en des noot door exempelen connen bewyſen, dat d'Heer van den Lande niet gewoon is andere middelzanden, als die in den ſtroom door de natuere worden opgeworpen te bevaren, Ende niet die door coſten van de eygenaers der Landen aen de Reviere leggende door Cribben en Hoofden worden gecauſeert, ende gedefendeert, Maer dat die zanden, alwaert ſchoon datſe bevaren konde worden altyt ſijn gelaten aen de gene, dieſe met koſten gecauſeert ende beſchermt hebben. Wat lager ſtont, Des t'oirconde deſen ondertekent binnen Aernhem den VI. *Decemb.* 1648. *Ende was ondertekent, Everhard Everwyn, D. van den Sande, der regten Doctor, ende Auditeur van de Reken-kamer van Gelderlant, Arnold van Dans, Willem Tullekens, Nicolaes van Geelbecken, Lantmeter des Vorſtendoms Gelre, ende Graeſſchaps Zutphen. Noch leger ſtont. Gecollationeert jegens het origenele advys gedateert en ondertekent als boven, En is deſe copye bevonden daer mede t'accorderen, by my onderſchreven Notaris s'* Hoofs *van Utrecht, binnen Utrecht reſiderende, deſen* 15. *Mart.* 1650. *Gerard Vaſtert, Notaris &c.*

Omnino hoc conveniens ſuperiori edicto *art.* 23. *Inden eerſten ſullenvan s' Heeren wegen geen middelzanden mogen bevaren warden, die mit andere luyden, Hoofden, Cribben, of Ridſen opgebracht ſynde, onder deſelve Hoofden en Cribben of Ridzen ſchuylen, maer ſullen gerig-*

telyck

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

telyck ſonder die te doen bevaren of begaen geoccupieert werden by den genen, door wiens Hoofden, ende Cribben of Ridſen die ſelve opgekomen ſijn. Patebit hoc clarius, ſi ponatur ob oculos.



Utrum autem naturaliter, an cratium vi ſit excitatum, cognoſcitur experimento quod ſequitur in *eod. edict. ſeq. art. Und umb tho mogen weten of alſulcke middelzanden door't vurſchreven Hoofden, Kribben, ofte ritzen opgekomen ſijn, ſalmen van 't uyterſte der Hoofden, Kribben, of ritſen een holt of rysboſch laten dryven, und ſoo ver't ſelve holt of rysboſch binnenwaerts dryft, is tho verſtaen, dat het middelzandt van het Hooft, kribbe of ritzen niet opgecomen en is. Dan gaet die drift van het holdt of rysboſch buytenwaerts, Dat is een teycken, dat het middelzandt van het vurſchr. Hooft, Kribbe, of ridſe opgecommen of gewaſſen ſy &c.*

TEXTUS

§. XXIII. *Quod ſi naturali alveo in univerſum derelicto, ad aliam partem fluere cœperit: prior quidem alveus eorum eſt, qui prope ripam ejus prædia poſſident, pro modo, ſcilicet, latitudinis cujusque agri, quæ prope ripam ſit; novus autem alveus ejus juris eſſe incipit, cujus & ipſum flumen eſt, id eſt, publicus. Quod ſi poſt aliquod tempus ad priorem alveum reverſum fuerit flumen, rurſus novus alveus eorum eſſe incipit, qui prope ripam ejus prædia poſſident.*

COMMENTARIUS.

1. *Alveus quid.*
2. *Cujus juris ſit alveus.*
3. *Ad l. 7. §. 5. in fin. ff. de acq. rer. dom.*
4. *Ad l. 30. ff. eod.*

5. *Ad*

5. *Ad l. 38. ff. eod.*
6. *De jure hodierno.*

ALveus illa terra eſt, quæ à flumine tegitur, & ſuper qua il 1
lud etiam naturaliter currit, cum & corbis alioquin, cui
apes includuntur, indigitetur hoc nomine, §. *Apium* 14.
Inſt. h. t. Ovid. *Amor. lib. 3. eleg. 6.*

Dum loquor increvit latis ſpatioſius undis,
Nec capit admiſſas alveus altus aquas.


Idem *ad Liv. Aug.*

Uberibuſque oculis lacrymarum flumina miſit,
Vix capit adjectas alveus altus aquas.

Ut dixi, eſt publicus, cum à flumine tegitur, *h. §. d. l. 1. §. 7. ff. de flum.* 2
privatus vero, ſimulac deſeratur à flumine, *d. l. l. 7. §. 5. ff. de acq. rer. dom.*
& nimirum vel occupantis, ſi limitata ſint prædia, *d. l. §. 6.* vel eorum,
qui prope ripam prædiorum ſunt domini, *h. §.* Carpzov. *def. for. part. 3.*
conſt. 31. def. 14. & 15. Et idcirco non mirum, quod alveum veterem ſi
flumen deſeruerit facto ſibi novo ex agris Sempronii, deſertus ſit vici-
norum, novus autem ſit publicus, quia tectus à flumine. Sed quid ſi 3
iterum deſerat novum illum alveum, & ad veterem redeat, an deſertus
erit iterum, qui utrinque prope ripam prædiorum ſunt domini, an
reſtituendus Sempronio? Reſtituendus Sempronio, ſi flumen eo
deſerto intra tempus non diuturnum ad veterem redeat. Sed ſi tempus
ſit diuturnum, vicinorum erit iterum, & vetus, ad quem revertitur, erit
iterum publicus, *h. §.* Puto ita dicendum, ut poſſit *d. l. 7. §. 5.* conciliari
cum eo, quod Juſtinianus hic dicit. Nam quod nonnulli hunc §. de ju-
re ſtricto accipiunt, legem vero 7. §. 5. de bono & æquo, id admitti non
poteſt. Antinomiam agnoſcunt, qui ita conciliant, ut dixi jam latius ad
§. pen. Inſt. de jur. nat. gent. & civ. Scio quod putetur etiam diſſentire 4
Pomponius in *l. 30. ff. de acq. rer. dom.* ſed non recte, ni fallor. De inun-
datione enim, non autem de caſu, quo flumen mutavit alveum, in
ea lege ſit mentio. Pac. *cent. 6. ant. 88.* Et quod attinet ad *l. Attius 38.* 5
ff. eod. non ſupererit difficultas, ſi præſupponas, quod flumen deſerto
alveo, quem ibi fecerat ex agris L. Titii, ſit reverſus ad veterem poſt
tempus tam diuturnum, ut veteri domino ager, quem occupaverat,
reſtituendus non fuerit. Diſſ. Connan. 3. *comm. 5. n. 2.* Donell. 4.
comm. 28. Species ad illam legem recte ab Hotom. *lib. 6. obſ. cap. 1.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

& Bachov. ad Treutl. *vol.* 2. *diſp.*20. *th.*5. *lit.* G. in hunc modum pro-poſitur:



Agrum L. Titii flumen primum abſorpſit, & deinde univerſam etiam viam publicam ſuſtulit, atque ita quem habebat alveum omnino deſeruit. Cujus erit deſertus? Erit ejus qui trans flumen eſt poſſeſſor prædiorum, *d. l.* 38. *verb. Reſpondit, cum flumen agrum & viam publicam ſuſtuliſſet, eum agrum ejus factum eſſe, qui trans flumen fundum habuiſſet &c.* Non ergo L. Titii, cujus prædium erat jam abſorptum à flumine. Non etiam Attii, cujus prædium non eſt proximum, aut vicinum illi alveo, quem flumen deſeruit, nec fuit etiam trans flumen, ſed trans viam publicam, ſed Mævii ſine dubio, quia is eſt, qui trans flumen fuit agri poſſeſſor. Et hæc prima eſt quæſtio. Jam altera ſequitur: Flumen & viam publicam, & agrum, quem occupaverat, retrocedens deſtituit, & ad veterem illum alveum revertitur iterum. Cujus erit jam alveus, aut ager L. Titii derelictus à flumine? Nec Titii, nec Mævii, ſed ejus, qui trans viam habet proximum prædium, *d. l.*38. *verb. Poſtea cum paulatim retro rediſſet, ademiſſe ei, cujus factus eſſet, & addidiſſe ei, cujus trans viam eſſet.* Attii igitur, & ſolius quidem Attii, quia ſolus hic proponitur habere prædium trans viam. Ad Mævium quod attinet, & amittit, quod acquiſiverat, quia eſt ejus juris, cujus flumen eſt, iterum, *h.* §. & ad partem etiam cum Attio admitti non poteſt, cum non ſit ejus prædium prope ripam illius alvei, quem flumen deſeruit. Si dicas: Atqui nec ager Attii eſt prope ripam illius alvei, cum media ſit via publica, dicam eam non impedire, quominus Attio accreſcat id, quod flumen deſeruit. Nam & via eſt fundi, cum aliquando ejus fuerit, & ademta intelligatur, cum ita hoc flagitaret utilitas publica, *d. l. in fin.* Ipſa vero via non acquiritur Attio, ſed quaſi poſtliminio jus priſtinum recipit, cum via ſit publica, & exemta commercio, §.2. *Inſt. de inut. ſtip. l.* 62. §. 1. *ff. de contr. empt. l.* 36. *ff. de relig. & ſumpt. fun. l.* 20. §. 1. *ff. de capt. & poſtl. rev.*

Cæte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Cæterum illa diſtinctio inter tempus diuturnum & non diuturnum 6
moribus etiam hodie videtur conveniens. Si flumen enim decennium occupaverit prædium, & deinde receſſerit, non veteri domino reſtituitur prædium, ſed fiſco addicitur. Grot. *lib. 2. de jur. bell. & pac. cap. 8. n. 10. & 2. man. 9. §. Door overloop. & §. Dat ſoodanigh.* Niſi forte poſſeſſio per illud temporis ſpatium ſit retenta piſcando. Et ita judicatum etiam à Senatu Hollandiæ. Sim. à Leuwen *Rooms-Holl. Recht lib. 2. cap. 4. n. 4.*

TEXTUS

§. XXIV. *Alia ſane cauſa eſt, ſi cujus totus ager inundatus fuerit. neque enim inundatio fundi ſpeciem commutat. & ob id, ſi receſſerit aqua, palam eſt, eum fundum ejus manere, cujus & fuit.*

COMMENTARIUS.

A caſu qui proponitur in *præced.* §. multum hic differt. Si flumen alveum deſerat, & faciat ſibi novum, deſertus fit vicinorum *præced.* §. Si eum non deſerat, ſed eo retento aliorum agros inundaverit, & deinde receſſerit, agri reſtituuntur veteribus dominis, *h. §. l. 7. §. 6. ff. de acq. rer. dom.* Non enim mutat inundatio fundi dominium, *h. §.* Sed dum durat inundatio, cenſetur tamen interim amiſſa proprietas, reſpectu effectus, cum uſum non habeat, *h. §. verb. ſi receſſerit aqua palam eſt, &c. l. 23. l. 24. ff. Qu. mod. uſusfr. am.* ſicut poſſit uſusfructus nec retineri piſcando, *d. l. 23.* Poteſt enim quilibet piſcari in flumine, *§. 2. Inſt. h. t.* &, ſi quilibet poteſt, ſequitur, quod ego jus prohibendi non habeam, ne in ea quidem aqua, quæ meum agrum operuit. Idem jus eſt in parte, quod habet locum in toto, *l. 113. ff. de reg. jur. l. 7. pr. ff. de except. rei jud.* Accurſ. *ad d. l. 23.* Bachov. *ad Treutl. vol. 2. diſp. 20. th. 5. lit. G.* Sed hic jam ſubſiſtam, ne opus ſit nimium. Prælo autem feſtinante cum quædam omiſerim, ut ſuis locis aptentur, hic ea ſubjiciam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

SUIS LOCIS ADDENDA.

PAg. 6. *lin.*20. ante illa verba. *Adſcivit conjugem, &c.* adde. Adſcriptus Candidatis,cum primum Juſtinus occupaſſet imperium,deinde Nobiliſſimis, de quibus dicam inferius. Victor Tununenſis: *Romanorum* LI. *Juſtinus regnat annis* IIX. *menſ.* IX. *&c. cui nepos Juſtinianus vocabulo fuit, Candidati militia functus.* Marcellin. *in Chron. Anno regiæ urbis conditæ* CXCVIII. *Juſtinus imperator Juſtinianum ex ſorore ſua nepotem, jamdudum à ſe nobiliſſimum deſignatum, participem quoque regni ſui, ſucceſſoremque creavit Cal. Aprilis, ipſe vero quarto ab hoc menſe vita deceſſit, anno imperii* IX. *menſ.* II.

P. 29. *lin.* 20. poſt illa verba. *Romanorum Imperatores.* &c. adde. Chagani domini & reges Tartarorum. Gregor. Turonenſ. *lib.*4.*hiſt.cap.* 29. *Vocabatur autem Chaganus. omnes enim reges gentis illius appellantur hoc nomine.*

P.205.*lin.*25. poſt illa verba. *Connan.*2.*comm.*12. adde. Scio quidem, quod compedes, cum fuerint orbes è ferro, & inſtar annulorum, dicantur & annuli. Martial.

Annulus iſte tuis fuerat modo cruribus aptus.

Sed quid inde jam ſequitur? An rationes, quas dixi, id poteſt evertere? An non inſtar annulorum fuerunt etiam armillæ, & cur non ergo per compedes intelligamus armillas? Sane ſi intelligamus nihil erat abſurdi.

P. 263. *lin.* 16. Ita Suetonium interpretatur Torrentius. Alii aliter. Lipſ. 1. *elect.*20.

P. 276. *lin.* 26. Mihi vera videtur diſtinguentium, lege, Mihi vera diſtinguentium.

P. 288. *lin.* 30. poſt illa verba, χιλίας δραχμάς. adde. Erant nothi & ſpurii nati ex nuptiis cum peregrina contractis. Dico nothi & ſpurii, quia ſpurii ſunt omnes,quicunque naſcuntur ex illegitimis nuptiis, §.12. *Inſt.h.t.* Atqui naſcuntur ex illegitimis nuptiis, qui naſcuntur ex nuptiis cum peregrina contractis, *h.pr.* Si rogaveris, quid ita? Quia eſt illegitimum,injuſtum,& nullum contra leges admiſſum, *l. non dubium* 5. *C.de legib.* Atqui contra leges eſt cum peregrina conjugium, ut probavi jam ſtatim, & idcirco neceſſe eſt, ut & liberi ſint illegitimi, cum ex nuptiis illegitimis non naſcantur legitimi, & neceſſe eſt præterea, ut non tantum per-

peregrinum, ut Cuperus exiſtimat *lib.* 1. *obs.cap.*16. ſed inprimis & ſpurium vox νόθος ſignificet, cum dicit lex ita: Νόθον εἶναι τὸν μὴ ἐξ ἀστῆς γεγονότα. Nam & ita regulariter vox νόθος accipitur. Idem *ibid.* Heſych. Σκότιος, νόθος, ὁ λάθρα γεννηθεὶς τῶν γονέων τῆς κόρης. Fuerunt & peregrini nati ex nuptiis cum peregrina contractis, *l.* 24 *ff.de ſtat. hom. l.* 7. *C.de rei vind.* Sed an inde jam ſequitur, ergo non ſpurii? Nulla eſt conſequentia. Sed quid opus tot verbis? Expreſſe Pollux in Onomaſtic. dicit γνήσιον ex cive, νόθον & ſpurium ex peregrina ſuſceptum, *lib.* 3. *cap.*2. Καὶ γνήσιος μὲν ὁ ἐκ γυναικὸς ἀστῆς, καὶ γαμετῆς, ὁ δὲ αὐτὸς, καὶ ἰθαγενὴς, νόθος δὲ, ὁ ἐκ ξένης, ἢ παλλακίδος, *Eſt autem legitimus, qui ex fœmina cive* (ſic enim vertendum, non ut vertit interpres, ex fœmina proba) *& nupta natus eſt, qui etiam legitime natus eſt. Nothus vero ex peregrina, aut pellice natus..* Miror, quod hujus loci vir idem non meminit. Sed & multis etiamnum in locis Germaniæ &c.

P. 289. *lin.*4. ſed appellantur, lege, & appellantur.

P. *ead. lin.* 21. poſt hæc verba. *Volkert Evertzen itin. cap.* 12. adde. Sed ponamus exemplum: Cum Chriſtiana Chriſtianus contraxit conjugium. Chriſtiana, quæ Judæa fuerat, dum conſtant adhuc nuptiæ, ad Judaiſmum revertitur, an faciendum divortium? Dicendum quod non, quia id tantum permittitur, ſi accedat adulterium, aut malitioſa deſertio, *Matth.* 5. *v.* 32. 1.*Cor.*7.*v.*15. Et idcirco non dubito, quin ſolutum ſit matrimonium, ſi Chriſtiana non ſolum ad Iudaiſmum redierit, verum etiam deſerto, quem habebat marito, Judæo ſe collocaverit, ſic ut prior ejus maritus novas habeat nuptias contrahendi licentiam. Dicit enim Apoſtolus 1. *Cor.* 7. *v.* 15. Εἰ δὲ ὁ ἄπιστος χωρίζεται, χωριζέσθω, οὐ δεδούλωται ὁ ἀδελφὸς, ἢ ἡ ἀδελφὴ ἐν τοῖς τοιούτοις. Quæ utique major eſt quam Ivonis auctoritas, qui conſulenti de hoc caſu reſpondit contrarium, nimirum ut ſequitur, *epiſt.*122. *Ivo humilis eccleſiæ Carnotenſis miniſter Vulgrino Pariſienſi archidiacono, à zelo juſtitiæ non tepeſcere. Quia portitor literarum veſtrarum feſtinabat ad reditum, & ego publicis & familiaribus negotiis præpeditus eram, plura ſcribere non potui. Breviter itaque de Judæa baptizata, & Chriſtiano nupta, poſtea vero ad Iudaiſmum reverſa, fraternitati tuæ reſpondemus: quoniam verum connubium fuit, quod inter perſonas ejuſdem legis nulla interveniente cauſa, quæ conjugium ſolvit, rite celebratum fuit. Quamvis itaque mulier dupliciter fornicata fuit, quia & ad Iudaiſmum rediit, & viro alteri,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Iudaici videlicet ritus nupſit, vir tamen Chriſtianus, qui aliam vivente ea duxit, procul dubio adulterium perpetravit. Canon autem manifeſte dicit, ſicut ipſe bene noſti, Quia inceſtis conjunctionibus nihil veniæ reſervamus, niſi cum adulterium ſeparatione ſanaverint. Dicit enim beatus Auguſtinus in libro de nuptiis & concupiſcentia: manet inter viventes quoddam conjugale, quod nec ſeparatio, nec cum alio copulatio poſſit auferre. Hieronymus etiam ad Oceanum de morte Fabiolæ, præcepit Dominus uxorem non debere dimitti excepta cauſa fornicationis; & ſi dimiſſa fuerit, manere innuptam. Quicquid viris præcipitur, hoc conſequenter redundat ad fœminas. Neque enim adultera uxor dimittenda eſt, & vir mœchus tenendus. Multa in hunc modum reperiri poßent, ſed te hæc bene noße non ambigo. Vale.

P. 304. *lin.* 2. poſt illa verba. *facillime poterat.* adde. Vix etiam jam hodie poteſt caſus exiſtere, ut homo liber per ignorantiam ancillam accipiat, & ſi adhuc fortaſſis id contingat in India, ubi ſervi ſunt in uſu, dicendum, quod matrimonium ab initio ſit nullum, *nov.* 22. *cap.* 10. *cap.* 2. *ext. de conj. ſerv.* Ivo egregie *epiſt.* 242. *Scripſit mihi,* inquit, *dilectio veſtra vos audiiße à quibuſdam, quod dirimerem conjugia liberorum & ancillarum, & è converſo; & hoc vobis videri, quod ſit contra ſententiam euangelicam, qua dicitur: non licet viro dimittere uxorem, niſi cauſa fornicationis. Ad quod dilectioni veſtræ reſpondemus, quia contra hanc ſententiam ſcienter nihil agimus, vel agere volumus. Si enim divortium facimus inter liberum & ancillam, non conjugium ſolvimus, ſed contubernium male conjunctorum diſſolvimus & diſſociamus. Unde ſcribit Leo Papa Ruſtico Narbonenſi epiſcopo: non omnis mulier viro juncta uxor eſt. nuptiarum quippe fœdera inter ingenuos ſunt legitima, & inter æquales. &c.*

P. 304. *lin. pen.* poſt illa verba. 1. *Cor.* 7. *v.* 15. adde. Quæ fuit etiam jam olim Ivonis ſententia doctiſſimi ſuo ſeculo Carnutum epiſcopi *epiſt.* 188. *Quæſivit à me,* inquit, *quod melius me novit, veſtra prudentia, utrum mulier, quæ poſt completa ſacramenta & officia nuptiarum infra duos aut tres menſes peperiſſe cognoſcitur, debeat propter fœdera nuptiarum in conjugio manere, an propter patratum ante nuptias flagitium matrimonii dignitatem amittere, cum lex Moyſi hujuſmodi jubeat lapidari. Super qua re non memini me canonicam inveniſſe ſententiam: dico tamen ſine præjudicio melioris ſententiæ, quia ſi ante celebrationem ſacramenti conjugalis cognita fuiſſet mulieris turpitudo, ſecundum legum*

gum ſeveritatem non eſſet honeſtanda matrimonio, ſed aſperis objurgationibus tanquam lapidum jactibus ſevera ei eſſet adhibenda correptio. Verum poſtquam ſimpliciter præcedente conſenſu contracta ſunt fœdera nuptiarum, poſtquam matrimoniales tabulæ datæ ſunt, & cætera conjugii ſacramenta completa ſunt, vir & mulier unum corpus per commixtionem carnis facti ſunt, non intelligo poſſe diſſolvi conjugium, niſi divortii cauſa intercurrat adulterium, &c.

P. 315. *lin.* 25. poſt illa verba. *eouſque proceſſerat.* adde. ſimulata quædam Paparum & Pontificum ſanctitas, ut nuptias prohiberent in ſexto gradu ſimpliciter, *c. nulli. c. nullum. c. de affinitate* 35. *q.* 2. & 3. ſic ut nec inter eos, qui erant jure civili in decimo aut duodecimo gradu, permitterent matrimonium, ne cum ejus quidem uxore, qui mihi erat in eo gradu conjunctus, dum viveret. Ivo: *Si autem prædicta genealogia ita ſibi cohæret, legitimum non poterit eſſe conjugium, ſed inceſtum contubernium, nec filios poterunt habere legitimos, ſed ſpurios. Unde vobis ex apoſtolica & canonica auctoritate præcipimus, ut tam calumnioſum conjugium in eccleſiis noſtri epiſcopatus, nec ipſi conſecretis, nec ab aliquo, quantum in vobis eſt, conſecrari permittatis, niſi primum in præſentia noſtri conſanguinitas hæc ſeptimum gradum exceſſiſſe legitime fuerit comprobata.* Idem *epiſt.* 129. *Quod ideo dilectioni tuæ ſcribo, quoniam audivi te velle ducere in uxorem Vicecomitiſſam Bleſenſem, cujus defuncto marito fuiſti conſanguineus, ſicut mihi ſcripſerunt & probare parati ſunt nobiles viri, tam tui, quam defuncti Vicecomitis Roberti conſanguinei. Unde tibi mando, & per legem Chriſtianam interdico ferales & inceſtas nuptias, quas nec lege poteris defendere, nec legitimos de eis heredes ſuſcipere, &c.* Add. eund. *epiſt.* 211. & 261. Si quæratur quæ ratio? Adjiciebant rationem adhuc magis ridiculam, &c.

P. 323. *lin.* 16. poſt verbum, *cognatio.* adde. Sic & apud Ovidium 4. *Heroid.*

Nam mihi quot fratres, totidem periere ſorores.
At tu ſiqua piæ Lynceu tibi cura ſororis.

P. 343. poſt hæc verba. *apud A. Gellium* 16. *noct. Attic.* 7. adde. Et idcirco ſi quæras, an poſſim eam ducere, cum cujus matre rem habui, reſpondendum, quod non, licet dici non poſſit, quod fiat vel privigna vel affinis propterea, quia matrem compreſſi. Honeſtas nos prohibet ab ejuſmodi nuptiis, *d. l. ſemper* 197. Ivo *epiſt.* 232. *De viro qui antequam uxorem duceret, circa maritalia loca matrem ejuſdem uxoris exteriori pollu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

pollutione maculavit, nihil ſanius reſpondere valeo, quam quod Papa Vrbanus reſpondit Hugoni Gratianopolitano epiſcopo conſulenti eum de ſimili negotio. reſpondit enim ex conſulto, propter tale flagitium legitimum ſolvendum non eſſe matrimonium. Conſuluit tamen diligentiſſimis & diſtrictiſſimis examinationibus eſſe perquirendũ, utrum in tali turpitudine contigerit aliqua carnis commixtio, per quam fierent in commixtione ſeminum una caro, propter quam fieri debet male initi vel violati matrimonii disjunctio. Audivi enim quod vir ille, de quo agitur, de objecto crimine examinatione igniti ferri ſe purgaverit, & à læſione ignis illæſus repertus ſit. Quod ſi ita eſt, & hoc in ſacramento purgationis ſuæ poſuit, quod nunquam cum matre uxoris ſuæ una caro fuerit, contra divinum teſtimonium nullum ulterius inveſtigandum intelligo eſſe judicium. Vale. Quæ cum ita ſe habeant, non poteſt elaudari ejuſdem conſilium, qui olim interrogatus an jam factis ſponſalibus, ſi diem alter obierit, alter cum fratre vel ſorore prædefuncti poſſit nuptias contrahere, ſimpliciter exiſtimavit reſpondendum quod non, ni fallor, ratione non ſatis probabili, quod contractis ſponſalibus ſtatim eos, qui contraxerant, exiſtimaret jam conjuges. Reſponſum extat *epiſt.* xcix. dignum, quod inſeratur hic: *Ivo Dei gratia Carnotenſis eccleſiæ miniſter, dilecto in Chriſto fratri & compresbytero Gualoni ſalutem in domino. Sciſcitata eſt à me dilectio tua, utrum pueri ſex annorum vel infra poſſint inter ſe ſponſalium vel matrimonii contrahere ſacramenta: & celebratis ſponſalibus, ſi alter obierit, utrum poſſit ſuperſtes cum ſorore, vel cum fratre defuncti inire matrimonium, cum quo prius inierat deſponſationis vinculum. Et de matrimonio quidem ſi legem naturalem conſulimus, & verba domini diligenter attendimus ubi dicit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una, reſpondere incunctanter poſſumus, quia tunc primum initur legitimum matrimonium, cum conjuges per commixtionem carnis reddere ſibi invicem poſſunt conjugii debitum. Si autem ante annos pubertatis ratione dilatandæ vel conſervandæ pacis inter aliquos talia ſacramenta celebrantur: ſi inter eas perſonas fiat, inter quas lex id fieri non prohibet, & ex amborum conſenſu, non reprehendimus: quia ſicut Papa Nicolaus dicit, matrimonium facit conſenſus non coitus. Vnde etiam in libro Pandectarum continetur libro 23 titul. 1. In ſponſalibus conſenſus eorum exigendus eſt, quorum in nuptiis deſideratur. Et ideo ſicut nuptiis, ita ſponſalibus filiamfamilias conſentire oportet. & in conſequentibus: Filiofami-*

familias diſſentiente ſponſalia ejus nomine fieri non poſſunt. Qua autem ætate iſta fieri debeant, nec eccleſiaſticis, nec humanis legibus pleniter eſt diffinitum. Unde in ſupradicto continetur libro: In ſponſalibus contrahendis ætas contrahentium diffinita non eſt, ut in matrimoniis. quapropter à primordio ætatis ſponſalia effici poſſunt, ſi modo id fieri ab utraque perſona intelligitur, id eſt, ſi non ſint minores quam ſeptem annis. Poſtquam vero ſponſalia utriuſque perſonæ conſenſu contracta ſunt, conjugii nomen acceperunt. Unde dicit Ambroſius ad exhortationem virginitatis, libro primo: Deſponſato viro conjugis nomen accipit. Cum initiatur conjugium, tunc conjugii nomen aſſumitur: non enim defloratio virginitatis facit conjugium, ſed pactio conjugalis. Item Iſidorus etymologiarum lib.9. Conjuges veri appellantur à prima deſponſationis fide, quamvis adhuc ignoretur conjugalis concubitus. Inde etiam Auguſtinus in libro de nuptiis & concupiſcentia: Neque fallaciter ab angelo dictum eſt ad Joſeph: noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Conjunx vocatur à prima deſponſationis fide, quam concubitu nec cognoverat, nec cognoſciturus erat. His igitur auctoritatibus manifeſtum eſt, quia poſtquam per deſponſationis fœdus inter duas perſonas ex majori parte fuerit conjugium ex utrorumque voluntate compactum, non poteſt ulterius frater uxorem fratris ducere, nec ſoror ſororis marito nubere. Unde legitur in concilio Triburienſi capitulo x. *Decretum eſt, ut quamvis mulier nupta eſſe non potuerit legitimo viro, deſponſatam tamen fratri frater habere non poſſit. &c.*

P. 364. poſt verbum *diſſolutus* adde. Et quid eos miramur, jam olim apud Pontificios, ne pater quidem propriam potuit filiam ſuſcipere. Si ſuſcepiſſet, faciendum erat cum uxore divortium. Fulbertus epiſcopus Carnotenſis *epiſt.* 13. *Venerabili Senonenſium Archiepiſcopo Leutherico Fulbertus Carnotenſium humilis Epiſcopus à ſummo domino Euge bone ſerve. Placuit excellentiæ veſtræ ſciſcitari à nobis, quid agendum ſit de quodam viro, qui filium ſuum tenendo ad confirmationem factus eſt de patre patrinus, videlicet utrum ab uxore ſua matre ejuſdem pueri ſit ſeparandus an non. Nos vero quid ſancti patres de tali cauſa ſtatuerunt, id cenſemus eſſe tenendum. Invenitur ergo ſtatutum in concilio Leptinenſi cap.*VII. *ſub Zacharia Papa, ſub principe Carlomanno hoc modo: Siquis filiaſtrum aut filiaſtram ſuam ante Epiſcopum ad confirmationem tenuerit, ſeparetur ab uxore, & alteram non accipiat. Simili modo & mulier alterum non accipiat. Item in eodem: Nullus proprium filium vel filiam de fonte baptiſmatis ſuſcipiat, nec filiolam, nec commatrem ducat uxorem,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

rem, nec illam, cujus filium vel filiam ad confirmationem tenuerit. Ubi autem factum fuerit ſeparentur; Credo iſta tibi ſufficere, pauca ſapienti. Vale.

P. 353. poſt hæc verba. *d.nov. cap.*29. adde. *can. ſtatuimus* 31. *cauſ.* 11.*qu.*1. *ſubmotus à clero curiæ tradatur, cui vitæ ſuæ omnibus diebus ſerviat.* Stephanus Papa *can. clericus* 8. *cau.* 3. *qu.* 4. *Clericus, quia infamis effectus eſt, à gradu debet recedere, ac Curiæ tradi ſerviturus.*

P. 358. *lin.* 17. poſt illa verba. *Rooms-Holl. Recht lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 3. adde. Non quod apud eos ſit ſtatuto prohibita, ſed quod id ipſum vix unquam apud eos eveniat, ut adoptet quis filium. Si id tamen eveniat; adoptionem & valituram & permittendam exiſtimo, cum dici non poſſit, quod ſolo non uſu jus civile ſublatum ſit. Atque ita & judicatum à Senatu Brabantiæ *Ann.* 1651. Stockmans *deciſ.* 69. Et ſane ſi quilibet poſſit facere teſtamentum agnatis præteritis, quid hoc ad agnatos, aut ad quemlibet alium, ſi adoptet quis filium in orbitatis ſolatium, ut idem & heres ſit, ſi adoptans deceſſerit, *l.* 21. *C. mand.nov.* 22. *cap.* 2. Germanos etiam quod attinet, frequentius apud eos eſt adoptionis veſtigium, nimirum unio prolium, quam eſt ipſa adoptio. Quid ſit unio prolium, ſatis conſtat ex iis, quæ docentur à Gailio *lib.*2. *obſ.cap.*125. Unde duos articulos videntur Drentini, quibus etiam eſt uſitata, inſeruiſſe Statutis, quæ adhuc ſunt in uſu, & ſe habent, ut ſequitur: Lib.3.*art.*15. *Alſoomen bevint, dat alomme in de Lantſchap Drenthe, die eenkintſchap worden opgerichtet, ſonder daer te obſerveren de behoorlijcke Solemniteyten, na rechte daer toe vereyſcht, ſoo ſullen int comſtich voort oprichten van ſodanige een kintſchappen voormombers geſtelt en beedight worden over de voorkinderen, de nevens eenige naeſte verwanten exactelijck ſullen overleggen de goederen en middelen van hare pupillen ende van de perſoon die met der ſelver Vader ofte Moeder wederom ſal hylicken, om eygentlicke ſtaet te konnen maken, ofte de een kintſchap haer voorſchr. pupillen profytelijck ſy. Ende ſoo ſy ſulcks bevinden ſullen in de een kintſchap mogen conſenteren, mits daer van ten naeſten Lottinck, die reden en gelegentheyt van ſaecken andem Etſtoel Remonſtreren, ende confirmatie van de een kintſchap verſoecken ſullen; by gebrecke van ſulcks de nul, ende van geender weerden ſijn ſal. Art.* 16. *Vande een kintſchappen, de voor dato van deſen alrede opgerichtet ſijn, ſal ten naeſten Lottinck nae publicatie van deſen, confirmatie verſocht worden, als naeſt voorſchreven is.*

P. 521.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

P. 521. *lin.*26. poſt illa verba. *ire permittat.* adde. Atque inde & caſamentum pro feudo ſeu beneficio. S.Bernardus *epiſt.*39. *Noſtrum quoque ac veſtrum pariter epiſcopum, id eſt, Lingonenſem, abundantiori, ut decet, honore ſuſcipiatis, & de caſamento, quod tenetis, homagium quod debetis, reverenter ei & humiliter offeratis.* Fulbertus *epiſt.*85. *Ut fidelis hæc nocumenta caveat, juſtum eſt, ſed non ideo caſamentum meretur. Non enim ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt. Reſtat ergo, ut in eiſdem ſex ſupra dictis conſilium & auxilium domino ſuo fideliter præſtet, ſi beneficio dignus videri vult, & ſalvus eſſe de fidelitate quam jurat.*

P. 476. *lin.* 21. *ſi nondum ad tutelam.* lege. *ſi nondum ad pubertatem.*

P. 525. ante illa verba. Cicero 4. *ad Herenn.* adde. qui poſteriori ætate ſunt & dicti parentes, & quidem frequentius.

P. ead. *lin.*17. dele, quod habetur. *Poſteriori ætate ſunt & dicti parentes, & quidem frequentius*, cum loco ſit motum per typothetæ ſocordiam.

P. 526. *lin.* 26. poſt verbum, *abſtraxerat.* adde. Vox parentes alioquin cum nonnihil ſit ambigua, & ſubjectos ſignificat. Salluſt. *in Iugurth. Dein parentes abunde habemus, amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium ſatis fuit.* Cicer. 1. *de offic. Quinetiam ob has ipſas cauſas & parentiores habuerunt exercitus & fortiores.* Subjecti enim parentiam, vel, ut legit Cujac. 1. *obſ.*6. *parientiam* præſtabant, *l. un. C. Qu. pro ſua juriſd.* Hotom. 1. *amicab. reſp.*6. Scit autem hoc quilibet, quid parere ſignificet, quamvis & hæc vox videatur ambigua, cum in jure ſæpiſſime ſit idem quod ſolvere, ut oſtendit Cujac. *lib.* 25. *obſ. cap.* 15. per *l.* 4. *C. Qu. cum eo qu. in al. pot. l.* 5. §. 9. *ff. de reb. eor. qu. ſub tut. l.* 8. *C. ſi cert. pet. l. debitoribus* 18. *C. de adm. tut. l.* 3. *C. de cond. ex leg.* Tertull. *de reſurr. carn. Næ illa beatiſſima & glorioſiſſima, quæ poteſt apud Chriſtum Dominum parere debito tanto, ut hoc ſolum debeat ei, quod ei debere deſierit.* Sed hæc ita improprie. Proprie vero paremus imperanti. Imperant non ſolum, qui habent ſummum imperium, verum etiam ægroti. Imperant medicis, qui maximam partem erant ſervi antiquitus, ut demonſtratum eſt ſæpius, quamvis conſtet interdum & imperatum à medicis, *l.* 26. *pr. ff. de oper. lib. l.* 9. *C. de prof. & med.* Senec. 3. *de benef. Imperavit medico eidem, ſervo ſuo, ut ſibi venenum daret.* Idem 6. *de benef. Me non tanquam amicum vidit, ſed tanquam imperatorem.* Terent. *And. act.* 3. *ſc.* 2. *Poſt deinde quod juſſi ei dare bibere, & quantum imperavi, date.* Ibid. *Non imperabat coram, quid facto opus eſſet puerperæ.* Senec. *lib.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

de ira cap. 15. *Si intraſſem valetudinarium exercitatus & ſciens, aut domum divitis, non idem imperaſſem omnibus per diverſa ægrotantibus.* Hotom. *d. loc.* Mornac. *ad l.* 31. *ff. de ædil. ed.*

P. 540. *lin.* 18. *l.* 18. *ff. de inj.* lege, *l.* 14. *ff. de inj.*

P. 553. *lin.* 9. *par templorum*, lege, *pari templorum.*

P. 66. *lin.* 15. poſt illa verba, *trahuntur in controverſiam.* adde. Juris Doctor & Advocatus aut omnino non differunt, aut ſi inter ſe differant, tum utique differunt ut majus & minus. Juris Doctor enim Advocato eſt dignitate ſuperior. Poteſt fieri, ut Advocatus ſit, juris Doctor non item, ſed juris Doctor quin Advocatus ſit, nemo negaverit. Doctores nullibi terrarum ſubjiciuntur examini, ut Advocati creentur, ſed contra Advocati, cum non ſemper Doctores ſint, ut univerſa Germania nemo de eo dubitat, ſubjiciuntur examini, ut fiant juris Doctores. Sic, ut addam exemplum, juris Doctor hoc anno promotus 10. *Iun.* in Illuſtri hac Academia Andreas Witſchger, Nobil. Polon. Supremorum in Pruſſia Electorali judiciorum tam ſummi Tribunalis, quam Curiæ Electoral. Aulicæ Advocatus, poſtquam & tentatus & ſubjectus examini publicè diſputaſſet cum ſummo omnium applauſu de PIGNORE TACITO.

LECTORI.

Statueram ab initio hic ad calcem adjicere notas Avi mei *p. m.* ad librum primum Inſtitutionum paulo ante obitum ab eo recognitas, ſed rogatu Typographi mutavi conſilium. Quæ autem notavit ad §. 8. *Inſt. de nupt.* ſe habent, ut ſequitur.

§. 8. *Mariti tamen filius &c.* Comprivignos hos vulgus vocat, qui privigni dicuntur in *l. generali* 34. §. *pen. ff. de rit. nupt.* quorum nuptiæ ut jure civili ſunt permiſſæ, ita etiam jure canonico. Id enim prohibet nuptias in primo tantum affinitatis genere, quod contrahitur inter maritum & uxoris cognatos, uxorem & cognatos mariti, *d. c. non debet*, adeoque in comprivignos non cadit. Imo comprivigni ne quidem ſecundo & tertio affinitatis genere ſibi conjuncti ſunt, prout canoniſtæ ea definiunt. Secundum enim genus ajunt eſſe, quod contrahitur per affinis primi generis ſecundas nuptias. Tertium quod per affinis ſecundi generis ſecundas nuptias. Exempli gratia: Vidua fratris mei eſt mihi juncta primo genere affinitatis: ea ſi nubat poſtea alii, novus ille maritus jungetur mihi ſecundo affinitatis genere. Quod ſi ipſa moriatur, & maritus poſte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

poſterior ſuperſtes ad alia tranſeat vota, quam tum duxerit, ea erit mihi conjuncta tertio genere affinitatis. Verum ut ut hæc ſint conſtituta, jus tamen divinum diſerte interdicit matrimonio comprivigni *Levit.* 18. *verſ.* 11. modo ſequamur verſionem Latinam Tremellii & Junii, & Germanicam Joannis Piſcatoris: *Nuditatem filiæ natæ ex noverca tua cognata patris tui, ſoror tua eſt; hujus ne retegito nuditatem.* Nec enim vulgata ſtare poteſt, quod ibi prohibeatur matrimonium inter fratres & ſorores ex uno tantum parente conjunctos, id eſt, qui vel ex eodem patre, vel eadem matre ſunt nati: quippe hoc matrimonium Moſes jam ante *eod. cap.* 18. *verſ.* 9. prohibuerat, ut veriſimile non ſit in continenti quaſi eandem prohibitionem repetiiſſe. Atque ita anno MDCIV. alicubi ſcripſeram: poſt cum animadverterem, non poſſe hac de re judicari niſi à valde peritis linguæ ſanctæ, alibi conjecturam meam eorum cenſuræ libenter ſubjeci. Nec ſperabam extiturum ullum qui immodeſtius me invaderet, cum modeſte ipſe ſenſiſſem: prodiit tamen non nemo ex eorum ſchola, quibus omnia aliena diſplicent, qui cum fateretur de veritate Hebraica ſe judicare non poſſe verba variorum interpretum ſubjicere ſe velle dixit, ut inde de judicio meo judicium ferre omnes poſſint: id enim ſolum ſufficere debere & poſſe ad me refutandum. Satis profecto petulanter atque etiam inepte. Quis enim unquam refutatum dixerit eum, cui nullum validum argumentum, ſed aliorum tantum interpretationes objeceris, cum ego Tremellii, Junii, & Piſcatoris tanquam rectiores ſecutus eſſem? At mutavit poſtea Iunius tranſlationem? Illud quæritur an recte? Ad hæc mutavit Iunius: non mutavit Piſcator; quin privatim hac de re mecum differens, in meam ſe ſententiam ire profeſſus eſt. Quam vereor, ne multi ſint, in quos quadret illud Cujacii de Æmilio Ferreto: *In reprehendendis doctoribus ponit faſtus multum, in tradenda veritate ſtudii nihil: & ob eam rem ſunt ejus ſcripta plane ſtudioſis juris inutilia.*

Rerum memorabilium.

A.

Academiæ quot fuerint Iuſtiniani temporibus. 67
Academiam Romæ quis primus erexerit. 68
Acta Senatus. 137
Actionarii. 44
Adoptio Belgis an adhuc ſit in uſu. 358.649.650
Adoptio olim facta traditis armis & inciſis capillis. 362
Adſcriptitii. 179. & ſeqq.
Adſcriptitiorum manumiſſio. 213
Adoptare ab aliquo. 371
Adoptati olim an nomen mutaverint. 376
Advocati à tutela an excuſare ſe poſſint. 515
Advocatus & juris Doctor an inter ſe differant. 65.605
Advocati an dignitate ſuperentur à medicis. 515
Adulterini, inceſtuoſi, vel nati ex clericorum aut ſacerdotum congreſſu an reſtituantur natalibus. 356
Ærarium quotuplex. 54. 245
Ædes ſacra quæ periit, ſi iterum reſtituatur, an iterum dedicanda. 565
Affinitas quid. 324
Affectus pro liberis, 516
Ædibus defuncti vel affigebant cupreſſum, vel capillos defuncti. 581
Agentes in rebus. 43. & ſeqq.
Agri limitati. 611
Aleatores. 87
Ἀλληλοκλητώρεια, Ἀνακαλυπτήρεια. 259
Alluvio quotuplex, & quæ ejus definitio. 616
Alluvioni an locus ſit in lacu, in ſtagno. 614
Alveus quid. 641
Alytarcha. 546
Ambacti unde. 193. & ſeq.
Annos olim unde numeraverint veteres. 38.59
Anteceſſores. 63. & ſeq.
Antæ quinam. 36
Antiquarius, librarius. 367
Antlia quid. 430
Ἀπελεύθερος, ἐξελεύθερος. 178
Appianus quando vixerit. 13
Aquæ & ignis interdictio. 381
Arcarius. 55
Arrianorum veſania. 377
Aſiarchæ. 562
Aſylum quid & quibus proprie conceſsum. 241
Aſtarte, Aſtharot. 39
Auctoritas quid. 135
Auguſtiſſimi. 26

Av-

Αὐτοκράτορες. 14
Authari rex Longobardorum. 29
Aurei annuli. 204. & *ſeq.*
Aureus quid. 448
Aureus librali pondere. 449
Aurum viceſimarium. 220
Aves omnes an feræ. 596

B.

Baccalaurei. 85
Baljou unde. 403
Balius, Bajulus. 403
Banniti an hodie deportatis ſint ſimiles. 383
Barbam olim Romani quando & ſubmiſerint, & quando totonderint. 9
Βασιλεωπάτορες. 387
Baſſa & Vizir Patriciis ſimiles. 387
Bella cujus juris. 114
Bellum quibus ſolennitatibus à Romanis indictum. 390
Benedictio ſit ſponſis. 251
Benedictio ſi deſit, an nullum ſit matrimonium. 251
Bernardus Rasfeldius Monaſterienſis epiſcopus. 348
Berytus. 62
Bithyniarcha. 563
Bona Canonicorum an poſſint dici res ſacræ. 559
Bona feudalia & fideicommiſſo obnoxia an veniant etiam in communionem bonorum. 308
Bonorum venditio Romanis ignominioſa. 224
Brutis etiam inſunt rationis veſtigia. 103. & *ſeqq.*

C.

Cadavera condere cur moris ſit hodie. 573. & *ſeqq.*
Cadavera urere quibus olim in uſu. 572. & *ſeq.*
Cæſar quis. 23. & *ſeqq.*
Cajus, cujus Imp. in Inſtitutionibus meminit. 71
Calatis comitis. 127
Calcei aurati. 61
Calyptra quid. 19
Cameraden unde. 344
Campus Martius. 128
Candidati quinam. 44
Candidati Cæſaris. 52
Canon ſeu Canonici tituli. 5
Canonici an recte adhuc veteri illo nomine ſic dicantur Canonici. 561
Cappadocarcha. 563
Capti quo lytro dimittuntur jam hodie. 199
Caput vox homonyma. 429
Caput infantis ſi emiſſum ex utero, infans autem à matre non poſſit totus emitti, an baptizandum nihilominus. 570
Carſamatium. 374
Caſamentum. 650
Caſati. 521
Catholicus quis. 501
Cautio quotuplex. 366
Cenotaphium quid. 568. & *ſeq.*
Centum miliaria uno die confecta. 518
Ceratium. 449
Chartophylax. 252

Char-

Chartularii. 213
Chaſſaneus. 489
Chlamys purpurea. 15. & ſeq.
Chriſtiana, quæ Judæa fuerat, nubit Chriſtiano, & dum conſtant adhuc nuptiæ, ad Iudaiſmum revertitur, an faciendum divortium. 645
Cives an poſſint dicere teſtimonium in cauſa civitatis. 547
Clariſſimi quinam. 62
Codex quando editus. 2
Codices quot. ibid.
Cœcus an teneatur curatorem accipere. 486
Cœcus an poſſit etiam tutor conſtitui. 507
Cognatio quid. 311. 426
Cognomen pro nomine. 32
Coitus an ſit de ſubſtantia matrimonii. 107. & ſeq.
Collegium quid. 547
Coloniæ quid. 117
Columbarium an quilibet poſſit ruri extruere. 600. & ſeq.
Comes ſacrarum largitionum. 54 & ſeqq.
Comes rerum privatarum. 54. & ſeqq.
Comes domeſticorum. 45
Comites theſaurorum. 502
Comitium quid. 129
Comitiorum diviſio. 127
Commune quid. 563
Conckylileguli. 179
Concubinatus an ſit jure permiſſus 88. & ſeqq. 264. & ſeqq.
Confarreatio. 268
Confeſſione adverſarii an probentur ſponſalia. 295
Conjuges an poſſint ad cohabitandum compelli. 305
Connubium quid. 287
Conſtantinus Auguſtus Porphyrogennetes. 37
Conſecratum ab hæreticis item à Pontificiis utrum ſit ſacrum. 556
Conſuetudo quid. 162
Conſuetudinis quæ auctoritas. 164
Conſuetudinem quomodo probari oporteat. 162. & ſeqq.
Conſul unde ſic dictus. 446
Conſuli an merum & mixtum imperium. 445
Conſules minores. 60
Conſules honorarii. 60
Conſulum inſignia. 61
Conſulum ultimus. 57. & ſeqq.
Contubernium quid. 287
Contubernales. 343
Cornix concordiæ ſymbolum. 257
Corona quid. 19
Corona triplex. 22
Corona aurea, & quis primus eam ſumpſerit. 17
Coronæ aureæ Sacerdotum provincialium. 563
Corona & diadema confunduntur interdum. 17
Crates an quilibet habere poſſit in flumine. 616
Creditorum definitio. 226
Crucis ſignum an neceſſario requiratur in inſtrumentis. 70

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Cultus imaginum. 557. & ſeq.
Cura quid. 478
Curſores. 46

D.

Damnati ad remos an habeantur pro mortuis. 385
Daniel van Henghel. 561
Decani. 46
Deciſionum ſcriptores. 160. & ſeqq.
Decretum quid. 138
Decretum à quo interponendum eo caſu, quo alibi ſita ſunt pupilli immobilia, quam ubi is habitat. 457
Decuriones an magiſtratus. 505
Decurionum incommoda. 353
Dedicatio & conſecratio utrum inter ſe differant. 553
Defenſor an hodie adhuc ſit in uſu. 231
Denariales. 213
Depalare. 486
Depudicata. 243
Deſpotæ quinam. 26. & ſeqq.
Diabolus caput & finis mendacii. 283
Diadema quid. 14
Dies quinam continui, & quinam ſint utiles. 517
Dignitatum ordo. 62. & ſeqq.
Diſtinctio dominiorum an juris gentium primarii. 115
Divus, Divi, Divæ memoriæ. 501. 533
Dolus ſi in contractu interceſſerit quid juris. 92
Dominium idem quod convivium. 587
Dominium an recte vel directum vel utile. 588
Domus funeſta. 508
Dos & donatio an redigantur in fiſcum, ſi nullæ ſint nuptiæ. 350
Dotes an exoleverint. 281
Dupondii. 85
Duumviri quinam. 447. & ſeq.

E.

Ἑβδομάδελοι. 43
Edictales. 85
Edictum Prætoris. 154. & ſeqq.
Edictum perpetuum. 155
Edictum Ædilium. 156
Edictum Principis. 138
Emancipatio an in uſu adhuc hodie. 229
Emancipatio quotuplex. 386
Epiſcoporum auctoritas. 451
Ηέλια. 578
Examina Romanorum. 86
Excæſar. 59
Excommunicatio Pontificis Maximi. 381
Exconſul. 50. 51
Excuſant ſe ſoli, qui jure dati tutores ſunt. 497
Expatriarcha. 59
Expræfectus. 59
Exquæſtor. 50. 51
Eunuchi quod pretium. 375

F.

Fabricenſes. 47
Facibus opus erat olim in nuptiis, ut & in funere. 571

Famoſus quid proprie. 529
Faſces quam ob cauſam prælati ſint Principi. 46. & *ſeq.*
Feræ beſtiæ in caſu dubio præſumuntur nullius. 591
Ferreis annullis utebantur liberti. 219
Filiorum appellatione an contineantur nepotes. 423
Flamonium. 526
Focaria. 89
Fœminæ an olim in tutela perpetua.
Fœmina familiæ ſuæ caput & finis. 283
Follis. 449
Formæ Præfectorum prætorio. 156
Frater interdum & pro amico accipitur. 526
Frumentarii. 44
Furioſi & prodigi quemadmodum differant. 486

G.

Galatarcha. 563
Gallinæ vel anſeres an propter pauperiem, quam fecerunt in alieno poſſint trucidari, occidi, includi. 601
Γενικȣ̃ λογοθέτης. 502
Germani uno tantum uſi & ſimplici nomine. 35.521
Gladium accingere quibus olim licuerit. 47. & *ſeq.*
Godardus van Rhede vir illuſtris & nobilis. 423
Griginarii. 180
Gynæçiarii. 179

H.

Heeren goederen. 182
Helotes. 555
Heraclii ſcelus. 319
Herus major & minor. 399
Hoba, Hobarius. 181
Hofhoirige mannen. ibid. & *ſeq.*
Honorarium Advocatorum. 448

I.

Iacobus Rævardus. 473
Ibridæ. 205
Illuſtres. 61
Imperator. 10. & *ſeqq.*
Impotentia an cauſa divortii. 270
Indictio. 4. & *ſeq.*
Indorum crudelitas. 106
Inquiſitio quotuplex. 414
Inſigne imperatorium. 15
Inſtitutiones quo tempore editæ. 2
Inſtitutionum auctoritas. 3
Inſtituta quid. 3
Inſula quid. 623
Inteſtatus quis proprie. 427
Inveſtis. 412
Invocatio divini numinis. 69. & *ſeqq.*
In urbe nec ſepelire nec urere licuit. 577
Iſlandis olim non licuit contrahere nuptias, ſi ſex aſſes Iſlandicos non haberent in bonis. 347
Italia an provincia. 119
Iulianus tyrannus. 36. & *ſeq.*
Iuridicus Alexandriæ. 451
Iuriſconſulti definitio. 157
Iuriſdictio quotuplex. 442

Iuris-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Iuriſdictio pro territorio. ibid.
Iuris Doctor & Advocatus an inter ſe differant. 65.650
Iuris objecta. 174
Iuriſprudentia an diſciplina practica. 77. & *ſeq.*
Iuris publici definitio, item juris privati. 97
Ius unde petendum. 1
Ius ſervorum cognoſcere an utile adhuc hodie. 202
Ius & juriſprudentia an differant. 83.
Ius aliud ſtrictum, aliud bonum & æquum. An bona diviſio, & an poſſit adhiberi ad conciliandas antinomias. 173. & *ſeqq.*
Ius civile non calumniandum. 81. & *ſeqq.*
Ius civile à jure gentium non recedit in totum. 95
Ius publicum quotuplex. 97.98.
Ius Pontificium. 100
Ius feciale. ibid.
Ius ſenatorium. ibid.
Ius augurium. 101
Ius ſacrum. ibid.
Ius gentium duplex. 112. & *ſeqq.*
Ius naturale quot modis ſumatur. ibid.
Ius Romanum an conſiſtat in ſubtilitatibus. 171. & *ſeq.*
Ius quintæ relationis. 136
Ius vitæ & necis, quod habet dominus in ſervum, an adſcribendum juri gentium. 238
Ius venandi an hodie annumerandum Regalibus. 594
Iuſtæ nuptiæ. 108
Iuſtiniani agnomina. 38
Iuſtinianus Imp. doctiſſimus. 471
Quando evectus ſit ad Romanorum imperium. 3. & *ſeq.*
Ubi natus. ibid.
Quibus parentibus. 6.28
Quæ ipſius uxor. 6
Qui corporis ejus habitus. 8
Cur Flavius dicatur. 27. & *ſeq.*
Cur Anicium ſe dixerit. 2.8
Iuſtinianeum. 20
Iuſtitiæ genus. 78
Iuſtitia quotuplex. 79. & *ſeq.*
Iutarum ſtatuta. 252

K.

Kalfbroeders. 335
Keurmedige mannen. 182
Κουρατωρεία. 503

L.

Lampadarii. 46. & *ſeq.*
Lantdycken. 619
Laſſi, Lati, & Liti. 180. & *ſeq.*
Legationes an juris publici. 99
Leges condere eſt jus majeſtatis. 121
Legis & conſuetudinis quæ differentia. 162
Legitimatio quid & quotuplex. 352
Lex & jus ſcriptum an differant. 123
Lex Lætoria quando lata. 481
Liberi an poſſint exheredari propterea, quod invitis parentibus contraxerint nuptias. 300. & *ſeq.*
Libertas quid. 185
Libertus Orcinus. 209

Libitina quid. 579
Librarius, antiquarius. 367
Licentiati. 85
Limocincti. 194
Literaturæ commendatio 72. *& ſeq.*
Literæ quid. 507
Loca inopum deſtinata funeribus. 578
Λογοθέτης. 502
Λύται. 85
Lyſgewins goederen. 182

M.

MAgiſter officiorum. 40
Magiſtratus definitio. 451
Mali Doctores. 534
Manichæi. 107
Manſuetæ beſtiæ in caſu dubio præſumuntur alicujus. 591
Manubiæ quid. 605
Manumiſſio quid. 207
Manumiſſio quæ fiebat in ſacroſanctis eccleſiis. 208. *& ſeq.*
Manumiſſio per ſagittam & jactato denario. 213
Manumiſſus utrum eſset civis Romanus, an Latinus Iunianus, quo indicio cognoverint. 217
Manus æneæ. 146. *& ſeq.*
Mare an etiam dominii capax. 540
Margarita quid. 608
Mariti eſt gubernare & eligere domicilium. 466
Marito invito non poteſt uxor contrahere. 465
Maritus poteſt evertere uxoris patrimonium. 469
Maſtigophori. 564
Mater & avia an poſſint admitti ad tutelam pupilli. 438
Matrimonium quotuplex. 286
Matrimonium an poſſit contrahi ſine pactis dotalibus. 206. *& ſeq.*
Matris an eadem poteſtas quæ patris. 248
Matris conſenſus, dum pater adhuc vivit, non deſideratur in nuptiis ſtatuto Genevenſi. 299. *& ſeqq.*
Matrona, & materfamilias quænam. 88. *& ſeq.*
Matutinale donum. 259
Mendacii quæ pœna. 534
Mercatores an abſint Reipublicæ cauſa. 503
Meretrix an etiam curatorem accipiat. 485
Meretriciæ conjunctiones. 87
Merum imperium an prætor habuerit. 251. *& ſeq.*
Michaëlis Paphlagonis inſtitutum tyrannicum. 539
Miliariſium. 449
Miliaria an olim diſtincta lapidibus. 447. 519
Miliarium quid. 447
Militem armis non privatis negotiis occupari oportet. 513
Militi olim an interdictum conjugio. 346
Minor annis XXV. *an poſſit eſſe procurator ad lites.* 229
Minor an ſine curatoris auctoritate obligetur civiliter. 478
Minor quot modis fiat major jam hodie. 418. *& ſeq.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Minor, ſi civiliter ſit major effectus, an poſſit admitti ad tutelam alterius. 419
Modi quibus acquiritur rei dominium. 589
Momber unde. 410
Monumentum quid. 568
Morghangeba. 259
Mors quotuplex. 378
Mortuos efferebant ad tibiam in lectis. 578
Mulier familiæ ſuæ caput & finis. 29. *& ſeq.*
Muliebris prudentiæ curſus celerior. 291
Municipia quid. 117
Munire ripam an liceat adverſus impetum fluminis. 621
Murileguli. 179

N.

Natales filiorum olim actis inſcripti. 472
Naturales & ſpurii quemadmodum differant. 249
Naturaliter quid. 91. *& ſeq.*
Neceſſarius heres. 220
Neceſſarii quinam. 525
Nepos idem quod prodigus. 483
Nobiles olim quinam apud Romanos. 373
Nobiliſſimus quis. 24
Nobilis an propterea quod mercaturam exercet jus venandi amittat. 594
Nomen unicum Germanorum. 35. 521
Nomina fœminarum. 34
Nomina Romanorum. 30. *& ſeq.*
Noſtrum dicimus, cujus libris ſolemus familiariter uti. 72
Novellæ. 3
Novitas, vetuſtas. 373
Numerus ſingularis pluralem complectitur, & pluralis ſingularem. 422
Nuptiæ an modus quo cura finitur. 476
Nuptiæ an hodie cum peregrina ſint licitæ. 288
Nuptiæ an valeant cum hæreticis initæ. 289
Nuptiæ pro coitu. 309
Nuptiæ, ſi contrahantur invitis tutoribus, an valeant eo caſu, quo parentes ſunt mortui. 297
Nymphæum quid. 259

O.

Οἰκονόμος, διοικήτης. 55
Oſtraciſmus quid. 382

P.

Παϊούλος. 403
Palam quod fit, recte factum præſumitur. 456
Palmata quid. 15. *& ſeq.*
Pandectæ. 2
Panyperſebaſti. 25. *& ſeqq.*
Papinianiſtæ. 85
Paparum incuria. 316. *& ſeq.*
Parentum ſignificatio. 525
Parentum conſenſus an jure Canonico requiratur in nuptiis. 298 *& ſeq.*
Paſſus quot pedum. 447
Paterfamilias non habet peculiũ 237

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Patre conſentientiente poſſunt nuptiæ contrahi, etiamſi curatores à patre diſſentiant. 295. & ſeqq.
Patria poteſtas an in uſu adhuc hodie. 277. & ſeqq.
Patria poteſtas an transferatur etiam in patrem adoptivum extraneum. 363. & ſeq.
Patricii qui proprie. 386. & ſeq.
Patriciæ, Zoſtæ. 387
Patrimi matrimi. 256
Pauper quis proprie. 386. & ſeq.
Pauperies quid. 106
Pellex. 89
Peninſula quid. 623
Peregrini qui dicantur. 309
Peregrini an uſi ſint Romanorum nominibus. 34
Περιφανέστατοι. 62
Perſarum ſævitia. 567
Perſiæ regum ſuperbiſſimi tituli. 38. & ſeqq.
Perſona quid. 175
Pignoribus captis coërcere tutorem, & quid captis pignoribus. 495
Pileus olim libertatis inſigne. 218
Pileus erat inſtar ovi dimidii. 218
Piſcari an liceat alieno in flumine. 597
Placita. 501
Plebs apud Gallos olim loco ſervorum. 180
Polygamia an prohibita. 260. & ſeqq.
Polygamia quemadmodum puniatur. 263
Populorum diviſio. 116
Porta quid. 586
Poſthumus quotuplex. 413
Poſtliminium quid. 390. & ſeq.
Poteſtas quotuplex. 236
Præfecturæ quid. 118
Prætor quid & quotuplex. 151. & ſeqq.
Prætor an curet minima. 604
Περιβατάριος. 502
Principes. 14
Principum faſtus. 377
Principum placita. 138
Princeps an alicui poſſit jus ſuum auferre. 244. & ſeqq.
Princeps an ſit legibus ſolutus. 142. & ſeqq.
Privilegium quid. 140
Privilegium quotuplex, & an poſſit auferri. 141
Proclamationes ſi jam omnes præceſſerint, an nihilominus à ſponſalibus adhuc poſſit diſcedi. 253
Prodigi quæ pœna. 484
Prodigus quis. 483
Prodigus ipſo jure bonorum adminiſtrationem an poſſit recipere. 485
Προθύρα *quid in Boſphoro Thracico.* 541
Profeſſores in ſeſſionibus an præferendi Paſtoribus. 66
Profeſſores juris in ſeſſionibus an præferendi Advocatis, & Profeſſoribus Medicinæ, etiamſi ſeniores ſint. 64. & ſeq.
Προλύται. 85
Propulſatio injuriæ. 108. & ſeqq.

Pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Proſcriptio qua utuntur Impp. Germanici. 432
Proskepaſtes. 45
Protectores. 44. & *ſeq.*
Πρωτοπατρίκιος. 387
Provincia quid. 119
Provinciarum diviſio. 119. & *ſeq.*
Paupertas eſt duplex. 369
Publicatio requiritur, ut lex poſſit obſtringere. 140
Pupilli ſacra depoſita. 453
Pupilli educatio cui debeat committi. 531. & *ſeq.*
Pupilli immobilia ſine decreto alienari non poſſunt. 457
Pupillus quis proprie. 404
Pupillus an & quando etiam poſſit puniri. 473
Purpura quinam apud Romanos veſtiti. 16

Q.

Quæſitores. 56
Quæſtor unde dictus, & quodnam ejus officium. 51. & *ſeq.*
Quæſtor & Quæſitor an & quatenus differant. 154
Quæſtores parricidii. 56

R.

Radere mentum & tondere capillos Principes ſoliti poſteriori ætate. 10
Ratihabitioni an ſit locus in nuptiis 306. 308
Recuperatores. 228
Reges Perſarum cur fratres Solis & Lunæ ſe appellaverint. 39
Regulæ Cancellariæ. 157
Ρῆγας *inter &* Βασιλεῖς *quæ differentia.* 21. & *ſeq.*
Religio in Deum an juris naturalis. 110
Repotia. 259
Rerum judicatarum auctoritas. 159. & *ſeq.*
Reſcriptum quid. 139. & *ſeq.*
Res mancipi quænam. 588
Reſponſorum auctoritas. 158. & *ſeq.*
Res ſacræ an poſſint vendi, vel in alium transferri. 554. & *ſeq.*
Reviſores. 138
Rogationis exemplum. 131
Roma duplex. 499
Roma Dea. *ibid.*

S.

Sacerdotales. 565
Sacrarium quid. *ibid.*
Sanctum quid. 584
Satiſdatio quid. 489
Sceptrum cur præferatur Rectori Magnifico. 585
Scipio eburneus. 61
Scholæ quibus præerat magiſter officiorum. 40. & *ſeq.*
Scholarum Comites. 41
Scholæ fabricenſium. 47
Schoordijcken. 619
Schotbare mannen. 182
Sebaſtocratores. 25. & *ſeq.*
Sedes perpetua. 570
Selfmonden quid. 410
Semeſtria. 501
Senatores an magiſtratus. 125. & *ſeqq.*
Senatuſconſultum quodnam olim legi-

legitimum. 135. & *ſeq.*
Sententia quid. 138
Sepulchrum quid. 568
Sepulchra in agris. 580. & *ſeq.*
Servus an ſit qui non habet dominium. 400
Servi an perſonæ. 175
Servi quot modis conſiderentur in jure. 175
Servi percuſſor an plectendus ſit capite. 240. & *ſeq.*
Servitus quando inventa. 187
Servitus quo ſenſu dicatur contra naturam. 188
Servitus quando iterum ab uſu receſſerit. 189. & *ſeqq.*
Servitus duplex privata vel publica. 192
Servorum pretium. 196
Servorum diſcrimina. 200. & *ſeqq.*
Seſtertium quid. 448
Silentiarii & Cubicularii differunt. 43
Silentia. 501
Σκιάδιον *quid.* 21
Sogdianorum ſævitia. 567
Solium quid. 157. & *ſeq.*
Σώματα. 194
Σωματέμπορος. 194
Spado unde. 374
Spectabiles quinam. 62
Spolia opima. 553
Sponſalia quid & quomodo dividantur. 250
Sponſalia quemadmodum probanda ſint hodie. 295
Spurii & naturales quemadmodum differant. 90
Spurii ſunt ſine patre. 356
Stadium quot paſſuum. 447
Status quid. 175
Statutorum diviſio. 122
Statutorum auctoritas. *ibid.*
Stercus quod optimum. 601
Stipes immiſſus in os adoptandi. 362
Στόμα Βασιλῆος. 52
Studium quid. 96
Stylus Curiæ. 165. & *ſeq.*
Suffragium populus quemadmodum tulerit. 130
Sylva circumſepta & vivarium an differant. 592
Syncellus quis. 25

T.

T*Aliabilia bona.* 182
Tempus in jure computatur dupliciter. 227
Tempus non eſt modus quo obligatio finitur. 474
Terra unde petenda ſi reficiendus ſit agger. 619. & *ſeq.*
Tertium genus hominum non datur in jure. 177
Thema, Themata. 500
Theodora. 6.7
Theophilus & Dorotheus. 69
Theſaurorum præpoſiti. 56
Tonus apud Iaponios quis. 197
Trabea. 15. & *ſeq.*
Tribonianus an conſul. 56
Tribonianus gentilis & atheus. 69
Tribuni plebis inviolabiles. 37. & *ſeqq.*
Tribuni plebis an magiſtratus. 133

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Tribuni plebis quot olim. 443
Tribunitia poteſtas & apud Principes fuit. 37. & ſeq.
Tributa quinam collegerint. 56
Tributum Itali an pendere ſoliti. 117
Tutela legitima an moribus noſtris adhuc ſit in uſu. 407. & ſeq.
Tutela finita an ſimul etiam finiatur tutoris officium. 472
Tutor an hodie adhuc detur in teſtamento, & an datio ſit utilis. 407
Tutor tenetur in uſuras pecuniæ cujus factus eſt reliquator rationibus redditis. 455
Tutor an teneatur de culpa leviſſima. 458
Tutor quando debeat reddere rationem adminiſtrationis. 458. & ſeqq.
Tutela finita debent reddi pupillo & rationum volumina, & omnia inſtrumenta ad eas pertinentia. 459
Tutor debet reddere rationem accepti & expenſi in ſpecie. 459. & ſeqq.
Tutor an gratis adminiſtret tutelam. 460
Tutor an habeat tacitam hypothecam in bonis pupilli. 461
Tutoris auctoritas. 463
Tutoris officium. 453. & ſeq.
Tutoris datio an ſit jurisdictionis legitimæ, an ordinariæ. 442
Tutores & curatores quemadmodum differant. 477

V.

Venari an liceat alienis in prædiis. 594. & ſeq.
Venari an liceat majora animalia. 596
Vendere non cogitur rem ſuam invitus. 243
Veniam ætatis quis poſſit concedere, & an Curia Suprema eam poſſit concedere. 417. & ſeq.
Veſticeps. 412
Veſtis pro barba. 412
Vetuſtas, novitas. 373
Viduus Deus. 578
Via fundi an portio. 614
Virga apud veteres honoris indicium. 584
Viſceratio quid. 483
Vitiata pro virgine ducta an poſſit repudiari. 387
Voordeel goederen. 166
Voormomber quid. 410
Ὕπατος. 59
Urebantur veſtiti. 755
Uſucapio quid, delictum, an pœna. 95. & ſeq.
Uxor propria. 268
Uxor commodata. 269. & ſeq.
Uxor ante concubitum ſi in fata conceſſerit, an ejus ſororem conceſſum ſit ducere. 342
Uxor ſequi maritum, quocunque transferre velit domicilium, compellitur. 466
Uxor an marito invito poſſit facere teſtamentum. 406

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

An inire contractum. 166.167 465
Uxorem an poſſim ducere, cum cujus matre rem habui. 645
Uxori cum ſolvitur, requiritur, ut adſit & mariti auctoritas. 467
Uxorum communio. 263
de Wet quid ſignificet. 407

Z.

Zani quinam. 39
Zoſtæ, Patriciæ. 387

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

SEQUUNTUR CONSILIA QUORUM

Feci mentionem ad §. 6. *Inſt. de nupt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

GERARDI à WASSENAER.

ALſoo V. Ed: Mog: belieft heeft neffens de Heeren Profeſſoren inde rechten deſer Academie, mitsgaders de Advocaten Buchel, Raet, ende Mol, my onderſchreven mede te ontbieden, omme t'ſamentelijk een wel geraiſonneert advis te geven, op de vrage of het by de Heylige Schriſture, Keyſerlicke Rechten ofte Ordonnantien deſer Provincie is verboden, ſijn overleden Huysvrouwen Suſters Dochter te trouwen, ende dat de voornoemde Heeren Rechtsgeleerden hebben geoordeelt of geadviſeert, quod verior & ſecurior opinio ſit by de H. Schriften, Keyſerlycke Rechten, ende Ordonnantie deſer Provincie 't ſelve verboden te ſijn, ende dat my altyt verior opinio viſa fuerit 't ſelve noch by de Heylige Schriften, noch by de civile Rechten, noch by de Ordonnantien deſer Provincie verboden te ſijn, hebbe ick niet mogen naelaeten V. Ed: Mo: int cort mijne redenen van diſſentie ter handt te ſtellen.

De redenen waeromme de waerachtighſte opinie is, dat het voorſchreven huwelick by de H. Schriſture niet en is verboden, ſijn:

Eerſtelick dat inde H. Schriſture in deſen grade van affiniteyt geen ander verboth gevonden wort, als; Gy en ſult uwes Vaders broeders ſchaemte niet ontblooten, dat gy ſijn wyf nemet, want zy is uwe Moeye. Levit. cap. 18. verſ. 14.

Ende geenſints wort verboden ſijn Huysvrouwen ſuſters dochter te trouwen.

Maer te willen infereren dat deſe malkanderen in gelijcke grade beſtaen, ende dat daeromme tacite deſelve daer onder begrepen zyn.

Is niet genoeg, dewijle Moſes deſelve hadde connen exprimeren, ſo hy gewilt hadde, ende wel duydelik begeert heeft, datmen tot de geboden ende regten die hy leerde, niet toe doen noch af doen ſoude, op dat gy (ſeyt hy) bewaren meught de geboden des Heeren uwes Godts die ick V. gebiede: Deut. cap. 4. verſ. 1. 2. alſoo hy wel ſagh, dat menſchen Leeringen Godts geboden verhinderen ende vande waerheyt afleyden.

Waeromme ook die treffelijke ende geleerde Theologant Theodorus Beza, ende voor hem Luther, ende andere verſtaen hebben, dat het huwelyck met ſijne Huysvrouwen ſuſters dochter niet verboden is.

Ende alhoewel Moſes eenige andere perſonen heeft overgeſlagen inden rechten grade van bloetverwantſchap, die nochtans verſtaen worden

met malkanderen niet te mogen trouwen, 't ſelve en doet evenwel totte ſake niet, om alhier te willen van gelijken dit verboth extenderen tot anderen van gelijcken grade, alſoo Moſes int begin van ſijne huwelycxe wetten generalijck geſeyt heeft, dat hem niemant tot ſijn naeſte bloetvrintdinne maken ſal om hare ſchaemte te blooten, alwaer alle de naeſte bloetvrindinnen onder begrepen ſijn.

Levit. cap. 18. verſ. 6.

Daer en boven als men al per analogiam vel à correlativis *het een onder het ander het ander ſoude willen verſtaen, ſo moſten daer beter of ten minſten ſoo bundige redenen in het een weſen als in het ander dat nochtans alhier verſcheelt.*

Præſ. Ever. loc. 20. à correlat. num. 8.

Want de redenen waerom dat de H. Schrift verbiet ſijn Ooms huysvrouw te trouwen, ſijn

Eerſtelijck om dat hy niet begeert, dat een neef ſijn bloedt ooms ſchaemte blooten ſal int nemen van ſijn wyf, ende dat alſulcx twee ſulcke nae bloedtvrinden een ſelfde vrouwe ſouden beſlapen.

Ten tweeden dat naer de nature ende alle civile wetten ſecundæ nuptiæ fœminarum *ſoo favorabel niet ſijn geweeſt, ende dat daeromme Moſes de ſelve in dit cas lichtelyk heeft mogen beſnoeyen.*

Ten derden alſoo Ooms vrouwen weduwen geworden ſijnde meeſtyts oude vrouwen ſijn, ende alſulcx het huwelick met haer mans neef die jong is, ſterile conjugium fere eſſet, nec reipub. fructuoſum, *heeft 't ſelve mede te lichter mogen verboden worden in deſen grade.*

Alle welcke drye redenen notoirelyck in het huwelick met ſijn huysvrouwen ſuſters dochter geen plaetſe hebben.

Want te willen infereren, dat de eerſte reden ſoo wel plaetſe ſoude hebben in een ſwager die een dochter trouwt, waer over ſijn huysvrouw moeye is geweeſt, is notoirlik impertinent, ende kan by een yeder het onderſcheydt claerlijk geoordeelt worden.

Dat d'andere twee redenen geen plaets en hebben in hoc noſtro caſu *is notoir ende behoeft geen naerder verclaringe.*

Vyt alle welcke redenen ſoo claer als den dagh blijkt, dat daer reden van onderſcheyt ſijn int trouwen van ſijn Ooms huysvrouwe, ende van de dochter van ſijn huysvrouwen ſuſter, alſulcx dat daeromme de voorſchreven prohibitie Moſis ex regula analogica vel correlativorum *daer toe niet en can of mach geextendeert worden, byſonder inde Wet Moſis die hy begeert ſtricte onderhouden te worden als boven vtrhaelt is.*

Vorders

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Vorders ſoo veel de civile Keyſerlycke rechten belangt, daer inne is minder ſwaricheyt, alſoo die in deſen grade ganſch geen verboth hebben, maer alleenlyck verboden hebben, die malkanderen als ouders ende kinderen beſtaen, ende als ſuſter ende broeders.

Nu daer onder te willen begrypen Moeyen mans id eſt amitæ & materteræ maritos *is buyten alle wetten ende redenen.*

Buyten alle wetten, want alle de wetten die daer van mentie maken, en verhalen nimmermeer eenige perſonen vande welcke alhier queſtie is, maer alleenlyck die malkanderen quaſi in aſcendenti & deſcendenti linea parentum loco ſunt.

§. affinitatis 6. Inſtit. de nupt. l. 14. §. 4. ff. eod. l. 4. §. 6. & 7. hos itaque ff. de gradib. l. 5. pen. & ult. C. de inceſt. nupt.

Buyten alle redenen iſt oock want amitæ & materteræ meæ mariti & patrui & avunculi mei uxores, non ſunt mihi vere patruus & avunculus, amita & matertera, ſed ficte tantum & vi legum: *nu daer op wederom een andere qualiteyt te hoopen, ende deſelve noch daer en boven te maken* quod invicem ſint liberorum & parentum loco *ſouden weſen* duo ſingularia & duæ fictiones quæ in unam perſonam concurrere non poſſunt.

Eyndelick come ick totte Ordonnantie van V. Ed: Mo: opt ſtuck vant huwelyck gemaeckt, inde welcke inſgelycx van deſe perſonen vande welcke alhier queſtie is niet en wort vermaent. art. 21.

Alhoewel art. XVI. *geſeyt wort, dat de verboden graden om alle ſekerheyts wille daer nae verklaert ſouden worden.*

Ende dewyle dan deſe alleen, ende geen andere onder alle de graden ſijn geomitteert, ſoo volght notoirlick dat V. Ed: Mo: deſelve hebben willen ongeraeckt ende onverboden laten tot diſpoſitie vande Goddelicke ende Keyſerlijcke rechten als eenichſints kan blijcken uyt het XXII. *navolgende articul.*

Ende alſoo te voorens is verthoont, dat noch inde Heylige Schriften noch inde Keyſerlicke Wetten 't huwelick in queſtie is verbooden, ende dat het onder de verbodene ex ratione correlativorum, *noch* analogica ratione *ook niet en mach getrocken worden, om datter niet en is* paritas rationum *als boven vertoont is: Soo volght claerlick* quod verior & certior opinio ſit matrimonium cum filia ſororis defunctæ ſuæ uxoris non eſſe prohibitum.

Tot confirmatie van welcke opinie noch wederleyt dient een argument dat op de voornoemde Ordonnantie geallegeert wordt.

Te weten dat d'Ordonnantie ſeyt, dat alſoo de man ende vrouw door art. 19.

de gemeenſchap des huwelicx een worden: Soo iſt oock verboden dat de man met geen bloedtverwanten ſijnder overleden huysvrouwe, inde voorſchreeven uytghedruckte graeden beſtaende en ſal moghen trouwen &c.

Maer daer tegen compt, dat deſelve daer nae worden geenumereert volgens de beloften in fine art. XVI. *gedaen: Te weten om alle ſekerheydts wil, ende werden deſelve oock alle geenumereert, uytgenomen deſe, daer van queſtie is, Waeromme oock deſelve om redenen voorſchreven onder de verbodene graden niet behoort gebracht te werden.*

Aldus geadviſeert by my onderſchreven binnen Utrecht op den XI. *Auguſti* 1637.

Was onderteekent,

G. van WASSENAER.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

PASTORUM HUJUS URBIS.

Alſoo het Uwe Ed: Mogenth. gelieft heeft, ons ondergeſchreven deſe vrage, ofte houwelyckſſchen Caſum voor te ſtellen, Ordonnerende een geraiſonneert ſchrifteljck advis daer op te ſtellen, Te weten: Of een man trouwen mag ſijner overledene Huysvrouw ſuſters dochter, Soo iſt dat wy nae rype ende alle mogelijke overdenckinge van't gene hier toe gehoort, Verklaren alle eendragtelijk te gevoelen, dat ſulcken trouwe ongeoorloft is.

De redenen van dit ons gevoelen ſijn deſe:

I.

Eerſtelijk, Om dat alle vleeſchelijke converſatien 't ſy inden houwelycken Staet of buyten den ſelven met Bloedtverwanten verboden ſijn. Levit. 18. verſ. 6. *Niemant ſal hem tot ſijner naeſter Bloedtvriendinne maecken om hare ſchaemte te ontblooten: Want ick ben de Heere.*

Nu dewyle onder de ſelve Bloedtverwanten mede getelt werden, Neven ende Moeyen Levit. 18. 12. 13. *ende* cap. 20. verſ. 19. 20. *Ende volgens dien Oomen ende Nichten, volgens de analogie ende het gemeyn gevoelen van alle Theologanten ende Rechtsgeleerden: Mitsgaders de gemeyne uſantie van alle welgeſtelde Polityen: Soo iſt, dat behoude Moeyen ende Neven, Oomen ende Nichten hier onder oock verſtaen moeten worden: volgens deſen generalen regel van het jus Canonicum:* Admonendi etiam ſumus, perinde virum à conſanguineis & propinquis uxoris abſtinere debere, & uxorem à propinquis viri, atque à propriis. Hujus autem rei manifeſta ratio illa eſt, quia ſi ſecundum divinam ſententiam ego & uxor mea, una caro ſumus, profecto mihi & illi mea ſuaque cognatio una propinquitas efficitur. *Inſtitut. juris Canonici Lanceloti lib. 2. tit. 13. ex c. porro qu. 5. cauſ. 35. Welcken regel gevolght wert, in het tellen der verboden graden van alle Theologanten, Rechtsgeleerden ende Politycque Ordinantien, ſpecialijken ook die van Hollant, Zeelant, Vrieſlant, Overyſſel, Utrecht in het placcaet vanden Jare* 1584. *art.* 19. *Uyt welcken allen blykt, datmen inde affiniteyt ſoo verre moet gaen als inde conſanguiniteyt.* Nam perſona addita perſonæ per carnalem copulam mutat genus attingentiæ, ſed non gradum:

Ten

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

I I.

Ten tweeden, Om dat Levit. 18. ℣s. 14. ende 20. ℣s. 20. expreſſelijck verboden werdt te trouwen met ſijns Vaders broeders wyf. Ende words Levit. 20. deſen vloeck daer by geſtelt: Dat ſy hare Sonden ſullen dragen ende ſonder kinderen ſterven. Doch de reden is blijckelijk, die ſtaet Levit. 18. ℣s 14. Want ſy is u Moeye, het Hebreuſch woordt DODACH betekent een Moeye, of Vaders Suſter: ende werdt alſoo overgeſet in deſe paſſagie by Pagninus, Arias Montanus, Leo Judæ in tranſlatione Tigurinâ geapprobeert by Vatablus, Caſtellio, Tremellius: Mitsgaders de gemeyne tranſlatien van onſe Kercken, als Nederlandtſche, Franſche, Engelſche, Hooghduytſche, met de Italiaenſche Deodati. Waer uyt by vaſte conſequentie aldus beſloten wert: Indien een man niet en mach trouwen ſijn Vaders broeders naegelaten Weduwe, om dat ſy zyn Moeye is, ende alſoo genaemt werdt, volgens den ſtyl vande Heylige Schrifture; Soo en mach dan ook geen Vrouwe hares Moeders Suſters naegelaten Weduwenaer trouwen, om dat hy haren Oom is. De analogie, ende de reden die is hier de ſelfde, ende gaet de conſequentie niet minder vaſt als deſe in caſu conſanguinitatis. Een Man en mach niet trouwen ſijns Vaders of ſijns Moeders Suſter Levit. 18: 12. 13. Soo en mach dan per analogiam een Vrouwe niet trouwen hares Vaders of Moeders Broeder.

I I I.

Ten derden, Om dat de Man ſijns Huysvrouwen Suſters Dochter, beſtaet in primo genere affinitatis inden welcken alle houwelijck verboden is: Want de Dochter en maeckt geen ander genus affinitatis als haer Moeder: Eſt enim ſecundum genus affinitatis quando perſona per copulam carnalem additur perſonæ mihi affinitate junctæ. Mach hy dan de Moeder niet trouwen, als ſijnde zyns Huysvrouwen ſuſter, ſoo en mach hy oock hare Dochter niet trouwen. Ende ſoo ſietmen dat in andere verboden graden van affiniteyt, de Dochter met de Moeder onder een genus gereeckent worden. Levit. 18. ℣s. 17. wordt verboden ſijns wyfs dochter of dochters dochter te trouwen; Waer uyt analogie in andere graden van affiniteyt de conſequentie gemaeckt moet werden vande moeder tot de dochter, even als in conſanguiniteyt ſodaenigen conſequentie gemaeckt werdt: Sed nec neptem fratris vel ſororis quis ducere poteſt &c.

Cujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Cujus enim filiam uxorem ducere non licet, ejus neque neptem permittitur, *§. fratris Inſtit. de nupt. Quod etiam ad ſororis proneptem extenditur in l. ſororis proneptem ff. de rit.nupt. addita hac ratione: Quoniam parentis ei loco ſum. Van gelijcken in de affiniteyt: Privigna non ſolum ea mihi intelligitur, quæ uxoris meæ filia eſt, ſed & neptis & proneptis, ut nullam earum ducere poſſim. l. adoptivus ff. eod. §. 4.*

I V.

Ten vierden, Om dat de reden van eerbaerheydt, die inde Roomſche Rechten geallegeerdt werdt, hier oock moet gelden, nam quæ ratione non differunt, nec juris diſpoſitione differunt. *Om dat yemant Oom is geweeſt, ofte anderſints in plaetſe van Vader, en vermach een Vrouwe daerom met hem niet te trouwen. Van gelijken mach een man geen vrouwe trouwen, om datſe hem geweeſt is in plaetſe van moeder, als ſijnde ſyne moeye; alwaert oock adoptiva §. item amitam Inſt. de nupt. & l. ſi qua & l per adoptionem ff. de rit. nupt.*

V.

Ten vyfden, Dat de generale redenen die ex decore naturali *tegen de Bloedtſchande bedacht werden in deſen caſu oock plaetſe hebben. Deſe redenen heeft Thomas Aquinas 22. qu. 154. art. 9. ſommierlijcken alſoo voorgeſtelt: Inde vleeſchelijcke converſatie (ſeyt hy) der gener die met conſanguiniteyt ende affiniteyt aen malcanderen verbonden ſijn, wort yet onfatſoenlijk ofte onbetamelijck bevonden op driederley manieren:*

Eerſtelijk, om dat de menſche van natuyren eenige eerbiedelijckheydt ſchuldich is ſijne ouderen, ende volgens dien oock ſijne andere bloetvrienden, die van nae by uyt de ſelfde ouders geſproten ſyn: Alſoo dat by den ouden (als Valerius Maximus verhaelt) niet geoorloft was, dat de Soone ende de Vader in eene Badtſtove ſouden baden, op dat ſy malcanderen niet naeckt en ſouden ſien &c.

Ten tweeden, Om dat de Perſoonen malcanderen ſoo naebeſtaende, moeten met malcanderen omgaen, waer door den menſche al te grooten occaſie gegeven wert tot vleeſchelycke luſt ende vermenginge &c.

Ten derden, Om dat hier door het vermenighfuldigen van vrienden belet wert. Als de man een vrouwe neemt die hem vreemt is ende niet en beſtaet, ſoo worden ſijns vrouwen bloetvrienden met een byſondere vrientſchap aen hem verbonden, min of meer, als of het ſijne bloetvrienden

 waren.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

waren. Auguſtinus de civitate Dei lib. 15. cap. 16. Die over deſe derde reden een wijdtloopich ende aerdich diſcours heeft, d'welke aldaer geleſen can worden.

V I.

Ten leſten, Om dat het ſtrijdt tegen het gemeyn gevoelen ende uſantie onſer kercken, oock aller Chriſtelijcke Policyen, ſoo veel ons bekent is; ſpecialijcken van Hollandt, gelijck ſulcx te ſien is inde Hollandtſche Rechtsgeleertheyt Hugonis Grotii lib. 1. part. 5. van Overyſſel inde Ordonnantien aldaer gearreſteert A. 1603. art. 22. Van het Churvorſtendom Saxen, alwaer in ſupremo Conſiſtorio ſoo geoordeelt is, aengaende deſen caſum A. 1587. volgens het getuygeniſſe Joach. Beuſt. I. C. tract. de jure connubior. part. 2. pag. 95. In conformite van deſe geallegeerde moetmen verſtaen, dat andere ordinantien, Theologi ende Juriſconſulti oordeelen, alhoewelſe deſen caſum in ſpecie niet uyt en drucken, als zy maer deſe twee generale regelen ſtellen. Datmen inde graden van affiniteyt ſoo verre moet gaen, als inde graden van conſanguiniteyt: Datmen inde affiniteyt geen houwelijck moet toelaten tuſſchen ſoodanige, die parentum & liberorum vicem repræſentant volgens C. 35. qu. 2. & 3. & §. affinitatis & §. ſocrum Inſtit. de nupt.

Exceptien van het contrarie gevoelen.

I.

Dat het houwelijck in queſtie inde H. Schriftuyre Levit. 18. ende 20. niet verboden werdt. Reſp. Het wordt verboden per analogiam ende door goede conſequentie inde paſſagien voor verhaelt: Soudemen alles wat met expreſſe termen niet verboden werdt, voor goedt ende geoorloft willen keuren, dat ſoude een ſeer ſchadelijcke conſequentie geven inde ſtucken des Geloofs, ende inde caſibus conſcientiæ. Om niet verre hier in te gaen. Daer wort oock in expreſſe woorden niet verhaelt van het trouwen eens mans met ſijn Grootmoeders dochter; Schoonmoeder, achternichte: Noch van het trouwen eender vrouwe met haer Schoonvader, Schoonſoone, Moedersbroeder, Vadersbroeder, Stiefvader, daerom en ſal niemant ſeggen dat ſulcx geoorloft is.

2.

Datmen uyt de voorverhaelde texten, door goede conſequentie het ver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

verbodt van dit queſtieuſe houwelijck niet beſluyten en mach, dewyle de reden van d'een ende d'ander ſeer verſchilt. Het trouwen vande moeye wert verboden, om dat ſy out is, ende het houwelyck onvruchtbaer ſoude ſijn: Maer dat is geheel anders, wanneer de Oom trouwt met ſijn behoude Nichte. Reſp. Deſe conjecture kan licht verworpen worden, alſe ſonder eenich ſchriftuyrlijck bewijs bygebracht werdt. Want in alle exceptien, diſtinctien ende limitatien die in rebus Theologicis voorgeſtelt werden, gelt deſen regel: Non eſt excipiendum ubi lex non excipit. Et excipienti (quippe affirmanti) incumbit probatio. Ende ſoo lange geen bewijs en blyckt moetmen hem houden byde generale Poſitien.

Ten anderen, Soo gaet deſe uytvlucht tegen het ooghmerck vande Circumſtantien vande geallegeerde texten, de welcke ſimpelijck ſlaen op de vleeſchelijcke bywooninge, 't ſy buyten den houwelijcken Staet of inden ſelven ℣s.6 16.17. Ende dit geven deſe Phraſes te kennen: Ghy ſult hare ſchande niet ontdecken, ſonder te ſien op de vruchten ende gevolgen van deſe bywooninge, te weten de kinderen: Want of ſy kinderen teelden of niet en teelden, ſy begingen evenwel de grouwelen der Cananiten, als ſy haer vleeſchelijck met haere magen vermengden.

Ten derden, en kan deſe exceptie niet gelden, of men moſt eerſt bewijſen, dat een houwelijck in ſich ſelven geoorloft, per accidens of door toeval van de onvruchtbaerheyt mits de bovenjaricheyt der vrouwe ongeoorloft wort: Ja als Bloetſchande van Godt ende de Overicheyt geſtraft, Levit. 20.20. Dewijle in dat Capittel van geen onnutte of ongelegen houwelijcken geſproocken werdt, maer van bloedtſchande of grouwelijcke vermenginge.

Ten Vierden, Soo en moetmen hier juyſt niet verſtaen, dat ſulcken houwelijck præſupponeert, de natuyrlijcke ende ordinaire onvruchtbaerheyt vande Vrouwe: Want anders ſoude het geen byſondere extraordinaire ſtraffe ende ſchadelijck gevolgh deſes houwelijcks ſijn: Waer mede Godt haer dreycht Levit. 20. ℣s. 20. Sy ſullen hare miſdaet dragen ende ſonder kinderen ſterven.

Ten leſten, Soo gaet deſe exceptie tegen de ervarentheyt, die ons dagelijcx leert, dat de Moeyen dickwils beneden de jaren van onvrucht-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

baerheyt ſijn, wanneer de behoude Neven 16. of 18. Jaren oudt ſijn, ende tot het houwelijck bequaem; Dat oock de behoude Nichten boven de vijftich Jaren konnen ſijn, ende derhalven volgende den ordinairen loop onvruchtbaer, wanneer de behoude Oomen nu 60. of 70. of 80. Jaren out ſijnde, haer ſouden willen trouwen, Soo dat de gepretendeerde vruchtbaerheit of onvruchtbaerheyt non poſſit eſſe generalis & adæquata ratio, *waer op deſe algemeyne wet vande houwelijcken tuſſchen Oomen ende Nichten: mitsgaders tuſschen Neven ende Moeyen gefundeert ſoude ſijn.*

3.

De Analogie ende conſequentie vande Moeye tot den Oom en gaet niet vaſt, quia diverſa ratio in eo eſt, *dat in het eerſte houwelijck een monſtreuſe ende onbetamelijcke veranderinge ſoude begaen werden, maer in het tweede niet: Want daer ſoude die gene die in plaetſe van Moeder te vooren geweeſt was over den Man, nu door het houwelijck onder den ſelven als haer hooft ende haren Voocht geſtelt werden. Maer in het tweede daer blijft den Man in ſuperioritate, gelijck hy te vooren was. Ende dit ſchijnt de reden te ſijn, waerom het eerſte houwelijck alleen verboden is.* Reſp. *De eerſte antwoorde op de voorgaende tweede exceptie, paſt oock op deſe tegenwoordige. Is niet nodich dat deſelve hier wederom verhaelt werde.*

Ten tweeden. Genomen dat van des Mans zyde in deſen caſu de onbetamelijckheyt wat gepallieert ende vermindert ſoude ſchijnen, dat evenwel deſelve blijft ten aenſien vande Vrouwe, wanneer ſy den genen, die ſy plach te reſpecteren, als een repreſenterende Dochter haren Vader, nu door een wonderlijcke Metamorphoſis familiaerlijcken ſal hanteren als eenen Man, als ſijnde nu ſijn hulpe die voor hem is, een vleeſch met hem (Geneſ. 2.) *die hem ſal reſpecteren ende van hem geregeert werden, maer met een geheel andere ſubjectie ende ſuperioriteyt die* tota ſpecie & forma *verſchilt vande voorgaende.* Nam Paterfamilias & uxori præeſt & filiis, utriſque quidem ut liberis, non tamen ut idem imperium teneat in utroſque, ſed in uxorem civile, in filios vero Regium. Ariſtot. *Politicor. lib. 1. cap.* 8.

Ten derden, ſoo heeft dit houwelijck evenwel ſelfs ten aenſien vande Man

Man diergelijcke monſtreuſe veranderinge : want hy verlieſt daer by de ſuperioriteyt ende weerdicheyt van eenen Oom, dat is van een Vader, by repreſentatie ; Dewijle de Vrouwe afleyt het reſpect ende de ſubjectie van een repreſenterende dochter, niet minder als de Moeye afleyt, de digniteyt van een repreſenterende Moeder, die ſy te voren hadde over haren Neve, relata enim ſe mutuo ponunt & tollunt, Nu ſoo is het buyten queſtie, datmen ſoo weynich mach trouwen met een Vrouwe, die in plaetſe van Dochter is (quod eſt in hoc caſu) als met een Vrouwe die in plaetſe van Moeder is (quod eſt in textu Levit. 18:14.) volgens de gemeyne reden geallegeert §. affinitatis Inſtit. de nupt. ubi de privigna & nuru : Quia utræque filiæ loco ſunt.

4.

Iemant ſoude oock mogen excipieren tegen de derde reden, by ons hier boven geſtelt, dat een Man wel mach trouwen de Dochter van ſijn Stiefmoeder, maer niet de moeder, dat is ſijn Stiefmoeder ſelve. Soo ſchijnt het dan in deſen caſu niet een ſaecke te weſen met de Dochter ende hare Moeder. Reſp. Deſe Caſus wordt expreſſelijck gheexcipieert §. mariti Inſtit. de nupt. & in l. Titia 134. ff. de verb. oblig. Maer ſo niet de Caſus alhier in queſtie. Ende de reden is oock geheel verſcheyden. Want daer is het tuſſchen Collateralen, daer geen plaetſe en heeft de repreſentatie van Ouders ende kinderen; maer hier niet: gelijck voor henen dat beweſen is.

5.

Hieron. Zanchius celebris Theologus lib. 4. de operibus creationis cap. 1. theſi 4. probeert ſoodanigen houwelijck. Reſp. Niet abſolutelijck, maer alleen in deſen geval, wanneer van het eerſte houwelijck geen kinderen gebleven ſijn; Dan ceſſeert alle affiniteyt nae ſijn meyninge.

Tentweeden, Seggen evenwel dat Zanchius hier inne ſich verabuſeert (onder correctie) want ſoo wy te vooren geſeyt hebben, de kinderen komen hier eygentlijck in geen conſideratie, maer alleen de vleeſchelijcke bywooninge, die den Man verboden werdt met ſijne Moeye, Levit. 18. 14. Want het is uwe Moeye. Welcke reden is generael, offer kinderen ſijn of niet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Tenderden, Indien de affiniteyt t'eenemael ceſſeert by gebreck van kinderen, ſoo moſte die in eodem caſu van gelijken ceſſeren, tuſſchen den Neve ende ſijn Moeye, ende ſoodanigen houwelijck mede goet gekent werden: Hetwelcke Zanchius niet en ſal ſeggen; immers uyt Levit. 18. 14. *ende* 20. ℣s. 20. *niet ſal beweſen werden, maer wel het contrarie.*

Was onderteeckent:

GISBERTUS VOETIUS. MEINARDUS SCHOTANUS. BERNHARDUS BUSSCHOF. ANDREAS SUAVIUS. ARNOLDUS TEEKMANNUS. JOANNES FLAMAN. JOHANNES BREYER.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 L 2